Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

LUCIANI SAMOSATENSIS
OPERA
GRAECE ET LATINE

POST
TIBERIUM HEMSTERHUSIUM
ET
JOH. FREDERICUM REITZIUM
DENUO CASTIGATA
CUM VARIETATE LECTIONIS, SCHOLIIS GRAECIS,
ADNOTATIONIBUS ET INDICIBUS
EDIDIT
JOHANNES THEOPHILUS LEHMANN.

TOMUS PRIMUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXII.

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.

BIBLIOTHEQUE S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY

EX LIBRIS DOMUS
Bibliotheca
~ artium ~
SANCTI STANISLAI

LUCIANI SAMOSATENSIS

OPERA.

PRAEFATIO.

Quam, in tanta exemplarium et Batavae et Biponti-nae *Lucianeorum* operum editionis penuria, *Hahnius*, Weidmanniae librariae meritissimus rector, novam redemit parandam, eam ego, auctore J. G. Schaefero, fautore meo et amico vere paterno, tanto lubentius curandam suscepi, quum dudum mihi cum *Luciano* singularis quaedam familiaritas intercesserit, ex qua etiam in alios *Luciani* et omnino Graecarum literarum cultores aliquid utilitatis redundaturum esse sperare possem. Quod quantum sit, ex iis quodammodo aestimabunt aequi et periti censores, quae jam de indole et forma hujusce operis et de adminiculis, quibus in eo instruendo usus sum, prolixius paullo exponere constitui.

Omnino quidem lex erat haec praestituta, ut repeteretur, quantum id fieri posset ac liceret, inclyta editio *Hemsterhusio -- Reitziana*; ita scilicet, ut ei, quam nos curaremus, tum fundamento, tum exemplo, esset. Unde non solum necesse erat, ut universus apparatus vel criticus vel hermeneuticus simul cum iis, quae ad vitam auctoris cognoscendam facientia a Reitzio collecta sunt, recuderetur, uno Indice excepto, quem magna cum imperitia et levitate confectum no-

runt, qui accurate illum norunt; sed debebant etiam nova accedere ea, quae per proximos octoginta annos, ex quo Batava illa prodiit, tum ad refingendum, tum ad explicandum, textum ab eruditis viris varia ratione et via collata sunt. Sic igitur hoc prae ceteris agendum erat, ut textum daremus quam castigatissimum. Quam curam praeivit quidem nobis aliqua ex parte *Frider.* SCHMIEDERUS; ita tamen, ut, si acquiescere in ejus recensione voluissemus, in multiplicem, nec, credo, injustam reprehensionem incurreremus. Pendebat enim ille fere nimium a BELINI *de Ballu*, viri haud quidem ineruditi et inelegantis, sed minime tamen in omnibus satis fidi enarratoris*) ac periti Grammatici, relatione ac judicio; atque hinc non raro accidit, ut, quas lectiones a BELINO laudatas et commendatas SCHMIEDERUS recepit, nunc eae ob graves caussas rejiciendae, earumque loco veteres restituendae viderentur. Nihilominus magno usui nobis erat tum ad confirmandas bonas VV. DD. conjecturas, tum ad nova textus vitia detegenda ac remedia invenienda, *Beliniana* illa sex Manuscriptorum Pariss. collatio, quae reperitur in versionis Francogallicae Tomo VI. et recusa in edit. Bipont.

*) Dudum de fide *Belino* habenda dubitatum est ab iis, quos innumera vitia vel a scribentis ipsius, vel ab operarum manu commissa offenderunt. Sed clarissime hoc demonstravit *Gust. Ferd. Lossius*, Seminarii Philologici Lipsiensis quondam sodalis, qui quum anno MDCCCXII. Lutetiam Parisiorum se contulisset, ut inspectis ipsis Codd. Pariss. Dialogorum Mortuorum editionem novam pararet, in haud paucis locis *Belinum* deprehendit vel omisisse aliquot lectionis varietates, vel falso notasse. Cujus quidem rei specimen reperitur in Actis Seminarii regii et Societatis philologicae Lips. Vol. II. p. 245. sq. Plura etiam inveni in Juvenis praematura morte literis erepti schedulis relictis, quarum usum affinis ejus *Roemischius*, Jurisconsultus Lipsiensis, cum ingenua liberalitate concessit, quae tamen ad hos tantum quatuor Dialogos Mortuorum: II. IX. X. et XXII. pertinent.

Vol. X. *) Libros collatos ipse BELINUS describit in Praefat. ad hanc Versionem p. XXVII. sq., cum quibus conferenda ea, quae FABRICIUS tradit in Bibl. Gr. T. V. p. 347. ed. *Harl.* Quinque Codicum, qui Dialogos Mortuorum continent, descriptionem et historiam utilem edidit b. LOSSIUS in modo dictis Actt. Sem. Lips. l. c., quam non abs re fuerit ipsius verbis apponere.

„ I. Codex Membranaceus, nunc inter Mss. graec. CCV., olim Vaticanae XC., forma non magna, in foliis CCCLIII octoginta *Luciani* opera complectitur, fine mutilus. Cf. FABRIC. Bibl. Gr. T. V. p. 346. et BASTIUS in: Magasin encyclopédique, an. VI. p. 205. not. 21. Literae, quibus hocce volumen scriptum est, rudes et paullulum majores sunt, in nonnullis characteribus, e. g. β et μ ad Hebraicarum literarum formam appropinquantes. Membranae optime conservatae, duriores quippe et rudiores, tantam vetustatis produnt speciem, ut codex ad saeculi XImi tempora sine dubio possit referri. Leguntur passim in margine foliorum inferiori Alexandri, Nicaeae episcopi, fratrisque Jacobi, episcopi Larissae, nomina, charactere antiquo picta, quae hunc librum olim ad istorum virorum bibliothecam pertinuisse, docere videntur. In foliorum margine praeterea non rara inveniuntur scholia, quae tribus diversis temporibus exarata videntur. Alia eodem, ut videtur, colore scripta, quo signa quaedam margini apposita, ut textus ipse, antiquissima putantur, et plurimis in locis eadem sunt, quae editio *Hemsterhusiana* e Codice Vossiano sub lit. V. exhibet: alia ex eadem manu flu-

*) Multas hinc varias lectiones etiam *Schmiederus* textui suo subjecit; haud paucas vero, easque non raro alicujus momenti, consilium secutus haud sane probandum, silentio praetermisit.

xisse videntur, quae nomina scriptt. laudd. scripsit: alia nitidissima et forma recentiore picta, docto viro XIVti aut XVti saeculi demum deberi videntur. At in his, quum certa argumenta desint, perfecta ratio esse nequit.

II. Codex Bombycinus MMDCCCCLIV. Fuit jam in pristinae Bibliothecae Regiae Codicibus: nam in catalogo Manuscriptorum Graecorum, in Bibliotheca ista olim expositorum, qui ineunte saeculo superiori Parisiis duobus tomis in forma maxima prodiit, ad saeculum XIIItium refertur, ad quod eum vere pertinere nihil est, quod dubitemus. Certe cum aliis voluminibus, eodem saeculo scriptis, comparatus, tantae antiquitatis signa cum materia ipsa, tum literarum forma prodere videtur. Inscriptiones, parvaque, quae in margine fert, signa rubro colore scripta fuerunt, temporum serie vero fusca facta sunt. Integer codex est, optimae conditionis; forma paullulum minore, quam Codex CCV. Fabric. Bibl. Gr. *T.* V. p. 347.

III. Codex MMMXI, qui Boistallerianis libris olim adnumeratus fuit, triplici aetate atque pretio habendus est, quippe partim bombycinus, partim membranaceus, partim chartaceus; quaeque pars aliis literis scripta est. Maxima pars, bombycina, cujus materia et literarum genus non multum a codice 2954 modo laudato discrepant, etsi 3011. minus nitidus est et paullulum festinantiore manu videtur scriptus, ad saeculi decimi tertii aut quarti tempora referendus est. Recentior videtur membranacea codicis particula, quae paucorum foliorum numerum non excedit: in chartaceo denique duo literarum genera inveniuntur, partim simpliciora, partim artificiosa, utraque tamen, ut videtur, e saeculo decimo quinto. Dialogi mortuorum in diversas hujus codicis partes distributi sunt.

Nam in antiquissima, bombycina scilicet, quinque tantum occurrunt; reliquos in antiquo codice lectos fuisse, et voluminis mutilatione periisse, parvae quaedam foliorum decisorum fimbriae superstites docent. Annexa est membranacea manuscripti pars, aliis *Luciani* scriptis plena: hanc demum chartacea sequitur, quae multo inferius ceteros mortuorum dialogos, et in his illum etiam, qui in editione *Hemsterhusiana* numero x. legitur, exhibet, innumeris scribendi compendiis exaratos, colore rubro insignitos.

IV. Codex chartaceus, MMDCCCCLVI. elegantissimus, nitidissimusque, maxima arte et studio in charta candida pictus potius quam scriptus. Quem, quum olim ad Bibliothecam Colbertinam pertinuerit, saeculi decimi quinti temporibus exaratum fuisse, argumentis, ex ipsa Colberti Bibliotheca petitis, probari potest. Textus, a vulgata lectione non magnopere discrepans, quantum equidem inspicere potui, non multam exhibet lectionis varietatem.

V. Codex chartaceus, MMMXXXIV. e Bibliotheca Colbertina, manu *Petri* Morelli, Turonensis, ao. 1527 scriptus, idem non majoris pretii, quippe antecedenti simillimus."

Praeter hanc *Belinianam* et *Lossianam* codd. Pariss. collationem alia exstat, *F. J.* Bastii, ut patet e Catalogue des Manuscrits laissés par Feu M. F. J. Bast (décédé à Paris le 13. Nov. 1811.) Par. chez F. Schoell 1812. Enumerantur enim ibi 1) Les Oeuvres de Lucien, collationnées sur les Manuscrits Nro. 87. et 90. du Vatican (aujourdhui à Paris). 2) L'Alcyon de Lucien est aussi collationnée sur un très-ancien Manuscrit de Platon, Nro. 1817. du fonds de Paris. 3) Le Nro 9. des notes inédites sur Lucien, qui paroissent

être de *Henri de Valois*, et quelques variantes du traité de Syntaxe d'*Apollonius*, d'après l'excellent Manuscrit Nro. 2548. 4) Le Nro. 10. un Lexique inédit des mots de *Lucien*, d'après le Ms. 345. de Saint-Germain, et quelques extraits du *Lexicon rhetoricum* (quod commemoratur in FABRICII Bibl. Gr. Vol. V. p. 347. ed. *Harl.*). Verum haec egregii viri Anecdota, haud dubie et ipsa egregia, emtionis lege in Britanniam migrarunt, unde non facta mihi eorum copia. Magnam vero utilitatem nobis praebuit Gorlitiensis codicis et trium Augustanorum collatio, quam SCHMIEDERUS edidit, et partim etiam in usum suum convertit; cujus quidem historiam ipse praemisit editionis suae *Luciani* Tomo II. in Praefatione. Ad has codicum manuscriptorum collationes accessit nobis veterum nonnullarum editionum usus: in his primum Aldinae 1. anni 1503. quam largita est bibliotheca Lips. Senatoria, cujus tamen variae lectiones jam a *J. F.* REITZIO satis diligenter notatae sunt; deinde Aldinae 2. anni 1522., quam ex ea, quae SCHAEFERI olim, nunc per munificentiam Regis Academiae patriae est, bibliotheca, commodatam accepi. Quae quod vulgo creditur, et in recensu quoque editionum LUCIANI infra adjecto dicitur *emendatior priori*, id eo velim restringi, ut ad lectiones quasdam varias, easque plerumque praestantiores et cum *Juntinae* serioris lectionibus conspirantes referatur, quas ALDI manus, dum viveret, exemplari suo prioris adscripserat, ipso vero mortuo, *Franciscus* ASULANUS, alterius editor, bono consilio recepit, ut hic ipse in brevi Praefatione testatur. Ceterum posterior *Aldina* vitia habet, quibus prior caret, multa et foeda, maximam partem typographica, quae haud scio an diligentissimi ALDI manes graviter offenderint. Quod ne temere jactasse videar, nonnulla certe exempla e duobus tantum LUCIANI libris depromta enotabo:

Nigr. c. 4. Ald. 1. ἔχαιρον αὖ
— — — 2. ἔχαιρον ἂν
— c. 13. — 1. ὃς ἐλθὼν
— — — 2. ὡς ἐλθὼν
— c. 14. — 1. ἱμάτιον
— — — 2. ὑμάτιον
— c. 20. — 1. ἐξ οἰκέτου
— — — 2. ἐξ εἰκέτου
— — — 1. ὁσημέραι
— — — 2. ὅσαι ἡμέραι
— c. 26. — 1. ἐπιβῆναι
— — — 2. ἐπιβῆνε
— — — 1. διειληφὼς
— — — 2. διειληφὸς
— c. 28. — 2. ἀνθρόπους, ψυχὴς, ἰλικίας
— c. 33. — βροθέντων
Necyom. c. 4. Ald. 1. ἐπορίζετο
— — — 2. ἀπορίζετο
— c. 7. — 1. ὡς εἶχον
— — — 2. ὡς οἶχον
— c. 10. — 1. εἰπόμην
— — — 2. εἰπόμην
— — — 1. Ἡράκλεις ὅσος· ἔκειτο γὰρ
— — — 2. Ἡράκλεις ὅσος ἔκειτο γὰρ.

Nihilominus inprimis hanc editionem non sine fructu consului; nec non Basileenses 1. a. 1545. et 3. a. 1563. in consilium vocavi, aliasque nonnullas singulorum libellorum editiones vetustas, in his Argentoratensem selectiorum Dialogorum a. 1550. de qua vid. Catal. Edd. II. s. a. 1556. et Lipsiensem quartam a. 1589. In his omnibus tam scriptis, quam excusis, libris conferendis et adhibendis cum ea diligentia et circumspicientia versatus sum, quam persuasum habeo principem esse boni editoris virtutem. Vulgatam videlicet lectionem quamque, i. e. eam, quam Hemsterhusius et Reitzius ex antiquioribus editionibus plerisque dederunt,

posterioresque editores plurimi servarunt, pariter censebam habendam, ac veterem amicum, quem ut nemo sanus deserere solet, si per se ille probatae sit fidei, etsi vulgi calumniis vel maxime laceratum et conspurcatum, ita quisque facile ac sine mora destituit, ubi improbitatis ac perfidiae certas in eo perspexerit notas, quantumvis contra fremat, et boet, et mugiat, et grunniat, et rudat, universum vulgus. Memor enim simul utriusque effati, tum hujus proverbii: Vox populi, vox Dei! tum illius praecepti: Ultra plebem sape! media quadam via incedendum mihi putabam, qua suum cuique religiose tribuens veritatem simul meis ipsius oculis quam studiosissime ac liberrime persequerer. In quo liberali, opinor, negotio si quando erravero, quod vereor, ne crebrius acciderit, malebam omnino cum aliqua ratione, quam vel coecutientium, vel prurientium, instar errare. Quapropter etiam cum singulari quadam industria et religione congestas adhibui varias Virorum Eruditorum observationes criticas, emendationes et conjecturas, variis illas locis et modis per innumera paene volumina dispersas; quarum ne ulla aliqua notitiam meam fugeret, sedulo mecum simul providebant duo spectatae doctrinae et optimae fidei amici, G. Stallbaumius et C. G. Dindorfius, quorum humanitatem jam non possum, quin gratissimo animo palam commemorem justisque laudibus tollam. Neque enim solum Wielandii et Belini interpretationes, et optimas quasque e recentioribus vel totius *Luciani*, vel singulorum ejus libellorum editionibus, quae usum aliquem criticum haberent, religioni erat accurate respicere — quamquam doleo nunc, absolutis jam duobus voluminibus, adhuc mihi desiderari Courierii Asinum, unde forsitan etiam in horum voluminum scripta nonnihil lucri capi potuisset — sed etiam peculiares quasdam huc spectantes Commentationes, in his *J. Georg.* Richteri de vitiis criticis Luciani et Lexicorum

Graecorum in Philologiam Sacram non inferendis, Lips. 1751. 4. pagg. 28. *Guil.* LANGII Animadversiones in quosdam LUCIANI libellos, Hal. 1795. 8. pagg. 53. *Traug. Freder.* BENEDICTI de quibusdam LUCIANI locis observationes, Lips. 1814. 4. pp. 14. *Jo.* SEAGERI Animadversiones ad LUCIANUM, variis fasciculis Diarii hujus: Classical Journal insertas; *C. G.* JACOBI Symbolas ad Crisin Lucianeam in Hildesiensi Bibl. Crit. T. 1. etc. curiose conquirere et degustare nunquam me taeduit. Neque negligenda duxi, quae post REITZII editionem vulgatam a Viris Doctis, ab *Abreschio*, *Valckenario*, *Lennepio*, *Ruhnkenio*, *Wyttenbachio*, *Porsono*, *Jacobsio*, *Hermanno*, *Schaefero*, *Bastio*, *Boissonadio*, *Buttmanno*, *Matthiaeio*, *Lobeckio*, *Struvio* *), *Goellero*, *G. L. Walchio*, aliis, huc illuc e thesauris suis ad colendum LUCIANUM projecta sunt grana critica; quorum immensa paene copia si non largissimam dedisse videatur messem, non mirabuntur certe ii, qui naturam talium projectitiorum foetuum norunt. Ipse nonnisi ubi certa et explorata res erat, meum ingenium secutus veterem textum mutavi; sin probabilis tantum videbatur conjectura, futuri cujusdam successoris mei arbitrio eam relinquere satius duxi, conjecturarum ceterarum variarumque lectionum, quas oblivioni tradi nollem, indici adscriptam; quippe indulgentiae sui ratus, ut nusquam, ita minime in reddendo veteris cujuscunque scriptoris chirographo locum esse debere. Haec de critico munere meo dicta sufficiant.

De iis, quae ad illustrandum scriptorem spectant,

*) cujus quidem acutissimi viri Lectionibus Lucianeis etiamnum me, postquam, ut compararem varias ingressus sum vias, destitutum esse, aegerrime fero.

nonnulla restant dicenda. Quae Batavae editioni praemissa est Reitzii de aetate, vita et scriptis Luciani Sylloge, eam, etsi minus commode instructam et dispositam, servandam tamen putabam integram, ut sic etiam in posterum, si quis in caussam quampiam *Lucianeam* retractandam altius descendere cupiat, acta jam pateant, quae is revolvat et in rem suam convertat. Inserebam autem, ut par erat, vel adjiciebam, quae recentius de iisdem rebus accuratius et subtilius acta sunt; inprimis vero de quaestione, quae ratio Lucianum inter et ecclesiam Christianam intercesserit, quam omnes periti consentiunt jam ab Ill. Eichstadio profligatam esse in Programmate, a. 1820. contra *Aug.* Kestnerum, Agapae auctorem, emisso. Unde hanc doctissimam commentationem vel ad Acta *Lucianea* complenda, venia ab Ill. Auctore impetrata, post Syllogen *Reitzianam* ad verbum recudi curabam. Ordinem, quo scripta Luciani sese invicem excipiunt, retinebam vulgarem: alium volueram instituere, eum quidem, quo ab auctore ipso viderentur elaborata et in lucem edita; quod quidem si recta ratione perfecissem, certo scio bonae VV. DD. parti haud ingratum futurum fuisse. Sed gravioribus implicitus difficultatibus, sitis illis maxime in eorum, quae ad singula temporum momenta definienda valent, vel ambiguitate et obscuritate, vel etiam defectu, abjecto consilio isto, ordini consueto in vulgi gratiam immanere malebam. Editionum et versionum Luciani recensum exhibui Bipontinum, qui merita laude gaudet, auctum tamen passim imprimis e recentiori aetate, et purgatum quoque a paucis admissis erroribus. Argumenta singulis libellis et dialogis praemisi nova, *Schmiederiana* videns nunc leviter, nunc etiam vitiose, composita. In margine textus, quo lectoris memoriae et studio succurrerem, notavi suis locis ea antiquiorum scriptorum dicta, quae Lucianus passim ad verba refert. Interpretationem

autem Latinam textui subjeci ad REITZII exemplum vel *Hemsterhusianam*, vel *Fabrianam*, vel *Solanianam*, vel denique *Gesnerianam*, ea omnes arte et elegantia confectas, ut emendatione nusquam facile mihi opus esset, nisi forte ubi textus ipsius mutatio eam traxisset. Scholia dedi aucta et castigata e Mss. Pariss. recens a BELINO, BASTIO et LOSSIO collatis, simul cum priorum Editorum meisque adnotationibus. In Commentario edendo hanc mihi praescripsi legem, adprobantibus SCHAEFERO et HAHNIO, ut tum omnes, tum integras, virorum de LUCIANO meritorum adnotationes redderem, ne relegatis quidem, quae imparis pretii sunt, BRODAEI puerilibus, BOURDELOTII levibus, GUYETI temerariis, animadversionibus, quarum nonnullae certe haud scio an aegre a nonnullis desideratae fuissent. Praeterea etiam SCHAEFERI monitu inserere placuit egregias illas HEMSTERHUSII observationes, quas in minori nonnullorum LUCIANI opusculorum editione Amst. 1708. 12. depositas, in majori vir modestissimus magnam partem omisit, quasque nos, quo a posterioribus secernerentur, in Timone et Dialogis hocce signo: HEMST. I. enotavimus. Quas ego vero adjeci, respiciunt aliae antiquiores illos Commentatores, aliae recentiores Editores, Interpretes et Criticos; in omnibus vero id potissimum agitur, ut LUCIANUS ex se ipso vel illustretur, vel restituatur, praetermissis, quaecunque non proxime ad rem pertinere videbantur. De Indice, vel Glossario, vel Lexico, ad finem adjiciendo nondum mihi constat, qua ratione id optime et utilissime instituturus sim. Hoc quidem certum, *Reitzianum* Lexicon *Lucianeum*, a *Frid.* REITZII fratre, *Carolo Conrado*, compositum, nullo modo neque fundamento, neque exemplo, esse debere; siquidem velis ut finis coronet opus. Interim audiam peritorum virorum consilia; diligentiam

saltem meam, si Deus vires et otium dederit, spondeo summam.

Jam eo nunc deveni, ut etiam de forma operis paucis monendus sit lector. Hanc omnino curavimus talem, quae et dignitati scriptoris conveniret, et lectoris commoditati quam maxime inserviret. Et in hunc quidem finem elegimus non veterem illam quadratam formam, qua prodiit olim *Reitziana*, minus scilicet illam oculis aequalium nostrorum hebetioribus et manibus debilioribus congruam, sed minorem, quae Bipontinae appropinquaret, ita, ut etiam voluminum et numerum, et modum, prope eundem, ac Bipontinae, evasurum esse praevideri possit. Idem consilium secuti Scholia, quae in Bipontina inter textum et versionem uniuscujusque paginae medium tenuerant spatium, nunc post universum voluminis cujusque textum simul cum notis VV. DD. relegavimus; vice versa Variis Lectionibus, quas Bipontini, ubi nunc sunt Scholia, posuerant, locum ibi dedimus, ubi in illa fuerant Scholia. Etiam *Belinianam* Mss. collationem, quam Bipontinae Tomus X. continet, transpositam ac distributam suis quaeque locis intexuimus. Ita multo faciliorem fieri conspectum eorum, quibus fere conjunctis uti velis, nemo non, qui usus fuerit, experietur. Denique haud ingratum existimamus fore Luciani cultoribus, quod in Tomo primo post Prolegomena conspectum omnium auctoris libellorum, quo ordine deinceps per varios operis tomos sese excipiunt, designatum deprehenderint. Titulos autem singulorum citavimus semper ad unam eamque constantem normam, verbis quidem Latinis usi, non, ut Solanus solebat, nunc Graecis, nunc Latinis.

Ad dignitatem vero operis plurimum, opinor, conferet cuncta facies externa, cujus nitorem et elegantiam

si quis, quod par est, laudabit, laudabit idem B. G. *Teubneri* typographi artem et industriam. Praeterea magnopere de hac editione mereri coepit J. Glob. *Stimmelii* haud mediocris peritia et perspicacia, quae in regendis corrigendisque operis non facile ullum errorem admisit, vel elabi passa est. Quodsi tamen in nonnulla, maxime ad Orthographiam vel ad citandi libros rationem pertinentia, minus accurate et constanter exarata incideris, ea variorum Interpretum et Commentatorum ipsorum inaequalitati, vel etiam inconstantiae, tribui velim, quam si nos ad certam et aequabilem quandam formam redigere voluissemus, magnopere vereor, ne sic in ipsos viros doctos, quos par est sua quemque propria habere, injuriosi fuisse videremur.

Sic jam cum ingenua, qua decet, modestia in medium prodire jubeo hunc otii mei foetum, bene mihi conscius, imbecillitatis cujusdam tum communis, tum propriae, haud pauca apparitura esse vestigia, quae censores liberaliter docti et recte sapientes, ut aequi bonique consulant, vix rogandi esse videntur. Sed non possum simul, quin gratias quoque ex intimo pectore agam Deo O. M., quod occupationibus publicis satis distento simul ac domesticis calamitatibus et aerumnis graviter vexato, mihi praesentissimo usque numine adfuerit, adnueritque etiam *Lucianea* agenti. Huic sit laus et gloria in aeternum! Scripsi Lipsiae ineunte anno MDCCCXXII.

J. Th. Lehmann.

J. F. REITZII
SYLLOGE
DE AETATE, VITA SCRIPTISQUE
LUCIANI.

Pro exiguo, quod mihi conceditur temporis spatio, (causam in fine praefationis indicavi) vitam *Luciani* concinnaturus ab nemine adhuc plene conscriptam, satisque investigatu difficilem, si singula persequi velis, ea incedam via, ut prius omnia, quae investigare potui, sparsim ab aliis tractata, colligam, atque in una tabella, immixtis observatiunculis quibusdam, proponam; postremo vero meam de *Nostro* sententiam subjungam, aetatemque ejus ex ipsius scriptis, quantum licebit, eliciam, ibi desiturus, ubi typographorum efflagitatio manum de tabula tollere jusserit: cumque plerique, maxime *Zuingerus* et *Bourdelotius*, in suis praefationibus nimis amplificatis, quam ut totae repeti mereantur, suum de *Luciani* scriptis atque aetate judicium ita conjunxerint, ut aegrius disjungi queant, eundem sequar morem, de aetate, vita scriptisque *Nostri* simul agendo, et ex amborum praefationibus ea tantum, quae huc pertinent, ante excerpendo, quam ad alios transeam. Praemittimus autem ecce vitam LUCIANI ex SUIDA, qualem *Zuingerus* editioni suae Basileensi tertiae praefixit.

Lucianus Samosatensis, cognomento blasphemus, sive maledicus, aut atheus potius adpellatus, eo quod in Dialogis suis ridicula etiam illa esse proponit, quae de rebus divinis et sacris prodita sunt. Dicitur autem vixisse temporibus Trajani Caesaris, et deinceps. Caeterum fuit ab initio caussidicus, Antiochiae, quae in Syria est; sed cum ea res illi non satis ex sententia succederet, ad scribendum sese convertit, scripsitque adeo infinita. Obiisse autem ipsum, fama est, a canibus laceratum, quoniam et contra veritatem velut rabiem exercuisset. Nam in vita Peregrini Christianismum quoque insectatur, ipsum Christum contumeliose incessit, scelestus ille. Quare et rabiei istius poenas sufficientes in praesenti vita dedit, et in futurum haeres aeterni ignis una cum Satana erit. Haec ille. Addit autem *Volateranus*, nescio quo auctore: cum ab initio Christianus fuisset, postea ejusdem religionis desertorem factum esse, dictitantem se nihil ex ea consecutum, quam quod nomen ipsius corruptum esset, ex *Lucio*, *Lucianus* factum. Fuit autem Samosata, ut hoc quoque addamus, urbs non longe ab Euphrate sita, Commagenes metropolis. Plinius et Stephanus.

Haec partim vera, partim ficta aliquanto melius exsequitur *Bourdelotius*, *Luciani* vitam hisce verbis conscribens:

Luciani Samosatensis Philosophi vitam scripturum, ope summa niti decet, ne temere voluntati et opinioni eorum videatur adsentiri, qui adgressi hactenus falsa veris miscuerunt, et ex tribus vel pluribus hujus nominis vel rhetoribus vel sophistis, longo inter se intervallo viventibus, *Luciani* nostri vitam texuerunt. *Suidas*, qui ex antiquis βιογράφοις solus *Lucianum* nobis tradidit, proh Jupiter! quae mendacia blateravit? Satis ad eum refutandum, quae nos in contrarium scribimus. *Volateranus* non Suidae contentus nugis alias insuper de suo liberalis adjunxit. Caeteri aut non viderunt viam, qua iretur ad illam, aut visam similibus aliisque mendaciis refarserunt. Igitur ne simili

coinquiner audacia, *Lucianum* de se narrantem exscribo, ut verus ad oculos legentis accedat. LUCIANUS natione Syrus fuit, urbe Samosata,[1]) quae juxta Euphratis confluenta sita est: circa Trajani[2]) tempora videtur natus, cum *Epictetus*, illud virtutis exemplar, vulle esse desineret. Patris ignoratur conditio, sed tamen ut adparet, eum ex hoc genere hominum fuisse, qui in extrema paupertate morientes non multum haeredem adjuvant. Nam cum deliberandum esset de futura *Luciani* filii conditione, videretque patrem suum et uxoris fratrem eximios audiri statuarios, ne deliberavit quidem ut videretur contatus, sed statim fortunae statuariae filium addixit: qui nescio an ingenii bona indole, an fato[3]) quodam, artis statuariae desertor efficitur, et ad meliorem frugem se recipit, atque statim ut sibi reliquam aetatem a statuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samosata, ubi levioribus studiis instructus fuerat, Antiochiam petiit, ut caussis dicendis[4]) operam daret: sed cum non illi ad mentem succederet caussidicinae conditio, videreturque nominis illustrior gloria futura, si Rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur: ut illa notesceret,

---

1) Urbe Samosata) *Lucian. Q. Hist.* §. 24. τὰ Σαμοσάτα dicit plur. num. ut etiam *Strabo*: itaque *Samosatis* natus dicendum fuisset. *J. Alb. Fabricius* in Bibl. Graec. L. IV. p. 485. eandem hanc vitam ex *Bourdelotio* exhibet, additis notulis; ad haec autem verba ait: *Lucianum* patriam indicartem vid. in *Q. Hist.* l. d. Item in *Scytha* ad fin. §. 9. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In *Revivisc.* §. 19. κατοῖα δὲ τίς; Σύρος — τῶν Εὐφρατίδων. Porro *Luciani* nomen jam Λυκῖνος efferri, jam Λυκιανός.

2) Trajani) *Fabric.* hic *Suidam* indicat, qui ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Sed conferendum *Vossium* II, 25. de *Hist. Gr.* Imo c. 16. ubi eum serius collocat, quod pluribus referemus deinde, in hac Dissert.

3) An fato) Quid dubitemus? ipse caussam refert, in *Somn.* §. 3. seq. quod scutica percussus ab avunculo, ac nimis duriter habitus sit.

4) Caussis dicendis) *Fabric.* monet videnda. *Revivisc.* §. 29. ubi *propter fraudes, mendacia ac temeritates, quibus caussidicis utendum*, se illam artem deseruisse et ad philosophiam transiisse refert.

varias animo concepit peregrinationes, et suscepit: juvenis in Galliam[5]) profectus, auditorum frequenti corona, et laudem meruit et retulit: ex Gallia Macedoniam[6]) petiit, ubi variis dissertationibus perfectissimum dicendi robur exponebat: quales sunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cum videret, Rhetores inductionibus et fallaciis divitias, et cætera, quæ prima mortales putant, potius sibi quærere, quam veræ virtutis mercedem, ea relicta philosophiam[7]) adgressus est: in qua quid profecerit, est incredibile memoratu. Sed tamen ipsi etiam philosophi plus divitiis quam philosophiæ parentabant, auditores invicem sibi aut vellebant, aut vellicabant, et civitates, quibus fucatam illam ostentabant philosophiam, factionibus infestabant. At *Lucianus* non fuco cum fucatis, non factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat[8]), semper ingenio ut conditione liber, tandem sub Divo Marco Ægypti præcu-

5) In Galliam) Vid. Apolog. *pro Merced. Cond.* §. 15. ubi Sabinum adloquitur. Observatque *Fabr.* *Eloquentiam* ei Actiam dicendi suavitatem in *Luciano* prædicat *Photius* Cod. 128.

6) Macedoniam) *Lucian. Herod.* vers. fin. sed et in *Ionia* et *Achaja* audisse se scriptores Historiam belli Parthici (A. C. 165. gesti) recitantes, testatur lib. *Quom. Hist.* §. 14. Confer ejus *Bis Acc.* §. 27. *J. A. Fabric.*

7) Philosophiam) Moralem potissimum, cujus argumenti sunt pleraque ejus scripta. Ita cum Socrate existimabat, reliquam philosophiam universam parum ad nos pertinere, certe parum esse utilem, nisi ad usum vitæ referatur. In *Convivio* philosoph. §. 34. ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἅπαντα ἐπίστασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἅμα καὶ τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philosophiam ex solis libris, sed et consuetudine cum honestis hominibus hauriendam ratus, prope veram esse duxit, quod multi dicerent, ὅτι τὸ παιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φρονήσεις συνεχῶς ἀφορῶντας, *eruditionem a recto sensu bonisque institutis abducere istos, qui solos libros eorumque sensa adsidue spectarent.* Cæterum Epicureum se fuisse indicat in Pseudomante: et a Graeco Scholiaste diserte fuisse τῆς Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex scriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris, etiam perinde, ut, cujus vitam scripsit, Demonactem, Philosophiae non unam sectam peculiariter coluisse. *Demon.* §. 5. *Idem.*

8) Abstinentia certabat) *Revivisc.* §. 20. μιςαλαζών εἰμι, καὶ μισο-

rationi [9]) praepositus, et suo et amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis suis invicem credunt, Christianum fuisse [10]) arbitrantur, supposititiorum pravitate decepti. Ipsa de Morte Peregrini narratio satis evincit errorem. Nec sanior eorum opinio, qui a canibus laceratum [11]) adseverarunt. Nam senio, vel, quod verius est, podagra [12]) nonagenarius obiit: superstite unico filio [13]), qui summus sophista Juliani tempore, et ad quem hujus Imperatoris exstat epistola.

ψευδὴς, καὶ μισότυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοϊκὸς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι συγγενῆ. *Adrogantiae, imposturae, mendacii, et fastus sum osor — amator veritatis, honestatis, sinceritatis, et eorum quaecunque amore digna sunt omnium. Idem.*

9) Aegypti procur.) *Apol. pro Merced.* §. 6. Imo potissimum §. 11. et seqq. sed hoc *Tillemont.* jam egit.

10) Christianum fuisse) Confer *Baronium* ad A. C. 171. num. 7. et *Tillemont.* Hist. Imperat. T. II. p. 709. (sed eum nos totum addidimus) Scholiastes Graecus ad *Mort. Peregr.* §. 13. *Οἷα λῆρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ* etc. Eidem Scholiastae ad Sacras historias *Lucianus* adludere videtur, notat *Fabric.* aliaque Scholiastae adfert, ubi is *Luciano* male dicit, quod in S. Prophetas, in virgam Aaronis, Mosen et Josephum scommata jacere videatur, sed Scholiasten fugisse rationem, ut editor bene observarit. Additque: ab Atheismi crimine *Lucianum* absolvit D. *Jo. Phil. Treunerus* in Diss. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

11) A canibus lacer.) *Suidas* in *Λουκ.* nimirum solenne fuit multis, horrenda mortis genera comminisci de iis, quorum dogmata improbassent. Confer, quae de Epicuro idem *Suid.* in *Ἐπικ.* et quae de Zoilo notavi Lib. II. c. 7. p. 365. *J. A. Fabr.*

12) Podagra) Podagra laborasse *Lucianum*, colligitur ex iis, quae in laudem podagrae scripsit. Ita Agrippinum Pasonium refert *Stobaeus* solitum rerum, quae ipsi adversae accidissent, encomia componere, si quidem febriret, febris, si notaretur infamia, infamiae, si exsularet, exsilii. *J. A. Fabr.*

13) Superstite — filio) Haec verba *Fabricius* a vita *Luciani* Bourdelotiana rescidit, ut aliena; sed p. 488. ea referens merito refellit, dicens: parachronismus est, cum a M. Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat spatium annorum amplius CLXXX. Equidem in *Juliani* epistolis trigesima secunda inscribitur *Λουκιανῷ σοφιστῇ.* — Sed utrum iste *Luciani* Samosatensis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius, quam parentum, adpellabant; licet nec hoc inauditum fuisse, Antisthenis exemplo pateat) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione adtigerit, neutiquam constat; nam filium quidem non fuisse, certos nos facit temporum ratio. Meminit *Luciani* nostri etiam *Lactantius* L. I. c. 9. *Non enim ista Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis et hominibus non pepercit; sed hi potissimum, qui Deorum laudes cane-*

De *Luciani* autem moribus, vita, scriptisque haec fere Ja. Zuingerus loco sub init. indicato. Primo autem plures *Lucianos* refert, *Politicum* unum, cujus *Suidas* mentionem facit, *Philosophum* alterum, qui hic noster Samosatensis, cui, an quae leguntur in Anthologia tribuenda sint epigrammata, adhuc sub judice litem vigere haud unquam decidendam: pergitque *ibidem*: Sunt ea quidem σκωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat *H. Stephanus*, tam elegantis pietatis, ut ne Christiano quidem auctori pudori essent.

Theologos quoque *Lucianos* complures fuisse mox commemorat: et apud *Cyprianum* esse, cui IVta et XVIIma epistolarum adscribatur. Fuisse et hoc nomine Antiochenae ecclesiae presbyterum, item Hierosolymitanae, qui et monumentis literarum posteris innotuerit, ibidem commemorat. Sed cum de his Biographi possint consuli, nihilque ad nostrum institutum faciant, sufficiat eos tantum nominasse et potissima *Zuingeri* ad *Nostrum* spectantia excerpere; de quo ille p. 2. et seqq. ait:

Parentes nostri *Luciani* tenuis fortunae homines puerum *Lucianum* praeclara indole ad literarum studia natum, arti statuariae addixere, majus inde certiusque lucrum, quo sublevarentur, captantes, et sumtus disciplinae minores. [Sed vide haec ipsum plenius narrantem in Dial. omnium primo.] Nominare quidem eos videtur in Piscatore, vocans se Parrhisiasten Alethionis Elenxiclei. At ficta sunt nomina, quibus studium, quo ducatur, veritatis, et personatae sapientiae odium designat.

Patria Samosata, Syriae civitas, non longe ab Euphrate, ut se ipsum Syrum et Assyrium non semel cognominet:

---

bant. Latinae se linguae utcumque peritum fuisse testatur Lib. de errore in salutatione §. 13. Haec ille, optime. Sed *Bourdelotii* error forsan inde natus, quod Chronologos consulens, Didium Julianum, pro altero longe posteriore acceperit festinans.

alibi etiam Patrensem, quae civitas est Achajae: tamquam natus hinc, oriundus illinc, ait *Beroaldus* in octavum *Apuleji*. [locus, quem *Zuingerus* ob oculos habuit, est T. II. in *Asin.* c. 55. ubi ait: *Patria nobis Patrae, urbs Achajae;* sed errare virum doctum, et alium esse istum Lucium Patrensem, et Biographi, et nostri commentatores satis indicarunt.]

De tempore nativitatis nihil certi. *Suidas* eum sub Trajano, ante quem etiam fuerit, floruisse dicit: alii de Adriano quoque meminerunt. [aliquanto certiora tamen de *Nostri* aetate dabuntur deinde.]

Quanta vero fuerit ingenii praestantia *Luciani*, pergit *Zuingerus* p. 3. f. non est in dubium vocandum. A prima pueritia emicuerant indicia artificis ingenii, ut eum pater ad praeclaram fingendi artem dexterrimum arbitraretur.

Sed ad majora natus puer, cui non lapidum, sed humanorum animorum scabrities erat emendanda: innutritus ergo liberalibus disciplinis, Rhetor fuit, Poëta, Logicus. Testantur id ipsius scripta: inprimis quanta dexteritate adversarios disputando convicerit: quanta facundia caussas in foro peregerit, quanta facilitate Comicorum personam non tam ligato, quam soluto, dicendi genere repraesentarit.

Ad Dei cognitionem et verum cultum si spectemus, hac parte vel maxime impium fuisse eum et παμμιαρὸν, ut ait *Suidas*, libenter fatemur, qui non solum Dei providentiam risui habere, sed et Christum ipsum, humani generis vindicem, cavillis et maledictis insectari fuerit ausus: tam ferali rabie, ut per ludibrium ἀνεσκολοπισμένον σοφιστὴν scelerate calumniaretur, et quod *Ponticus Virunius* in quadam epistola observat, Joannis quoque Evangelium incesseret: quod de Philopatre dictum existimari potest. [At neque *Philopatrin* ab *Nostro* scriptum, nec *Peregrini*, nomine Christum, sed aliquem *Cynicum*, Pario Hellesponti oppido

oriundum, de quo *Gellius* aliique diserte meminerunt, vel martyrum quendam sub Antonino Vero designari, satis apertum est. Vide *Gesneri* Dissert. de Philopatr. notasque ejusdem et *Solani Fabri*que ad *Peregrin.* pr. et quid de Christiana religione sciverit senseritque *Lucianus*, ipsi dicemus ad finem hujus Vitae.]

Deos certe Ethnicos coelo deducit graphice, tantam impietatem, tam profana scelera nullo divino honore dignanda arguens. Id quidem hactenus nec indigne nec impie: at quod inde ingratus homuncio, nec ex sui ipsius quidem, ut alia taceam, vel corporis vel animi mira structura, ad aliquam veri Dei, et vel saltem ignoti, Atheniensium exemplo, reverentiam erigere sese vel voluerit, vel potuerit, sed Epicureorum fatalem necessitatem, omni metu Deorum sublato, exosculatus admiserit, id vero extremae impietatis esse, ipsius gentilis arbitrio, non ignoratur: a qua infame nomen ἀθέου optimo jure promeritus est. [Imo nemo magis fatalem illam necessitatem risit: inspice *Nostri Jov. Confut.* maxime c. 4. f. et c. 7. ubi servos Parcarum vocat Deos, si fato obnoxii forent. Sed ante omnia c. 18. ubi fatum directe et valide impugnat. De Atheismo autem videbimus in fine.]

Quod si ad Physicam et Mathematicam nos convertamus, pergit *Zuingerus*, plus quod laudemus, quam reprehendamus, sese objiciet. [Imo in mathematicis parum versatum fuisse, bene aliquoties demonstravit *Solanus*, in notis errores ejus indicans.]

In practicis autem, ait *Zuingerus*, habitibus, major est ipsius praestantia. Ethicus fuit, minimeque deses veritatis sectator; sed et alios secus agentes re et calamo acerrime est persecutus, ut ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος, a *Vive* subsannator Deorum et hominum, ab *Erasmo* mitius, nugator festivus, quod ludendo acerbitatem animi ceu velo

obducto occultare sciret, cognominaretur. Hujus philosophiae (Ethicae) se admiratorem fuisse et sectatorem, ipse fatetur in Dial. *Piscatoris*, ubi apertis verbis interroganti Philosophiae profitetur, *duarum artium se scientem esse, Amandi virtutem, et Odio prosequendi vitia.* Saevissimus autem adversus philosophos fuit virtutum nomine abutentes, qui summi boni vice honorem, lucrum, voluptatem luxuriose ambirent, effeminati mimi instar Achillem vel Theseum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani asini exemplum, barba nimirum, incessu, induvio, philosophiam mentiri infami studio contenderent.

Vives equidem ad proscindendam philosophiam invidia *Plutarchi* Chaeronensis impulsum fuisse scribit, quem in magno honore esse apud Trajanum Caesarem invitus et dolens vidisset. [sed errat *Vives*, ut *Vossius*, post paucas paginas adlegandus, ostendit.]

Politiae etiam et Oeconomiae studiosus fuit, quod idem scripta ejus testantur: ut cum jam senior, quod scribit *Gilb. Cognatus*, in aulam et familiam Caesaris se contulisset, Procuratoris Principis conditionem acceperit.

Quod ad exercitationem, docuit viva voce, et scriptis similiter inclaruit. Adhuc juvenem in Gallia, et aliis in locis Rhetoricam professum se esse, ipsemet testatur: quo non succedente, ut *Suidas* vult, ad scribendum se contulit.

Sunt autem ejus scripta quam plurima, quorum caussas omnes, quanta licebit brevitate, enumerabimus. Finis illorum fuit veritas et virtus adserenda, et ut vel suis saltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, et sapere disceret.

Verbis ad hoc usus est, cum Asianus fuerit, tersis, ingenio ac moribus suis congruentibus: tam apta facilitate, ut communem loquendi elegantiam miro successu expresserit, rebusque dicendis adcommodarit, ut et his simul et iis le-

ctor magna animi voluptate perfundatur. In forma scribendi *Platonis* exemplum secutus, Dialogos scripsit, quibus res ipsa ceu geri videatur, magisque audientium et legentium animis imprimi. Comica tamen facilitate et argutia illorum diluit gravitatem tam dextre, ut, si quis ullus miscuit utile dulci, is *Thomae Moro* et *Erasmo Lucianus* sit.

Materia scriptorum ejus varia est, et Historica et Philosophica. Historiam partim in genere perpendit, quomodo tractanda sit, praeceptis propositis in Dialogo QUOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT: et exemplis, fictis licet, ad praecepta tamen adcommodatis, duobus libris DE VERA HISTORIA: partim in specie: varia nimirum, quae vel aliis contigerunt, vel sibi. De sua ipsius adolescentia in SOMNIO agit: de senectute vero, in qua ne tum quidem eloquentiae exercitia deseruerit, in HERCULE GALLICO. Quae ad alios spectant, diversa sunt: Theologica, in dialogo DE DEA SYRIA. Naturalia, de grandaevis, in MACROBIIS.

Politicam adtinentia, tum ad plures, de amicitia Scytharum et Graecorum, in TOXARI. De philosophis diversarum sectarum apud *Aristaenetum* convivantibus, in CONVIVIO: tum ad unum aliquem: sic Demonactis vitam in DEMONACTE persequitur. Lucii transmutationem in ASINO: Alexandri cujusdam res gestas et vitam, qui se Podyalrii filium mentiebatur, in ALEXANDRO. Neronis conatus perfodiendi Isthmi, in NERONE. Peregrini cujusdam mortem voluntariam, in oratione de MORTE PEREGRINI.

Ipsi praeterea Dialogi meras continent narrationes antiquae et gentilitiae religionis, fideique superstitiosae, quam scoptice traducere, et narrando dumtaxat, in contemtum audientium, quibus, modo vellent, facile liceret inter lupinos et aera facere discrimen, abripere voluit.

Organica ejus sunt multiplicia, et quidem Grammatica nonnulla: de literis, in JUDICIO VOCALIUM: de Soloecismo,

in Pseudosophista: de dictionis apophradis proprietate, in Pseudologista: de oratione adfectata, in Lexiphane.

Poëtica tangit in cavillatione poëtarum, quae inscribitur Dissertatio cum Hesiodo. In Tragopodagra et Ocypo dramatum duorum specimen dat.

Ad Rhetoricam pertinent ejusdem Bacchus, de Electro, eamque contra reprehensores defendit in Zeuxi et Apologia contra eum, a quo Prometheus in verbis fuerat adpellatus; tum exemplo orationis in Macedonia habitae illustrat in Herodoto. Confirmat in Rhetorum praeceptis, in quo de corrupta suorum temporum eloquentia et adfectato genere dicendi conqueritur. Orationes sunt aliquot illustres omnium generum. Demonstrativi, Encomium balnei in Hippia: Demosthenis: Patriae: Domus: Macedonum quorundam in Scytha: podagrae, in Tragopodagra: pulchritudinis in Charidemo: studii sui erga auditores, in Dipsadibus. Deliberativi sunt: dum suadet taurum, supplicii genus, dono oblatum nequaquam parvi pendendum esse, in Phalaride secundo: commendatitia in Harmonide. Judicialis generis, ut cum quaeritur, dignus ne sit praemio Tyrannicidae, qui filium tyranni occidit, in Tyrannicida: an receptus in familiam possit abdicari, in Abdicato: an Phalaris taurum aeneum missurus Delphos jure ac necessitate tyrannidem adripuerit, in Phalaride primo.

Ad Philosophiam in genere pertinent ea, quae tum contra sectas philosophorum sui temporis declamat in Bis accusato, et Hermotimo: tum de auditore philosophiae, qualis is sit, esseve debeat, lectioni potius quam multitudini deditus, in Dialogo Adversus indoctum: et an eunuchus possit esse philosophus, in Eunucho.

Contemplatio de Deo et spiritibus metaphysica est hic

apud *nostrum auctorem*, et positiva (verba sunt *Zuingeri*) in ALCYONE, ubi de Dei potestate, quod illi omnia sunt possibilia, disserit, licet secundum *Athenaeum* et *Laërtium* is dialogus *sit Leonis* philosophi Academici: [hujus, non *Luciani* esse, Commentatores etiam nostri persuadent ad §. 1. *Halcyonis*.] et negativa, dum festive et acriter contra Deos ethnicos eorumque ridiculos cultus invehitur in CONCILIO DEORUM, JOVE TRAGOEDO, ac caeteris DEORUM DIALOGIS.

Religionem omnem, tum Christianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam in GYNISCO, ludibrio habet [sed Philopatrin ab ipso non scriptum, jam diximus.] In Saturnalia invehitur in SATURNALIBUS: in Sacrificia, in Dial. de SACRIFICIIS. Contra incantamenta et spectra in PHILOPSEUDE.

Mathematica odigit in ASTROLOGIA.

Physica inseruit subinde, ut in Dial. MUSCAE, ALECTRYONIS, DIPSADE.

Inter Ethica sunt, quae de fine, summo bono agunt contra philosophos, in TIMONE MISANTHROPO, NAVIGIO, CYNICO. De virtute ac moribus in ICAROMENIPPO, NIGRINO, VITARUM AUCTIONE, PISCATORE, FUGITIVIS.

Contra libidinem in AMORIBUS et DIALOGIS MERETRICIIS. Contra calumniantes in oratione de NON TEMERE CREDENDO CALUMNIAE. Contra adsentatores, in Dial. PRO IMAGINIBUS. Pro arte adsentandi, in PARASITO. De humanitate in salutando, in Dial. PRO EO QUI INTER SALUTANDUM VERBO LAPSUS FUERAT: de avaritia, de incommodis paupertatis in SOMNIO SIVE GALLO.

De amicitia colenda in TOXARI. De luctus vanitate in Dial. DE LUCTU.

Politica sunt mere particularia, ut DE GYMNASIIS, in quibus adolescentes boni cives evadant. De aulicae vitae molestiis, quas ingenuus subire non debeat, in MERCEDE CONDUCTIS: de *Saltatione*, in Dialogo ejusdem inscriptionis.

Oeconomicum etiam aliquid tetigisse videtur in IMAGINIBUS, describens mulierum virtutes praecipuas, et bona corporis et animi: quae inprimis in domestica administratione sese proferre solent.

BOURDELOTIUS eadem singulis de *Luciani* scriptis praedicat in praefatione, sed ordine aliquantum immutato et argumento multum dilatato, auctorem summis ubique laudibus cumulat. Missis autem illis ambagibus, ac rescissis, quae perlonga et ad pompam composita oratione de fatis priscae philosophiae praemittit *Bourdelotius*, quomodo ab antiqua simplicitate ac virtute desciverit, quam revocare Epictetus, Favorinus, Musonius, Demonax, Nigrinus, et alii quidam boni, frustra tentabant, ac potius exemplo virtutis austerae invidiam sui provocabant; ideoque elephantorum exemplo taciti servitutem deplorabant, donec unicum continentiae exemplum LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis et philosophiae perfectae sectator, cui (ut ille ait) *Nec viget quidquam simile aut secundum*, aliam viam ingressus, ubi rectum iter vitae coepit inspicere, cum ipsis ingeniis, ipso fato, et ipsis, quod ajunt, Diis conflictari, liberrimaque indignatione corruptos totius orbis mores mordaci Vero radere voluit.

Delibemus igitur breviter ea tantum, quae de scriptis ejus adcuratius, quam *Zuingerus*, exposuit, ne bis eadem propinemus.

Si quis, ait, desiderio flagret divinam virtutis imaginem ab *Luciano* depictam intueri, videat Dialogos, quorum tituli IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatae conjugem effingit, virtutem praebet absolutam. Sed non solum virtutem efformandam decreverat, verum omnia insuper, quibus conjungi Dea, et a quibus disjungi solet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros, unicum ornamentum decusque saeculi, addidit comites et adsessores NIGRINUM et DEMONACTEM.

Qui autem veros philosophos a fictis et simulatis discernere decreverit, exemplum utriusque rei perfectissimum habet in Dialogis VITARUM AUCTIO, PISCATORES, NIGRINUS: quantum enim virtutis comites laudibus extulit, et aemulatione persecutus est, tantum pessimas illas et exsecrandas aves in his dialogis insectatus est, vanos et fucatos eos clamitans, qui falso se nomine jactarent, cum veram philosophiam ignorarent, ac plane diversa docerent, ob quaedam verbula virtutis nomine intexta non continuo in Heliconem venisse; nec solum circa res humanas incerta ac stulta docere, sed et de mundo, de Deo, de sideribus, de providentia divina, falsa, ementita et impia jactare, quae neque viderint ipsi, nec aliunde cognoverint. Quae omnia diligenter exsequitur sublimis ille ICAROMENIPPUS. Veros philosophos, qualem *Nigrinum, Demonactem* et CYNICUM exhibet, nusquam scientia tumuisse, Socratis exemplo se nihil scire professos, cum imperitiae professio summa prudentia sit. Simias vero et mimos suos ob quaedam ventosa et obscura argumenta, et falsas rerum definitiones ita ferre supercilium et elatos incedere, ut vix salutatione quemquam dignarentur.

Veros philosophos amicitiae symbolum summa conservasse diligentia, ut probat eximiis decem exemplis TOXARIS, sive *Amicitia*.

Nullum esse pretium operae, si verbis virtutem laudemus, disciplinas omnes perdiscamus, omnes artes fuerimus adepti, nisi simul vitae societatem, qua nihil melius Divi humano generi quidquam largiti sunt, profiteamur. Quae omnia diligenter in LAPITHIS, in EUNUCHO et DE SECTIS amplexus est. Virtutis adsessores modestia et frugalitate censeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos et tumidos torrenti ambitione vanaeque gloriae adpetitu torqueri, in summam interim temeritatem et infamiam praecipitari, nihil intentatum relinquere, nec sibi

nec alteri parcere, ut vel post mortem superstitem nominis gloriam relinquant, Empedoclis duri sensuum damnatoris, sed simulati, et inani gloriolae petitoris exemplo, ut patet tractatu DE MORTE PEREGRINI.

Alios, dum poëtarum carmina et vaniloquam Theologiam praedicant, non solum homines in densissimas tenebras injicere, verum Deos Deorumque principem Jovem: ut patet in DEORUM CONCILIO, PROMETHEO, in JOVE TRAGOEDO, JOVE CONFUTATO, DISSERTATIONE CUM HESIODO. Ineptam etiam et nugacem esse de fato persuasionem, quale scilicet plebecula poëtarum fabulis decepta effingit sibi, Deos etiam huic fato subjici; ut testatur JUPITER CONFUTATUS.

Si quis regnandi desiderio teneatur, videat miseros tyrannorum casus, domesticos luctus, insidias omnium, servilem metum, cum antithesi vitae paupertinae amplificata exhibent CATAPLUS, TYRANNICIDA; privatorum vitam praestantissimam ac tutissimam esse. Nam divitias, imperia, regna, magistratus, et caetera prima mortalium, ad quae mundus avidissime suspirat, quae ficti philosophi totis viribus quaerunt, vana, fluxa, caduca.

Eorum animos in pecudes, et praecipue asinos transire, quorum ante acta vita inerti pigritia languescebat, in LUCIO s. *Asino* [14]).

Omnium vitam eorumdem judicum sententiis subjici, nullam aestimationem cujuscumque fortunae futuram, nullam personarum rationem, nullam potentiae, divitiarum, famae, dignitatum; pro virtute, pro vitiis, praemia et supplicia parari: DE MORTUIS.

Vana esse perditorum sacrificia, nisi vitam virtuti sacrificent: Jovem non placari donis hostiis eorum, qui per-

14) Cf. *Necyom.* c. 20. LEHM.

juris linguis minus audientem fatigant: litabilem esse hostiam, animum purum, rectam mentem, et sinceram conscientiam: quae omnia proposuerunt VOTA et tractatus DE SACRIFICIIS.

Denique *Lucianum* fuisse Grammaticum, Rhetorem, Advocatum, Medicum, Historicum, Philosophum, Poëtam, Politicum, ex caeteris ejus Dialogis eodem fere more *Bourdelotius* demonstrat, quo *Zuingerus*. Quare illa non repetentes, haec notabiliora, quibus praefationem concludit, tantum addimus:

Scripta haec (Luciani) postquam ingeniosorum hominum manibus teri coeperunt, crevit scientiarum et virtutis amor, qui usque in hodiernum diem quorumdam pectoribus insidet. Et ex hac pingui segete philosophicum illud semen concretum est, cujus progenies et surculi Philostratum, Eunapium, et alios occuparunt. Tantumque potuit aemulatio, ut Syri antea praedae intenti et latrociniis accincti, quibuscum odium virtutis et literarum innatum erat, relicta ferarum et praedonum natura, philosophiam summo desiderio sint prosecuti. Nam ab antiquissimis Pherecyde et Isaeo, paucissimisque aliis Syris, quibus philosophia cordi fuerat, usque ad Luciani tempora vix ullum Syrum inter tot philosophantium sectas poteris numerare, licet Laërtium, Philostratum et alios evolveris. Atqui post Lucianum, mirandaque Luciani scripta, caetera sunt philosophorum Syrorum maria. Haec posterior aetas, uno saeculo Lucianum adtingens, avis longe melior tulit Jamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumerosque alios Syros: qui si cum coaetaneis, qui Juliani Caesaris tempora illustrabant, conferantur, longe a primis erant secundi.

Tandem *Lucianum* suum ab obtrectatoribus defendit, in quos acerbissime invehitur, eos pestes hominum vocans, qui nihil possunt, quam meliores carpere; cumque primum objiciant, caeteros philosophos aliam ostendisse viam, qua

iretur ad virtutem; tum quod Christum rerum omnium dominum insectatus sit; denique quod amatoriis dialogis adolescentulos flagitiis nobilitet. Ad ea respondet, *Lucianum* ipsum satis haec refutare scriptis suis, et adcusationem falsi convincere, ipsumque a principio ad risum provocasse. Fateor (ait) aliud proposuisse philosophos, nec quidquam simile proposuisse. Nam si a philosophiae restauratione talem viam fuissent ingressi, qualem *Lucianus*; nonltam diu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiassent.

Longe acrius pungit (pergit idem) *quod sequitur, Christum contumeliosis verbis laesisse. Impium, sceleratum, damnandum fateor, nisi superstitionum erroribus etiam tum irretito parcatur: poenam in se reposcere, quam Tacitus, Suetonius et alii Christianorum hostes acriores passi sunt. Nam eum numquam Christianum fuisse, alibi docuimus.*

Restant amores meretricii, (Dialogum amorum non esse *Luciani* probabimus) in quibus quid aliud describitur, nisi pessima et sceleratissima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelae juvenum, avaritia, gula, scelera in unum collecta? Ut enim in caeteris Dialogis solus *Lucianus* interiora virorum examinat, ita quarumdam feminarum vaferrimum et pravissimum ingenium explorat. In haec facinora quaere supplicium

Tu qui, nasute, scripta distringis sua.

Haec autem *Bourdelotii* promissa probatio, *Amores* non esse *Luciani*, huc rediit, ut in notis ad hujus Dial. initium diceret: *Non esse Luciani, — sed alicujus, qui Lucianum supervixerit, jam monui praefatione ad Lectorem, videtur esse Aristaeneti.* Interim et mihi aeque ac *Kustero*, non videtur *Luciani* esse, tam ex adfectato et inflato stilo, quam ex longioribus digressionibus ante quam ad ipsam disputationem veniatur, aut redeatur: nam si *Luciano* tribuendus sit, conjicere licet, scriptum esse, ut Philosophis

παιδεραστία exprobretur, ut vid. §. 35. ejus *Dial.* ubi manifesto pungit eosdem, dicens, cum divina philosophia hunc etiam amorem adolevisse. At non mihi satisfacit illa conjectura, et pessimus hic exprobrandi est mos, qui nec satis ab auctore ridetur, nec ridendo sanatur, sed abominatione dignus.

G. J. Vossius de Hist. Graec. L. 2. c. 15. *Lucianum* Samosatensem aequalem facit *Athenaeo* Naucratitae, qui sub M. Aurelio vixerit, sed post Commodum etiam, imo usque ad Pertinacem et Severum vitam protraxerit. [quod non adeo mirum: si enim post Commodum vixit, facile Severum adtingere potest, propter perbreve Pertinacis et Did. Juliani, duorum triumve mensium imperium] paullo majorem natu facit *Suidas:* nam vixisse ait ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Suntque in hac sententia *Gilb. Cognatus* et *Jac. Zuingerus;* quin *Ludovicus Vives*, vir acris judicii, suspicatur eum ad insectandos philosophos impulsum fuisse invidia *Plutarchi* Chaeronensis, quem summo apud Trajanum loco esse cerneret ac doleret. Mihi secus videtur, nec levi de caussa; quippe meminit *Lucianus* Marci Caesaris, ac belli Marcomannici ab eo gesti, [in *Alex.* s. *Pseudom.* §. 48.] Διαπέμπεται ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Vides, ut non tantum belli meminerit cum Marcomannis et Quadis; sed Marcum θεὸν *Divum* vocet, quod arguit eum naturae cessisse. Quare extra controversiam poni debet, *Lucianum* tum Marci Antonini Philosophi aetate vixisse, cum referat sermones, quos habuit ipse cum Alexandro Pseudomante, tum sub Commodi Antonini philosophi filio. — Meretur locum inter Historiae scriptores, non ob *Ver. Hist.* libros, sed propter tractatum *Quom. Hist. sit scrib.* de *Dea Syria*, ac *Macrobios. Eunapio* vero refertur inter vitarum scriptores propter unam *Demonactis* vitam. — *Gul. Philander* ad *Vitruv.* Apollonii vitam *Luciano* huic adscribit, et *G. Cognatum* in nott. ad *Pseudom.* eodem propen-

dere arbitror: sed *Lucianum* minime esse hujus vitae scriptorem, facile probabo; nam Epicurei rident omnes praestigias ac vaticinia. *Lucianus* autem tam Epicureae sectae addictus erat, quam qui maxime. Quorum neutrum negabit, qui vel ejus Alexandrum oculis percurrerit non conturbatis. [at non ita totus Epicureus fuit, ut ex aliis ejus scriptis patebit; et qui etiam Epictetum probarit.] Illud quoque valide hanc rem confirmat, pergit *Vossius*, quod *Lucianus*, ostensurus a cujusmodi praeceptoribus hauserit hoc vitae genus, refert, quomodo eum primo in contubernium receperit ἑραστὴς γόης, — huic se eum prostituisse, ac mercedis loco κακίαν, seu maleficii artem, reportasse: fuisse autem doctorem hunc genere Tyaneum, e comitibus Apollonii Tyanei; cujus omnes imposturas probe calluerit. Sic enim inquit: Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος, καὶ ἐραστὴς, τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγινομένων, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Quae manifeste indicant, quo loco Apollonium habuerit *Lucianus*. Quemadmodum et illud, quod mox subjicit: Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω; Haec pluribus commemorare visum fuit, quo pateat cuivis, quam inanis sit suspicio eorum, qui libros de Apollonii vita, contra Codicum omnium fidem, contra auctoritatem *Eunapii*, B. *Hieronymi*, *Photii*, *Suidae*, et tot aliorum, abjudicant *Philostrato*.

Vossio maximam partem adstipulatur HEMSTERHUSIUS, in praef. ad *Polluc.* p. 29. b. scribens: *Variis e Luciani locis patet, eum floruisse sub Antoninorum imperio et Commodi: hac sane de re nemo Luciano paullulum familiarior addubitet: legendus enim solus ejus* Pseudomantis *seu* Alex. *qui omnem, si quis est, scrupulum demat: in eo θεον vocat Marcum Philosophum, ex quo recte collegit Vossius, l. d. eum de hoc Imperatore jam defuncto et in Deos relato loqui: huc accedit, quod oraculum illud Alexandri mendax Antonini Pii et Marci aetate sit exortum, — ea vero de re Lucianus tamquam sibi comperta et explorata, quaeque se contigerit vivente et vidente, scri-*

bit, quod recte Marcilius cum alibi, tum ad Philopatrin observavit: de hoc autem oraculo legendum suadeo prodigiali doctrina virum Ezech. Spanh. de Us. et Praest. numism. p. 176. *Demonax, cujus buccinatorem egit Lucianus, iisdem vixit temporibus: inter alia vero meminit Herodis Sophistae, quem Marci Philosophi praeceptorem fuisse Capitolinus tradit:* caetera de Sostrato, quae ibi sequuntur, etiam adlegavit *Solan.* ad *Demonactis* §. 1.

Joan. Jonsius de Scriptoribus Historiae philosophicae, L. III. c. 10. §. 6. p. 60. de *Nostro* haec praedicat: *Lucianus* patria erat Samosatensis, teste ipso de se libro, *quomodo Historia sit scribenda*, quo libro Avidii Cassii post Lucium Verum defunctum Anticaesaris sub Marco occisi aequalem se esse indicat: et Vologesi, Frontonis, Titani et Severiani meminit, ut coaetaneorum, ad Celsum quoque dialogum scripsit. Hic vero laudari debet, quod *Demonactis* philosophi vitam literis prodidit etiamnum superstitem. Vixit *Demonax* ille sub Antonino Pio et M. Antonino, aequalis *Epicteti, Luciani,* Timocratis Heracleotae, Peregrini, qui et Proteus dicebatur, et sub Marco flammis se devovebat, Herodis, Onocrati Cynici, Favorini, *Pollucis,* qui nobis Onomasticum Commodo Imperatori nuncupatum reliquit, *Agathoclis* Peripatetici, Cethegi viri consularis, *Rufini* Peripatetici, ut ex Demonactis vita apud *Lucianum* intelligimus. Laudat illam vitam *Eunapius* prooem. *Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὸ γελασθῆναι, Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν, ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. Lucianus Samosatensis, vir ad concitandum risum factus, Demonactis sua aetate philosophi vitam in literas retulit, atque eo in libro, ut perpaucis aliis, seriam operam consumsit.* Edidit quoque Demosthenis encomium, Dialogum de Sectis, de moribus Philosophorum, et Vitarum auctionem, quo dialogo cujuscumque sectae philosophos mire exagitat. Fuerunt, qui Apollonii Tyanei Pythagorici vitam

a *Philostrato* scriptam *Luciano* adscribere malint, quorum sententiam jure improbat *Vossius* Hist. Gr. II, 15. Diversus a nostro est *Lucianus* ille, cujus meminit *Laërtius* L. VI. *Diog.* [i. e. L. VI. Sect. 73. p. 349. ubi ait: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὃν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. quod nihil mirum, aliquot enim ille saeculis antiquior nostro, qui ante Diogenem etiam, ut ex *Laërtio* patet, vixit, et cujus alia quoque patria ibi commemoratur.]

De Theologia autem *Luciani*, dissertationem Jenae habitam sub praesidio *J. Phil. Treuneri*, idem *Jonsius* prodit p. 208. L. III. cujus et *Fabricius* meminit in Bibl. Gr. eamque indicat Jenae prodiisse 1697. ut supra vidimus. Si illius compos fieri potuissem, nonnihil inde delibassem: sed cum eam investigare ἀδύνατον sit, videamus, num quid J. A. Fabricius amplius de nostro habeat, praeter jam indicata ad vitam *Luciani* a *Bourdelotio* scriptam. Concinnavit *Fabricius* catalogum singulorum *Luciani* scriptorum, cum brevissimo eorum argumento; sed satis de his jam actum: ideo pauca, ad aetatem *Nostri* facientia, et alia quaedam singularia tantum inde exhibeamus. Pag. igitur 496. de Dissert. *Quom. Hist.* agens, ait: liber ad Philonem, quo Milesium quendam, tum Creperium Calpurnianum Pompejopolitam, Callimorphum Medicum hastatorum legionis sextae, Philosophum Corinthium Antiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalassensem, Pisidium, aliosque ineptos illa aetate belli Romanor. cum Parthis A. C. 165. commissi scriptores perstringit, tum docet historicum alienum esse debere a rationibus encomii et invectivae, nec voluptati consulere alii lectorum, nisi quae ex veritate consequatur — res narrare libere, perspicue, graviter, non paucis illis, ad quos scribentis amor, odium, metus et spes forte spectat, sed omnibus, et posteris praecipue. *Lucianus* promittit *ib.*

§. 23. se in alio opere ostensurum, prooemia quaedam Historiarum esse, vulgus lectorum latentia. Nisi respicit alterum locum §. 52. seq. quod mihi non videtur. Sic *Fabricius*. Non video tamen commodiorem alium locum, ubi hoc egerit *Lucianus*, quam in eod. tractatu *Quom. Hist.* a §. 52 ad 56. ubi prooemiorum virtutes, absentiam, exempla prodit; nisi dicas, promissum ejus §. 23. verbis ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν comprehensum, spectare prooemia sua aliis dialogis praefixa [15]).

De Macrobiis *Luciani* ad Quintillum scriptis notat idem, alterum librum de Longaevis Romanis [quem promisit §. ult. *Macrob.*] ad eumdem Quintillum vel intercidisse, vel a *Luciano* non esse scriptum. Sed unde hi suppleri queant, vide ad *Macrob.* §. 29. in not. *Maji.*

De Mercede Conductis dissertationem ad philosophum *Timoclem* esse conscriptam, qui id vitae genus amplexurus erat, observat idem, nihil vero de tempore, quo scripta sit, hinc eliciendo, (forsan quia difficile dijudicatu, Stoicusne is Timocles, an alius, vid. not. ad Dialog. *Merc. Cond.* c. 2. id ergo disquiremus deinde.)

Apologiam vero pro Merced. cond. ad *Sabinum* philosophum et ipsum, atque amicum suum esse conscriptam, qua probet, ad se non spectare, quae superiore libro disseruit, licet aetate provectus (ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ, §. 4.) sub Imperatore Rempublicam susceperit tractandam, (procurator, ut videtur, in Aegypto constitutus a M. Antonino Imp.) notat idem.

---

15) Haud probabilis sententia: ἐν ἄλλοις est *alibi.* h. e. in *alio hujus libelli loco*, nec possunt non intelligi illae §phi 52 — 56., quas *Fabricius* innuit, quamquam non probans. *Rudolphus* tamen in nota ad h. l. respici jubet §. 52. et sq. Lehm.

Tum DE MORTE PEREGRINI disserit: eum philosophum Cynicum Parianum Ex-Christianum fuisse, qui senex se ipsum post Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii, in Arpina, quae viginti stadiis Olympia distabat, conscenso rogo, spectantibus omnibus combussit, Epistola ad Cronium de *Mort. Peregr.* Non integrum ad nos pervenisse hunc libellum, contendit idem *Fabricius* in nott. ad ejusd. *Peregr.* §. 11. [sed refutatur a *Solano* et *Gesnero.*] Peregrinum a Christianis rejectum fuisse, innuit *Lucianus* §. 16. quod de idolothytis comedisset — ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων. Varias hinc inde in CHRISTUM et Christianos effutit blasphemias §. 11. et 13. et per νομοθέτην πρῶτον Christianorum, *ibid.* videtur intelligere Joannem Evangelistam, qui in Evangelio et Epistolis unus maxime omnium commendat illam, de qua *Lucianus*, ἀδελφότητα. Quae §. 39. de vulture ex rogo Peregrini evolante leguntur, iis cum doctissimo *Lemonio* vix crediderim perstringi acta Martyris Polycarpi: viderint etiam alii, num ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod §, 41. traditur, ante mortem omnibus fere celebrioribus civitatibus Epistolas misisse, διαθήκας sive praecepta, admonitiones et leges. Fuit haec sententia magni *Pearsonii* in Vindiciis Ignatii, parte I. p. 6.

Dein de RHETORUM PRAEC. ait: hoc libello *Julium Pollucem* perstringi, cujus Onomasticon habemus, auctor est Graecus *Luciani* Scholiastes. Sed vide, quae adversus hanc sententiam disserit Pollucis editor *Hemsterhusius* in prolegomenis p. 31. seq. qui Dioscoridem quendam Rhetorem illius aetatis a *Luciano* exagitari existimat. Idem ex eod. notat *Solanus* noster ad c. 1. h. l.

De DEA SYRIA haec observat: scriptus est hic liber dialecto Ionica, et *Luciano* hinc abjudicatur a *Petro Jurieo* in Hist. Critica rituum Judaicorum, Gallice non ita pridem edita. Sed *Arrianus* quoque, cum reliqua Attice scri-

psisset, nonnulla (ut Indica) scripsit Ionice. De Dea Syria consulendus praeter laudatum *Jurieum Seldenus* syntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis §. 12. et columba §. 33. a *Luciano* traduntur, illustrat *Octav. Falconerius* in diss. ad numum Apameensem T. X. Antiq. Graec. p. 678.

Timon, de quo ultimo loco agit *Fabricius*, qui ad seriem alphab. Gr. dialogos disposuerat, fusius eidem enarratur: quae omittimus, ex nota ejusdem historica hoc addentes, (quia *Solanus* ait, aetatem ejus adsignari non posse:) *Timon Atheniensis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponnesiaci, quod gestum ab Olymp. LXXXVII.* 1. *ante Christ.* 432. *Timonem se ipsum deferentem ob Alcibiadis amores finxit Liban. Decl. IX. T.* 1. *p.* 343. *Callim. in eum Epigr. III.* 7. *Anthol. Ab hoc Antonius ab Augusto victus regiam suam vocavit Timonium, in ea deinceps Timonis instar procul ab hominum consortio victurus, teste Strab. L.* 17. *p.* 745. *Conf. Plutarch. in Ant. p.* 948. *seq. qui praeter dicta ejus quaedam et Callimachi Epigramma adfert Timonis Epitaphium, et ab Aristophane et Platone Comicis ob misanthropiam reprehensum refert. At Pseudo-Plato philosophus Ep.* 24. *inter eas, quas Allatius edidit:* συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. *De hoc Timone et morte eius Suidas in* ἀποῤῥῶγας. *Hunc inferorum janitorem fingit Lucianus*, Ver. Hist. c. 31. *Fuit et alius Timon junior Sillographus poëta, patria Phliasius,* ἰδιοπράγμων *et ipse, teste Laërtio IX*, 112. *discipulus Pyrrhonis Sceptici, de quo supra L. III. c. ult. Praetereo Timonem Aegyptium, memoratum Ptolemaeo Hephaestioni L.* 4. *et Timonem, quem in Symposiacis suis colloquentem inducit Plutarchus. Faber* in notis, quas seorsum adjecimus, eum ad annum ante Christum 429. refert; sed *Fabricius* Chronologorum recentiorum calculum videtur secutus. Multa de Timone etiam *Hemsterhusius* in ed. *Luciani* minore, ubi summis laudibus hoc ingenii *Lucianei* monumentum effert, at nihil de ejus aetate, quam curiosius hic investigare nihil

opus credo. Addo tantum *Photium*, qui Epist. CIV. p. 149. *Timon ille, apud antiquos improbitate hominum fortassis intolerabili motus, prudenter egisse quidem visus est, cum pro Philanthropo misanthropus haberi volebat.*

Philopatrin demum quod *Fabricius* contra aliorum sententiam *Luciano* tribuat, nihil esse, jam occupavimus supra, ad Diss. *Gesneri* de illo provocantes.

Celebratissimus Petr. Baylius in Lex. Historico-Critico, quod miror, de *Luciano* separatim non agit; in transitu tamen suum de eo judicium profert in notis ad tit. Perriers, T. III. p. 678. b. ubi ait: Patres Ecclesiae, qui omnia ridicula falsorum Deorum exposuere, omnino sunt laudandi; id enim egere, ut Ethnicis oculos aperirent, fidelesque confirmarent. Non ignorabant, se contemtum cultus Ethnici inspirando efficere, ut credentes fortius verae fidei adhaererent, simulque bona arma Christianis contra persecutionis impetum subministrare. Sed *Lucianus*, qui adeo subsannavit falsos Ethnicorum Deos, omnique jucunditate perfudit descriptionem ineptiarum et fraudum, quibus Graecorum religio abundabat, non ideo minus detestatione dignus est; quandoquidem id non agens utili consilio, nil aliud quaesivit, quam ut ad deridendum nato suo satisfaceret ingenio, et ut liberum evagandi campum aperiret Satyrico suo stilo, et quia se aeque indifferentem, vel aeque adversum a veritate praebet, quam a mendacio.[16]).

Idem Baylius T. I. tit. Apelles, not. p. 258. b. anachronismum *Luciani* multis exagitat, quod in *Calumn.* §. 2. Apellem proditionis adcusatum cum Theodoto Phoenices praefecto, referat, cujus tamen conspiratio spectet regnum Pto-

16) Egregie refutatus *Baylius* a *Wielandio* in Praef. p. XXXVI. sq. Lehm.

lemaei Philopatoris, quae coeperit centum annis post Alexandri mortem, adeoque Apelles in vivis esse non potuerit. Confudisse igitur existimat quamdam conspirationem sub Ptolemaeo Philadelpho, cum proditione Theodoti, quod et mihi haud improbabile videtur.

IDEM ibid. p. 653. tit. BRACHMANES, observat, *Lucianum* horum sese cremandi intrepidum morem opponere morti Peregrini, medias in flammas subito insilientis, ac velle methodum Brachmanum, qui sese tenebant immobiles, dum igne assarentur, multo esse gloriosiorem, superque his *Baylius* ita judicat: *Ecce quomodo homo derisor omnia carpere novit. Si Peregrinus istos philosophos Indos esset imitatus, Lucianus eum adcusasset inertiae, ac dixisset,* pacisci cum morte quaerit, ac sensim sensimque se confirmare studet: plus enim animi ostenderet, ubi se uno saltu in rogum conjiceret.

At justius, ingeniose *Bayli*, forsan objiceres, quod eumdem subito in ignem insiliendi actum laudet, ac generosi animi esse praedicet *pro Merced. Cond.* §. 4. ἐχὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος. Sed et haec ironice, et alterius nomine cum dicat, mihi non videntur contraria. Cumque et Brachmanum dementiam, et Peregrini aeque rideat, omnino licuit ei dicere, Brachmanes esse fortiores: si tamen ea mens est *Baylii*, oportuisse *Lucianum* in Peregrini facto improbando subsistere intra vanae gloriae exprobrationem, non vero extenuare ejusdem audaciam aut fortitudinem, contra veritatem, recte judicavit.

D. TILLEMONTIUS in Hist. Imperatorum T. II. part. 2. art. 29. p. 707 — 10. cujus verba sic verto: Celsus philosophus Epicureus, (qui Ecclesiam scriptis oppugnare adgressus est) tempore Commodi adhuc vivebat, aeque ac LUCIANUS, qui ad eum post Aurelii excessum misit historiam Alexandri impostoris, quam ejus rogatu conscripserat. (vid.

Alex. s. Pseudomant. §. 1. et 48.) Ille Lucianus et hodie perceleber est scriptis suis, quae ob linguae Graecae puritatem stilumque politum, jucundum, vividum, et acuminis plenum, magna cum voluptate leguntur. Sed palam profitetur impietatem, aeque subsannans veram religionem, de qua diversis in locis loquitur, ac superstitiones Ethnicorum, quas vere ridiculas esse demonstrat. Inde cognomen blasphemi et Athei traxit, teste *Suida*. Namque et philosophiam Epicuri sectabatur, ut vid. in ipsius *Lucian.* Pseud. c. 61. *Phot.* c. 128. p. 309. (quae ab atheismo parum distat) vel potius neque ulli religioni addictus fuit, neque dogma certum et constans fovit, omnia vero ut incerta ac problematica considerans, et omnia ridere volens. Quod ipsum adparet ex quatuor versibus, qui tempore Photii ejus operibus praefixi legebantur, [jam Epigrammatum primum est.] Sed quod praeterea scripta ejus reddit lectu periculosa, illud est, quod saepe non majorem pudori, quam religioni, reverentiam exhibet.

Oriundus erat Samosatis in Syria, (vid. *Quom. Hist.* c. 24.) fortuna tenui, per aliquod tempus caussas dixit, (adi *pro Merced. Cond.* §. ult.) et extrema senectute munus Graphiarii praefecti Aegypti accepit, (conf. *pro Merc.* c. 5. 9. et 12.) non aliam forte occasionem nactus, qua paupertatem effugeret. (ipse nos et alia plura singularia de sua vita docet, quae non necessaria duximus referre. Vidimus, eum scripsisse canones suos historicos haud serius anno Christi 166. vitamque Alexandri post mortem Marci Aurelii.) Itaque non possumus sequi illos, qui ex narratione *Suidae* eum collocarunt in tempus Trajani (Baron. 171. §. 7.) *Suidas* addit, referri, eum a canibus discerptum interiisse, in poenam, quod ausus esset cavillari Jesum Christum, (quod forsan ne ipsi quidem daemones umquam sunt ausi. Nos vero optaremus id testimoniis melius comprobatum.) Creditur etiam, nonnullorum dictum, quod Christianus fuerit, haud aliunde natum, quam ex verbo *Suidae* male intellecto,

et ex eo, quod majorem Christianismi notitiam habuerit, quum *multi* alii Ethnici. (*Bar.* 171. §. 7.)

Non habemus historiam, quam conscripserat de Sostrato Boeotio philosopho illis temporibus celebratissimo, (vid. *Lucian.* Demonact. §. 1.) cujus vita *maxime dura fuit* atque austera, et cujus vice alii contra omnem rationem atque auctoritatem eidem tribuunt vitam Apollonii Tyanensis, quam *Philostratus* reliquit. (*Voss.* Hist. Gr. L. II. c. 15. p. 233 et 234.

Eunapius pr. p. 12 et 13. adseverat, hunc, qui tam pauca composuit seria opera, auctorem esse vitae philosophi Demonactis, cujus per longum temporis spatium discipulus fuerit. *Eum omnium, quos noverit, maximum nobis* philosophum facit. Interim adparet, eumdem tamen modo fuisse Cynicum aliquantum humaniorem ac magis politum, quam caeteros. (*Luc.* Vit. Demon. c. 3. 4. etc.) Nullam religionem amplectebatur, aut certe nulli satis favebat. [Verba *Tillemontii* erant: *Il avoit peu ou point de religion*, et ut id demonstret, adlegat *Demon.* p. 547. ed. Par. i. e. §. 5. editionis nostrae; sed locum inspicienti patebit, non id dicere *Lucianum*, ut ad finem hujus vitae ostendam.] quod tamen in eo melioris notae est, in eo consistit, quod claro loco natus, (Dem. c. 3.) opibusque, eloquentia ac scientia instructus, (ib. c. 6.) interea duram ac pauperem egit vitam, neminem sibi adsciscere volens, qui ei ministraret aut serviret. (ib. c. 5.) Sed finis hujus splendidae virtutis fuit, quod videns se centesimum fere annum agentem auxilio alterius indigere, nec ipsum sibi amplius ministrare posse, fame interire maluerit. (c. 65. et 66.) Natus erat Cypri, (c. 3.) sed vitam transegit Athenis, (c. 11.) ibique obiit magna cum existimatione Atheniensium, tam in vita, quam post mortem. (ib. c. 66.)

Narratur de eo, cum Athenienses pugnam gladiatoriam

vellent instituere, ne Corinthiis hac in re quidquam cederent, ipsum eos monuisse, *ut ante quam hoc agerent, aram, quam misericordiae consecrassent, destruerent.* (c. 57.) Cumque Imperator ex eo quaeri jussisset, quaenam optime gubernandi ratio esset, respondit, *pauca loqui, audire multa, et numquam irasci.* Nullo casu commovebatur, praeterquam morbis ac morte amicorum, non majus bonum in vita agnoscens, quam amicitiam. (c. 10.)

Optaremus, pergit idem, hic enarrare posse complura jucunda, quae acciderunt, et ad bene instituendam vitam utilia, quae *Lucianus* suis operibus immiscet, et inprimis historias, quae ipsius tempore contigere, quasque in dialogo de Amicitia commemorat; sed hoc ab instituto nostro longius nos abduceret. In quadam harum historiarum (*Tox.* c. 39.) loquitur de variis bellis Scytharum ad Tanaim habitantium, adversus caeteros Septentrionis barbaros, maxime contra Bospori adcolas, quorum Leucanor ac deinde Eubiotus frater nothus eo tempore reges erant. (*Tox.* c. 44. 51. et 54.) Leucanor forsan successerat Rhoemetalci, qui erat rex Bospori, tempore Antonini. (*T. Ant.* v. p. 20. *Lucian.* Pseud. c. 57.) Naves, quae *Lucianum* servaverant, ut mox videbimus, vehebant legatos Eupatoris ejusdem terrae regis, quae in Bithyniam proficiscebantur ad solvendam pecuniam quotannis a se debitam, aut ad accipiendam eam, quam Romani ipsi solvebant: verba enim auctoris ἐπὶ κομιδῇ, dicto c. 57. *Pseudom.* [sed locum diligentius examinanti patebit, non in utramque partem accipi posse haec verba] utrumque sensum admittunt. Eubiotus in bello contra Scythas dux praeerat omnibus Graecis, secundum verba *Luciani,* (Tox. c. 54.) id est, ut existimo, incolis urbium Graecarum Chersonesi: idque eorum confirmat sententiam, qui credunt, istam regionem paruisse imperio regis Bospori.

Idem *Tillemontius* eod. T. 2. p. 711. historiam Alexan-

dri impostoris ex *Luciano* enarrat, quam ex *Nostro* petendam non repetemus, haec tamen ex p. 713. seq. ad aetatem *Luciani* facientia non omittemus: Fama Alexandri mox in Italiam usque delata est, et venerabantur eum etiam in aula *M. Aurelii*, ubi patronum habuit Rutilianum, virum primae dignitatis, sed admodum superstitiosum, quique eo dementiae processit, ut aetate valde profecta filiam hujus impostoris duceret, credens Lunam ejus esse matrem. Falsa quae ediderat oracula *Severiano* et *Vindici* ducibus exercituum Romanorum, (*Pseudom.* c. 27.) auctoritatem ejus non minuebant in mentibus illorum, quos daemon captivos tenuit, quique merebant, ut spiritui erroris relinquerentur, ut crederent mendacio, quod non receperant ac dilexerant veritatem, quae eos ad salutem perduxisset.

Eo porro insolentiae progressus est, ut ab Imperatore veniam rogaret monetae percutiendae, quae imaginem suam ab altera parte, et Glyconis ab altera referret. Non additur, num id obtinuerit. [sed ex parte obtinuisse existimat *Solanus* in nota ad c. 58. *Pseudom.*]

Fraus tandem desiit morte impostoris. — Periit enim ante *M. Aurelium*, (si ille idem est Alexander) de quo *Athenagoras* p. 29 et 30. ait, circa annum 180. conspici sepulcrum in area, *grande place* (foro majore) Pariae urbis Hellesponti, in eodemque foro statua etiam erat Alexandri, cui sacrificabatur ut Deo, festaque publica instituebantur, spe obtinendae sanationis a variis morbis.

Lucianus tandem accusare Alexandrum tentavit coram praefecto Bithyniae et Ponti: sed cum nihil obtineret a praefecto metuente, ne Rutilianum offenderet, non aliam *Lucianus* de Alexandro vindictam sumere potuit, quam ejus vitam, postquam obiisset, scribendo. Ibi se inimicum ejus profitetur, adeoque accidentia quaedam addidisse potuit, quibus hunc impostorem magis diffamaret.

Ipsius tamen historiae textus adeo certus atque in vulgus notus erat, ut suspicari non liceat, veritatem ab eo esse adulteratam.

Ejusdem Tomi p. 724. *Tillemontius* quaedam de *Lucio Patrensi* refert, qui auctor fertur Dialogi de mutatione in asinum, ex quo *Lucianus* aeque atque *Apulejus* suam hauserint narratiunculam. [Sed cum ex *Vossii* Hist. Gr. haec tantum adferat, *Solanus*que et *Gesnerus* in notis ad istum Dial. cap. 1. hoc aliquanto pluribus dixerint, isthoc mitto, *Gesneri* sententiae interim omnino adsentiens, *Lucianum* ista scripsisse; stilus enim et ingenium plane respondent: sed fictionem forsan ex altero hausisse, insertis suis jocis, quibus absurditatem fabulae, et hominum turpes mores ac superstitionem derideret; licet idcirco lascivum hoc scribendi genus minime probem.]

Biographi caeteri vix quidquam de *Luciano* singulare adferunt; sed *Suidam* fere solum sequuntur, vel *Bourdelotium*, a quo circa iter *Luciani* tamen aliquantum discrepat *J. C. Iselinus* in Lexico universali Historico – Geographico haec referens; quae addere visum fuit, quia corpus illud Germanice conscriptum paucorum in manibus est: Initio, ait, caussidicus evadere studuit; sed cum lites forenses ei displicerent, philosophiae ac praecipue oratoriae operam dedit; tumque primo Antiochiam habitatum concessit, ac deinde Ioniam totamque Graeciam peragravit, unde in Galliam atque Italiam se contulit, ac tandem per Macedoniam in patriam rediit. Ex nonnullorum relatione vitam ad 90 annos produxit, scilicet a tempore Imperatoris Trajani, ultra finem imperii M. Aurelii, sub quo magna in dignitate vixit, praefectusque Imperatorius Aegypti est constitutus. Fuit quidem summi vir ingenii atque eruditionis, sed nulli religioni addictus, ac scurra Christianae Ethnicaeque doctrinae. Fertur quondam Christianismum professus, et propter dissolutam vitam a fide rursus descivisse. *Suidas* a canibus discerptum prodit. Auctores vero

unde haec hauserit, *Iselinus* adlegat hosce: *S. Hieron.* in catal. *Phot.* cod. 128. *Suidam*, *Voss.* de rhetor. antiq. c. 12. de Hist. Graec. L. 2. c. 15. *Ablancourt.* et *Jons.* de Script. histor. philos. l. 3. c. 10. ac *Fabric.* Bibl. Gr. p. 485.

Hoogstratanus vero in Lexico ejusdem tituli, nulla quidem addita auctoritate, eadem habet; hoc tamen de eodem haud ineptum, si ea, quae de Philopatri ab antiquiore Christiano scripto praedicat, excipias, judicium addens: non solum ex maximis sui aevi ingeniis fuit, sed et omnis antiquitatis. In operibus suis utile dulci miscere scivit, erudire simul ac deridere, doctrinamque cum eloquentia conjungere. Perpetuum in ejus scriptis videas jocum contra Theologiam Ethnicorum Deorum, vitamque ac mores philosophorum. In iisdem subinde ingentia praebet virtutis exempla, imaginesque philosophiae repurgatae, ubique contemtum vitiorum inspirans, quae ita deridicula proposuit, ut odio digna adpareant. Nonnulli credidere eum Christianum fuisse; et, si Dialogus de Peregrino revera ab ipso profectus esset, verosimile foret, eum in mysteriis Christianorum fuisse exercitatum: sed hoc opus est antiquioris Christiani, qui Paulum viderat atque audierat, quod *Luciano*, qui sub Trajano natus fuit, contingere non potuit. Illi, qui *Lucianum* impium ac sine religione nobis descripsere, recte judicarunt, si religionis nomine intellexere Theologiam poëtarum Ethnicorum, aut opinionum philosophicarum portenta. Sed nullo jure impietatis vel Atheismi adcusatur, respectu exsistentiae et cultus veri Dei, quia numquam alterutrum impugnavit.

Henr. Dodwel in Dissert. de *Isodoro Characeno*, quae reperitur in Geograph. veteris Scriptt. Graecis minoribus, Vol. II. p. 62. et seqq. adcuratius, quam quisquam priorum, de aetate *Luciani* egit; quare haec ex eodem ad verbum descripta inserere non pigebit, quando ait:

Athenaeo paullo antiquior erat, ut puto, *Lucianus*, qui

nostrum, ut existimo, advocat *Isidorum* [*in Macrobiis* c. 15.] Nam a Parthiae finibus aliena non sunt, quaecumque ille ab *Isidoro* mutuatus est, de Persarum novo rege *Artaxerxe*, de *Gosethro* illius fratre, et *Goaese Omanorum*, aliisque *Characis Spasinis* Principibus. Non alium *librum* intellexit *Lucianus*, quam hunc ipsum, quem habemus, quamvis illum ipsum legerit multo, quam habemus, *auctiorem*. Nec alium proinde *auctorem* quam illum, de quo agimus, *Isidorum Characenum*. Hinc rursus intelligimus, *Persarum* regem, de quo *Isidorum* testem advocat, *Artaxerxem* illum intelligi non posse, qui Persarum regum jura in Parthorum ditionem quasi e postliminio revocavit. Hunc certe si intellexisset, *Persiae mansiones*, non *Parthiae* adpellavisset, et *Persiae*, non *Parthiae*, Periegesin. Sic enim loqui solent de illo ipso Romanorum aemulo imperio Scriptores *juniores*, jure imperii ad *Persas* translato. Imo, ne is intelligi possit, obstat certe hoc ipsum testimonium *Luciani*. Se quidem ad *senectutem* pervenisse non uno in loco ipse testatur: *Apol. pr. Merc. Cond.* sub init. *πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ Λαχῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ* (*Charontis πορθμεῖον* intelligit) *ἔχοντα*. Rursus ib. c. 4. f. *ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν*. Iterum *γῆρας* caussatur c. 10. Sic etiam in *Baccho*, de *senibus*, *οἱ κατ' ἐμὲ*, c. 6. f. Ibid. suos de *Sileni* senectute jocos in se quadrare fatetur c. 8. In *Hercule Gallico*, *Herculem* illum *Gallorum Ogmium*, quem *γέροντα εἰς τὸ ἔσχατον*, cap. 1. sibi confert *τηλικῷδε ὄντι* cap. 7. Vereturque, ne ad leviora stylum convertens videretur *κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι*, ibid. Tum *χαλεπὸν γῆρας* c. eod. a *junioribus* sibi exprobratum esse fingit, et se *ἡλικιώτην τῆς εἰκόνος*, illius nempe, quem dixi, *Herculis* agnoscit, et *ὑποπόλιον γένειον*. Additque denique: *ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ*.

Hac demum aetate studiorum suorum mercedem reportavit *Lucianus ἀρχὴν* quamdam sub *Caesare*, de qua hac egit

Apologia. Eam *Aegyptiacam* fuisse, testatur *pro Merc.* c. 12. Et *Soloecist.* c. 5. *Procuratoriam* fuisse, innuunt verba *Apolog. οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες* c. 11. Jus etiam dixit, *καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν* imposuit. *ib.* De *fisco*, ut opinor, quod a *procuratoris* officio alienum non erat. Sed *majorem* praeterea habuit dignitatem, quam fuerit illa *Procuratoris*, quaeque a *principis* persona illum *abesse* non pateretur: *τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον σὺν πίστει τῇ μεγίστῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας.* ibid. cap. 12. Itaque stipendium accepit, non *ἰδιωτικὸν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως.* ibid. Et quidem illud *πολυτάλαντον.* Nempe *τῆς μεγίστης ἀρχῆς* quodammodo *κοινωνὸς*, ibid. cap. 12. Quia scilicet principis ipsius negotia aulica tractabat. Erat ergo tum, etiam in *Aegypto Princeps* ipse, sub quo *Commentarios* publicos confecit *Lucianus.* Annus erat, ni fallor, aerae nostrae 202. quo *persecutionem* in *Christianos* decrevit *Septimius Severus*, et quo scripsit hac occasione in Christianos *Philopatridem* ipse *Lucianus.* [non scripsisse, quoties dicendum est?]

Edidit enim edictum illud *Severus Alexandriae*, teste *Spartiano* in Sever. c. 47. quem nos potius credimus fuisse *Lampridium.* Nam praevias huic *persecutioni Christianorum κωμῳδίας* memorat testis horum temporum exceptione major *Theophilus Antiochenus* ad *Autolyc.* quod nescio quorsum commodius retulerimus, quam ad scurrae celeberrimi *Philopatridem*, si minus *solam*, at saltem cum aliis *minoris* notae *Comoedis Antiochenis.* Comicae enim lasciviae infamia urbs utraque inclaruit, tam *Antiochiae*, quam *Alexandriae: Antiochiae* in *Julianum* Apostatam, *Alexandriae* in *Caracallam.* [sed non tam sero collocandum *Lucianum* mox videbimus.]

Erat certe *Alexandriae*, ut videtur, *Lucianus*, cum scriberet *Philopatridem.* (*Philopatr.* c. 22.) Hoc e nomine men-

sis colligimus *Mesori Alexandrini*, non *Syri*, non *Graeci*, non *Romani*. Hostes quidem *Persas* et regiam *Susa* nominat *Lucianus*, pro *Parthis* et regia illorum urbe *Ctesiphonte*. Nempe quia stylum adfectat *Comicum* e veterum poëtarum *Atticorum* aliorumque laciniis, quibus ignoti *Parthi* atque *Ctesiphon*. Habet ipse *Lucianus* exempla similia in libro, *quomodo scribenda sit Historia*, coaevorum scilicet scriptorum, qui pro *Parthorum* nomine *Persarum* nomen reposuerint. Hinc ergo belli *sedes* vel *tempus* intelligi non potuit. Facitque illa adfectatio, ut difficillimus fuerit *Lucianus* in *coaevis historiis*, quod raro admodum *res* vel *homines* iisdem *nominibus* adpellarit, quibus tum *vulgo* adpellari solebant. Idem autem cum *Arabas* hostibus accenset, facit, opinor, ne quis alius *Princeps* praeter *Severum* intelligi possit. Bellum enim designavit in *Atrenos Arabes*, quos nemo Principum *Romanorum*, quod meminerim, adgressus est, a temporibus *Trajani* usque ad *Severum*, uterque autem satis infeliciter. Sed melius *Severus*. Et quidem *mala* illa *Christianorum* mundi *finem* in dies exspectantium de Republica Romana *auguria*, quae perstrinxit in *Philopatride Lucianus*, caussam *persecutioni* dedisse verisimillimum est, quae *Christiani* nominis *hostes* pro argumento animi in *patriam* infensi alienique habuerint. Tanti erant certe hoc ipso tempore Christianorum metus, ut *Judas* decimum *Severi* annum pro *Danielis* συντελείᾳ habuerit, ap. *Euseb.* H. E. VI, 7. S. *Hieronymi* de Script. Eccl. in *Jud.* et *Chron.* Non est certe, cur hoc miremur in Principe *saevissimo*, eodemque *Astrologiae ominumque* studiosissimo. Satis autem erat *Luciano* ad illam, de qua loquitur, *senectutem*, si fuerit *sexagenario* major. Ea certe aetate suum fuisse dicit *Hermotimum* c. 13. et seqq. item *ib.* c. 77. Sic autem de eo postea; γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. c. 78. f. Verba fere ipsa sunt, quibus *suam* ipse tum *senectutem* descripserat. Erat certe aetas illa ὠμογέροντος, illius nimirum, qui *primam* senectutis metam fuisset ingressus. Hoc anno *veteranis* honesta *missio* erat. Hoc anno a *mune-*

ribus Reipublicae gerendis excusabantur. Ut proinde *sera* esset *honorum* merces, cum alii a *capessendis* honoribus *excusarentur*. Ego tamen illo anno paullo *seniorem* existimo *Lucianum*. Illius *aetatem* ita colligo. Erat, ut fatetur ipse, cum scriberet *Hermotimum*, quadragenarius, c. 13. Scripsit autem, ut suspicor, in gratiam *Avidii Cassii*, ut studium *philosophiae*, quo flagrabat *Marcus*, viro *principe* indignum ostenderet. Sic *Marcum Cassius anum philosopham* adpellaverat, et *Dialogistam*. Vit. *Avid. Cass.* c. 2. et 3. cum aliud praeterea nihil haberet, quod objiceret. *Marcus Antoninus*, inquit, *philosophatur, et quaerit de clementia, et de animis, et de honesto et justo, nec sentit pro Republica.* Hunc ergo traducit *Lucianus* in persona *Hermotimi Clazomenii*, cujus *animam* pro arbitratu suo e corpore egredi solitam fabulantur *Muscae Encom.* p. 376. ed. *Graev.* Fingit nimirum, in *Marco* jam agere illam ipsam *Hermotimi* animam. Et certe personam non *suam* agit in hoc *Luciani* dramate *Hermotimus*, sed *Marci. Stoicum Hermotimum* facit *Lucianus*, ut fuit *Marcus. Sexagenarium* illum facit, *majorem*que natu, quam fuerit *Marcus*. Hoc, ut videtur, consilio, ut personam senis *elementarii* sustineret, quod *Marco* objectum, *scholas philosophorum* frequentanti plus quam quinquagenario. Egit tum annum *aetatis* LIV. Paullo tamen ab exemplo *Marci* in *aetate* discessit, ne illum videretur *dedita opera* designare, et quod *aetas* illa, quam dixi, magis ad *senectutem* videretur accedere. Sed quod conversus tandem *Hermotimus pallium philosophicum* exuit, induitque *purpuram*; hoc certe eo spectabat, ut similiter *philosophi* personam *Marcus* exueret, indueretque illam, quam *Respublica* contulerat, personam *Principis*. Sic enim personatus *Hermotimus*, (*Hermot.* plane ad fin.) τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν. Spectat eodem, quod in *Hermotimo philosophiam* omnem damnat, cum tamen in *Demonacte*, et alibi *abusum* tantummodo *philosophiae* perstringat, non veram *philosophiam*. Nempe quia *caussa* ipsa, quam agebat in *Marcum*, hoc ab eo exigebat, in quo nihil

habebat, quod reprehenderet *alienum* a praeceptis castigatissimae *philosophiae*. Eodem denique spectare censeo Dialogum, *de fide calumniis non facile adhibenda*. Nempe ut se muniret in illos, qui, *Cassii* caussa profligata, *Luciani* illam, quam dixi, sententiam ex illius *Hermotimo* collegissent. Animum certe sibi *conscium* ipsa illa arguit *Apologia*, quae versatur in *universalibus*, nec ad *caussae* meritum penitus examinandum descendit. Sic ergo illo ipso *anno*, quo defecit *Cassius*, Hermotimum scripserit *Lucianus*, annumque adeo egerit vitae, ipso teste, *quadragesimum*. Itaque post *mortem Veri, media hieme* 169. aerae nostrae *Christianae*, cum *Tribunitiam potestatem* IX*nam* haberet ipse *Verus*. Et tamen *ante* annum 173. si *Marci* gener fuerit *Pompejanus*, quem in *sequentem* annum Cos. designabat *Marcus*, cum de Cassii caussa ageretur. Sed alius fuerit oportet. Nam Coss. anni 175. defecit Cassius, cum, metu *Cassii*, *Roma* accerseretur *Commodus* ad *virilem togam* in *limite* recipiendam: cum *Tribunitiam potestatem* daret pater impetratam a *Senatu*. Hinc enim certe numerantur *Tribunitiae Commodi potestates*. Sic *natus* fuerit *Lucianus* anno aer. Chr. 135. Desiit ludum *literarium* frequentare ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος, Somn. p. 1. ἀντίπαις, p. 11. κομιδῇ μειράκιον, *Bis Accus.* p. 231. Est autem *Luciano* μειράκιον, qui *annos* natus esset quatuordecim praeter propter, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. *Philopseud.* p. 333. Ἐξ ἐφήβων autem, qui ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη. ib. p. 344. Πρόσηβος ergo, qui illa *aetate* paullo *inferior* erat. Sic tamen, ut eam *proxime* adtigerit: ἀντίπαις propterea seu βούπαις adpellandus, quod pueri aetatem nondum *egressus* esset, quae Romanorum erat *adolescentia*. Notae hae in *annum* conveniunt aetatis decimum quartum et quintum, aerae *nostrae* 149. quo *patriam* reliquerit *Lucianus* et *peregrinationes* versus *occidentem* susceperit, *rhetorices* studiis deinceps initiandus. Tum *barbare* loquebatur, lingua *Assyriaca*, *Candyn indutus*, *nescius quo se verteret*, *Bis Accus.* p. 231. Conveniunt satis adcurate cum hac *Luciani* aetate reliqua ejusdem *tempora*. Proximis aderat *Olympiis*. Olym-

piadis nimirum 233. quae anno aerae Chr. 153. celebrata est. Prima enim erant *Olympia* eorum, quae *quater* tum viderat *Lucianus*, cum scriberet de morte *Peregrini*. Et quarta proinde *Olympia* ante illa, quibus se combussit *Peregrinus*. de morte Peregrin. p. 583. Tum *comitem* navigationis ipsum habuit *Peregrinum*. Tum venit e *Syria Lucianus*. p. 589. Postquam evagatus fuisset per *Ioniam*. Bis Accusat. p. 231. Egerit ergo tum *Lucianus* annum vitae decimum octavum vel nonum. Sic *tria*, quibus postea aderat, *Olympia* in annos vitae convenient vigesimum secundum aut tertium, vigesimum sextum aut septimum, trigesimum aut trigesimum primum, *Christi* autem 157. 161. 165. Ante annos, quam scriberet Hermotimum, xv, πρὸ πεντεκαίδεκα ἀγεδὸν ἐτῶν, ad *philosophiam* illum hortatus fuerat πρεσβύτης quidem, quem ille ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος contemsit. *Hermotim.* p. 521. *Aetatis* suae anno vigesimo quinto aut sexto, *Christi* 160. Anno autem *aetatis* suae vigesimo octavo aut nono, *Christi* 163. in *Ionia* audit *Historicos* de rebus primis *Veri* auspicio gestis in *Armenia* adversus *Vologesum* recitantes. *Quom. scrib. sit Hist.* de *peste Nisibi* orta, ab *Aethiopia* et *Aegypto* ἐς τὴν βασιλέως γῆν πολλὴν progressa. Locum autem Ioniae, quo praecipue versatus est, Ephesum fuisse, colligimus e *Pseudologista* p. 437. et 444. Anno aetatis trigesimo primo aut secundo, Christi 166. scripsit librum *Quom. scrib. esset Historia.* Post συνεχεῖς νίκας p. 601. *Lucii* nempe *Veri* Imperatoris, unde *Armeniacus*, *Parthicus* et *Medicus* adpellatus est, et *Imp.* II. III. IV. ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων. p. 604. Cum tamen nondum triumphasset, p. 624. Quae *hujus anni* notae sunt. Jam erat in *Ionia*. p. 611. Πρώην in *Achaja*. ib. *Corinthi*. p. 614. Quod scilicet *Olympiis* superiori anno interfuisset. *Pestis* adhuc τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις. pag. 612. Quae tamen *Verum* redeuntem *Romam usque secuta est*. Capitolin. *Ver.* c. 9. *Vologesum* praeterea memorat p. 612. 615. et 624. Osroëm, p. 615. *Priscum* ducem, p. 616. *Hujus* nimirum *belli* nomina. Hoc *primum opus* scripsit, ni fallor, *Lucianus*. Simili enim argumento est

usus, cur etiam *ipse* manum calamo admoveret, quo et *Juvenalis*, a *multitudine* eorum ducto, qui *Veri* cum *Parthis* bellum describendum susceperant. Nec vero ullum *alterius* generis scriptum a se editum fuisse innuit, aut *novum* sibi fuisse scribendi duntaxat *argumentum*, aut *Historiam* a se illorum exemplo scribendam. Imo alienum se ab illo argumento satis aperte profitetur. Nam quod *veram*, quam adpellat, *Historiam* pro styli *historici* exemplo scripserit, in eo *lusit* tantummodo, et pro more suo *cavillatus* est. *Satyra* enim illa verius in *Historicos*, quam *Historia*, adpellanda erat. Cum scriberet in *Indoctum divitem*, p. 386. ait quidem fuisse quemdam, qui χθὲς καὶ πρώην *Peregrini* baculum emisset, cum quo in *ignem* insiluisset ipse *Peregrinus*, quod fieri potuit *multis* a *morte* Peregrini *annis*. Et certe *Regem* tum memorat *unicum*, p. 390. duntaxat παιδείαν τιμῶντα, cui *luxus* displiciturus erat, qualis certe nullus erat post *Marcum* usque ad *Severum*. Tum *pauper* erat ipse *Lucianus*, p. 380. nondum *stipendium* πολυτάλαντον adeptus. Tum adhuc *Syrus*, p. 388. necdum, ut postea, in illustrem aliquam *Graecam* civitatem adscitus. Certe post annum *Aer. Chr.* 169. quo discessit *Lucius*. Forte post *caedem Cassii* A. D. 175. cum in *Orientem* veniret *Marcus*. Hinc ergo sequitur, annum fere 90simum adtigisse *Lucianum*, siquidem *eo usque* superstes fuisset, cum iniret *Alexander Severus*. Ea autem certe *aetate* esse non potuit, cum scriberet de *Macrobiis*, quo opere nostri meminit *Isidori*. Alioqui certe *suam aetatem* non tacuisset, qui *Juniores* sese multos *Macrobiis* accensuit. Vidit ille senem *Demonactem* et cum eo versatus est, qui *Epicteto* familiaris erat liberto *Epaphroditi* sub *Nerone*, et quem nos alibi sub *Hadriano* periisse probavimus. Dissertat. de Aetate Peripli Maris Euxin. n. 10. 11. A fine enim *Neronis* A. D. 68. ad primum *Alexandri* annum A. D. 222. spatium est annorum plus quam 150. *Pii* certe imperio non admodum provecto (qui A. D. 138. coepit) *Lucianum inclaruisse* multa docent, antea proinde *natum*. Illum ergo *Artaxerxem* non potuit videre *Lucianus*, nedum scripta *Isi-*

dori, quibus mentio fuerat *Artaxerxis*, siquidem *Artaxerxi* par aetate fuisset non *Isidorus* ipse, sed parentes duntaxat *Isidori*. Itaque quam certum est *nostrum* esse *Isidorum*, quem testem advocat *Lucianus*, tam certum etiam esse necesse est, alium esse ab eo, quem vicit *Alexander Severus*, *Artaxerxem Persarum* regem, quem in *Isidoro* reperit *Lucianus*. Huc usque *Dodwellus*, cui subjungimus, quae ad illius dicta commentatus est M. V. LA CROZE in Miscell. Berolin. Societatis Regiae, part. 1. p. 27.

Inter eos scriptores Graecos, qui aetatem tulerunt, vix ullum esse ferme contenderim, qui tot ac tantis se dotibus ingenii lectori commendet, atque *Lucianus*. Etenim sive ad rerum varietatem et copiam animum adtenderis, sive ad festivissimos scriptoris elegantissimi jocos, et incredibilem in exagitandis vulgi et Philosophorum opinionibus ingenii et orationis amoenitatem, nihil, opinor, erit, in quo eum ullo veterum inferiorem adfirmare possis. Itaque nonnumquam subiit admirari, cur in tanta Criticorum copia, quos ab instauratis literarum studiis floruisse novimus, nemo inventus sit praeter *Tanaquillum Fabrum*, aliosque oppido paucos, qui in eo scriptore adornando supra Grammaticas observationes adsurgere conati sint. Latent haud pauca in *Luciani* scriptis, idonea rebus historicis illustrandis; quod hic brevi et properato specimine demonstrare constitui.

Edidit nuper vir insignibus eruditionis et humanioris literaturae monumentis merito celeberrimus, *Henricus Dodwellus*, dissertationes in minores Geographos a viro clarissimo *Joanne Hudson* Oxoniae editos, in quibus de eorum aetate, qui veterem Geographiam scriptis suis illustrarunt, adcuratissime disputat. In ea autem, quae est de Isidoro Characeno, Tomo secundo Geographorum, *Luciani* aetatem et res gestas, occasione data, ex ipsis elegantissimi scriptoris lucubrationibus, ita illustrare adgreditur, ut ea in re ante eum nihil adhuc actum esse videatur. Sane licet vir

eruditissimus semel et iterum fortassis [17]) a vero aberrasse censeri possit, multa tamen sunt, quae in medium profert, quibus res et aetas *Luciani* extra omnem controversiam temporibus suis adsignantur.

Vereor tamen ut facile eruditis adprobet ingeniosissimam conjecturam, qua *Luciano* Hermotimum Dialogum scriptum esse contendit, ut Avidio Cassio blandiretur, et philosophicos Marci Aurelii mores sale satyrico defricaret. Quaecumque ab eo eam in rem adferuntur, ingenio quidem et eruditione clarissimi auctoris lectorem adliciunt: at in re satis obscura, vim et evidentiam demonstrationis non habent. Avidium tamen Cassium, (*Gallican. p.* 453.) *Luciani* popularem, teste Dione, et a Marco Aurelio Syriacis legionibus praefectum *Samosatensi* nostro innotuisse, per se omnino verosimile videtur: mihi etiam permulta animadversa sunt, quae, *Lucianum* inter Avidii Cassii familiares cooptatum aliquando fuisse, propemodum persuadeant. Etsi enim celeberrimi iis temporibus Cassii nomen raro in *Luciani* (*legitur in tractatu: quom. conscr. sit historia, p.* 624. *c.* 31.) lucubrationibus adpareat, nonnumquam tamen tacito nomine non obscure Cassius apud eum significari videtur. Crediderim sane, *Lucianum* tota illa *προσλαλιᾷ*, quae

17) Cl. *Dodwellus* Hermotimi nomine Marcum Aurelium vult intelligi, qui tamen *in Luciani* Dialogo pag. 514. se anno aetatis quadragesimo philosophari coepisse profitetur, quod sane de Marco Aurelio (*Capitolin. in Marco Antonino Philos. c.* 1.) *in omni vita philosophante viro*, dici non potuit. Tribuit praeterea idem *Dodwellus* Philopatrim Dialogum *Luciano*, qui tamen Dialogus ab ejus scribendi ratione immane quantum abit, et propterea *νοθεύεσθαι* veteribus Criticis merito adnotatur. Credidit, post alios non paucos, vir incomparabilis *Hugo Grotius*, (*in Psalm. CIV.*) scriptum fuisse Philopatrim imperante Trajano: verum id de eo scriptore dici non potest, qui Artemidori Daldiani *Ὀνειροκριτικὰ* laudat. (p. 775.) Ego ad Aureliani Imperatoris tempora, adeoque diu post *Luciani* aetatem referendam esse ejus Dialogi scriptionem, aliquando demonstraturus sum.

est de lapsu inter salutandum [18]), ipsum Avidium Cassium adulari, et modeste excusare vocem ὑγιαίνειν, apud eum in matutina salutatione alieno tempore usurpatam. Hominem certe in praecipua dignitate constitutum arguunt haec *Luciani* verba: (*pag.* 500. *et* 501. c. 12.) *Νῦν δὲ καὶ ἔωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον καὶ μάλιστα ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΤΣΙΝ, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. Nunc vero et mane (et) meridie noctuque bene valere semper necesse est: imprimis vero principibus vobis, qui multa negotia geritis, eoque ad multa sano corpore opus habetis.* Sunt et alia quaedam, quae in eadem oratione Avidium Cassium innuere videantur, cui, antequam a Marco defecisset, jam *Lucianus*, ut puto, adhaeserat. Ejusdem praeterea σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν a *Luciano* (*pag.* 489. *c.* 9.) commendari opinor in Apologia pro mercede conductis, quae circa ea tempora scripta est, quibus jam Avidius cum exercitu suo defecerat. Haec enim non abs re mihi colligere videor ex his *Luciani* verbis, in quibus jactat spes suas, et mercedem fidei in Avidium, in cujus partes Syros omnes conjurasse *Dio* apud *Xiphilinum* (*pag.* 491.) testatur. *Καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, ΕΙ ΤΑ ΕΙΚΟΤΑ ΓΙΓΝΟΙΤΟ, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἢ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. Deinde non a privato, sed ab Imperatore, mercedem accipio, eamque non exiguam, sed multorum talentorum. Postea, si, quod par est, contigerit, spes non inanis est, fore ut alicui provinciae praeficiar, aut imperatorium aliquod mihi negotium demandetur.* Hinc ma-

18) *Πρὸς Ἀσκλήπιον*, id est, ad quemdam Aesculapium, scriptam fuisse credidit *Bourdelotius*. At male intellexit ultimam τῆς προσλαλιᾶς periodum, quae non Asclepium, quem hic sibi finxit *Bourdelotius*, sed ipsum Aesculapium Medicinae inventorem adloquitur. Neque id observarem, nisi nuper *Bourdelotii* lapsum viro cuidam celebri et erudito fraudi fuisse animadvertissem.

nifesto satis adparet, studuisse novis rebus una cum Avidio (*Capitol. in Marc. et Volc. Gallic. in Avidio Cassio*) suo *Lucianum*, nec post ejus fata futurum fuisse superstitem, nisi Marcus Aurelius clementissimus principum, in quemquam Cassianorum saeviri vetuisset.

Laudavit uno et altero eleganti Dialogo *Lucianus* principem feminam, uxoris Abradatae *Xenophontei* cognominem, Pantheam videlicet nomine, quam *Bourdelotius* (*in notis ad imagines Luciani*) eamdem esse cum Abradataea, lapsu plane joculari adfirmat. Eam ego Avidii Cassii uxorem fuisse conjicio, antiquis quibusdam historiarum scriptoribus memoratam, qui tamen ad unum omnes nomen ejus reticuerunt. Quae mea opinio hisce potissimum nititur argumentis. Pantheae illius in Dialogo *Luciani* nomen certe fictitium non est, et eam mulierem innuit, quae uxor esset Romani Imperatoris. Ita eam *τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν Lucianus* (*Tom II. p. 7. Imagg.* c. 10.) adpellat, eamque, quam decuit Imperatorem virum bonum et mansuetum inter caetera felicitatis instrumenta numerare (*pag.* 15. *Imagg. c.* 22.) *Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. Conveniebat enim, ut Imperator, qui vir bonus est et mansuetus, hujus etiam boni possessione una cum aliis, quae jam habet, bearetur, ut nasceretur ejus aetate mulier hujuscemodi, quae cum eo matrimonio conjuncta, ejus amore flagraret.* Unde manifestum, in utroque horum Dialogorum contubernalem Imperatoris laudari, quae et Panthea dicta sit, et a pulchritudine et ab animi moderatione merito commendata. Quam Pantheam cum neque historiarum scriptores, neque inscriptiones ullae, neque numismata commemorent, Avidii Cassii, cujus nulla hujusmodi monumenta supersunt, uxorem fuisse prope adducor ut credam. Neque enim ulla fuit *Luciani* (*pro Imag. pag.* 29.) temporibus eo nomine mulier, quae Graeca esset, Romani Imperatoris conjux, et Abradatae *Xenophontei* uxoris cognominis. Haud

enim facile animum induxerim, ut credam Pantheam nostram eam concubinam fuisse Marci Aurelii; (*Capitolin. in Marco Antonin. Philos. sub finem*) quam ille sibi post Faustinae mortem adscivit, procuratoris uxoris suae filiam, ne tot liberis novercam superduceret. Ei tamen sententiae forte favere videbuntur supra memorata verba *Luciani*, in quibus Imperatorem Pantheae maritum a bonitate et mansuetudine morum commendat: quae dotes ut Marci Aurelii propriae sunt, ita ab iis, quae de Cassio scriptores antiqui retulerunt, abhorrere videntur. Verum quis nescit, immanes etiam tyrannos enumeratione earum virtutum interdum commendari, a quibus communi hominum sensu alienissimi judicantur? At alia sunt, quae impediant, quo minus Pantheae nomine, Marci concubinam intelligi putem. Haud puto, vixit in tanta rerum adfluentia concubina modestissimi Imperatoris, neque in eam convenire dixerim et Eunuchos et milites, quos se in Pantheae comitatu *Lucianus* (*p.* 7. et 24. c. 2. *Imagg.*) vidisse commemorat; ut taceam laudatam in ea morum in summa rerum amplitudine moderationem: quae sane omnia in eam mulierem cadere videntur, quae legitimo connubiorum jure deducta esset in torum illius, qui aut Imperator foret, aut imperatoriam sibi dignitatem vindicare adgrederetur.

Longior fui quam putaram in exigui momenti rebus. Multo plura et forte meliora supersunt commodiori occasione dicenda. *Lucianum* tamen dimittere animus non est, antequam rem, ni fallor, aliis indictam de Alexandro Pseudo-Propheta Abonotichitarum adtigero. Prolata sunt jam olim in medium a viris doctissimis ea numismata, quae aetatem tulerunt, in quibus redivivus ille Paphlagonum Aesculapius Glycon, ad eam plane formam exactus est, quam *Lucianus* in Pseudomanti descripsit. At nemo animadvertit, eam fraudem, quae, *Luciano* narrante, Marco Aurelio facta est in Germania contra Marcomanos et Quados bellum gerenti, in columna Antoniniana adcurate depictam exhi-

beri. Eam hic ego cum ipsa narratione historiae ex ipso *Luciano* desumta, a Collega meo conjunctissimo harum rerum intelligentissimo depictam exhibeo, ut inde manifestum sit, tum quanta in rebus historicis *Luciano* fides haberi possit, tum quantum utilitatis rei literariae sit accessurum, si quis in criticam historicam lucubrationum *Luciani* sedulus investigator incubuerit. (*Lucianus Pseudom.* pag. 775. et 776.)

Cum jam sibi non mediocrem in Regiam, aulamque Caesaream aditum patefecisset ingressumve; ad celebrem virum Rutilianum, vigente Germanico bello, mittit oraculum, quo tempore DIVUS MARCUS (θεὸς Μάρκος) *cum Marcomanis et Quadis confligebat. Jubebat autem oraculum, ut duo leones cum multis aromatibus magnificisque victimis in Danubium immitterentur.* Sed praestat ipsum oraculum referre:

Istri gurgitibus, celsi Jovis imbribus aucti,
Injiciant binos Cybeles edico ministros,
Ortas monte feras, tum, quas alit Indicus aër,
Flores atque herbas bene olentes: moxque futura est
Et victoria, pax et amabilis et decus ingens.

His factis, ut praescripserat, leones cum regiones hostium enatassent, barbari tamquam canes peregrinosve lupos fustibus confecerunt. Tum protinus nostrorum magna strages est edita, viginti ferme millibus simul exstinctis. Deinde secuta sunt ea, quae Aquilejae contigerunt, cum parum abfuit, quin illa urbs caperetur. [Sic *la Croze* verterat, Graeca etiam praemittens, quae omisi, quia ex *Luciano* peti possunt.]

Voluptati puto erit hic rem uni *Luciano* memoratam graphice depictam agnoscere, tranantes videlicet e superiori narratione leones, et ipsum Marcum Imperatorem summi Pontificis officio fungentem, et praecepta in oraculo aromata in ipsa Danubii ripa adolentem. De eo tamen vulnere, τραῦμα vocat *Lucianus*, Romanorum exercitibus a Germa-

norum copiis illato, frustra aliquid apud eorum temporum scriptores quaesiveris, deperdita jam dudum Dionis ejus aevi historia, unde procul dubio *Luciano* maxima lux adfunderetur. Verum de his forte alias uberius agam, ut de Christianismo et apostasia *Luciani*, cujus vestigia quaedam mihi aliquando visus sum in ejus scriptis observare, quae modo investigare non licet, ut et multa alia, quae in eo scriptore ad veterem historiam pertinent, nemini adhuc Criticorum memorata..

Huc usque *Crozius*. Tempus est nostram sententiam paucis addere.

Luciani *patria* satis constat, eamque jam satis audivimus. Educationis initia quoque satis ipse refert in *Somn.* Transitum ab opificio ad studia liberalia *ibid.* Iter, quod eorum caussa suscepit, ex vita a *Bourdelotio*, subjectaque nota *Fabricii:* satis quoque notum, Athenas se (esse?) profectum ad Graeca discenda. *Tox.* c. 57. In Macedoniam, *Herodot.* c. 7. Qui caussidicorum gregem deseruerit, ob fraudes et mendacia, *Piscat.* c. 29. et ad philosophiam transierit, et hoc alios bene observantes audivimus. vid. *pro Merc.* c. ult. De *aetate* nondum confectum negotium: quare hoc experiamur, quantum licet, ex ipso elicere; dein de Christianismo deserto et Atheismo, quem objiciunt, ingenioque et moribus ejus disquiramus.

Aetas facilius et adcuratius ex scriptis ejus erueretur, si Dialogos haberemus hodie eodem ordine ac serie dispositos, qua ipse eos conscripsit: cum vero ad extremam se jam fere senectam pervenisse testetur in Dissertatione *pro merced. conductis* c. 1. et 4. ut satis jam adlegatum supra; in sequente vero Dialogo *Hermotimi* c. 13. se quadraginta annos natum diserte dicat; perversio ordinis facile patet, aeque atque ex aliis locis, haud aliunde nata, quam quod diversis temporibus singuli libelli prodie-

rint, prout scribendi materies subnascebatur. Juvant tamen ejusmodi aetatis suae commemorationes. Potissimum autem aetas *Nostri* cognoscitur ex *personis*, quas ut aequales adloquitur, aut paullo ante se defunctas indicat; *ex auctoribus*, quos adlegat, quorum catalogum diligenter conscriptum subjunximus, et ex *factis historicis*, quae se vivente contigisse memorat.

Praecipui autem aequalium aut proxime antecedentium, quos memorat, virorum, sunt: *Alexander impostor*, *Apollonius Tyanens.* (*Alex.* c. 5.) *Arrianus*, (*Alex.* c. 2.) *Celsus*, (ibid. c. 1. et not. *Solan.* item c. 17. et 21.) *Cronius*, (de quo *Gesn.* ad *Peregr.* c. 1.) *Demonax*, *Epictetus*, *Herodes Sophista*, (*Demon.* c. 24.) *Paetus Medicus*, (qui vivus memoratur, *Alex.* c. 60.) *Peregrinus*, *Quintillius*, (ad quem Macrobios scripsit. ubi conf. not. *Solan.* annum Christi CLXXI indicantem) *Rutilianus*, (*Alex.* c. 30.) *Sabinus*, (*Merc. Cond.* 1. et *pro merc.* c. 15.) *Sostratus*; ut caeteros mittam ab *Jonsio* supra jam indicatos. Ex his omnibus liquido adfirmari potest, verissimum esse, quod *Hemsterhusius* in praefatione *Pollucis* statuit, floruisse *Lucianum* sub Antoninorum et Commodi imperio, ob rationes ex vita Alexandri Pseudomantis jam adlegatas. Ipsum autem annum nativitatis ac mortis *Luciani* definire est ἀδύνατον· illud tamen, quantum colligere ex ipso potui, propius jam statuere possum, vixisse *Nostrum* ab anno Christi CXX. ad CC.

Sed incipiamus ab Epicteto cum *Nostri* tempore comparando. Hic si ad Marci usque tempora vixerit, ut *Menag.* ad *Laërt. T.* II. p. notar. 1. ex *Suida* et *Themistio* adserit, (vid. *Themist.* or. XII. ut in *Menag.* nott. adlegatur, vel or. V. p. 68. edit. Paris. ubi invenio, multa commisisse Epicteto utrumque Antoninum) etiam serius collocandus est *Lucianus*, quam adhuc factum: loquitur enim de Epicteto ut jam aliquamdiu defuncto, *Adv. Ind.* c. 13. narrans, *sua aetate fuisse, et forte adhuc superesse, qui lucernam fictilem Epicteti*

Stoici 3000 *drachmis emerit.* Illa autem verba, *et forte adhuc superest*, indicium praebent, jam aliquod tempus ab Epicteti morte elapsum. Eumdem vero libellum *Advers. Indoct.* scriptum esse paullo post Peregrini in rogum insilientis mortem, docet c. 14. ubi heri et nudius tertius aliquem emisse ejus baculum, refert. Cumque *Aul. Gell.* XII, 11. Peregrini vivi, quicum ipse collocutus sit, meminerit, nihil de ejus morte; patet, *Lucianum* et *Gellio* aequalem, sed et aliquanto posteriorem. Peregrini autem hanc mortem contigisse *Solanus* existimat anno Christi CLXV. quod non repugnat sententiae, nempe Epictetum tum jam aliquamdiu ante esse defunctum, cum *Lucianus Advers. Indoct.* scriberet, adeoque *Lucianum* eum potuisse videre. Falli tamen *Bourdelotium* putem, qui *Lucianum* Epicteto mortuo demum natum statuit; si hic senex sub Nerone jam vivens Adriano familiaris, (vid *Ael. Spart.* c. 16. p. 159.) ad Marcum usque vitam protraxisse potuit, ut etiam *Casaubonus* obiter monet ad l. d. Vixisse autem *Lucianum* aliquamdiu post Epictetum, etiam patet ex *Luciani Alex.* cap. 2. ubi Arriani Epicteti discipuli meminit, et quidem tamquam defuncti; ubi confer not. *Solani*, ac vid. *eumdem* ad *ejusdem Alex.* cap. 48. et cap. 56. ubi Alexandri insidias *Lucio* structas contigisse anno Christi circiter CLXX. probabiliter adserit, quo *Lucianus* in flore aetatis adhuc esset, qui patrem suum vivum ibidem commemoret. Unde ego porro colligo, cum *Lucianus* Alexandro supervixerit, eoque demum mortuo librum suum contra ipsum ediderit, ut refert cap. 59. eum miserrime periisse, nondum LXX annos natum, aeque ac Rutiliano, qui ad septuaginta annos vitam produxit, superstitem se vixisse testatur eod. *Alex.* c. 34. f. quem cum sexagenarium duxisse Alexandri filiam refert, quod *Luciano* vidente contigit, facile patet, *Lucianum* non solum reliquos X annos Rutiliani, sed et plures vixisse. Plura alia *Solanus* ad c. 35. quem et confer ad ejusdem cap. 4. 5. et 30. et ad *Demonactis* cap. 1. ubi Demonactem *Luciano* partim aequalem, partim anteriorem, fuisse quadra-

genarium conjicit, anno Christi CXXV. vel CXXX. Adde jam, quae *Imag.* cap. 3. habemus, de Panthea Avidii Cassii uxore, ut cl. *La Croze* adserit, et quod *Jonsius* adtulit, de bello Parthico, cujus meminit *Lucianus*, quod *Jonsius* anno Christi 165. contigisse retulit, ut supra vidimus. Cumque in *Quom. Hist.* init. *Lucianus* perstringat ejus belli scriptores, patet, eumdem Nostrum aliquamdiu post id bellum vixisse, adeoque, quod et supra indicavi, aliquanto serius vixisse, quam nonnulli putarunt. Ad summam autem se senectam pervenisse, satis ipse testatur *pro Merced.* c. 1. qui prope Aeacum esset, et alterum pedem in cymba Charontis haberet. ib. c. 5. ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Quin ad Commodum se pervenisse, ex nomine unius Imperatoris bene judicat *Solanus* ad *pro merc.* c. 12. aeque ac *Hemsterhusius* in praef. *Pollucis* supra indicata, quod Marcum θεὸν vocet *Lucianus*, adeoque de defuncto loquatur. Conf. quae *Tillemontius* supra excerptus, ex pag. 713. T. 2. de Severiano, qui etiam in *Quom. Hist.* c. 24. commemoratur, ait, eum Prisco jungi, ducemque cum Vindice fuisse, et nott. ad *Nostri Alex.* c. 27. et 48. cujus rei et plura habeo indicia; sed plura nunc addere nequeo; restaret enim adcuratius definienda Epicteti vita, de qua dissident *Salmasius* et *Menagius*, ex qua lite diremta adcuratius etiam vita *Luciani* definiretur, sed et hoc jam dimittendum, (licet ad *Menagii* ad *Laërt.* sententiam paullo supra adducti propendeam, ut forsan in praef. Indicis majoris dicam) et nonnihil de *Nostri* dotibus addendum.

Eruditionis certe summa documenta in scriptis ejus elucent, ingenii autem tanti, quantum ejus seduli lectores viri docti recte depraedicarunt. Stylus ejus est admodum floridus, at simul simplicior, quod non exigui est ingenii. Imitatur saepe *Alciphronem*, ut plus decies in notis, praecipue ad *Dial. Meretric.* monuimus, nec ab *Longi*, qui Pastoralia reliquit, stylo multum ejus dictio abit. In Timone vero et in traducendo Socrate *Vit. Auct.* 15–18. et alibi, imitatur

Aristophanem, licet et alibi prodat, se magni facere virum. Ceterum vel millies dictione utitur *Homerica*, quod nec opus erit monuisse. Itaque quamquam non fuit natione Graecus, ingenio suo, tempore, atque Athenis versando, Atticismi lepores sibi ita reddidit familiares, ut vel commodius eo idiomate verba faceret, quam hi, qui in Attica erant nati. Ter, quater tantum frigidos ejus jocos improbat summus ceteroquin ejus admirator *Hemsterhusius*, cujus judicio plus tribuo, quam decem aliis: nec ego *Lucianum* numquam dormitare dixero; tamen, quia facile se pati in sua praefatione dixit, *Luciani* defensionem suscipi, videndum censeo, anne, quando in *Timon.* c. 52. nimis adfectatam illam blanditiam praetermitti potuisse ab *Luciano* ait, studio frigidos adulatoris sales proposuerit *Lucianus*, quo parasitorum mores eo absurdiores proponeret, et quia adsentatores plerique re vera tales esse solent; qui etsi acutiores jocos etiam proferunt, tamen prae dicacitate non possunt quin et frigidos, etiamsi vel ingeniosissimi essent. Conf. Dial. *Parasiti* fin. ubi similia absurda tribuuntur parasitis, ut ibi paucis indicavi.

Nullam eum religionem professum fuisse, ex *Demon.* c. 5. ait *Tillemontius*. Unde et alii Atheismum ejus deducunt. Sed ex isto *Luciani* loco nihil aliud conficias, quam *eum* philosophum fuisse eclecticum, ut hodie dicimus: quare Atheismus ejus ex aliis potius locis, vel ex toto ejus libellorum habitu deducendus foret, quem tamen ei non impingendum idem *Tillemontius* et *Hoogstratanus* monent, quia Atheismum nusquam diserte profiteatur. Mihi tamen diu suspectus fuit Atheismi, tum ex charactere lasciviae, quem his miseris fere proprium esse, recte *Bentlejus* in *Friponnerie Laïque* observat, aliique saepe monuerunt; tum ex nimio omnia ridendi studio; tum quod et animae immortalitatem rideat. Verum est, non semper sufficere, vitiorum tantum turpitudinem proponere, nisi et virtutum laudem subinde addas: nam ut avaritiae sordes, ebrietatis

deformitas, rixarum de rebus nauci vel incertis stultitia, similiaque satis impugnantur, sola earum deformitate proposita: ita tamen impurorum amorum turpitudo non eodem modo se erui ex juvenum animis patitur, nuda illorum imagine proposita, eaque revelando, quae natura ipsa tegi flagitat; quin ii sic incenduntur potius. Sed et postea detegens, non esse ab *Nostro* profectum dialogum illum impuriorem *Amorum*, scriptaque caetera diligentius pertractans, benignius de auctore existimare didici; cui tamen et pessimum illum Dial. *Meretricium* V. abjudicare posse vellem, in cujus fine aliquam quidem pudoris sui conscientiam prodit, nimius tamen fuit ipse jam turpiculus in ejus pictura, quam longe magis odiosam, omissis obscoenitatibus, potuisset proponere, si vere ab turpitudine abhorruisset: sed cum naturalia non esse turpia male cum perditis Epicureis sentire videtur, licentius in his sibi indulsit, qui, licet nulli sectae addictus fuerit, Epicuro tamen prae aliis favebat, cujus continentiam virtutesque amavit. (loca ex Indice peti possunt.)

Amor autem ejus in veros philosophos patet ex pluribus locis, seque impostores tantum traducere, diserte ait *Pisc.* c. 15. ac virtutis amatorem se profitetur. Vid. Vit. *Demonact.* c. 2. f. et 3. ubi ad virtutem et bonorum exemplorum mutationem hortatur. Adde et *Nigrinum*, aliaque hic non repetenda. Sed et sinceritas ejus patet ex testimonio pessimo ab Alexandro Pseudomante in *Lucianum* pronuntiato, c. ejus Dial. 54.

Noctivago gaudet coitu, incestoque cubili.

quod omittere potuisset: at proferre non veretur, quia eo non tangebatur; nec verbis refutat, quia ipsa vita id refutabat. Tum et honestas *Luciani* patet ex eo ipso, quod caussidicorum gregem reliquerit ob fraudes et mendacia, *Reviv.* c. 29.

Christianum quondam fuisse minime exputo: melius enim eorum dogmata scivisset, nec Judaeorum ritus cum horum confudisset, ut qui illis sacerdotes et scribas Judaeorum tribuat, in *Peregr.* c. 11. scribens: *Χριστιανῶν — τοῖς ἱερεῦσι καὶ*

γραμματεῦσιν συγγενόμενος, quod bene etiam *Solanus* ad l. d. observavit. Nec adeo infensus fuit Christianis, atque alii existimant; caritatem enim eorum mutuam in eod. *Peregr.* vere praedicat, morumque simplicitatem eorumdem ita describit, ut quae se falli potius sinat, quam ut fallat; sed eosdem praestigiis ac superstitionibus tamen non falli se sivisse, sive studio, sive casu, sincere tamen agit, qui commemoret in *Alex.* c. 38. ubi impostor Christianos etiam arcebat suis sacris, veritus, ne hi facilius ipsius fraudes detegerent ac riderent; sed et idem Atheos arcebat et Epicureos, unde quidem nihil probatur, quod Christianos ibi laudarit *Lucianus*; sed ejus integritas tamen adparet; at Christum Sophistam vocat idem in *Peregr.* l. d. nec ego confugio ad excusationem *Vossii*, quasi id alterius nomine dicat, et quod etiam in bonam partem valeat illa vox; nam se nihili facere religionem Christianam, satis patet aliunde, et licet hoc doleam, non tamen magis miror in *Luciano*, quam in aliis auctoribus priorum saeculorum, qui multo pejora in hanc scripsere, et quos tamen ferimus, ac propter alia utilia laudamus: quin sic verum videmus, quod Apostolus dixit, se adnuntiare Christum, qui Judaeis offensio, Graecis stultitia esset; cumque Judaeos feramus, Christo, pro dolor! maledicentes, quidni hunc feramus, neque Christo, neque Christianis maledicentem? Risit autem Epicureorum more animae immortalitatem vitaeque sempiternae exspectationem, in *Peregr.* c. 13. quodque hac spe freti sponte se occidendos praebeant. Ut autem priorem illius sententiam merito improbamus, ita et Christianorum istorum voluntario impetu ad martyrium ruentium gloriam probare non possumus. Num vero et in eo plane cum Epicuro senserit, otiosum Deum faciens, non satis indicat: nam in *Jov. Conf.* c. 10. Jovi dicenti, *Tu vis ostendere, nullam nos rerum humanarum curam agere?* respondet, *Non meum hoc est.* Nisi credas, eo ipso id tacite exprobrari Jovi, quasi velit *Lucianus:* non opus est, ut hoc a me probetur; te enim ipsum hoc melius deceret probare tuis actionibus, si id a nobis cre-

di velis. Nam Scepticum fuisse *Nostrum*, satis prodit, utcumque Scepticos belle traducat in *Vit. Auct.* c. 27.

Praefecturam Aegypti quod spectat, quam ei mandatam alii jam narrarunt ex *Merc. Cond.* c. 11. sed quam graphiarii munus fuisse *Tillemontius* statuit: videmus ejusmodi fuisse, ut non omnino Praefectus provinciae totius fuerit; nam προστασίας munus suum generaliter adnumerans distinguit tamen a majore praefectura, *ibid.* et in fin. c. 12. ubi fore praesumit, ut deinde etiam integra gens ei committatur. Et quamvis *non servilem se conditionem accepisse*, sed publici imperii se participem esse, *eoque nomine mercedem ab Imperatore accipere* c. 11. et 12. declaret, tamen se actuarii vel graphiarii partes egisse, qui sub se habet scribas, *ibid.* indicat, dicens, *se eorum, quae aguntur in judiciis, commentarios scribendos curare, et decreta — tradere reponenda.* Itaque actuarius sive graphiarius fuerit ac Procurator partis Aegypti: num vero voti compos factus sit, ut integrae provinciae gubernandae praeficeretur, non proditur. Dignitas autem ac gravitas personae, quam sustinuit, haud levi est indicio, vitae fuisse *Nostrum* compositae, laboriosae, et ad magna aptae.

Pauperem se tacite fatetur eadem Apologia *pro merced. conductis* c. 11. Non tamen famelicum: neque enim ita pauperem olim fuisse oportet, cui tanta itinera eruditionis adquirendae caussa instituere licuit; sed cum senectuti ingruenti melius prospiciendum existimarit, nihil mirandum, si mercedem complurium talentorum, ut indicat *ibid.* praetulit vitae privatae, in qua peculium pusillum consumenum, et ad graviorem paupertatem potius recidendum fuisset, quam ut pristinis laboribus victum parare potuisset [19]).

19) Falso locum *Apol. pro merc. cond.* c. 11. a *Reitzio* de paupertate *Luciani* intelligi, bene probat *Wielandius* in Praef. p. X. LEHM.

Matrimonium iniit media aetate; filiique meminit *Eunuch.* c. 13. f.

Periisse podagra non adfirmare ausim cum *Bourdelotio*, licet id non absimile vero sit, si ipse auctor est tragopodagrae; quod *Lucianeo* ingenio non indignum drama, sed versibus saepe adeo claudicantibus, ut potius statuendum sit, eum tragica licentia et aetatis venia, studio hic usum, quam ut emendationem centum locis tentemus. A canibus vero laceratum, fabulam esse, nullis testimoniis probandam, sed ad aetatem provectam supra octoginta annorum pervenisse, satis est certum.

JO. FRID. REITZ.

His a *Reitzio* fuse relatis et disputatis, a me jam nihil aliud exspectari poterit, quam ut, quae recentius de *Luciano* in medium sunt prolata, breviter recenseam.

A. 1742. prodiit *Dan. Peuceri*, Athen. Numburg. Rectoris, commentatio *de maledictionibus Lucianeis in Christum ejusque Apostolos*, Lips. 4. cujus auctor, Treunerianam illam disputationem, quae p. XXII. in not. 10. laudatur, respiciens, id agit, ut ex his duobus *Luciani* dialogis: de Morte Peregrini et Philopatride, adpareat *Lucianum* maledicum fuisse tum in Christi nomen, personam et officium triplex, tum in Apostolos quoque ejus, speciatim Paulum. Est autem haec

magis pia querela, quam docta demonstratio. Melioris paullo frugis est *Andr. Christiani Clemanni*, Franciscanei Misenensis Rectoris, commentatio historico-philologica *de Luciano, Christianae veritatis teste*, ad L. Dialogi *περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς* edit. *Graev.* p. 565. sq. (c. 11. — 13.) Dresd. 1753. 4. in qua *Luciani* verbis illustratis auctor demonstratum it, „quam dilucide vel invitus de praestantia et „veritate christianae doctrinae, nec non de publicis institu„tis morumque integritate Christi sectatorum, testetur ille „obtrectator, ita ut suo ipso gladio jugulari queat.“ Eundem finem persequi videntur *Henr. Aug. Zeibichii* commentationes duae, quarum mihi non est copia facta, hujus tituli: *Lucianus, Christi redemtoris testis.* Gerae, 1762. 4. Sed acerrime impugnavit *Lucianum Jo. Tob. Krebsius*, illustris scholae Grimmensis Rector, in Prolusione scholastica *de malitioso Luciani consilio, religionem Christianam scurrili dicacitate vanam et ridiculam reddendi.* Lips. 1769. 4. inserta etiam illa ejusdem Opusculis Academicis et scholasticis denuo recognitis. Lips. 1778. 8. p. 308. sq. qua id spectavit auctor, ut collatis inter se narrationibus quibusdam *Luciani* et historicorum ecclesiae sacrorum ostenderet, illi vere fuisse consilium, religionem Christianam scurrili dicacitate vanam et ridiculam reddendi. Et contulit quidem satis scite primum narrationem *Luciani* Ver. Hist. I, 30. cf. II, init. cum narratione Jonae prophetae simillima II, 1. sq. deinde, quae *Lucianus* tradit de Phellopodibus Ver. Hist. II, 4. cum iis, quae Matthaeus Evang. XIV, 28. sq. de Petro per mare incedente; tum fictionem illam lepidissimam de bello Phaëthontem inter et Endymionem gesto Ver. Hist. I, 10 — 21. cum simili fictione Johannis Apocalyps. XII, 7. sq. de pugna in coelo inter Michaëlem et Satanam commissa; ibidemque Ver. Hist. I, 18. contentam descriptionem Nephelocentaurorum cum Cherubinorum apud Ezechielem I, 10. et X, 14.; denique imaginem urbis beatorum Ver. Hist. II, 11. descriptae cum novae Hierosolymae imagine ab Johanne Apocal. XXI, 10. sq. depicta, et quae ibid. c. 12. *Lu-*

cianus exponit de natura spirituum beatorum cum descriptionibus eorundem sacris Luc. XXIV, 39. 1 Cor. XV, 42. sq. Philipp. III, 21. etc. Quae quidem omnia non sine arte et ratione, quamquam nec sine cupiditate et studio disputata recentiores Apologetae et Apologetici suo jure amplexi et secuti sunt, additis etiam passim ex suo nonnullis, quae *Krebsius* reliquerat, ut *Jo. Henr. Mücke* in Programmate: *de rebus Christianorum testimonia ex Luciano.* Lips. 1788. 4. et S. V. *Tzschirnerus* in libro: *Geschichte der Apologetik* I. p. 200. sq. et quos recenset Ill. *Beckius* in *Commentt. hist. decretorum religionis Chr.* et *formulae Lutheriae* p. 92. sq. Rectius tamen et liberius de ingenio et moribus *Luciani* sui judicavit interpres ejus Germanicus, *Wielandius* noster, partim in Praefat. versioni praemissa T. I. p. XX. sq. partim in notis interpretationi passim subjectis, inprimis ad librum de Morte Peregrini T. III. p. 53. sq. Cum his omnino consentit, quarusne Wielandianorum, necne, non patet, *Jo. Christian. Tiemannus* in libello: *Ein Versuch über Lucians von Samosata Philosophie und Sprache.* Servest. 1804. 8. nisi quod hic minus fere sibi constat in veritate inquirenda, certa interdum cum dubiis, honesta cum turpibus, sana denique cum insanis mirum in modum confundens, in gratiam unice deliciarum suarum, quam nemo, ne *Lucianus* quidem ipse, vere honestam ac laudabilem agnoverit gratiam. Ceterum quam *Volateranus* (vid. supra p. XIX.) et *La Croze* (p. LXIII.) protulerunt sententiam, *Lucianum* fuisse Christianum, ac deinde factum apostatam, eam *Aug. Kestnerus* in libro: *Agape*, inscripto, et ante hos tres fere annos emisso, ita ad universum libri sui consilium flexit, ut *Lucianum* contenderet occultum fuisse vel Christianum, vel certe religionis et familiae Christianorum fautorem, qui consulto ac sedulo id egerit, ut ipsius opera res illorum stabilirentur et augerentur. Quod sane prodigiosum commentum, licet non sine aliqua specie prolatum, tamen uno statim ictu profligatum gaudemus ab Ill. *Henr. Carol. Abr. Eichstadio* in Prolusione: *Lucianus num scriptis suis adjuvare*

religionem Christianam voluerit. Jen. 1820. 4. quam gravissimam dissertationem jam auctoris ipsius manu paullo auctiorem et emendatiorem in cultorum *Luciani* gratiam et usum adjicere placet. Unde simul patebit, quae et mea est sententia, fuisse quidem *Lucianum* Christianorum adversarium, neque adeo prodesse, imo vel maxime obesse, eorum religioni et institutis, tanquam perversis et vanis, voluisse; sed revera tamen magis adjuvisse rem Christianam, quam impedivisse; quod sane rationis jura contra omnes ejus adversarios, cujuscunque tandem nominis ac sectae essent, acriter et constanter defendenda susceperit, atque adeo, Deo O. M. dirigente, vel invitus atque inscius, — quippe qui Christianam religionem nonnisi per rumores, neutiquam vero ex librorum ipsorum sacrorum lectione cognovisset, — sentibus, ut imagine utar, quae melioris indolis herbis et plantis impedimento essent, eradicatis, saniori doctrinae divinae fecerit locum. Haec hactenus.

J. TH. LEHMANN.

LUCIANUS

NUM SCRIPTIS SUIS

ADJUVARE RELIGIONEM CHRISTIANAM VOLUERIT.

Ad illustrandam ecclesiae Christianae historiam quae nuper scripta in lucem prodierunt, tametsi pleraque illorum vel ab argumenti copia et ubertate vel a tractandi arte et sollertia laudem habuerunt, nullum tamen in iis exstitit, quod rerum novitate tantopere commoveret studia aequalium, animosque in tam diversas partes traheret, quam quod *Agapae* nomine inscriptum, insigne eruditionis et acuminis monumentum edidit collega clarissimus, Augustus Kestnerus. Quo libro utrum principalem caussam obtinuerit an amiserit, in hac scribendi brevitate non ausim universe pronuntiare, quamquam nuper exorti sunt plures, qui damnarent novae opinionis audaciam, quam qui defenderent: neque opus videtur sententiam ferre post censuram diligentem et accuratam, qua vir in hoc literarum genere princeps, idemque saeculi non minorem quam auctoris rationem ducens, de libri indole et virtutibus ita ex-

plicavit [1]), ut cum summa judicandi subtilitate parem moderationem et aequitatem conjungeret. Sed illud faciundum est, quod optat ipse, si bene eum novimus, praestantissimus libri editor, ut singula ejus capita singulatim ad censuram vocentur, quae totidem subsidia sunt et (ut Appulejano verbo utamur) fulcimenta, quibus constabilitis, nova illa de clandestino Christianorum foedere et consociatione opinio [2]) denuo sustentatur, subtractis autem vel eversis, labefactatur et corruit. Itaque nunc quidem eum excutere locum placet, quo *Kestnerus* de *Luciano* exposuit.

Qua de re dum dicere aggredimur, vehementer animi pendemus, gratias viro doctissimo agamus de iis, quae ingenii acie reperit, an repertis doleamus. Adeo enim nova de *Luciano* ejusque in Christianos animo et studio in medium protulit, ut, si vera sint, quae disseruit, jure nos pudeat philologos in explicando judicandoque facetissimo scriptore tam diu caecutiisse. Nam quem adhuc existimabamus infensum fuisse rei Christianae, Christianosque una cum ipsorum magistro risui ac ludibrio exposuisse, eum *Kestnerus* censet id egisse sedulo, ut adjuvaret novam religionem, factam doctoribus invidiam minueret, sectatorumque persuasionem firmaret. Ego vero, quod pace viri doctissimi dixerim, speciosius ista quam verius disputata censeo. Quod quo magis appareat, faciam id, quod ipsae hujus libelli angustiae postulant, ut, quae in disputatione *Kestneri* dispersa et dissipata sunt, summatim comprehendam, et, quia interdum fluctuat ejus oratio, ea verba,

---

1) Jen. A. L. Z. 1819. No. 201 — 205.

2) Novam dixi, non exemplo illorum, qui, quae patrum memoria scripta sunt, hodie ignorare videntur, sed quod eam Kestnerus nova et uberiore explicatione novam et suam fecit. De libris theologorum, qui huc pertinent, supersedeo dicere: illud adjicere liceat, quod ipsis fortasse theologis novum accidet, primariae sententiae elementa contineri notis Wielandiad Lucianum, inprimis prolixa illa ad Peregrinum Proteum, To. III. p. 62.

quibus maxima vis et perspicuitas videtur inesse, in adnotatione subjiciam.

Sunt autem haec quinque capita, quibus novam *Kestneri* de *Luciano* sententiam includere licet.

I. *Lucianus*, qua erat mentis acie, quum aetatis suae ingenio non congruere amplius intelligeret, quae majores pro veris habuissent in vitaque tenuissent, excitare aequales ad rectiorem cogitandi agendique rationem voluit, qua inveteratae opiniones tandem ex sua sede demoverentur, et cum veriore scientia melior rerum status inciperet. Quo consilio patriorum numinum cultum et religiones irrisit, pravas superstitiones explosit, oraculorum praestigias et sacerdotum arcana detexit, philosophorum, divitiis magis et famae quam sapientiae inhiantium, fastum compescuit, vanas educandi artes, rhetorum ineptias, athletarum ferocem stoliditatem, opulentiorum luxuriem, plebeculae credulitatem ceterasque aetatis suae corruptelas et vitia satirico sale perfricuit, denique nil prius et antiquius habuit, quam ut funestum veternum arceret, quo adhuc torperent plerique aequalium, quibus melior jam rerum cognitio, velut oborta ex tenebris lux, affulsisset. Sed hac cognitione, non erant illo tempore, qui Christianos superarent. Quamobrem ad hos maxime spectabat *Luciani* mens et oratio: hi erant ἐγειρόμενοι illi et βλέποντες, quorum etsi doctrinam non amplectebatur, causam tamen et sectam scriptis adjuvare studebat.

II. Quamquam enim ridendi calumniandique materiem undique colligebat, tamen unus tantummodo in ejus libris locus reperitur, quo Christianos perstrinxit, neque illos

---

Qui Luciani elegantissimus interpres si adhuc viveret, isto nullum, opinor, Kestnerus haberet sententiae suae aut adstipulatorem paratiorem, aut fortiorem propugnatorem.

universos, sed exiguum eorum numerum, nec suum hac in re judicium sequutus, sed opinionem *Celsi*, quae tum communis erat omnium gentilium, *Luciano* que tanto facilius poterat persuaderi, quanto magis eam res ipsa, quam ridebat, Peregrini mors, comprobare videbatur.

III. Qua re si quid in Christianos commisit, eorumque famae atque existimationi detraxit, abunde id aliis scriptis compensavit, quippe qui mox, Tatiani oratione rectiora edoctus, illorum, quos aperte laesisset, caussam tacitus suffragator susciperet, aequalibus tecte commendaret, suaque etiam dicta cum populari suo et aequali miram in concordiam redigeret.

IV. Id ne temere dictum arbitremur, ipsum *Luciani* ingenium *Kestnerus* attendere nos jubet. Qui quum nemini umquam pepercerit, quum nullam omiserit opportunitatem cavillandi, non credibile esse, in tanta librorum, quos emiserit, copia unis eum pepercisse Christianis, in conspectu omnium positis et Graecorum odio laborantibus, nisi caussae illorum favisset.

V. Eamdemque rem testatur liber *Lucianeus*, qui suam vicissim lucem inde recipit, quo falsa Christianorum secta a genuinis Christianis ita discernitur, ut horum patronum sese ac vindicem profiteri *Lucianus* non dubitaverit.

Sic exposita rerum, quas *Kestnerus* tractavit, summa, sequitur, ut de singulis videamus.

Ac primum quidem concedimus viro doctissimo, *potuisse* illam sentiendi scribendique libertatem, qua *Lucianus* eminuit, eo valere, ut depulsa superstitionum caligine, tanto facilius emergeret Christianae doctrinae veritas; sed cavendum tamen putamus, ne huic rei plus, quam ratio fert et experientia, tribuamus. Nisi forte etiam *Eu-*

polis, *Cratinus*, *Aristophanes*, *Archippus* aliique priscae comoediae auctores, quod magna dicacitate in deos patrios illuserunt et aetatis suae vitia castigaverunt, popularibus de saniore religione amplectenda moribusque emendandis persuaserunt. Imo audiuntur talia, leguntur, placent, plausibus in caelum feruntur: at nihil prosunt ad evellendos animis errores, quibus inde a tenera aetate assueverunt, quos cum lacte materno imbiberunt. Docuit id etiam recentiorum temporum historia. Nam explosis toties inde ab Lutheri aetate exagitatisque ecclesiae Romanae cerimoniis, tamen hodie non pauciores inveniuntur, qui eas mordicus retineant, quam *Aristophanis* aevo fuere, qui ex theatro vel in templa deorum, quos modo risissent, venerabundi redirent [3]), vel cum *Cleone* male multato detrimentosa civitati consilia caperent. Tam longe distat certa mentis persuasio a levioribus illis animi agitationibus, quas satirarum ludibria afferunt. Sed ut largiamur *Kestnero*, *Lucianum*, ridendo vera dicentem, dum consuluerit aequalibus, ipsi etiam religioni Christianae consuluisse, cujus dispersum semen jam velut subacti animi facilius exciperent: tamen eum *voluisse* scriptis suis efficere, quod effectum concedimus, adeoque vindicias religionis Christianae ejusque doctorum suscepisse, et hanc rem consulto ac naviter egisse [4]), id vero prae-

3) Rem uberius declaravit Boettigerus in libello: Aristophanes, impunitus deorum gentilium irrisor, p. 43. sqq. De saeculo XV idem acute monuit Spittlerus, *Grundriss der Geschichte der christl. Kirche* p. 362. ed. 5.

4) Ita enim statuit Kestnerus. Loca maxime perspicua (nam in aliis ambiguitatem quandam habet oratio) haec sunt: *Lucian zeigte dadurch schon, dass er der Wirksamkeit der christlichen Schriftsteller kein antagonistisches Streben entgegensetzte, wie sehr er den christlichen Parteigängern gewogen war, noch mehr aber dadurch, dass er im Stillen sogar für das Emporkommen der christlichen Sache arbeitete, indem er den christlichen Kämpfern ihren Kampf nicht allein sehr erleichterte, sondern auch in bedenklichen Fällen ihnen*

fracte negamus. Et satis constat, eximium quoddam providentiae divinae in conservanda propagandaque religione documentum a theologis [5]). in eo poni, quod nullae umquam calumniae, impetus nulli adversariorum quidquam potuerint, nisi ut religio nova firmamenta stabilitatis adipisceretur. Itaque jure admiramur vim veritatis in illorum, qui sacra Christiana odissent, testimoniis [6]): quae vis tanta fuit, ut vel invitos impelleret ad scribenda ea, quae ad caussam Christianorum tuendam suo tempore incredibiliter essent valitura [7]). Quod etiam in *Lucianum* cadere, quis inficias eat [8])? Nec tantum cadit in ejus Jovem confu-

---

hülflich beisprang. Es finden sich unverkennbare Spuren, dass Lucian zuweilen gleichsam als Anwalt der christlichen Secte gegen seine heidnischen Zeitgenossen aufgetreten ist, (p. 508). *Bei anderen Thatsachen erscheint Lucian offenbar als Mitgehülfe der christlichen Oppositionsschriftsteller*, (p. 511.) *Er scheint den Unwillen, den die christlichen Ausfälle auf die heidnischen Ehrenmänner erregt haben mochten, auch gegen sich lenken zu wollen, um ihn mit den Christen zu theilen, und ihnen so die Hülfte der Unannehmlichkeiten, die ihnen daraus erwachsen konnten, zu ersparen oder abzunehmen*, (p. 513.)

5) Multos, qui hoc argumentum persequuti sunt, recensuit Beckius in Comment. hist. decretorum rel. Chr. et formulae Lutheriae, p. 92. sqq.

6) His testimoniis quamquam saepenumero abusos esse constat vet. ecclesiae doctores, velut ex Graecis Clementem, Justinum, Athenagoram, ex Latinis Lactantium, Augustinum, Tertullianum: idonea tamen ex iis doctrinae Christianae firmandae praesidia petiit Eusebius, quem sequuti sunt recentiores multi, ut Huetius in Demonstratione Evangelica et Quaestionibus Alnetanis, Vossius, Fabricius, Lessius notis in libris, alii. Cfr. inprimis *Lilienthal gute Sache der göttlichen Offenbarung*, XII. p. 650. sqq.

7) *Viele, die des Christenthums Feinde zu seyn glaubten, haben auf seinen Plan gearbeitet.* Ita verissime *Jo. Müller, Allgem. Weltgeschichte*, in Opp. To. I. p. 460. De veritate religionis Christianae, philosophorum gentilium irrisione confirmata, duas dissertationes scripsit magnum quondam Academiae nostrae ornamentum, Jo. Fr. Buddeus, iusertas Miscellan. sacris To. I. p. 451 et p. 475 sqq.

8) Lucianum, Christi redemtoris testem, duabus commentatt.

tatum et alterum illum tragoedum, quibus in libellis jam *Gesnerus* apologias pro religione Christiana agnovit [9]), sed in alios quoque dialogos, quibus Christianorum causam, quamquam adjuvare non voluit, tamen adjuvit. Agimus de re longe notissima, quam, inepti essemus, si vellemus *Kestnerum*, virum eruditissimum, docere: qui si in ea re judicium praecipitavit, non ignorantia fecit, sed nimia quadam opinionis suae defendendae cupiditate.

Illud gravius est majoremque dubitationem habet, quod vir doctissimus ullum negavit, praeter Peregrinum Proteum, in *Luciani* scriptis locum reperiri, quo in Christianorum doctrinam et sectam criminose egerit [10]). Quod quum legeremus, mirabamur, tanta per tot annos crimina temere jactata in insontem fuisse, ab ipsis etiam

---

exhibuit Henr. Aug. Zeibichius, Ger. 1762. 4. (Addere liceat Andreae Christiani Cleemanni, Rectoris olim Franciscanei Misenensis, Commentationem historico-philologicam de Luciano, Christianae veritatis teste ad L. Dialogi *περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς* edit. Graev. p. 565. sq. *Lehm.*)

9) Verba *Gesneri* in epist. ad *Reitzium*, *Luciano* praemissa, haec sunt: „Jupiter confutatus et alter ille tragoedus multum mihi videntur ad evertendam superstitionem et fidem illis abrogandam contulisse. Referendi hi libelli ad apologias pro religione Christiana, in quantum harum princeps fere argumentum est, destruere superstitionem et cultum deorum."

10) Etiam hac de re ipsa scriptoris verba reddimus. *Es lässt sich nicht beweisen, dass Lucian den christlichen Zeitgeist gehasst und seine Anhänger mit der Geissel der Satire verfolgt habe. Nur in einer einzigen Stelle seiner voluminösen Schriften hat er eine kleine Anzahl von Christen bespöttelt, weil er sie mit dem tollen Peregrin in Verbindung fand, und seinen wahnsinnigen Helden gern in recht absurden Umgebungen und Verhältnissen schildern wollte.* (p. 505.) *Lucian umfasste alle Ungebührlichkeiten der Zeit in einem so lebendigen Bewusstseyn, dass sie alle Augenblicke vor seiner Seele standen und sich unwillkührlich zu wiederholtenmalen in seine Feder hineindrängten. Nirgends aber in seinen so zahlreichen Schriften hat er des Christenthums oder der christlichen Secte wieder im Bösen Erwähnung gethan.* (p. 505.)

scholarum magistris, in quibus nostra et patrum memoria vix erat paullo severior, quin in tradendis rebus Christianorum malitiosum *Luciani* erga eos animum culparet, ex ipsiusque scriptis accusationis argumenta depromeret. Neque id tantum pueris imberbibus narrarunt, qui reo patrocinari non possent, sed etiam ad doctos et subtiles judices singularibus libellis nomen detulerunt, crimen peroraruntᵃ¹). Ex his accusatoribus unum *Kestnerus* commemorat *Krebsium*, sed reprehenditᵃ²), quod *Lucianum* nomine inquinaverit criminoso: ceteros silentio praetermisit. Arduum est, de iis statuere velle, quae sensu magis quam demonstratione nituntur: verum tamen, quicumque *Luciani* consuetudinem perstringendi deos *Homericos* norint, omninoque ingenium ejus perspexerint, hos volo sedere judices de iis locis, qui adhuc sic explicati fuerunt, ut scriptor graviora quaedam doctrinae Christianae capita, praecipue miracula, sacris libris exposita, irrisisse putaretur. Nihil utrosque locos differre pronuntiabunt, nisi quod illis *Homeri* nomen fere additum sit, his librorum divinorum narrationes et placita oblique notentur. Nam quis, qui libero animo ad legendum accesserit, talem notationem non agnoscat in fabula de immensae magnitudinis ceto, qui navigantes immani hiatu ipsa cum navi hauseratᵃ³)? Cui non statim in mentem veniat, quod de Jona memoriae proditumᵃ⁴),

---

11) Dan. Peucer de maledictis Lucianeis in Christum ejusque apostolos, Lips. 1742. 4. Jo. Tob. Krebs de malitioso Luciani consilio, religionem Christianam scurrili dicacitate vanam et ridiculam reddendi, Lips. 1769. 4. et in Ej. Opusculis acad. et scholasticis p. 308. sqq. Jo. Henr. Mücke de rebus Christianorum testimonia ex Luciano, Lips. 1778. 4. Krebsium sequitur Tzschirnerus in Historia Apologetices, Germanice scripta, I. p. 200. sqq.

12) p. 506. in nota.

13) Ver. Histor. I, 30. To. IV. p. 248. ed. Bip.

14) Ipsa adeo verba concinunt. Jon. II, 1. ex versione Alexandrina:

neque, ut suspicari licet [15]), ethnicis scriptoribus ignotum, ipse venerandus nostrae religionis auctor ad rem suam accommodavit [16])? Aut quis in descriptione belli, quod acerrime infestisque et animis et armis inter Phaëthontem, solis regem, et Endymionem, regem lunae, in ipsa luna gestum narrat *Lucianus*, et cujus eum fuisse exitum tradit, ut Endymio, sagittis Nephelocentaurorum superatus in fugamque conjectus, missa legatione pacem implorare et tributum quotannis pendere Phaëthonti cogeretur [17]), in hac igitur descriptione quis non parodiam inveniat narrationis de pugna inter Michaëlem et Satanam et utriusque socios in caelo commissa, qualem auctor Apocalypsios [18]) dedit? praesertim quum Nephelocentauri *Lucianei*, qui compositi dicuntur ex equis alatis et hominibus, in memoriam revocent figuram Cheruborum, quam Ezechiel deformavit [19]), omnino illam adeo portentosam gentilibus et ridiculam visam, ut inde etiam Asinariorum nomen Christianis imponerent [20]). Apocalypsin vero cognitam *Luciano* fuisse, ipso ejus scholiasta monente alius locus declarat, quo nova urbs in insula beatorum, in quam una cum sociis ad epulas beatorum deductum se finxit, ita depingitur [21]), ut colores sumpti videan-

---

προσέταξε κήτει μεγάλῳ καταπιεῖν τὸν Ἰωνᾶν. Lucian. l. c. ὁρῶμεν κήτη πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, ἓν δὲ μέγιστον ἁπάντων — τὸ δὲ ἤδη παρῆν, καὶ ἀναῤῥοφῆσαν ἡμᾶς, αὐτῇ νηΐ κατέπιεν.

15) Cfr. Meursius ad Lycophron. v. 33. To. III. p. 1171. ed. Müller.

16) Matth. XII, 40.

17) Ver. Hist. I, 12. To. IV. p. 230.

18) XII, 7.

19) I, 10. X, 14.

20) Tertullian. Apolog. c. 16. Ista certe *de capite asini, re Christianis divina* (Minuc. Fel. 28.), non improbabilis est sententia Michaelis in Comment. de Cherubis, inserta Commentarr. Societ. Reg. Scient. Gotting. To. I. p. 175. sqq.

21) Ver. Histor. II, 11. To. IV. p. 271.

tur ab eodem Apocalypsios auctore, qui in novam urbem, Hierosolyma, eamque non minus mirabiliter exornatam, ab uno septem angelorum sese ablatum ostendit [22]).

Atque haec quidem ita clara et evidentia sunt, ut, si qua sint in eodem scriptore eodemque praesertim ejus libro obscuriora et magis ambigua, ex recta interpretandi lege ad idem genus referenda, ad eumdemque modum explicanda sint. Quo pertinet prodigiosa narratio de hominibus, super maris fluctus sine ullo metu ac periculo pedibus iter facientibus, quae Christianos paene cogit recordari maritimam Christi ambulationem, ab discipulo incredulo male tentatam [23]); item descriptio naturarum caelestium, quae carnis expertes, aranearum telis indutae, figuram solam et speciem referunt, et sine corporibus ea tamen faciunt, quae propria sunt corporibus: quae descriptio non multum abludit ab iis N. T. locis, quibus de resurrectione et indole *τῶν σωμάτων πνευματικῶν* agitur [24]).

Ceterum desumpta haec omnia sunt ex uno illo libro, quem de veris historiis *Lucianus* composuit, et a *Krebsio* diligentius enucleata: alia ejusdem generis in aliis ejus scriptis reperiuntur. Nolo jam illud afferre, quod

---

22) XXI, 10.

23) Jesus dicitur *περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης* Matth. XIV, 25. Lucianus se vidisse narrat homines *ἐπὶ πελάγους διαθέοντας*, quibus, ut solent *παρῳδοῦντες*, ut exaggerratione risum moveat, tribuit pedes ex subere, Ver. Hist. II, 4. To. IV. p. 267.

24) Magna rursus similitudo verborum est. Lucianus Ver. Hist. II, 12. p. 272. *αὐτοὶ δὲ σώματα μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀναφεῖς καὶ ἄσαρκοί εἰσι* — Luc. XXIV, 39. *ψηλαφήσατέ με* (oppositum est *ἀναφεῖς*, quod obiter monemus propter *ἄκαιρα* illa, quae Stolbergius nuper in libro amoris p. 176. de significatione verbi ridicule effudit) *καὶ ἴδετε· ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει κ. τ. λ.* Eodemque, haud scio, an spectent ista, quae Hercules de se narrat: *Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ τοῖς*

nonnullis memorabile visum est, in Alexandro [24]) atheis tamquam species subjici Christianos et Epicureos: dictum est enim ex mente et sententia pseudoprophetae, valetque quodammodo in laudem Christianorum, qui sibi aliisque imponi per praestigiatores non passi sint [26]). Dignius est memoratu, quod in Dialogo Mortuor. IV. [27]) interroganti Menippo: *Τί δὲ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γὰρ*, Trophonius respondet: *Ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον*, cui satis dicaciter refert Menippus: *Ὁ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φῄς, μήτε θεός· καὶ συνάμφοτερόν ἐστιν.* *Luciani* ingenium noris et aequalium Christianorum de filii dei et Jesu *ἑνώσει* opinionis [28]): nec, quo ista referenda sint, dubitabis. Omnino autem diligentius, quam adhuc factum est, inquirenda sunt loca, quibus *Lucianus* callidissimo consilio, dum *Homericas* fabulas se simulat traducere, Christianorum decreta traducit [29]). Sed haec reconditiora sunt, quam quae hoc parvo libello explicari queant.

Et sufficere quae attigimus existimamus defendendae sententiae illorum, qui non in uno dumtaxat Peregrino Pro-

---

θεοῖς σύνεστιν· ἐγὼ δ' εἴδωλόν εἰμι αὐτοῦ. Subjicit Diogenes: *Πῶς λέγεις εἴδωλον τοῦ θεοῦ; καὶ δυνατὸν ἐξ ἡμισείας μέν τινα θεὸν εἶναι, τεθνάναι δὲ τῷ ἡμίσει;* Dial. Mort. XVI. To. II. p. 191. (Ed. nostr. p. 201.) Add. Philipp. III, 21.

25) Cap. 38. To. V. p. 98. et jam antea c. 25. p. 88.

26) Ita certe explicavit Solanus ad Luciani l. l. p. 411. et p. 424. neque aliter Kestnerus, p. 510.

27) To. II. p. 136. sqq. (Ed. nostr. p. 146. sqq.)

28) Cfr. G. J. Planck Observatt. quaedam in primam doctrinae de naturis Christi historiam, Gotting. 1787. 89. et in Commentatt. theoll. a Velthusenio, Kuinoelio et Rupertio editis I. p. 14. sqq. Add. *Münscher Handbuch der christl. Dogmengeschichte*, II. p. 278. sqq.

29) Simili consilio Lucianum in Peregrino nobilissimam historiae Mosaicae particulam, hucusque sepultam quasi et a nemine observatam, exhibere, duabus dissertationibus ostendit Fr. Theod. Withofius, Lingae 1762 et 1763. 4.

teo vestigia reperiunt licentiae et dicacitatis, qua *Lucianus* Christianos exagitavit.

De hoc autem dialogo, sicut supra diximus, ita sentit *Kestnerus* primum ut *Celsi* judicio tribuat, quae *Lucianus* in Christianos scripsit, deinde ut in hoc judicio omnes illa aetate Paganos consensisse statuat [30]), denique, si tamen nimia videatur *Luciani* cavillatio, ut invidiam eo minuat, quod scriptorem postea semet ipsum correxisse, pristinaque de Christianis sententia decessisse contendat. *Celsi* qui animus fuerit in Christianos, satis constat [31]), si modo cui *Lucianus* Alexandrum suum dicavit, *Celsus* idem fuit, quem *Origeniana* potissimum scripta nobilitaverunt: nec, quale fuerit aequalium de nova secta judicium, in obscuro est; sed caussas requirimus, quibus adductus *Kestnerus Lucianum*, quum de Christianis judicaret, totum ex *Celsi* judicio pependisse existimet; tum argumenta petimus iis, quae de mutata scriptoris sententia posuit. Nempe ejus mutationis auctorem laudat *Tatianum*, aequalem *Samosateni* nostri eumdemque popularem, quocum magna esset studiorum, eruditionis, munerum, etiam loci communione et societate conjunctus. Hujus potissimum auctoritate effectum esse, Christianos ut posthac eximeret Protei consortio, cui antea adjunxerat, in illorumque doctrina et moribus majus quiddam et excellentius,

---

30) *Der Seitenblick auf das Christenthum, der Lucians Spott über die christlichen Freunde des Peregrin begleitet, spricht nicht sein eigenes Urtheil, sondern nur die damals in der heidnischen Welt allgemein geltende Ansicht seines Freundes Celsus aus, die Lucian um so williger aufnahm, weil der besondere Fall, den er vor sich hatte, sie zu rechtfertigen schien, und weil er selbst wahrscheinlich noch nicht einen weitern Blick über den Geist der Christensecte im Grossen gethan hatte.* (p. 504.)

31) Cfr. *Serenius gesammelte Zeugnisse der Heiden zur Bestätigung des Glaubens der Christen*, p. 101. *Meyer Vertheidigung und Erläuterung der Gesch. Jesu und der Apostel*, p. 99. sqq.

quam fanaticorum hominum superstitiones ac deliramenta agnosceret [32]). Quod si ita statuamus, nonne permirum videatur, scriptorem, profecto non Phrygem ingenio, tam sero sapuisse, ut qui ex popularis sui oratione ad Graecos eamdem jam aliquot annis ante sapientiam petere posset? At scripta est, si *Kestnero* credimus, *Tatiani* oratio, postquam *Lucianus* sua in Christianos convicia jam effuderat. Nos secus sentimus, et in prava temporum putatione pravi judicii, quod *Kestnerus* tulit, caussam deprehendimus. Memoratur in *Tatiani* oratione [33]) dictum quoddam Protei, sed memoratur ita, ut nihil nos cogat de mortuo potius quam de vivo tum temporis philosopho cogitare. Immo veri admodum simile est, *Tatianum* in oratione sua omissurum non fuisse Peregrini Protei vesaniam, quae novam praeberet eamque amplissimam occasionem in phi-

---

32) Verba Kestneri (p. 507. sq.) haec sunt: *Lucian muss seine früher gefasste Ansicht über das Christenthum später geändert haben. Diese Behauptung aber wird um so leichter annehmbar, weil sich Motive nachweisen lassen, welche die Sinnesänderung Lucians herbeiführen konnten. Es ist fast unmöglich, dass Lucian nicht Kunde gehabt haben sollte von Tatian und seinen Schriften. — Dass der klare helle Verstand des Tatian die christliche Sache aufgenommen hatte, musste dem Lucian sehr befremdend vorkommen. Ein so besonnener scharfsinniger Geist, wie Tatian, konnte sich nicht einem blinden Aberglauben in die Arme geworfen haben; ein Lucianischer Geist aber war auch weit entfernt, fortwährend Vorurtheile zu hegen, wenn ein Mittel zur Aufklärung über eine Sache sich zeigte. Lucian forschte weiter und fand im Christenthume des Tatian, dessen Schriften er las, nicht eine grundlose Schwärmerei, nicht ein blindes Anbeten eines gekreuzigten Magiers, (so hatte Lucian einst das christliche Bekenntniss genannt), keine Frömmelei oder Pedanterei, sondern eine neue philosophisch-religiöse Lehre voll gediegener Sätze, welche ihm besonders als Oppositionselement gegen die alte Zeit und auch als Licht aus dem Barbarenlande, aus dem er selbst hervorgegangen war, sehr beachtungswerth erscheinen musste. Vielleicht wäre Lucian dem Christenthum ein zweiter Tatian geworden, wenn ihm der Uebertritt zur christlichen Partei bei seiner nicht-christlichen Charaktereigenthümlichkeit so leicht möglich gewesen wäre, und der durchaus originelle Mann nicht den Ruf des Nachahmers gefürchtet hätte.*

33) Cap. 41. p. 87. ed. Worth. (Oxon. 1700. 4.)

losophos Graecos declamandi, si mirificus homo jam tum, quum theologus Christianus ista scriberet, rogo se immisisset. Sive enim Christianorum sacra Proteus numquam adiisset, nihil erat, quod *Tatianum* a fanatici furoris castigatione cohiberet: seu exclusus ab Christianis rejectusque fuisset [34]), habebat scriptor, quod disciplinae Christianae severitatem laudaret. Incidit vero Peregrini mors secundum chronicon Eusebianum in Ol. CCXXXVI, 1. qui annus est ex *Scaligeri* rationibus 166. a Chr. n. *Tatianus* autem, quod *Guil. Worthius* accurate demonstravit, orationem suam ad Graecos scripsit aliquot annis post obitum *Justini Martyris*, quo et doctore Christianae religioni sese addixerat, et martyrium perpesso in extremum vitae discrimen venerat. Obiit *Justinus* anno 163. Quapropter *Tatiani* oratio, quam *Worthius* anno 168. editam putabat, retrahenda nobis videtur ad a. 164. vel 165. quibus annis neque dialogus ille de Peregrini morte congruit, et posteriora sunt reliqua scripta, quae *Luciani* infensum in rem Christianorum animum testantur. Satis enim constat, eum jam quadragenarium, ex Gallia in Graeciam reducem, ad dialogos scribendos accessisse [35]).

Haec si recte disputavimus, sequitur, illa certe, quae nobis superest, *Tatiani* oratione non potuisse *Lucia-*

---

34) Hoc probabilius est et convenit Luciani narrationi, quam veram habuerunt Fabricius Bibl. Gr. Vol. V. p. 341. Wielandus III. p. 103. alii.

35) Narravit ipse in Bis Accusato c. 32. To. VII. p. 93. Solanus (p. 428.) ita interpretatus est, ut quae junior scripsisset Lucianus, in iis nominari quemquam negaret eorum, quos senior audaciuscule traduxisset. Quae interpretatio si vera esset, novo constaret argumento, Peregrinum Proteum a sene fuisse compositum, neque ad *Tatianeae* orationis aetatem pertinere. Sed incerta est illa interpretatio, et de vita Luciani rectius exposuit Wielandus I. p. XVII.

num eo perduci, ut suam ipse de Christianis sententiam retractaret. At forsitan alia fuerunt vel *Tatiani* vel aequalium scripta, quae commoverent dicacissimi hominis animum et ad frugem revocarent. Non repugnarem, si, quae *Kestnerus* hanc in rem attulit argumenta, probabilia essent ad fidem faciendam. Ea sunt duplicis generis. Etenim non tantum demonstrare conatur, *Lucianum* sententiarum et placitorum, quae scriptis mandaverit, cum Christianis consensione magnum adjutorem affuisse iis, qui depravato saeculi ingenio resistere, commendandaque religione Christiana meliora suadere auderent [36]), sed ipsa etiam utrorumque verba sic concordare affirmat [37]), ut mutuam librorum notitiam, mutuum usum fuisse appareat. Utraque res quum unice nitatur testimoniis scriptorum, vellemus vir eruditissimus non defugisset operam singula loca accurate laudandi, quo magis inserviret persuasioni illorum, qui suis potius quam alienis oculis uti consueverunt. Nunc excusandus est quidem generosus impetus ingenii, quo morae impatiens, in rerum summam abripit lectores; sed id tamen vel incommodi vel damni festinatio illa attulit, ut de singulis rebus cognoscendi via obstructa sit. Itaque veremur, ut hac censura satisfacianus *Kestnero*, qui, ut verum fateamur, nec nobis, quaerendi labore defatigatis, satisfecit. Sed quae loca vel ipse indi-

---

36) *Gewiss würde die allzu kecke und beleidigende Sprache des Tatian in der heidnischen Welt grossen Unwillen erregt haben, wenn nicht die Vorsehung ihm einen thätigen Gehülfen beigesellt hätte, der, äusserlich sich zum Heidenthume bekennend, die alte Vorstellungs-und Lebens-Weise nach denselben Grundsätzen und Ansichten, wie Tatian, verspottete und bekämpfte,* (p. 499.)

37) *Gleiche Grundsätze bei Lucian und den Kirchenvätern seiner Zeit findet man überall; z. B. über Opfer, über Schulwissenschaft und ächte Lebensphilosophie u. s. w. Gleiche Ansichten der Zeit. Oft sogar stösst man auf fast wörtlich gleiche Stellen in Lucian und den christlichen Zeitschriftstellern, aus denen man auf gegenseitige Kenntniss und gegenseitigen Gebrauch ihrer Schriften schliessen könnte,* (p. 514.)

cavit, vel nobis contigit invenire, de iis jam breviter dicamus.

In dialogo, quo *Lucianus* non temere credendum esse calumniatoribus docet, multa reperit *Kestnerus*, quae ad Christianos spectent, maximarum mole calumniarum oppressos, unum illud longe et gravissimum et apertissimum, quod cap. XIV. To. VIII. p. 45. legitur: *Πρὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος.* Scilicet haec referri non posse nisi ad Christianos, quibus, Antonino Pio imperante, quid error affinxerit, quid invidia conflarit, satis intelligi ex Caesaris edicto, quod pro iis tulerit. At enim vero neque in Christianos cadunt quae paullo ante a scriptore allata sunt calumniandi exempla, neque in Antoninum, quae verba mox sequuntur. Magnam ejus novimus erga Christianos moderationem et sapientiam, qua, ut fit, adversariorum calumnias infamavit: sed talem profecto non novimus pium Imperatorem, qui, audita calumnia, statim (utimur ipsis *Luciani* verbis) velut oestro percitis auribus, inflammatus, nec moram ferens diligentis inquisitionis, repulerit amicos; neque amicorum nomine deferri ad eum poterant Christiani. Quamobrem nobis rectius videntur judicavisse, qui verba illa ad *Lucianum* ipsum, impietatis accusatum, retulerunt, cui multos fuisse inimicos et obtrectatores, ex scriptis ejus intelligimus, quinam fuerint, non nisi conjectura assequi licet.

Praecipuum quemdam in iis locum habuerunt ventosi illi philosophi, erroribus suis non magis quam populi aura inflati, qui monachorum mendicantium more [58]), civitates gregatim obeuntes, quanto capillatiores erant barbaque ma-

58) Cum his acute illos comparavit Wielandus To. I. p. 440.

jore et vestitu horridiore, tanto sibi imperitaeque plebi sapientiores videbantur. Hos crebro *Lucianus* et acerbe vellicabat; sed eosdem adversarios habebat maxime implacabiles. Inde explicatio petenda est multorum locorum, quae aliorsum traxit *Kestnerus*. Nam quum *Lucianus* philosophum Samium ridet, arithmetica, astronomia, praestigiis, geometria, musica, incantamentis (has enim res ita jungit) male abutentem [39]); quum *Aristippi* unguenta, *Platonis* assentationem, *Socratis* amores cavillatur [40]): profecto non id agit, ut *Justini Martyris* de philosophis gentilibus [41]) judicium defendat, aut ut omnino Christianis doctoribus succurrat, sed infensos sibi et maledicos osores stultitiae vult damnare, et perpetuum iis silentium imperare. Quod consilium, non dissimile veterum Comicorum instituto, satis ipse aperuit in Piscatoribus: in quo dialogo verissima inest et interpretatio et defensio conviciorum, quae in sectarum philosophicarum auctione aliisque dialogis in philosophos jecerat. Neque enim sugillavit philosophos, nominis ac professionis suae amplitudinem vita factisque tuentes, sed simios illorum risit, asinum Cumanum imitantes, et sub leonis etiam pelle prudentiorum ludibrio dignos [42]). Ab ejusmodi autem ho-

---

39) Sect. philos. auct. c. 2. To. III. p. 82.
40) Dial. Mort. XX. To. II. p. 206. (Ed. nostr. p. 210.)
41) Dial. c. Tryphon. p. 219. Laudat et Kestnerus p. 513.
42) Duo sunt maxime insignia loca, quae hoc Luciani consilium declarent. Piscat. c. 37. To. III. p. 155. *Τοιαῦτα* (h. e. simiis pyrrhicham olim saltantibus, similia) *καὶ οὗτοι ποιοῦσι. Καὶ ἔγωγε τοὺς τοιούτους κακῶς ἠγόρευον, καὶ οὔ ποτε παύσομαι διελέγχων καὶ κωμῳδῶν. Περὶ ὑμῶν δὲ ἢ τῶν ὑμῖν παραπλησίων (εἰσὶ γάρ τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες, καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες) μὴ οὕτως μανείην ἐγώ, ὡς βλάσφημον εἰπεῖν τι, ἢ σκαιόν.* Deinde Pythagoram, Platonem, Chrysippum, Aristotelem disertis verbis secernit ab contemptibili grege imitatorum. Et cap. 42. p. 160. *Τοῦτο γοῦν τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὦ φιλοσοφία, καὶ ὃ τις ἂν μέμψαιτό σου μάλιστα, τὸ μηδὲν ἐπιβάλλειν γνώρισμα καὶ σημεῖον αὐτοῖς. Πιθανώτεροι γὰρ οἱ γόητες οὗτοι πολλάκις τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων.*

muncionibus nec doctores Christianam religionem non tutam putabant, neque omnino erat, quod Christiani caussae suae multum metuerent.

Pergimus ad alium locum. *Tatianus* in ipso orationis exordio Graecorum adversus barbaros odium ita compescere studuerat et confutare, ut illos artes suas barbaris debere inventoribus, ipsamque philosophiam multo post Mosen, melioris doctrinae auctorem, in Graecia exstitisse ostenderet. Quod quum offendisset superbos Graecorum animos, et majorem in Christianos invidiam et litem accendisset: *Lucianum* putat *Kestnerus* tamquam arbitrum honorarium intervenisse, callida dissimulatione sedasse iras popularium, eoque *Tatiani* caussae consuluisse. At quid tandem fecit *Lucianus*? Nempe in eo dialogo, quem Δραπέται inscripsit [43]), Philosophiam induxit cum Jove agentem, lepideque narrantem, demissam se in terras a patre deorum hominumque, omissis interim Graecis, quos faciles ad subigendum putarit et celerrime recepturos jugum et frena, a difficiliore operis parte exorsam, ad barbaras primum gentes properasse, ut harum rationibus subveniret. Haec igitur loca sic componit et conciliat *Kestnerus*, ut *Lucianum* censeat concessisse illum quidem Graecis quaesitam meritis superbiam, sed *Tatiani* tamen sententiae tacite robur aliquod adjecisse. Laudaremus *Luciani* consilium, si ita fecisset, lubentiusque ferremus *Clementem*, *Theodoretum*, alios ecclesiae doctores, eadem adversus Graecos argumenta usque ad fastidium repetentes. At *Nostri* ingenium nisi prorsus ignoramus, fecit id longe alio consilio, non ut Christianis ista declamantibus auxilium portaret, sed ut vellicaret eos, qui tam inepta contra Graecos argumenta effutiissent. Brach-

43) Cap. 5. T. VIII. p. 311.

manes enim Indorum, Aethiopes, Aegyptii et quos praeterea Philosophia apud *Lucianum* extollit, ad quos primum se narrat properavisse, quid tandem ex illorum, quibus scriberet *Lucianus*, sententia habuere, quo possent Graecis, artium ac doctrinarum omnium, sive auctoribus sive perfectoribus, aequiparari? Risissent Graeci hominem, qui tam levibus et vetere victoria jam detractis armis contra victores denuo decertare auderet.

Sed de hoc toto dialogo novam *Kestnerus* sententiam exprompsit. Scriptos enim Δραπέτας illos putat hoc uno consilio, ut, quae *Lucianus* Christianis in Peregrino Proteo temere objecisset, retractaret et in melius verteret: iccirco Cynicum, exemptum Christianorum numero et societate, nunc comparasse cum *Empedocle*, philosopho gentili, qui simili furore correptus, dudum ante se in Aetnam conjecisset. Nolumus de caussis quaerere, cur Fugitivos *Kestnerus* post dialogum de Proteo scriptos statuat[44]: haec res enim altioris indaginis est, et ad universam quaestionem de chronologia dialogorum *Lucianeorum* nondum a quoquam explicatam[45]) spectat: sed ut scriptor in Fugitivis respexerit ad Proteum suum, cur, qui celare et dissimulare mentem suam non solebat, in hac retractatione tam summissa voce dixit, ut non vocem, sed vocis signa *Kestnerus* ipse agnosceret[46])? Cur in dialogo non id agnoscamus, quod dialogus lo-

---

44) Scripsit quidem Kestnerus p. 504. in nota; *In dem schon oben, mit Bestimmung seines Zeitdatums angeführten Dialog: der Selbstmord des Peregrin:* sed memoria lapsus est. De Philopatride egerat p. 421. non de Peregrino.

45) De perverso dialogorum ordine Reitzius jam conquestus est in diss. de aetate, vita scriptisque Luciani p. LV. (edit. nostrae T. I. p. LXIII.) sed qui restitueret ordinem, nemo repertus est.

46) *Jupiters Tadel ist lediglich auf den verrückten Philosophaster, nicht auf den Christen Peregrin gemünzt. Freilich hätte Lucian diess noch deutlicher sagen können; wahrscheinlich aber wollte er seine frühere Ansicht nicht ausdrücklich vor Allen für falsch erklären, sondern nur umwunden vor denen, welche seine Ansichts ver-*

quitur, satiram in Cynicos, qui dicendi intemperantiae et licentiae, propter ipsum fortasse illum Proteum, *Lucianum* accusaverant[47])?

Sed ne interrogando *Kestnerum* urgeamus, unum addimus, quod in hac tota re palmarium est. Tantum enim abest, ut, si qua paganorum et Christianorum scriptorum in carpendis redarguendisque vulgi opinionibus similitudo reperiatur, ethnici consensu suo opitulari Christianis voluerint, ut hi et acerrima et certissima tela sumpserint a gentilibus, quae in vanas deorum religiones, in superstitionem inanem, in philosophorum somnia, in praestigiatorum fraudes jacularentur. Itaque *Tatianus* quoque vestigiis institit *Luciani*, quo facilius caussam suam obtineret, non *Lucianus Tatiani* caussam egit, aut invidiam, quam ille sibi conflaverat, ethnicus cum Christiano participavit.

Hac me sententia non demovent loca, quae *Kestnerus* ita produxit, ut *Luciani* dicta similia probaret dictis Christianorum. Quamquam hoc ex genere non nisi duo produxit; nec produxit quidem, sed obiter indicavit[48]): unum ex *Luciani* libro περὶ αἱρέσεων, conferendum cum *Tatiani* cap. 7. et 5. alterum ex *illius* Eunucho, comparandum cum *Tatiano* c. 32. Priorem locum diu, sed frustra, quaesivi: in posteriore quum duo sint, quae gerant aliquam cum *Tatiano* speciem similitudinis, utrum *Kestnerus* spectarit, fateor me ambigere. Itaque, ne quid-

---

änderung leicht zu durchblicken vermochten. Daher setzte er nach der angeführten Erklärung des Jupiter über Peregrin, statt eines weitern Bekenntnisses seiner eigenen geänderten Ansicht, einen vieldeutigen Gedankenstrich (p. 511).

47) Haec sententia fuit Gesneri To. VIII. p. 592. explanatius a Wielando exposita To. III. p. 111. sqq.

48) pag. 514. in nota.

quam reticuisse videar, quod illius caussae prosit, utrumque afferam. *Lucianus* [49]), ubi lepide certamen narrat judicum in delectu philosophi, quem in Peripatetici nescio cujus mortui locum surrogarent, haec habet: *Τοῦ μὲν καὶ σχῆμα καὶ σώματος εὐμοιρίαν προσεῖναι φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος, καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτὸν, καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον, καὶ πρέποντα ταῖς μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι. Tatianus*, de mortis contemptu et animi *αὐταρκείᾳ* blaterans [50]), ista subjecit, quam apte, jam nihil ad nos: *Οἱ παρ' ὑμῖν φιλόσοροι τοσοῦτον ἀποδεύουσι τῆς ἀσκήσεως, ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίου βασιλέως ἐτησίους χρυσοὺς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσιν.* At vero talia etiam in anthologicis posterioris aevi poëtis inveniuntur [50b]), qui nec *Luciani* praerogativa, neque *Tatiani* suffragatione usi sunt. Porro *Lucianus* [51]) hanc affert ex Bagoae sententia commendationem eunuchi: *ὡς πολὺ ἐπιτηδειότερος εὐνοῦχος τοῖς νέοις διδάσκαλος, οὐδὲ διαβολήν τινα πρὸς αὐτοὺς ἐνδέξεσθαι δυνάμενος, οὐδὲ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἄν, ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. Tatianus* [52]) Crescentem objurgat philosophum, qui *παιδερασταίᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν.* Uterque scriptor de duobus philosophis narrat, qui uno in crimine convenerint; alterum enim crimen, *φιλαργυρία*, ne cadit quidem in Socratem: haeccine nonne fortuita potius consensio rerum est, quam studio quaesita scriptorum [53])? Quid multa? Talia si perscribi non potuerint a duobus, quin alter alterum ante oculos haberet: quotusquisque tandem ex tota

---

49) Eunuch. c. 8. To. V. p. 210

50) Cap. 32. p. 70. 50b) Et cui non dicta avaritia philosophorum? Cfr. Ottonis Papinianus p. 211.

51) Cap. 9. p. 211.

52) l. c. p. 71.

53) Eumdem in censum referenda sunt alia loca, partim Kestne-

antiquitate reliquus erit locus, quem non derivatum ex alio censeamus? Quamobrem nisi priore illo *Luciani* loco, quem invenire non potui, aliquanto plus ponderis contineatur, equidem nemini auctor sim, ut denuo quaerendi operam sumat.

Pervenimus ad quartam thesin, ex *Kestneri* libro supra excerptam [54]). Cui si satisfacere vellemus disputando, copiosius explicandum foret de caussis, cur, qui prioribus a Christo nato saeculis floruere scriptores, et Graeci, et Latini, in iis, quae aetatem tulerunt, operibus tam raro mentionem fecerint Christianorum. Res obscura est et difficiles explicatus habet, quam, dudum in votis habeo, ut pertractandam sibi sumat theologus, ab historiae accurata cognitione non minus quam a veterum lectione instructus. Nos quidem, quibus hoc loco non licet nisi rerum summas legere, satis habemus quinque ejus rei caussas breviter recensere. Prima in eo posita est, quod, quum

---

ro memorata: v. c. Tatian. c. 41. p. 83. de Pythagora, olim Euphorbo, coll. Lucian. Sect. philos. auct. c. 5. To. III. p. 85. Tatian. c. 3. p. 9. de Aristotele, Alexandri adulatore, coll. Lucian. Dial. Mort. XVII. To. II. p. 181. (Ed. nostr. T. II. p. 191.) Hujus generis quis non sexcenta afferat etiam ex diversis scriptoribus?

54) *Hätte Lucian nach eigenem Urtheile die Christen fortwährend in dem Dämmerlichte, wie sie ihm damals erschienen, als schwärmerisch tolle Leute gesehen, so wäre sein ferneres Verhalten gegen die weitverbreitete Christensecte, die er überall mit seinem scharfen Auge berühren musste, einem Wunder ähnlich.* (p. 305.) *Wohl hätte er eine kleine Schaar asiatischer Enthusiasten, auf die er einmal zufällig seine Aufmerksamkeit gerichtet hatte, und von denen er später bey seinem Aufenthalte in Gallien und Griechenland durch die Grenzen eines Welttheils getrennt war, aus dem Andenken verlieren können, wenn sie nur nicht Christen gewesen wären. Denn Christen fand er in allen Ländern der Erde, und wurde in einer Zeit, wo sie überall, vorzüglich in den griechischen und gallischen Provinzen, so oft und keck hervortraten, oft genug an sie erinnert.* (p. 506.) *Hier war eine neue rühmliche Sphäre der Oppositionswirksamkeit, wenn Lucian die christlichen Kämpfer hätte bekämpfen wollen. Die Zeitstimme verlangte eine solche Opposition, weil der Hass der antichristlichen Partei lebendig flammte, und die Widerlegungen*

Graeci Romanique peregrinas in patria sua religiones fere tolerarent [55]), dummodo iis ne civitatis status turbaretur, de Christiana securi fuisse, neque ejus sectatores magnopere curasse videntur. Accedit, quod quos nova sacra adverterant, non omnes quidem, quae falsa multorum opinio est [56]), sed tamen plerique novam familiam, eamque plebis quam nobilium studio et concursu copiosiorem, accensebant Judaeis, e quorum gente auctorem illius prodisse audierant: quae gens quanto tunc in despicatu fuerit hominum politiorum, nemo ignorat. Nec prodita rumore et scriptis miracula valde movere animos poterant, siquidem etiam inter paganos erant, qui non modo mirabilia sed prodigiis similia fecisse crederentur, derisi illi quidem sapientioribus, sed vulgi tamen fama et admiratione celebrati. Omnino autem, qui ingenio et doctrina florebant inter gentiles, plerique religionem Christianam cum ejus asseclis primo contempsisse ac risisse per silentium videntur*).

---

des Celsus unbrauchbar geworden waren, seitdem ein Justin, Athenagoras und Tatian neue Aufklärungen über die inneren Verhältnisse der christlichen Secte und den Geist der neuen Religion gegeben hatten. Lucian aber, der gefeierte Zeitschriftsteller, schweigt, indem er fortfährt, alle die Seiten des Zeitlebens wankend zu machen, welche das Christenthum umstürzen zu wollen öffentlich erklärt hatte. (p. 507.)

55) Scripsi *fere*, quamquam non ignarus eorum, quae de Romanorum in *tolerandis* diversis rell. disciplina publica Bynkershoekius, Burignius et Walchius scripsere. Libros illorum memoravit Kestnerus p. 7. et 486. et ante eum Beckius *Allg. Welt- u. Völker-Gesch.* II. p. 401. Sed in hac quoque re cognitum est, talem disciplinam variari temporibus. Cfr. inprimis *Lees über die Religion, ihre Geschichte und Bestätigung*, I. p. 705.

56) Eam accurate refutavit Castus Innocens Ansaldus in libro: Multitudo maxima eorum, qui prioribus ecclesiae saeculis Christianam religionem professi sunt, adversus Dav. Clarksonum, Aug. Taur. 1767. 8. p. 44 — 69.

*) Verissima haec sententia Schroeckhii est in Histor. rel. e eccles. Chr. p. 71. Atque ad hanc veluti regulam componenda sunt loca quaedam, de quibus nondum satis recte judicatum est.

Tum si qui illo tempore pagani fuerunt, qui in novam religionem ejusque cultores diligentius inquirere operae pretium ducerent, tamen inquirendi via tot erat impedimentis septa, tantis difficultatibus obstructa, ut non sit mirandum, deterritos medio in cursu substitisse. Difficultates unde exstiterint, utrum ex clandestino, quod *Kestnerus* aperire nobis voluit, Christianorum foedere, an ex odio et calumniis Judaeorum, aliisque ex rebus, non vacat hoc loco exquirere: sed fuisse difficultates veri cognoscendi maximas, vel ex commentis et mendaciis intelligitur, quae de sacris Christianis sacrorumque cultoribus tum temporis disseminata fuerunt. Denique multis paganis non nimis magna et memorabilis visa est Christianorum multitudo, utpote qui jam tum abiissent in varias partes et sectas, quarum pro se quaeque ita numerari solebat, uti philosophos non universos censebant, sed discretos ac divisos in familias, quae de gravissimis saepe rebus secum dissentirent.

Ex his, quas attulimus, caussis quae ad *Lucianum* pertineant, nemo non videt. Cognoverat enim versutissimus aetatis suae spectator Christianos, sed parvi pendebat; sive quod Judaeis eos accenseret, seu quod propinquos haberet ac finitimos fanaticis hominibus, quorum magnus numerus ex Syria pariter atque Graecia provenisset. Hos dum carpit atque exagitat, simul carpit Christianos: ad utrosque eadem transfert vocabula, quibus *Aristophanes* olim vanos philosophos notaverat, *δαιμονίους* appellans,

---

Videntur enim ipsi interdum librarii Christiani sic vindicavisse scriptorum silentium, ut quod hi omisissent Christianorum nomen, contemptum gregem tecte notantes, illi apponerent. Ex hoc genere locus est Arriani Epictet. Diss. VI, c. 7., quo verba *οἱ Γαλιλαῖοι* pro scholio ad oram a nonnemine fuisse adscripta, deinde contextui inserta, peracute vidit Schweighäuserus To. II. p. 915. Vehementer etiam dubito, an Antoninus, in tanta libri sui, quem de se ipso ad se ipsum scripsit, et brevitate et moderatione, nobilissimo loco XI, 3. addiderit: *ὡς Χριστιανοί.*

αἰθερίους, αἰθεροβατοῦντας· ἀεροβατοῦντας: ut, si rem ex *Luciani* mente et sententia ponderemus, pleni sint omnes ejus dialogi etiam Christianorum irrisione; sin verba consectemur, et mentionem nominatim factam quaeramus, propter ipsam illam novae sectae despicientiam scriptor satis habuerit paucis dialogis eos oblique notare, in uno diserte commemorare.

Sed ecce, praeter hunc unum dialogum, Peregrini Protei titulo insignem, de quo et nos diximus aliquoties, et viri doctissimi [57]) copiosius disputaverunt, *Kestnerus* alterum affert, Philopatrin, aliquanto post, ut putat, scriptum a *Luciano*, qui jam a meliore Christianorum parte staret, ipsorumque placita adversus Montanistarum praecipitem furorem defenderet. Quatuor hae sunt novae haereses, quibus refellendis haec plagula non sufficit. Quamquam, ut aperte dicamus, nec tuendis sufficiebat spatiolum libri, quo *Kestnerus* eas coartavit [58]). Primum enim non obiter, sed accurate pensitatisque in utramque partem rationibus omnibus, confutanda erat sententia illorum, qui, magno duce *Gesnero* [59]), Philopatrin a *Luciano* Samosatensi abjudicandum, et scriptori, qui Juliano Caesari suppar vixerit, tribuendum censuerunt. Commoveri *Gesneri* argumenta posse, non inficiamur, praesertim si in auxilium vocentur, quae vir doctissimus, sed in hac caussa nulli, quod sciam, literatorum commemora-

57) Inprimis Withofius in Opusculis p. 245. sqq. Walchius in Commentatt. Societ. reg. Gotting. To. VIII. p. 89. et Germarus in Symbolis ad Luciani de morte Peregrini libellum rectius aestimandum, Thorun. 1789. f. Ceteros laudat Harlesius in Introduct. ad histor. linguae Graec. II. I. p. 188. et in Supplementis I. p. 355.

58) p. 418.

59) Add. Lardner Collection of ancient Jewish and Heathen testimonies to the truth of the Christ. religion, Vol. II. p. 365. et quos praeterea laudat Fabricius B. Gr. Vol. V. p. 341.

tus [60]), incondito quidem scribendi genere, sed magno cum judicii acumine protulit: at vero labefactata et convulsa esse non fatebimur ante, quam contrariae rationes vicerint. Deinde, si *Luciano* tribuatur Philopatris, demonstrandum erat idoneis rationibus, posteriorem hunc dialogum fuisse Proteo, quum exstiterint [61]), qui aetate priorem judicarent. Tum confirmari diligentius oportebat, quod primus, nisi fallor, *Nic. Nonnenius* [62]) statuit, scriptum esse dialogum contra Montanistas. Denique, id quod difficillimum arbitramur, rectae interpretationis ope designanda erant loca, quibus *Luciani* in veros Christianos studium ac propensio eluceat. Qua in re sibi cavebit vir eruditissimus, ne, quam nuper in Patrum explanatione collega theologus ipsi litem movit [63]), eandem in Philopatride interpretando philologi intendant. Sobria enim et certa ratione expugnanda est persuasio illorum, qui non pontificia auctoritate [64]) sed suo judicio freti, tot per annos aliter explicaverunt. Id dum *Kestnerus* perfecerit, non erit, quod in nova ejus opinione examinanda labore-

---

60) Ansaldus in libro supra not. 56. laudato, cui inest (p. 202 — 229) dissertatio, qua ex Lucianeo Philopatridos dialogo primorum multitudo Christianorum aliaque ad eam pertinentia confirmantur. Aliorum de hoc dialogo sententias recensuit Fabricius in Salutari luce Evangelii, p. 153.

61) In his Tob. Eckhardus in Non-Christianorum de Christo testimoniis (Quedlinb. 1725. 4.) p. 115: quo libro de Philopatride contra Gesnerum ita disseritur, ut dialogus referatur ad imperium L. Veri et bellum Parthicum: quo tempore etiam Kestnerus scriptum putat.

62) In dissertat. critica de Luciano, sive quisquis auctor dialogi, Montanistas traducente, Bremae 1743. 4. Laudantur etiam hanc in rem Miscellan. Groning. To. IV. p. 329. sqq., quae non vidimus.

63) *Baumgarten - Crusius Einleitung in das Studium der Dogmatik*, p. 189. sqq.

64) Alexander VII, pontifex Romanus, Philopatrin una cum Peregrino Proteo in atrum indicem retulit librorum prohibitorum.

mus. Nos autem, ut absolvat incepta, hoc est, ut quae labant adhuc et incerta sunt, fundamentis, si possit, firmet, tanto etiam magis flagitamus, quanto lubentius in nova, si victrix evaserit, sententia acquiescemus. Sin, agnito errore, eam ipse mutaverit, non turpe censebimus errasse: nam quo plura ingenium habet, eo minus sibi detrahit confessione erroris, in quo et ipso, sicut *Scaliger* ait, initium est sapientiae, si minus ei, qui fallitur, at aliis non fallendi.

HENR. CAR. ABR. EICHSTADIUS.

EDITIONES LUCIANI

I. OPERUM

a) GRAECAE.

1496 *Florentiae*, fol. *Editio princeps.* Luciani Samosatensis Opera omnia. Florentiae, sine typographo. Quam a Phil. Junta excusam suspicatur *Maittarius* Annal. typ. T. I. p. 65. Non adsentitur *Brunetus* in Manuel du Libraire et de l'Amateur de Livres. T. II. p. 274. sqq. qui omnino consulendus. Cf. etiam *Fabric.* Bibl. Gr. ed. *Harl.* Vol. V. p. 348. et *Frid. Ad. Ebert* Allgem. Bibliograph. Lexicon T. I. p. 1025.

1503 *Venetiis*, fol. *Aldina I.* Luciani Opera. Icones Philostrati. Ejusdem Heroica. Ejusdem vitae Sophistarum. Icones junioris Philostrati. Descriptiones Callistrati. *Venetiis, in aedibus Aldi, mense Junio* 1503. – Quam omnium, quas viderit, corruptissimam vocat *Bourdelotius.*

1522 *Venetiis*, fol. *Aldina II.* Luciani Dialogi et alia mul-

ta Opera. Imagines Philostrati. Ejusdem Heroica. Ejusdem vitae Sophistarum. Imagines junioris Philostrati. Descriptiones Callistrati. *Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Asulani Soceri,* 1522. *mense Octobri.* — Emendatior priori. Expressae sunt ex hac editione pleraeque posteriores, neglecta Florentina, in non paucis locis meliore, ut observatum *Jo. Jensio.* De utraque Aldina exposuerunt *Renouard* in Annales de l'Imprimerie des Alde T. I. p. 61. et 164. et *Brunet* in libro modo laudato T. II. p. 275. Uterque scriptor hanc alteram Aldinam meliorem priori judicat, *Renouard* etiam *infiniment meilleure* dicere non erubescit. Cff. certe, quae in praefatione monita sunt.

1526 *Hagenoana I.* 8. tomi duo.

1535 *Hagenoana II.* 8. Ambae *Reitzio* visae et collatae. Secundum *Brunetum* l. l. prodiit haec altera a. 1532.

——— *Venetiis,* 8. *Juntina,* curata ab *Ant. Francino,* cum Indice copioso. II voll. nova recognitione, ut habet titulus, emendata.

1545 *Basiliensis I.* 8. Jo. Ribitti. II voll.

1546 *Francofurti,* II voll. in forma minore. Consulta *Jo. Fred. Reitzio.*

1550 *Venetiis,* 8. Luciani Opera, Graece, per Petrum de Nicolinis de Sabio, impensis Melchioris Sessae, cum indice copioso. II Voll.

1555 *Basiliensis II.* quae a priore interdum recedit, aliquoties meliorem exhibet lectionem, frequentius tamen prioris vitia auget.

b) LATINAE.

1470—72. *Romae*, 4. Dialogi VI, scilicet: Charon et Mercurius, Timon, Tyrannus, Vitarum Auctio, Palinurus et Charon, Alexander, Annibal et Scipio; omnia latine, Reinuccio et J. Aurispa interprete. Vid. *Brunet* l. l. p. 276. et *Ebert* T. I. p. 1028.

1475 *Neapoli* 4. De veris narrationibus libelli II lat. interprete Lilio Castellano.

1494 *Venetiis* 4. De veris narratt., de asino aureo, philosophorum vitae, Scipio, Tyrannus etc. Lat. ex officina Sim. Bevilaquae.

1514 *Parisiis*, 4. Scripta Luciani pleraque ab *Erasmo* et Th. *Moro* translata, et ab Erasmo recognita, prodiere apud *Ascensium*. — Quae Luciani vertit Erasmus (vertit autem admodum juvenis, unde Graecae linguae ignoratione saepe peccare notavit Palmerius. vid. notas ad T. I. ed. Amst. p. 474.) leguntur etiam Tomo primo Erasmi Operum Basileae olim, et hoc ipso tempore iterum Amstelodami recusorum. Sunt autem haec: *Saturnalia*, *Cronosolon*, *Epistolae Saturnales*, *de Luctu*, *Abdicatus*, *Icaromenippus*, *Toxaris*, *Pseudomantis*, *Gallus*, *Timon*, *pro Tyrannicida*, *de Mercede conductis*, *Dialogi amatorii XVIII*, *Hercules Gallicus*, *Eunuchus seu Pamphilus*, *Convivium s. Lapithae*, *di Sacrificiis et de Astrologia*.

1517 *Venetiis*, 4. Opera Luciani philosophi luculentissimi: De veris narrationibus, de Asino, Philosophorum vitae, Scipio, Tyrannus, Scaphidium, Palinurus, Charon, Diogenes, Terpsion, Hercules, Virtus Dea, in Amorem, Timon, de Calumnia, Laus Muscae. — In fine: *Finiunt omnia opera praeclarissimi oratoris*:

necnon philosophi acutissimi Luciani accurata diligentia. Impressa Venetiis per Melchiorem sessam et Petrum de rauanis socios: Anno domini M. D. XVII. die XX. mensis septembris. *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. V. p. 352. hanc interpretationem tradit a 1500. prodiisse. Cf. *Panzer* A. T. III. p. 476.

——*Basileae*, 4. Ascensiana 1514 repetita.

1518 *Hagenoae*, 4. Luciani Samosatensis Dialogi duo Charon et Tyrannus, in quibus mira gratia humanae conditionis miseriae depinguntur, Petro Mosellano Protegensi interprete. — In fine: *Hagenoae ex Academia Anshelmiana, mense Octobri anno M. D. XVIII.*

1519 *Argentorati*, 4. Manium Luciani omnes dialogi, jucundis salibus, et impendio festivis jocis referti: quibus aequissima trutina expenditur ab iis qui vita defuncti sunt, quantis in malis vita mortalium versetur. Erasmo Roterodamo interprete. Pontico Virunio. Ottomaro Luscinio. Vitarum dein, seu philosophorum auctio, Luciani dialogus, Nycholao Beroaldo interprete. Querela item virtutis, e Luciano Carolo aretino traductus nuper dialogus.

Moribus este procul rigidi vultuque Catones,
Qui fugitis risus, scommata mixta jocis.
Lusimus in teneris, seris quoque ludimus annis,
Et reliquum vitae quid, nisi lusus erit?

Cum privilegio caesareo ad quadriennium ab anno Christi 1519. Joannes Schottus Argentorati premebat.

1521 *Basileae*, fol. ap. Frobenium repetita Parisiensis 1514.

1529 *Haganoae*, 8. Elegantissima aliquot Luciani opuscula, jam recens per Vincentium *Obsopoeum* Latinitate donata, cum epistola nuncupatoria ad Georgium Marchionem Brandenburgensem. Continentur: Jupiter confutatus, Jupiter Tragoedus, Anacharsis,

Vita Peregrini, Vita Demonactis, Patriae Encomium, Phalaris primus et secundus, Scytha, Herodotus, Zeuxis, Harmonides, Hippias, Bacchus, de Electro, de Dipsadibus, Dissertatio cum Hesiodo, Halcyon, de Saltatione, Imagines, Apologia pro Imaginibus, de Parasito, Hermotimus, Deorum Concilium.

1538 *Francofurti*, fol. Luciani Samosatensis Opera, quae quidem exstant, omnia, e Graeco sermone in Latinum, partim jam olim diversis autoribus, partim nunc demum per Jacobum *Micyllum*, quaecunque reliqua fuere, translata. Cum argumentis et adnotationibus ejusdem, passim adjectis.

Lucianus in suum ipsius librum:

Lucianus scripsi haec, antiquaque stultaque doctus.
Id quoque enim stultum est, quod tibi valde sapit.
Nil homini certum est, nec voto vivitur uno,
Sed ridens, eadem, hic elevat, ille probat.

Francofurti, apud Christianum Egenolphum. — In fine: *Christianus Egenolphus excudebat, mense Martio. M. D. XXX. VIII.*

1543 Eadem ibid. fol.

1546 *Parisiis*, fol. Luciani Samosatensis Opera, quae quidem exstant, omnia, a graeco sermone in lat. conversa, nunc ad graecum exemplar correcta et emendata. Parisiis, *ex officina Michaëlis Vascosani*, 1546 *mense Januario.*

1549 *Lugduni*, fol. Repetitio Parisiensis an. 1546.

c) GRAECO — LATINAE.

1563 *Basiliensis III.* 8. apud Sebastian. Henricpetri, IV voll. — Versio Graecis adjuncta varios auctores agnoscit, argumenta sunt Jac. *Micylli*, denique notae Gilberti *Cognati*, quibus accedunt ad libros plerosque adnotatiunculae Jo. *Sambuci*.

1602 *Basiliensis IV.* 8. *ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΠΑΝΤΑ.* Luciani Samosatensis Opera, quae quidem exstant, omnia, Graece et Latine, in quatuor Tomos divisa: una cum Gilberti Cognati et Joannis Sambuci adnotationibus utilissimis: narratione item de Vita et Scriptis authoris Jacobi Zuingeri; adjectis suo loco Tractatuum elenchis, et rerum ac verborum Indicibus. Editio nitidissima. Basileae, per Seb. Henricpetri. In fine vol. IV. legitur: *Basileae per Seb. Henricpetri. Anno M. DCII. mense Septembri.* — Editio omissa bibliographis, nec visa *Reitzio*.

1615 *Parisiis*, fol. Luciani Samosatensis Philosophi Opera omnia quae exstant. Cum Latina doctiss. virorum interpretatione Jo. *Bourdelotius* cum regiis Codd. aliisque MSS. contulit, emendavit, supplevit. Adjectae sunt ejusdem Bourdelotii, Theodori Marcilii, Gilberti Cognati notae. Cum indice locupletissimo. Lutetiae Paris. apud Julianum Bertault. — Elegans est haec editio, quam *Bourdelotius* ait se emendasse collatis non modo editionibus, sed duobus MSS. Bibl. regis Galliae, et variis lectionibus Codicis Thomae Linacri et Florentini. At *Tan. Faber* ad *Luciani* Timonem c. 1. negat se mirari satis posse illius impudentiam, qui ausus sit posteris imponere, pro-

fessusque sit editionem hanc e MSS. Codd. regiae Bibliothecae expressam esse. Neque tamen adfert rationes sinistri hujus judicii. Idem *Bourdelotius* testatur, se novam *Luciani* versionem adfectam habuisse.

1619 *Salmurii*, 8. II voll. *ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.* Luciani Samosatensis Opera omnia in duos Tomos divisa. Johannes *Benedictus* Medicinae Doctor, et in Salmuriensi Academia regia linguae Graecae Professor, ex antiquis libris, locorumque sensu emendavit: et Latinam versionem ita recognovit ut maxima ex parte propriam fecerit. Editio purissima, cum Indice locupletissimo. Salmurii, ex typis Petri Piededii.

——— *Basiliensis V.* quatuor voluminibus, apud Sebast. Henricpetri. Quam *Reitzius* in praef. *quartam* putavit.

1687 *Amstelodami*, 8. II voll. Luciani Samosatensis Opera, ex versione Joannis Benedicti. Cum notis integris Jo. Bourdelotii, Jac. Palmerii a Grentemesnil, Tan. Fabri, Aeg. Menagii, Franc. Guieti, Jo. Georg. *Graevii*, Jac. Gronovii, Lamb. Barlaei, Jac. Tollii, et selectis aliorum. Accedunt inedita Scholia in Lucianum ex Bibliotheca Isaaci Vossii. Amstel. ex typogr. P. et J. Blaeu, prost. ap. Wolfgang, Janssonio-Waesbergios etc. — Editio omnium vitiosissima. Curavit eam Jo. *Clericus*, qui primus addidit Anonymi Scholia ex Cod. Is. Vossii.

1743 *Amstelodami*, 4. III voll. *ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.* Luciani Samosatensis Opera. Cum nova versione Tiber. *Hemsterhusii* et Jo. Matthiae *Gesneri*, Graecis Scholiis, ac notis omnium proximae editionis Commentatorum, additis Jo. Brodaei, Jo. Jensii, Lud. Kusteri, Lamb. Bosii, Hor.

Vitringae, Joan. de la Faye, Ed. Leedes, aliisque ineditis, ac praecipue Mosis Solani et Jo. Matth. Gesneri. Cujus priorem partem summo studio curavit et illustravit *Tiberius Hemsterhusius.* Ceteras inde partes ordinavit, notasque suas adjecit Joannes Fredericus *Reitzius.* Amstelod. sumtibus Jacobi Wetstenii. — Huic editioni omnium locupletissimae et optimae accessit

1746 *Trajecti ad Rh.* 4. Index verborum ac phrasium Luciani, sive Lexicon Lucianeum, ad editiones omnes, maxime novissimam Wetstenianam, concinnatum a Car. Conr. *Reitzio.* Trajecti ad Rhenum, ex typographia Hermanni Besseling, bibliopolae.

1776–1780 *Mitaviae*, 8. VIII Voll. Luciani Opera omnia Gr. et Lat. cum notis selectis (sive potius Hemsterhusii aliorumque male contractis et excerptis) cura J. Petr. *Schmidii.*

1789–1793. *Biponti*, 8. Voll. X. Luciani opera gr. et lat. ad edit. Tib. *Hemsterhusii* et J. Fr. *Reitzii* accurate expressa: cum varietate lectionis et annotationibus. Studiis societatis Bipontinae. Ultimo volumini, quod indices habet, additae sunt p. 123. sq. variae lectt. codd. Pariss. a *Belino* de Ballu collatorum.

1800. 1801. *Halae Magdeb.* 8. Voll. II. Luciani opera omnia, maxime ex fide codicum Pariss. recensita, edidit *Frid. Schmieder.* Tomo alteri praemissum a p. XXV. additamentum ad priorem Tomum, quod continet memorabiliores Gorlitiensis et Augustanorum codd. lectiones etc. Commentarii ab editore in praefatione promissi non prodierunt.

II. SCRIPTORUM VEL SINGULORUM VEL SELECTORUM.

1497 *Avinione.* Luciani Palinurus, ejusdem Scipio Rom. Bruti Rom. Epist. et Diogenis Cynici Epistolae. Avinione, per Nic. *Sepe.* — Editionem rarissimam et satis incognitam dicit Sam. *Engelius* Bernas in Bibl. selectiss. sub voce Aldobrandinus.

1510 *Ferrariae*, 4. Luciani Samos. Judicium Vocalium, interprete *Caelio Calcagnino.* Inest in: *Constantini Lascaris* Grammat. Gr. s. Institutiones Graecae linguae, cum aliis quibusdam opusculis, et interpretatione Lat., ex edit. Joh. Mariae Tricaelii Aquinatis.

151* *Lutetiae* curavit aliquot Luciani dialogos Graece edendos *Alexander* Mottensis, cujus editionis nusquam alibi commemoratae mentionem facit *Othom. Nachtgall* in Praef. ad editionem Argent. ab a. 1515.

1515 *Argentinae*, 4. Luciani Deorum Dialogi numero 70, una cum interpretatione e regione Latina, per Joannem *Schottum.* Interpretationem confecit *Othomarus Nachtgall* Argentinus.

——— *Noribergae*, 4. Lucianus de ratione conscribendae historiae, ex Graeco in Latinum traductus.

1516 *Venetiis*, 8. Luciani Opuscula, *Erasmo* Roterodamo et Th. *Moro* interpretibus. Venetiis, in aedibus *Aldi* et Andreae Asulani. Continentur I) ab Erasmo reddita: Toxaris, Alexander, Gallus, Timon, Tyrannicida, Declamatio Erasmi contra Tyrannicidam,

De iis qui mercede conducti degunt, et quaedam ejusdem alia; II) a Moro versa: Cynicus, Necyomantia, Philopseudes, Tyrannicida, Declamatio Mori de eodem. — Vid. Catalogue raisonné de la Collection de livres de P. A. Crevenna T. IV. p. 229.

1517 *Noribergae*, 4. Luciani Piscator s. Reviviscentes, interprete Bilibaldo *Pickheimero*; ejusd. Epist. Apologetica. Orat. in Calumniam et Dialogi duo.

1522 *Basileae*, 4. Luciani Tyrannicida Gr. Lat. ab *Erasmo*, Ejusd. Abdicatus eodem interprete Gr. Lat. apud Val. *Curionem*.

1524 *Compluti*, 4. Luciani Icaromenippus et dialogus Neptuni et Mercurii. Xenophontis Hieron. Isocrates ad Demonicum. Demosthenis Olynthiacae. Libanius de Menelao Helenam repetente. Gregorius theologus quomodo theologiae vacandum. Epigrammata quaedam in humanam vitam. Gr. cum praef. Fr. Vergarae.

———*Basileae*, 4. de veris narrationibus Commentarii duo festivi Lat. interpr. sed auctor. incerti etc.

1527 *Hagenoae*, 8. Luciani Dialogi coelestes, marini et inferni. Item Plutarchus de Educ. Liber.

———*Parisiis*, 8. Lucianus in Calumn. et Plutarch. Hirund. Latine, *Melanchthone* interprete; Lysid. Epist. ad Hipparch. Latine, *Churrero* interprete; Luciani adversus indoctum libros multos coëmentem opusculum, Latine ab *Anastasio* versum. Paris. apud Rob. *Stephanum*.

1530 *Lovanii*, 4. Convivium s. Lapithae, Tyrannicida, libelli de Sacrificiis et de Luctu, Fugitivi, Piscator etc. Graece. Vid. Brunet l. l. p. 276.

———*Parisiis*, 8. Alexander, s. Pseudomantis, Graece.

1535 *Parisiis*, 8. Deor. Dialogi XXIV. marini dialogi XV et mortuorum dialogi, Gr. curante Ch. Wechel. Adjecti: Dialogi V. Balneum, Bacchus, Hercules, Olores, Muscae encomium, Gr. Ibid. eod. editore 1536.

1536 *Parisiis*, 8. Luciani aliquot Dialogi cum notis. Paris. apud Rob. *Stephanum.*

———*Parisiis*, 8. Parasitus Gr. curante Ch. Wechel.

s. l. et a. 4. Luciani Icaro-Menippus s. Hypernephelus, item ejusd. Menippus s. Necyomantia, item Vitarum auctio.

1537 *Norimbergae*, 4. Luciani Macrobii, id est, Longaevi, *Opsopoeo* interprete.

———*Parisiis* ap. Wechel., 8. Dialogi sex. Graece.

———*Norimbergae* ap. Petrejum, 8. dialogi coelestes, marini et inferni, graece.

———*Parisiis* ap. Ch. Wechel., 8. Toxaris s. de amicitia, Gr.

1545 *Antwerpiae*, 8. Toxaris s. de amicitia, Gr. curante Steelsio.

1548 *Parisiis*, 8. Luciani aliquot Dialogi, Latine, cum explanatione. Paris. apud Rob. *Stephanum.*

1556 *Argentinae*, 8. Dialogi Luciani selectiores Superorum, Marinorum, et Inferorum. Quibus additi sunt Prometheus sive Caucasus, Menippus seu Necyomantia, Timon vel Misanthropos. Praeterea alii venustiores istorum in locum substituti, qui Christianis auribus sunt indigni. Cum conversione vulgata. Adjecta sunt Σχόλια ῥητορικὰ Valentini *Erythraei:* et argumenta Dialogorum, Latinis versibus tractata; cum quarundam fabularum μυθολογίᾳ Joannis *Sambuci* Tirnaviensis Pannonii: et Michaëlis *Toxitae* Rhoeti. Argentinae. Per Paulum et Philippum *Cephaleos* fratres. — Praemittitur huic edit. praefatio Valentini Erythraei ad Jo. Christoph. Surgandum, studio-

sum bonarum artium adolescentem, data Argentorati Id. Aug. anno 1550. Quae mihi in manu est editio *Argentoratensis* ejusdem, tituli, prodiit a 1550. apud Wolfium Cephalaeum, et praefatio *ipsis illis Idibus Aug. a.* 1550. data non Valentinum Erythraeum auctorem habet, sed Joannem Sambucum, nec ad *Surgandum adolescentem* scripta, sed ad optimae spei puerum, Timotheum Apianum, clariss. Mathematici Petri Apiani filium. An, et quomodo, erraverint Bipontini, non conjicio equidem. *Lehm.*

1557 *Basileae*, 8. Luciani Somnium Graece et Latine per Mich. *Neandrum* ex officina Jac. Parei sumtibus Joh. Oporini.

1568 *Lipsiae*, 8. apud Voegelin. Luciani Dialogi selectiores. Gr. et Lat.

1572 *Argentorati*, 8. Luciani Dialogi selectiores, coelestes, marini et inferni, Gr. et Lat. His adjecta sunt argumenta, Latinis versibus tractata a Jo. *Sambuco*.

1574, 1576 et 1579 *Basileae*, 8. de Scribenda historia. Lat. in Jo. *Wolffii* Tabernaemont. Penu historica, apud P. *Pernam.* T. II.

1577 *Lipsiae*, 4. Somnium, s. Gallus dialogus Gr. et Lat. exstat in *Neandri* Opere scholastico.

——— *Parisiis*, 8. Luciani dialogi, in Henr. *Stephani* collectione, cui tit. Epistolia, Dialogi breves, Oratiunculae et Poëmata, Gr. et Lat.

1578 *Francofurti*, 8. Luciani declamatio de iis, qui mercede conducti in Aula seu divitum familiis vivunt. Exstat cum *Petrei* vita aulica et privata.

——— *Lipsiae*, 8. Luciani Samos. Dialogi selectiores et coelestes, marini et inferni. Gr. et Lat.

1583 *ibid.* 8. Luciani Dialogi selectiores coelestes, marini et inferni. Gr. et Lat.

1589 *Lipsiae*, 8. iidem repetiti.

1592 *Wittembergae*, 8. Luciani Samosateni Oratio de non facile credendis calumniis, cum duplici versione Lat.

(Philippi Melanchthonis et ipsius Horstii) edita a Dethard *Horstio*. Adjecta sunt Gilberti Cognati Scholia cum subnotationibus Deth. Horstii.

1593 *Ingolstadii*, 8. Luciani Dialogorum selectorum libri duo. Gr. et Lat.

1594 *Helmstadii*, 4. De calumnia. Gr. et Lat. per Jo. *Caselium*.

1595 *Coloniae Agripp.* 12. Luciani Dialogi selecti et Theognidis Sententiae. Gr. et Lat.

——— *ibid.* 12. Dialogus gallus. Gr.

1601 *Lipsiensis* Dialogorum selectiorum editio quintum repetita.

1608 *Ingolstadii*, 8. Luciani Dialogorum selectorum libri duo, Gr. et Lat. it. Theognidis Sententiae elegiacae.

1614 *Parisiis*, 4. Luciani lis vocalium interprete Fed. *Morello*, adnexa Clenardi Inst. L. Gr. cum Ren. Guillonii Annot.

1618 *Lugd. Bat.* 8. Dialogus Amores, exstat cum Eustathio de amoribus Ismeniae et Ismenes et Parthenio Nicaeno de Amatoriis affectibus. Latine.

——— *ibidem.* Tragopodagra. Gr. et Lat.

1619 *Hanoviae*, fol. In Casp. *Dornavii* Amphitheatro Sapientiae Socraticae Joco-seriae exstant Luciani Encomium Muscae Gr. et Lat. T. I. p. 117. sqq. Actio literae Σ adv. T. Gr. et Lat. T. I. p. 680. De parasito, s. quid sit ars parasitica. Gr. et Lat. T. II. p. 113. Tragopodagra a Jo. *Sinapio* carmine versa. T. II. p. 196.

1620 *Augustoriti Pictonum*, 8. Dialogi Luciani selecti. Gr. et Lat. edidit St. Moquot.

1622 *Augustae Munatianae*, 12. Luciani Dialogi selecti. Gr. et Lat.

1629 *Parisiis*, 8. Luciani Dialogi mortuorum cum interpretatione Latina et Grammatica singularum vocum explanatione.

1636 *Lugduni*, 8. Luciani Dialogi selecti, Graece, cum

nova versione Latina et notis ab uno e Patribus S. J. ad usum collegiorum ejusdem Societatis. Editio quarta, aucta et emendata.

1652 *Lugduni Bat.* 8. Luciani Timon sive de Divitiis et Paupertate Dialogus festivissimus, nunc seorsim editus in gratiam studiosae juventutis, et Scholiis Plutique Aristophanis collatione illustratus a Lamberto *Barlaeo.* Adjuncta est Latina versio Erasmi, a Benedicto *Pererio* interpolata, sed variis in locis castigata. Lugd. Bat. apud Jo. *Meyer.*

1653 *Parisiis,* 4. Luciani de morte Peregrini libellus. Cum notis Tan. *Fabri.* Graece et Latine. Paris. ex officina Cramoisiana.

1655 *Parisiis,* 4. Luciani Timon. Cum notis Tan. *Fabri.* Gr. et Lat. Paris. ex officina Cramoisiana.

1668 *Amstelodami,* 8. Luciani Pseudosophista seu Soloecista. Gr. et Lat. cum notis et animadversionibus Jo. Georgii *Graevii.* Amst. ap. Dan. *Elzevir.*

1671 *Parisiis.* Dialogi mortuorum Gr. et Lat.

1677 *Londini,* 12. Dialogi Luciani selecti, una cum Timone. Gr. et Lat. cura Guil. *Dugardi.*

——— *Lugduni Bat.* 12. De calumnia. Gr. et Lat. cum notis Jac. *Tollii.* Lugd. Bat. ap. Dan. a *Gaesbeck.*

1684 *Londini,* 12. Dialogi selecti. Gr. et Lat. cum notis Op. Georg. *Sylvani.*

1700 *Londini,* 12. Dialogi Luciani selecti, ex ed. Guil. *Dugardi* an. 1677. repetiti.

1702 *Francofurti ad M.* 8. Luciani Dial. Timon. Gr. et Lat. editus a Jo. Jac. *Schudt.*

1708 *Amstelaedami,* 12. Luciani Samosatensis Colloquia selecta et Timon. Cebetis Thebani Tabula. Menandri Sententiae morales. Graece et Latine. Colloquia Luciani et Timonem notis illustravit Tiberius *Hemsterhuis.* Amst. apud *Wetstenios.*

1710 *Londini,* 8. Nonnulli e Luciani Dialogis selecti, et in duas partes divisi; alteram prius editam, alteram

nunc additam: Omnes Scholiis illustrati ab Edwardo *Leedes* etc. Accessit etiam, (quod ad hanc rem spectare visum est) quidquid scripserunt Graevius, Gronovius, Jensius, cum nuper tantum edito Scholiasta Graeco. Londini, R. *Clavel.*

——— *Venetiis*, 4. In Jo. *Patusae* Encyclopaedia philol., quod opus IV Tomis constat, insunt: in T. I. Somnium s. Vita Luciani, Dialogi selecti mortuorum, et Timon; in T. III. Laus patriae, Tyrannicida, de Herodoto, Quod non facile credendum calumniae.

1715 *Jenae*, 8. Philopatris Dialogus. Disputationem de illius aetate et auctore praemisit, versionem ac notas adjecit Jo. Matth. *Gesnerus.* Jenae, apud J. F. *Bielcke.* — Nova Ejusd. Gesneri de Philopatride Luc. dissertatio Lips. 1740. 4. — N. Nonnen diss. de Luciano seu quisquis sit auctor dialogi Philopatris. Bremae 1743. 4.

1724 *Giessae*, 4. Macrobii, sive de Longaevis tractatus, Gr. et Lat. cum nova versione et notis Philologicis Jo. Henr. *Maji.* Prof. biennio ante per modum Diss. Acad. sub Maji praesidio propositus resp. Jo. Herm. Benner.

1726 *Londini*, 8. Luciani Dialogi selecti, Scholiis illustrati ab Edw. *Leedes* vid. ad an. 1710.

1730 *Cantabrigiae*, 8. Excerpta quaedam ex Luciani Operibus Gr. et Lat. per Nic. *Kent*, cum notis Grammaticis, nonnullis quoque Graevii et Gronovii, et cum aliquot lectt. variis.

1731 *Lipsiae*, 8. Chrestomathia Graeca sive loci illustres ex optimis Scriptoribus delecti, quam potuit emendate editi, notulis brevibus etc. illustrati a Jo. Matth. *Gesnero.* Obiter Demosthenis encomium Lucianeum transposita una pagina integritati restituitur. Lips. apud Jacob. *Schusterum.* — Saepius repetita.

1732 *Amstelaedami*, 12. Luciani Colloquia selecta et Ti-

mon. Cebetis Thebani Tabula. Menandri Sententiae morales, Graece et Latine. Colloquia Luciani et Timonem notis illustravit Tib. *Hemsterhuis.* Amst. ap. R. et J. *Wetstenios* et G. *Smith.*

1739 *Helmstadii,* 8. Luciani mortuorum Dialogi, cur. Jul. Car. *Schlacger.*

1741 *Lipsiae,* 8. Callimachi hymni et epigrammata etc. Adjectus est Luciani Timon cum Lat. interpretatione Erasmi Roterod. et succinctis Jo. Bourdelotii et aliorum notis. In usum auditorum suorum edidit, praefatus est et indices addi curavit Jo. Friedlieb *Stubelius.* Lips. Breitkopf.

1745 *Londini* et *Etonae*, 8. Excerpta quaedam ex Luciani Operibus per Nic. *Kent.* In usum tyronum. Editio altera aliquanto auctior et emendatior. Londini, ap. Jo. *Clarke* et Jo. *Rivington;* Etonae, apud Jos. *Pote.* Vid. s. a. 1730.

1762 *Lipsiae* et *Guelph.* 8. Luciani de Somnio, seu vita Luciani, Gr. et Lat. ex recensione Hemsterhusii, cum varr. lectt. et notis Jo. Adami *Schier.*

1764 *Londini,* 8. Editio 1745. recusa.

1769 *Lips.* 8. iterum prodiit *Stubelii* editio anni 1741.

1770 *Prag.* 8. Luciani Dialogi selecti (cum Charone et Somnio) ad usum scholarum humaniorum Universitatis Pragensis: studiis Collegii Clementini societatis Jesu.

1771 *Basileae,* 12. Luciani Colloquia selecta et Timon, Cebetis Thebani Tabula etc. cum notis Tib. *Hemsterhusii.* Rep. ed. 1708.

——— *Londini,* 8. repetita editio a. 1745.

1772 *Catinae,* 8. Excerpta ex Luciano, notis ac Lexico illustrata ad usum Seminarii Catinensis. — Ob praestantiam, nitorem et notarum delectum laudatur haec editio.

1773 *Dublini,* 8. Selecti ex Luciano Dialogi quidam, una cum ejusdem libello quomodo historia scribenda sit.

Accedunt interpretatio novissima castigata et notae variorum.

——— *Helmstadii*, 8. Luciani Dialogi mortuorum, Graece. Recensuit et in priores decem Dialogos notas adspersit Jo. Bened. *Carpzov.*

1774 *Gothae*, 4. et 8. Luciani Opuscula selecta, Graece et Lat. edidit et notis illustravit Dav. Christoph. *Seybold.*

1775 *Oxonii* et *Londini*, 8. *Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν βιβλ.* cum Anglica versione notisque Franc. *Riollay.*

1778 *Glasguae*, 12. editio Londinensis a. 1745. recusa.

1779 *Upsalae*, 8. Luciani Dialogi mortuorum selecti Gr. cum Indice locuplet. cura J. *Floderi.*

1780 *Lipsiae*, 8. Luciani Opusc. de non temere credendo calumniae, Macrobii et Patriae encomium. Gr.

1781 *Lipsiae*, 8. Einige Todtengespräche Lucian's mit einem hinreichenden Register von J. Gottfr. *Haas.* (Ab eodem postea etiam alii Luciani libelli eodem consilio et modo editi: verum sic melius delituissent.)

1785 *Gothae*, 8. Luciani Opuscula selecta, edidit Dav. Christoph. *Seybold.* Edit. II.

1788 *Parisiis*, 8. J. B. *Gail* diverses traités de *Lucien*, Xenophon, Platon et Plutarque.

1790 *Lipsiae*, 8. Lucian's Göttergespräche, griechisch mit philologischen und kritischen Anmerkungen und griechisch-deutschem Wortregister herausgeg. von J. Chph. *Bremer.*

1791 *Lipsiae*, 8. Todtengespräche (ab eodem *Bremero* eundem in modum, ut Deorum Dialogi, adornati.)

——— *Halae*, 8. Luciani libelli quidam ad lectionum usus selecti (curante Fr. Aug. *Wolfio*) Vol. I. Graeca continens. Adnotationes adnuntiatae non prodiere. Continentur hac collectione: De Somnio, s. Vita Luciani, Nigrinus, Quomodo historia conscribenda sit, Icaromenippus, de Calumnia non temere credenda, Alexander, de Morte Peregrini, Demonactis vita,

Deorum concilium, de Mercede conductis, Trajectus, Rhetorum Praeceptor, Dialogi Meretricii quatuor. Textus est Hemsterhusio — Reitzianus, adcurate expressus.

1794 *Lipsiae*, 8. Luciani Dialogi selectiores, inprimis Deorum, Graece. Curavit et duplici indice instruxit G. H. *Martini*. (Opus tumultuarium, et exigui omnino pretii.)

1796 *Lipsiae*, 8. Lucian's Timon, cum adnotationibus, indice, et commentatione de Luciani vita, scriptis horumque editionibus ac versionibus edit. a J. D. *Büchling*.

——— *Brunsvici*, 8. *Schierii* editio Somnii a. 1762. recusa cum novo tituli folio.

1797 *Lipsiae*, 8. Luciani quaestio, Quomodo Historia sit conscribenda, graece. Selectis aliorum, suisque annotationibus illustravit, et indicem vocabulorum ac rerum adjecit Aug. Fr. Wilh. *Rudolphus*. (Meritam laudem nacta editio.)

——— *Gottingae*, 8. Sammlung einiger Schriften aus Lucian's Werken zum Gebrauch für Schulen herausgeg. uud mit einem Register versehen von Ch. E. *Gehrich*. Insunt Prometheus, s. Caucasus, de Sacrificiis, Vitarum Auctio, Somnium s. Vita Luciani, Charon, de Luctu, Jupiter tragoedus, Demonactis vita, Philopseudes, Icaromenippus, de Calumnia non temere credenda, Vera historia I. (Non prorsus inutilis opera.)

1798 *Parisiis*, 4. Mythologie dramatique de Lucien avec le texte gr. et la vers. lat. trad. en franç. par J. B. *Gail*.

1799 *Dublini*, 8. Selecti ex Luciano dialogi, gr. et lat. cum notis variorum et interpretatione novissima Amstelodamensi castigata, ed. *Mercier*.

1801 *Parisiis*, 8. Le Songe de Lucien, la Fable des Alcyons et le Misanthrope de Lucien, trad. en Fr. (avec le texte gr.) par P. F. *Lavau*.

1806 *Parisiis*, 8. Dialogues des Morts de Lucien, avec des Notes. Par J. B. *Gail.*

1809 *Lipsiae*, 8. Aug. *Matthiä's* Lesebuch für die mittleren Classen gelehrter Schulen mit einem griechisch-deutschen Wortregister und beständiger Hinweisung auf seine Grammatik. Insunt Luciani Dialogi selecti cum appendice locorum Homeri, Herodoti aliorumque scriptorum Graecorum, ad quae Lucianus provocavit. Textus vel ex codd., vel ex ipsius editoris aliorumque conjecturis non paucis locis emendatus.

1811 *Lipsiae*, 8. Luciani Charon, in usum scholarum textu passim emendato adnotationibusque subjectis edidit Joh. Theoph. *Lehmann.* Addita etiam Scholia et index verborum nominumque.

1813 *Lipsiae*, 8. Luciani Dialogi Mortuorum, eodem modo ab eodem editi.

1815 *Lipsiae*, 8. Luciani Dialogi Deorum et marini in usum scholarum selecti, ad eandem normam instructi ab eodem.

1817 *Lipsiae*, 8. Lucian's Göttergespräche. Neue durchaus berichtigte Ausgabe von *Bremer*, veranstaltet von Ernst Friedr. *Poppo.*

1818 *Par.* 12. La Luciade ou l'âne de Lucius de Patras, avec le texte gr. revu sur plusieurs mss. (par *Courier.*)

——— *Lipsiae*, 8. Luciani libellus de Somnio, sive Vita Luciani, in usum scholarum edidit J. Th. *Lehmann.*

1821 *Lipsiae*, 8. Lucian's Todtengespräche, griechisch. Zweyte durchaus berichtigte Ausgabe (*von Bremer*) Nondum prodierat, quum haec scribebantur.

VERSIONES.

GERMANICAE.

1745 *Leipzig*, 8. Lucian's auserlesene Schriften von moralischem, satirischem und kritischem Inhalte, durch verschiedene Federn verteutscht, und mit einer Vorrede vom Werthe und Nutzen der Übersetzungen ans Licht gestellt von Joh. Christoph. *Gottscheden*. Leipzig, bey Bern. Cph. *Breitkopf*. — Nullius pretii.

1769—1772 *Zürich*, 8. IV Bände. Lucian's von Samosata Schriften, aus dem Griechischen übersetzt (von J. H. *Waser*.) — Versio ante Wielandinam apud Germanos praecipua; sed qua facile nunc caremus.

1783 *Mannheim*, 8. VIII Theile. Eadem repetita cura *Kleinii*.

1788 et 1789 *Leipzig*, 8. Lucian's von Samosata sämmtliche Werke. Aus dem Griechischen übersetzt und mit Anmerkungen und Erläuterungen versehen von C. M. *Wieland*. Im Verlag der Weidmannischen Buchhandlung. VI Theile. — In qua totus vivit spiratque Lucianus.

* De singulorum Luciani scriptorum versionibus vernaculis vid. J. G. *Schummel's* Übersetzer-Bibliothek, fortge-

setzt von J. G. K. *Schlüter*. Hannover, 1784. 8. Joh. Friedr. *Degen's* Literatur der deutschen Übersetzungen der Griechen. Vol. II. p. 15—93. et *Ejusd.* Nachträge zu dieser Literat. p. 196.–222. Joh. Sam. *Ersch's* Literatur der Philol., Philos. und Pädag. seit der Mitte des 18. Jahrh. bis auf die neueste Zeit. Leipz. 1812. denique *Friedr. Adph. Ebert's* Bibliograph. Wörterb. T. I. p. 1029.

GALLICÆ.

1529 *Paris.* apud Petit. XIII Dialogi versi a *Godofr. Fory.* Vid. *Maitt.* A. T. II. p. 723.

1582 *à Paris*, fol. Lucien traduit par Filbert *Bretin.* Imprimé par Abel *L'Angelier.* — De Bretino vid. Bibl. Françoise de *Du Verdier*, à Paris 1773. T. III. p. 190. sq. Art. *Philibert Bretin*; ubi inter alia: *Il a traduit du Grec les Oeuvres de Lucien — non moins utiles que plaisantes*, repurgées de paroles impudiques et profanes etc.

1613 *à Paris*, 4. Oeuvres de Lucien traduites par J. *Baudoin.* (qui † 1650.)

1654 *à Paris*, 4. II. voll. Lucien de la traduction de Nic. Perrot Sr. *d'Ablancourt.* Chez Augustin *Courbé.* — Elegantior quidem est Dablancourtii versio illa Bretini. Quoniam vero non usquequaque Luciani mentem reddit, Aegidius *Menagius* festive eam appellabat *la belle infidèle*, ut legas in Menagianis pag. 329.

1674 Eadem ibid. 8.

1683 *à Amsterdam*, 8. Eadem quintum recognita et emendata.

1707 *à Paris*, 12. III voll. Les Dialogues et autres Oeuvres de Lucien, traduits du Grec en François, avec des Remarques par Nic. Perrot Sr. *d'Ablancourt.*

1784 et 1787 *Parisiis*, 8. Voll. VI. Oeuvres de Lucien, traduites en François par l'Abbé *Massieu.*. De qua qui-

dem interpretatione censuram edidit *Belinus* de Ballu in Praefat. ad ipsius versionem pp. XIV—XX.

1789 *Parisiis*, 8. Voll. VI. Oeuvres de Lucien, traduites du Grec, avec des remarques historiques et critiques sur le texte de cet Auteur, et la collation de six Manuscrits de la Bibliothèque du Roi. Par *Belin* de Ballu. Versionis ipsius indoles Luciani ingenio omnino congrua; sed in notis et in collatione quoque ipsa levitatis cujusdam et inconsiderantiae, nec non imperitiael iterarum Graecarum, vestigia deprehenduntur haud rara.

ANGLICAE.

1634 *Oxonii*, 4. prodiere Luciani Dialogi selecti Anglice versi, cum Luciani vita, auctore Fr. *Hickesio*.

1684 *London*, 8. IV Voll. Lucian's Works, by *Spence*.

1711 *London*, 4. IV Voll. Lucian's Works transl. by several eminent hands.

1745 eadem versio repetita.

1773—98 *London*, 8. V Voll. Dialogues of Lucian, from the Greek (by John *Carr*.)

1780 *London*, 4. II voll. The Works of Lucian, from the Greek, by Thomas *Franklin*, D. D. sometime Greek Professor in the University of Cambridge. — Versio excellens.

1781 *Londini*, 8. IV Voll. eadem recusa.

*Recentissima *Tookii* nondum, nisi fallor, in lucem exiit.

ITALICAE.

1525 *Venetia*, 8. Dialoghi di Luciano tradotte per Nic. da *Lonigo*. Saepius recusa interpretatio, postremo a. 1551 *Venetiis*, 8. sub hoc titulo: I Dialoghi piacevoli, le vere Narrationi, le facete Epistole di Luciano

Philosopho. Di Greco in volgare tradotte per M. Nicolo da *Lonigo*. Venetia, per Giovanni *Padouano*. Con figure.

1542 *Venezia*, 8. La vita de' cortigiani, trad. da Gugl. *Roselli*.

1548 *Firenza*, 8. Due dialoghi, nuovam. trad. da L. *Domenichi*.

1764—1768 Venezia, 8. IV Voll. Opere di Luciano Filosofo, tradotte della Greca nell' Italiana favella, (da Spiridione *Lusi*, Greco di Nazione). Londra (Venezia, Colombani.)

1815 *Roma*, 8. Il convito dei lapiti, trad. da Gugl. *Manzi*.

1816 *Milano*, 8. Encomio di Demostene, trad. da Gugl. *Manzi*.

1819—20. *Losanna*, (*Venez.*) 8. Tom. III. Opere volgarizzate da Gugl. *Manzi*.

* De antiquioribus versionibus Luciani italicis vid. omnino *Paitonii* bibl. versionum italic. Tom. II. p. 228. sq.

HISPANICAE.

1621 *Madriti*, 8. Luciano español traduc. por Fr. *Herrera* Maldonado.

1778 *Madr.*, 8. El sueño de Luciano, que es la vida de Luciano y la tabla de Cebes, en griego y español, ilustrado con notas y la analisis gramatical por Casim. Florez *Canseco*.

LUSITANICAE.

1733 *Lisboae*, 8. Arte historica, traduz. do grego em portuguez por Manoel de S. *Antonio*.

1735 *Lisb.*, 12. Arte hist. traduz. for Jacinto de S. *Miguel*.

1771 *Lisb.* 8. Sobre o modo de escrever a historia, traduz. do grego e illustrado por Custodio José de *Oliveira.*

BELGICA

Luciani operum interpretatio prodiit *Amstelod.* 1679, 8.

DANICAE.

1775 *Hafniae,* 8. Timon oversat af Pet. *Loft.*

*Etiam *Suhm* nonnullos Luciani libellos, (in his ejus Vitam) a. 1764. et 1765. *Hafniae* conversos edidit, postea illos etiam in opusculis suis danice scriptis, recusos Tom. IV. Hafn. 1790, 8.

JO. FRED. REITZII

PRAEFATIO.

Nimis diu exspectationem tuam, amice Lector, remorata est haec *Luciani* editio: nimis, inquam, diu in editorum operarumque manibus haesit opus ab tot annis desideratum, ab tot annis jam inchoatum, et forsan numquam ad exitum perducendum, nisi quis tandem inventus fuisset, qui rupta mora missisque ambagibus vi quadam atque impetu *Lucianum* capite in partu difficili haerentem in lucem protrahere adgrederetur. Cum enim anno 1720. ejus edendi curam in se recepisset clariss. TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, et ab anno 1730. quo praelum exerceri coepit, ad annum 1736. ad sextam circiter totius operis partem pervenisset, id est, ad initium Dialogi de Sacrificiis, veriti bibliopolae Wetstenii, ne insignes jam factae ad comparanda undique subsidia impensae sibi perirent, et ut stadium vitae suae editorisque sufficeret, si reliquae quinque partes eadem temporis ratione procederent, alium disquirere coeperunt, qui tarditatem hanc festinando compensaret. Verum cum post varios conatus, intermisso interim per complures menses commentandi labore, et quiescenta

praelo, nondum inveniretur quisquam, cui per alias occupationes liceret, aut qui telam ab tanto artifice, (quantus re vera est *Hemsterhusius*) exorsam detexendam, idque ne concesso quidem ad praeparandum spatio, recipere auderet, famam reveritus, ne Atlanti illi priori impar, tantum onus minus firmis humeris sustulisse diceretur; adeo enim adcurate atque erudite *Hemsterhusius* pertractavit omnia, ut nihil desideraretur, si ei opus ad finem perducere licuisset, aut libuisset, quem ego Zeuxidi pictori comparo, qui teste Plutarcho in *Πολυφιλ.* T. II. p. m. 94. culpatus, quod tarde pingeret, respondit, quia in multum tempus ea vellet durare: tandem itur ad me, cui vel justiores erant detrectandi caussae, quam aliis; si enim occupationes spectes, nemo iis me magis est obrutus; si vires, id est, ingenii facultates, doctrinaeque adparatum, ad priorem editorem composita consideres, nemo illorum, quos ad subeundas has vices solicitatos scio, me erat infirmior; quare et ego tergiversabar initio, utramque istam excusationis caussam serio praetexens, nec praeterea lubenti animo ad opus edendum accessurus, ad quod nihil fere praeparati haberem, quodque meo consilio in lucem emittere numquam destinassem. Sed mea me vicit aliis obsequendi nimia facilitas, et gloriae contemtio minus de successu solicita, satisque jam a bibliopolis comparatum adesse subsidiorum videbam, ex quibus in ordinem redactis haud levis fieret novarum commentationum et emendationum accessio, quae hanc editionem prioribus omnibus redderet meliorem, etsi ego verbum de meo addidissem nullum. Cumque novae versionis adornandae curam in se recepisset clar. Joan. Matth. Gesnerus, cujus diligentia et summa in omni literarum genere eruditio notior est, quam ut me praecone indigeat, isque suas etiam adnotationes additurus esset, dimidia me laboris parte sublevatum sentiebam; et cum spectatae diligentiae doctrinaeque vir, Moses du Soul (sive Solanus, ut ipse se scribere amat) satis diu in emaculando *Luciano* occupatus notas suas ad eum plane descriptas ac

praelo paratas reliquisset, vel hoc nomine egregie commendabilem futuram cernebam editionem, si solis horum duorum, *Gesneri* ac *Solani*, accessionibus ditatam emitterem.

His consideratis, cetera coepi pervestigare adminicula, quae mihi a Jacobo Wetstenio, ejusque socio ac fratre per adfinitatem juncto, Gulielmo Smith tradebantur, medio fere anno 1737. comperique, satis superesse molestiae in iis in ordinem redigendis ac describendis, nec fieri posse, ut sine ulla addita animadversione aut commentatione iis uterer. Non tamen me deterruit labor ille, quo me eo celerius defungi posse confidebam, quod in legendis *Luciani* scriptis non plane hospes eram, ut ex crebris ejusdem locis, quos in notis a me adductos et inter se comparatos videbis, patebit. Satius igitur duxi editionem ea, quam tempus permittebat, diligentia promovere, quam nimia solicitudine singula pervestigandi diutius premere.

Et quamvis lector non soleat rogare, quam cito, sed quam bene? necessarium tamen hic est commemorare, quam parum temporis ad haec deproperanda mihi fuerit concessum; adeo ut interdum ne spatium quidem superesset ad excutienda excerpta mea literaria, ex quibus aliorum auctorum testimonia ad confirmandas nonnullas emendationes facientia producere potuissem; dato enim sex tantum hebdomadarum ad aliquot plagulas praelo praeparandas spatio, operam deinde bibliopolis addixi ea lege, ut haud interrupto scribendi labore tantum quotidie pensi absolverem, quantum haud impiger typotheta continuata opera typis describere valeret, id quod fideliter, quantum in me fuit, praestiti, atque ita quinque annorum spatio opus ad finem perduxi. Omnia enim ad *Luciani* corpus pertinentia typis jam descripta fuere mense Octobri 1742.; sed Indices complures, quibus priores edd. carebant, adjiciendi novam injecere properanti moram, atque effecere, ut non prius publicari potuerint.

Jam quibus copiis instructus, et quomodo iis usus fuerim, B. L. accipe. Editiones *Luciani* adhibui principes hasce. Florentinam primam omnium, anni 1496. Graecam, in forma majore. Haec etsi ab typographicis vitiis non est immunis, in vestigiis tamen priscae lectionis servandis tantum alias praecellit, ut Codicis Manuscripti vicem praestare queat. Hanc licet Solanus totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas saepissime inspexi, ac de novo consului.

Sequebatur Aldina prima, et ea Graeca, plura habens vitia typogr. in forma majore, Venetiis excusa, an. 1503. quam utendam liberalissime concessit clar. *Wesselingius* in edendo Diodoro Siculo strenue occupatus; ejus margini adscriptae erant manu antiqua varietates potissimum ed. Florentinae, sed et aliae, quas ex Codd. excerptas esse nullus dubito, tum quia varietatibus aliorum codicum interdum conveniunt, tum quia depravatas etiam lectiones exhibet, nusquam alibi a me detectas, quod non factum fuisse credo, si conjecturae tantum illae forent lectionis emendandae.

Hagenoanam primam anni 1526. ita contuli, ut in corrigendis operarum nostrarum speciminibus modo hanc, modo alteram, qua cl. Gesnerus in conficienda versione usus erat, ejusque sphalmata plurimum correxerat, fratre optimo et collega J. H. Reitzio praelegente, ducem sequerer, exceptis iis locis, quae vel ex Codd. vel manifesta ex necessitate mutare institui, de quibus mox pluribus agam.

Dein plurimum omnium usus sum Juntina Graeca, Venetiis a. 1535. excusa II tomis in forma, quam octavam vocamus, quaeque Florentinae parum inferior, licet interdum interpolata. In hujus margine Solanus omnes a se collectas varietates tam Codicum Mss. quam decem et

nonnumquam plurium editionum, diligenter et nitide consignaverat; sed charactere adeo minuto, ut aciem oculorum diutius inhaerentis lectoris obtunderent. Quibus autem Codicibus ille usus fuerit, et quo scribendi compendio iidem aeque ac editiones in notis et variantibus Lectionibus adlegatae designentur, ad finem hujus praefationis indicabimus.

Porro ad manus habui Basiliensem utramque, similiter mere Graecam, duobus quamque tomis in forma octava constantem, quarum prior anno 1545. altera 1555. prodiit. De posteriore illa verum quidem est, quod Solanus prodit, eam ita coeco ductu vestigia primae secutam, ut vitia etiam typographica prioris expresserit. Non tamen id adeo semper verum, quin aliquot locis meliorem etiam lectionem altera Basil. prae priore exhibeat. Ex. c. in Bis Acc. c. 1. ἐκκεκώφωται recte dedit altera illa, cum prior male cum aliis ἐκκεκώφηται. In Philops. c. 36. ἐπαντλοῦν bene Bas. 2. ubi ἐπαναπλοῦν male Bas. 1. In Dem. Enc. c. 44. λαμβάνουσιν recte altera, λαμβάνουσι prave prior. Item in Soloec. init. Bas. 2. bene ἐπιστάμενον, cum prior male ἐπιστάμενος. Alibi vero etiam a priore recessit, ut in Icarom. c. 28. ubi in vers. Hom. εἶχε prior habuerat, altera ἔχει dedit, utraque male. Generaliter autem adfirmari potest, secundam istam prioris vitia auxisse; veluti cum in Bis Acc. c. 12. ἀκούοντι recte B. 1. haberet, altera ἀκούων τι prave expressit, ne pluribus lectori molestus sim. Quare miratus ego, cur Solanus tamen alteram longe saepius adleget, quam priorem, potius habui plurimis in locis consulere primam; non enim id agimus, ut vitiosas potissimum lectiones conquirendo, earum notandarum copia editionem exornari credamus, sed ut ex optimae notae libris et edd. probas lectiones eruamus, (quamquam vitiosas etiam non omittendas duximus.)

Basil. quartam anni 1619. nancisci non contigit. Ter-

tiam vero ibid. anno 1563. ap. Henricum Petri editam Graeco-Latinam, cum nott. *Cognati* et *Sambuci* serius nactus sum, quam ut ea adjuvari potuerim; nec multum opus erat. *Cognati* enim ex Parisina inseruimus, et in *Sambuci* puerilibus notis perpauca tantum lectu digna invenias.

Praeterea adhibuimus Francofurtanam anni 1546. mere quoque Graecam, duobus in forma minore tomis comprehensam, nec vitiis typographicis destitutam, nec multum singularium lectionum exhibentem, non tamen ad institutum nostrum plane inutilem, ut ex indicatis varr. lectt. adparet.

Tum non negleximus Salmuriensem *Benedicti* Graeco-Latinam omnibus notam, duobus in octavo tomis eodem anno 1619. quo Basiliensis quarta, excusam. De hac Salmuriensi *Benedictus* in praefatione adfirmat, se Graecum contextum, vel ex collatione variorum et antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendasse. Et quamvis mallem indicasset, ubi Codd. ducibus, ubi solo judicio usus fuerit, verum tamen esse deprehendi, nonnulla probe ab ipso emendata, quae et mihi fuere imitanda, ut suis locis in notis indicabitur. A vitiis certe typotheticis ita suam purgavit editionem *Benedictus*, ut plurima antiquorum errata sustulerit; licet ad veram lectionem ex Mss. restituendam minus operae mihi videatur impendisse.

Parisinam denique *Bourdelotii* Graeco-Latinam, anni 1615. forma, quam in folio dicimus, et in qua *Solanus* nonnulla emendarat, suasque paragraphorum sive capitum divisiones addiderat, ita adhibuimus, ut, exemplo cl. *Hemsterhusii*, ad ejus contextum, emendatis, quantum potuimus, emendandis, typothetas nostram editionem describere curaverimus. Notas vero *Marcilii*, *Cognati* et *Bourde-*

lotii textui ibidem non subjectas, sed calci adnexas, exscribere inde coactus fui.

Novissimam tandem Amstelodamensem omnium vitiosissimam cl. Graevii editionem eo potius consilio adhibui, ut ejus et cl. Gronovii notas inde excerperem, quam ut ex Graeco ejus contextu aliquid utilitatis sperarem, qui ita negligenter est habitus, ut non modo ex Codd. qui ibidem indicantur, nihil in eo sit restitutum, sed mendis typographicis Latina Graecaque scateant, maxime in notis et Scholiaste. Id tamen boni habuit, quod cl. *Hemsterhusius* in ejus margine quaedam adpinxerat, quae de consulendo Dukero ad *Thucyd.* Davis. ad *Cic.* et L. Bos in Obss. Crit. monerent, unde et ea notis nostris inserui, monitoris nomine addito, nisi ubi forte idem per me jam notassem.

Nunc de ceteris adminiculis, et quid laboris exhauriendum habuerim, quidve eo praestiterim, mihi docendus es. Ex Brodaei Miscell. quas in Lampadem criticam retulit *Gruterus*, plurima quoque inserui, etsi levia saepe sunt, et ita vitiose in illa crebris ubique naevis obfuscata face expressa, ut ad auctoris mentem potius, quam ad id, quod literis expressum legitur, saepe respiciendum fuerit: dandum tamen hoc omnium, quos novi, primo *Luciani* commentatori fuit, ut ejus adnotata plerumque perbrevia, et contextum interdum bene emendantia repeterentur; quare ea tantum omisi, quae nimis puerilia videbantur, ut quando ad verbum πέπονθα monet, id esse a πάσχω, vel διαπαρείς, a διαπείρω, et similis farinae; interdum et ea, quae aliud agens in *Luciano* emendat, sed quae nimis dispersa conquirere non potui.

Tum etiam communicatae mecum fuere notae manu scriptae Fr. Guieti, ex quibus Aeg. Menagium sua omnia hausisse mihi persuadeo, ita ad verbum eadem ubique habet, quae Guietus, quo defuncto forsan nactus est

exemplar *Luciani*, in cujus marginem Guietus breves suas commentationes et conjecturas conjecerat, quas deinde describens auxit. Sunt enim Guieti illae notulae aliquanto plures, quam quas Menagius dedit; et veterem fuisse popularium hujus querelam, quod ex aliis sua desumere amaret, vid. in Miscell. novis Lips. quae in forma minore prodiere anno 1742. vol. 1. pag. 122. Item Lamberti Bos, Horatii Vitringae, et paucae Maturini Veyssierii La Croze, quae omnes rursus a me describendae non modo erant, aeque ac Solani illae supra jam commemoratae, sed et quaerendum, quo pertinerent; cum quisque fere alia *Luciani* editione usus aliam paginam adlegaret, et Solanus notas etiam suas ad Juntinae paginas adcommodasset. La Crozii autem commentationes serius nactus, a Tom. 2. demum inserere coepi, ceteras Addendis adjecturus, nisi easdem observatt. ab aliis jam occupatas deprehendero. Notas J. H. Maji ad Macrobios, et Er. Schmidii ad Tragopodagram unde hauserim, ad initium eorum Dialogorum indicavi. In hoc vero negotio plurimum temporis absumendum fuit, ut in omnium notis prolata *Luciani* testimonia, tam diversis paginis indicata, jam ad paragraphorum sive capitum nostrorum numeros aptarem, id quod aliquot millies contigisse facile credes, ubi cl. Jensii notam, quae est ad Imag. c. 22. consideraveris, in qua sola *Lucianus* advocatur plus centies et quadragies. Solanus quidem *Lucianum* adlegans saepius capitum numeros a se institutos, quam paginarum expressit; sed cum cl. Hemsterhusius ad medium usque Tomi I. capita aliter dispescuit, in notis tamen Solani numerum eorum non mutavit, accidet interdum, ut id jam aliquot paragraphis ulterius quaerendum sit, quod Solanus in anterioribus inveniri scripsit. E. c. quando adfert Nigrin. c. 10. id jam ex divisione *Hemsterhusiana* est c. vel §. 17. Totum enim Nigrinum Solanus distribuerat in capita 23. Hemsterhusius in 38. Nos vero dialogos omnes sequentes a Dial. de Sacrif. ad fin. tomi

ult. ex mente Solani dispescuimus, ne opus esset singulas adlegationes mutare, quod in iis facere coacti sumus, quae partem illam priorem spectabant, exceptis forsan aliquot locis per festinationem mutare neglectis, quae lector tamen hac ratione indicata facilius inveniet.

In hisce tamen interdum sublevatus sum juvenum praestantissimorum opera, primum Theodori Woermanni, qui olim gymnasii nostri coryphaeus, jam in causarum patronis eximium tenet locum, procedente tempore principem etiam obtenturus. Hoc vero gravioribus negotiis occupato idem auxilium mihi partitis vicibus praestitere Regnerus Henricus Siblink, et is Juris Doctor ex meritis nuper renuntiatus, nec non Jacobus Gobius, eodem honore brevi forsan mactandus. His itaque discipulis olim primariis ac dulcissimis, nunc amicis optimis, hoc nomine quantas possum gratias ago.

Ex clar. Joan. Jensii Lectionibus Lucianeis inserui omnia, resectis tantum paucis excursionibus ad *Lucianum* non plane spectantibus, atque in compendium redactis *Luciani* verbis ab eo longiore serie productis, quae repeti nihil opus erat, cum textui Lucianeo jam subjectae sint illae observationes, ex quo nexus verborum peti potest. Ut autem egregiam illius de me optime meriti viri in *Luciano* emaculando operam magni facio, literarumque peritiam in ea juventute, qua illas Lectt. conscripsit, admiror, ita ipse non aegre feret, ubi bis terve tamen ab ipso dissensero, sed pari humanitate mihi et alibi per festinationem lapso ignoscet.

Variantium autem Lectionum sat amplum catalogum ab Solano in ed. Juntinam, ut supra monui, collatum, totum describere lectorique exhibere, interdum et alias ab eo omissas addere, non sum veritus, ut adpareret, quanta diligentia editionum codicumque collatio sit instituta. In-

terdum tamen nimis manifesto vitiosa, qui meri tantum errores typothetarum esse adparebant, quaeque nec Solanus notarat, omittere satius duxi; ut quando Junt. in Jov. Trag. c. 30. habet πρίποδα pro τρίποδα, vel cum in Abdic. c. 23. f. eadem ridicule exhibet ἰατρῖς pro ἰατροῖς. Alibi ὄνος pro μόνος, ubi manifestum est μ tantum inter imprimendum excidisse, vel ubi Hag. 2. in Bis Acc. c. 2. θεσπότης pro δεσπότης, et ib. c. 31. τολμότων pro τολμώντων, et similibus. Etsi enim non sum in eorum sententia, qui nihil utilitatis ex collectione variantium lectionum exspectant, eosque ad praefationem *Luciani* a summo literatore P. Burmanno, et ad praefat. Montefalconii, quam bibliothecae Coislinianae praemisit, ablegare, quam hic multa super his disputare malo, satis enim uterque earum necessitatem commendavit; modum tamen aliquem servari posse in iis notandis, probe intelligo: plus enim ex uno antiquo et adcurate scripto codice ad emendationem auctoris denuo edendi proficì, quam ex decem aliis vitiosis sive Codd. sive edd. nemo negaverit. Cumque Solanus plus millies adscripserit † Fl. vel † Edd. id est nihil mutare Florentinam vel edd. ceteras, sed cum vulgata lectione convenire, nihil opus credidi id ubique addere, ex varietatum silentio satis patebit edd. consentire. Qui autem etiam sine codicum ope se omnia sanare posse contendunt, sua fruantur felicitate. Mihi certe mira videntur dicta cl. Heumanni, qui in Poecile nimis servilem operam vocat, ex Codicibus corrigere; quod iis nihil opus sit, ubi rem ingenio perficere possis. Et ut facile largiar, ingeniosiorem esse illum, qui sua sponte invenit emendationem, quam qui ex libris tantum eamdem describit; ita tamen mihi largietur vicissim, ingenii quidem acumine posse excogitari, quid auctor dicere potuerit, non semper quid re vera dixerit; qui tamen veterum scripta recudendi primarius est finis. Quin et in Codd. tales saepenumero emendationes invenias, de quibus vel acutissimus Criticus ne quidem cogitasset umquam.

Ceterum omnino cum eodem et cl. Gronovio sentio, inutiles fere esse tot repetitas auctorum edd. et Codd. collationes, si semper emendanda et sananda haec vel illa verba clames, corruptas interim lectiones ubique serves, nihilque in contextu usquam mutare audeas. Quare et ego mediam quamdam viam inter audaciam ac timiditatemmiminiam sectari studui, in contextum saepe recipiens, quae vel in Codd. inveni vulgatae multo praestantiora, vel quae necessitas etiam sine librorum auctoritate mutare jussit, id quod cl. noster Wesselingius etiam in Diodoro S. facere instituit, E. gr. L. XI. c. 46. vs. 8. ἔργῳ πεῖραν εἰληφὼς in textum recipiens sine auctoritate, pro vulgato ἐγὼ etc. idque et alibi recte faciens. Sed ut de nostris emendationibus Lector eo melius judicet, nonnulla hic adponam ex iis, quae audaciora videbuntur, at parva literarum, imo unius literae, syllabae, accentusque mutatione verum sensum auctori reddunt.

Ita pro Lapsu c. 8. Καρδιανὸς praeeunte Solano dedi, contra Codd. et edd. quae Σαρδιανός. De Merced. Cond. c. 30. med. consentientibus commentatoribus hoc dedi, ut θέλω pro θέλῃ reciperem, quia res ipsa clamabat, verbum primae personae requiri.

Εἴκοσι ἔτη simili confidentia cum eodem edidi in Hermot. c. 59. f. pro absurdo vulgato εἰκὸς ἔτι.

Ἄφευκτον in ἄφυκτον mutavi paullo post, sine Codd. et edd. auctoritate, sed exemplis *Luciani*.

Αὑτοῦ bis dedi pro αὐτοῦ, in Quom. Hist. c. 62. ac saepissime alibi, quoties opus erat, nihil in his fidem librorum exspectans. Ὀνομάζων excudi curavi pro ὀνομάσων, ex emendatione necessaria Jensii, in Quom. Hist. c. 41.

Ἐπιπολῶν jussu Gesneri ib. c. 57. pro ἔτι πόλεων.

Ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον dedi sine auctoritate librorum, pro vulgata edd. lectione, ἅπαντα ὧν ἐγὼ εἶδον, 1. Ver.

Hist. c. 40. etsi versionem ad vulgatam compositam intactam reliqui.

Αὐτοὺς μὲν ἀγνοεῖν edidi in 2. Ver. Hist. c. 20. ex uno Pell. invitis ceteris, quia sensus id postulabat.

Ζῶν ἔτι non extimui edere sine auctoritate, pro absurdo *ζῶντι*, praeeunte Solano in Tyrann. c. 1.

Αἰτιᾷ item pro *αἴτια*, Abdicat. c. 21.

Γὰρ omissum inserui jubente Solano, sine alia auctoritate, Salt. c. 75. f.

Ἢ τὴν τοῦ Βρισέως excudi jussi in Imag. c. 8. f. pro vulgato *ἢ τῇ* — ut Latina versio congrueret, quam cl. Gesnerus sic optime dederat.

Καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν ψυχὴν σκέπουσα necessario reposui ibid. c. 22. pro *καλλίων καὶ ἐρασμιωτέρα ψυχὴν σκέπουσα.*

Ἄνθις inserui ex uno Cod. O. Jov. Conf. c. 3. ubi Lector judicet, anne sic longe melius procedat oratio?

Πεπαρῴδηται admisi sine auctoritate, pro *πεπαρῴνηται*, ibid. c. 14.

Ἐπὶ τῷ συμφέροντι ex uno L. recepi, quia res ipsa clamat, cum edd. male *ἐπὶ τὸ συμφέροντι.* ibid. c. 19.

Conjunctionem *τε* ejeci in *ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν*, et in sensum oppositum versionem necessario mutavi. Gall. c. 29. med.

Δεδιότας pro *δεδιότες* expressi sine alia auctoritate, quam quia *προϊόντας* et *ἀποκλείοντας* proxime connectitur, in Parasit. c. 55.

Distinctionem mutavi in Bis Accus. c. 16. quae erat, *παραδόμενος, ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, καὶ κραιπαλῶν*, comma prius tollens, et ante *μεθύων* collocans, quia *μεθύων*

jam habebat suum adverbium temporis. Sed et alias distinctionem non raro immutavi, praecipue editionis Juntinae innumera illa commata, quorum magnam partem Solanus jam deleverat, saepe rejiciens, interdum etiam trajiciens, quando necessitas id flagitabat, quod nemo culpabit, qui norit in hisce plenam fere editorum esse libertatem.

Μελλήσας exarari curavi, pro *μελήσας* praeunte Gesnero, distinctioneque mutata etiam δὲ pro καὶ dedi in Rhet. Praec. c. 18.

Συνηλίσθησαν dedi pro *συνηυλ*—Philops. c. 12.

Ἐπικλυσθῆναι revocasse pro vulgato *ἐπικλεισθῆναι* religioni non duxi, consensui doctorum virorum magis quam libris obsecutus eod. Philops. c. 36. f.

Βοῤῥᾶν ventum boream feci ex *βορὰν* escam; quod licet in omnibus legeretur, audacter mutavi in Hipp. c. 7.

Ὑπὸ τῶν δρομέων γίγνεται exhibui sine ulla auctoritate pro vulgato *ἐπὶ τῶν*— idque tamen necessario, quia *ἐπὶ* jam praecesserat, vid. Calumn. c. 12.

Δράματος διασκευὴ restitui pro *πράγματος διασκευὴ*, in Mort. Per. c. 3.

Τοῦτο, quod vulgabatur, diremi in *τοῦ τὸ* sine Codd. sed belle monente Fabro, ibid. c. 20.

Συνεξελέξαντο scribere non dubitavi, cum omnes male haberent *συνεξελλέξαντο*, in Epist. Sat. c. 28. med. Ibid. *συγκεκαττυμέναι* jubente Solano reposui pro vulgato *συγκεκομμέναι*.

Ἐπ' ἴσης ἀξίας jussu Gesneri, sine auctoritate librorum, pro vulgato *ἐπίσης ἀξίως* in Demosth. Enc. c. 10.

Καλὸν γὰρ κρησφύγετον θάνατος rescripsi contra libros, qui *θανατον* absurde; nam *ἐστὶ* intelligitur: ibid. c. 46.

Εὐσχήμως etiam restitui pro *εὐσχημόνως*, ut metro Euripideo consulerem, ibid. c. 47.

Notabilem recepi correctionem, *οὐδὲν χεῖρον* reponens ex Cod. L. in Cyn. c. 4. pro *οὐδὲ εἰ χεῖρον ἔχουσιν*, quod ridicule etiam olim vertebatur in Parisinae p. 1103. At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium suum praestare?

Ἔκλαυσε δακρυῤῥοῶν reposui, pro *ἔκλυσε δακρ.* in Philopatr. c. 6. suasu Solani, etsi invitis libris. Ibid. c. 9. *τε* inserto versui consultum, et c. 10. *λόχμια* receptum pro *δόχμια*.

Tandem in Tragopod. versu 41. *ἄτην* cum Gesnero scripsi sine alia auctoritate, pro *αὐτήν*· quia metrum Anacreonticum ac sensus ita postulant.

Ubi vero major erat mutatio facienda, non usus sum pari audacia, ut quando in Hermot. c. 77. elegantissima conjectura Solanus *ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι* rescripserat, pro vulgato *ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐσμεν*, idque deleta vulgata lectione jam contextui inseruerat, ego id tamen non admisi, ne modestiae fines egrederer. Quare etiam abstinui manum, ubi vulgata tolerabilem praestabat sensum, etsi melior poterat excogitari, aut a viris doctis probabilior erat proposita.

Haec igitur speciminis loco sufficiant; cetera enim ex Codd. vel antiquioribus edd. emendata satis, spero, se probabunt, suntque ea haud pauca, ita ut adfirmare non dubitem, mille fere locis jam aliter legi, quam ante.

Versionem cl. Gesneri rarissime mutavi, nisi in levioribus ac manifestis, quae vel ipsum sic reddi velle facile credebam, non quod supra illum sapere mihi persuadebam, sed quod is eadem non habens subsidia, aut ad vulgatam lectionem tantum adcommodavit interpretationem, aut eam mancam vertendo adjuvit: alias intactam servavi, etiam ubi a Graeco contextu, qualis is nunc est, differret,

ubi videlicet ratio ex variantibus lectt. vel notis adparet, uti in Rhet. Praec. c. 2. anhelantes. ab ἔπνους relictum est in versione, licet ἐκείνους jam legamus, quia in notis id defendit.

Accentuum curam quantam potui, habui, ut ad Grammaticorum placita revocarentur, ubi in edd. ab iis erat recessum; quod non raro contingit. Ita et encliticorum tonum ad Grammaticos canones restituere laboravi, quorum ii mihi videntur rectius sentire, qui duos accentus acutos in syllabis contiguis non admittunt, nolentes scribi λόγός τις sed λόγος τις, nec ἄλλῴ τινι, sed ἄλλῳ τινὶ, nec patientes praepositionis accentum sequente enclitica mutari, sed jubentes παρὰ σοῦ scribere, non παρά σου. Verum postea animadvertens, edd. antiquissimas, interdum et Codd. persaepe tamen ita duos acutos jungere, encliticarum autem accentum semper in praepositionem trajicere, quoties opus est, idque cl. Hemsterhusium etiam secutum, qui e. c. in Necyom. §. 4. edidit ὥστέ μοι; ibid. §. 6. παρά τινος. rursus §. 10. ἄλλό τι et ἔκ τινος, ac saepissime alibi: ideo deinde etiam in praepositionibus a simili scriptura non adeo solicite abstinui, quamvis prius institutum servarim, ne umquam ἄλλό τι scriberem, nisi forte per incuriam ita remanserit. Sed quid his minutiis lectorem detineo?

Placet super hisce sententia Joan. Wallis, qui in praef. ad *Claud. Ptolemaei* Harmon. bene monet, alia minutiora esse, quam ut semper notentur. Idemque dicendum de vocum encliticarum accentu vel retento, vel inclinato, vel penitus amisso; puta δὲ ἐστὶ, vel δέ ἐστι, vel δ' ἐστὶ, et quae sunt hujusmodi: qua in re tum plurimum variant Codd. tum magnam sibi solent scriptores (scribas dicere ego malim) licentiam indulgere, seu pingendi, seu non pingendi; et sic, aut secus. Ego itaque in tantillo negotio (praeser-

tim nisi emphaseos ratio hoc aut illud suadeat) codices ubi consentiunt, sequor; ubi differunt, arbitrio utor meo; neque admodum solicite, ne nimis curiosus videar in re nihili: permisso interim aliis judicio suo, si quando secus factum malint.

Cum itaque et ego viderem, Scholiasten *Luciani* accentum in *ἐστὶ* et *φησὶ* fere perpetuo retinere, hunc ei morem plerumque relinquere satius habui.

Idem intellige, pergit Wallis, de vocibus, quae nunc conjunctim, nunc separatim scribi solent, et quidem pro cujusque arbitrio: ut *ὥς τε ὥστε, οὐκ ἔτι οὐκέτι, οὐδ' ὅλως οὐδόλως, μὴ δὲ μηδὲ, μόνον οὐ μονονού, τοὶ γὰρ οὖν τοιγαροῦν, ἐφ' ὅσον ἐφόσον, ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς, ἐφ' ἑξῆς ἐφεξῆς, ὅν τινα οὖν ὁντινοῦν, τοῦτ' ἔστι τουτέστι, δι' ὃ διὸ, γ' οὖν γοῦν*, et multis aliis.

Addo *οὔμενουν*, quod Fl. in *Luciano οὐμενοῦν*, et similia, quae in variantibus semper notasse inane fuisset. Inter *μὴ δὲ* autem et *μηδὲ* volui initio observare differentiam, sed comperi deinde, id esse *ἀδύνατον*, cum aliae edd. id perpetuo connectant, aliae perpetuo disjungant, aliae promiscue utantur; quare Parisinae scripturam in eo plerumque retineri sum passus, quae fere semper *μηδὲ*, ubi J. et H. *μὴ δὲ*, licet et Fl. id persaepe sejungat. Addere possem *ἐπιμήκιστον*, quod jungunt edd. sed Fl. separat, vid. quae Hemsterhusius ad D. Mort. VI, 5. notat. Item *διατοῦτο*, quod J. amat, ac *τανῦν* et *ἐπιπλέον*. Sed quo major in his diligentia, eo minus forsan utilitatis. Sic *τ' ἄλλα* Junt. fere semper, Fl. vero et pleraeque *τ' ἄλλα*. Eadem *κωλύει τὲ*, et *κύειν τὲ*, cum tamen in *οἷός τε*, in *ἡδονήν τε* accentum particulae adimat. Ita et Rhodomanni editio Diodori Siculi *τὲ* ubique accentu insignit. Nos vero *τε* etiam in *κωλύει τε* et similibus accentu privavimus ex adcuratiorum Grammaticorum praeceptis.

Commentatoribus autem suam servavi orthographiam, interdum et vitia, maxime Bourdelotio, quod et Hemsterhusium fecisse video, ut ejus incuria adpareret. Quare ne putes, me omnia illorum probare, quae non refutavi; quaeve post descripta demum typis folia detexi, e. gr. quando in Demon. c. 30. Solanus in contextu οὐδὲ μέγα nihil immutans, in notis tamen scribit οὐδὲν μέγα, ut alia mittam.

Scholiasten vero totum manu describere sumus coacti, quia plurima erant emendanda, quae cl. Clericus non correxerat, plurima longe alio ordine collocanda, et integra scholia persaepe ad alios dialogos referenda, ad quod tamen Solani diligentia viam jam munierat, singula numeris distinguendo, et varias lectt. ex Codd. Anglicis adjiciendo, atque utrumque Vossianum codicem conferendo, quem et ipse oculis subjicere volui; sed bis frustra aditu ad Mss. bibliothecae Leidanae expetito, non tanti duxi, ut tertium iter eodem susciperem. Cetera typothetica vitia, quibus immanem in modum scatebant illa ab Clerico edita Scholia, quantum licuit, sustuli, interdum et pauca quaedam corrupta ex conjectura emendavi; sed restant et alia nondum sana, quae festinatio non sivit adtingere, neque tanti est iste Scholiastes, ut cura adeo exquisita dignus sit. Mirere tamen, qui Clericus in epistola ad Graevium, de sua cura majora praedicet, quam praestitit.

Sed nec nostra Scholiorum nec *Luciani* editio ab mendis est libera: etsi enim ab viro perito sedulo est correcta, ante quam ad me specimina transmitterentur, tamen arte nulla caveri potest, quin aliqua resideant, vel quae nostram legentium aciem effugere, vel quae operae negligunt, quantumvis corrigas, id quod eo facilius contingit, quando praelum alia in urbe exercetur, quo factum est, ut semel tantum perlustrare mihi quamque plagulam licuerit: hoc

tamen adfirmare audeo, vel minus typographicarum mendarum jam in contextu *Luciani* inventum iri, quam in edd. aliarum ulla. Quare Lector non tam respiciet, quot forsan remanserint, quam quot sublata sint: pro tribus enim rursus admissis, contra vel triginta esse emendata deprehendet.

In commentationibus autem meis interdum a me erratum, aut, si mavis, peccatum esse mea culpa, sed per properationem, jam deprehendi: quare in Addendis potissima corrigam, si modo et ad ea subjungenda tempus concedatur, quod si non superfuerit, Lector veniam dabit in aliam occasionem et ea rejicienti, quae subinde in notis promisi adcuratius in Addendis excutere.

Luciani vitam promiserat Solanus; nec dubitabam, quin eam jam confecerit, cum ab anno 1720. quo se suas ad *Lucianum* notas typographo tradidisse scriptum reliquit, vel saltem ab anno 1723. quo additamenta etiam, quibus eas auxit, ad finem se perduxisse testatur, satis spatii ad id praestandum habuisse videtur; decennio enim et amplius supervixit: spem deinde quoque fecit peritissimus omnis elegantioris literaturae Hemsterhusius, se illam vitam conscripturum; quod cum per alias occupationes facere prohiberetur, et clar. Gesnerus eamdem spem fecisset; hinc ego minus de ea concinnanda solicitus excerpere atque colligere ex ipso *Luciano* neglexi, quae illuc spectant; tamen quae ex eodem aliisque corradere per tempus licebit, Lectori exhibere, quam necessariam hanc provinciam plane deserere malo.

Indices Graecos tres incredibili labore ac patientia, (continent enim supra quinquaginta locorum indicatorum millia) confecit frater dulcissimus Carolus Conradus Reitzius, Gorinchemiani gymnasii Rector, quorum duos adjecimus, primum Scholiorum et Variantium quarumdam

Lectionum; Notarum alterum. Tertium omnium verborum ac phrasium, tam locupletem, ut adnecti tertio *Luciani* tomo non potuerit, retinere coactus sum. Et quia praecipua tamen in notarum indice satis quoque amplo, occurrunt, confidimus, Lectorem hisce duobus contentum fore, eoque magis, cum priores edd. nullo Graeco Indice, praeterquam solo Dialogorum, sint donatae. Cum vero copiosissimus ille tertius Index jam plane confectus sit, promisit bibliopola, se eum quoque statim praelo subjecturum, ut primum senserit eum eruditorum votis expeti. Ego vero, qui nullus dubito, quin desiderio plurimorum respondeat istud opus, vel meo periculo illum seorsum edi curabo, ubi *Wetstenius* noster hanc aleam subire gravabitur, et quidem eadem forma, qua haec volumina, faciamque, ut Lexici *Lucianei* vicem praestare queat, indicata via, qua, etsi ad nostram potissimum editionem est aptatus ac destinatus, non adeo magno negotio etiam ad alias editiones usui esse queat; hunc enim majore cura, quam reliquos, compositum esse novi.

In indicandis autem *Luciani* locis, non solum paginarum numerum, ut vulgo fit, Indices hi commonstrabunt; sed et Dialogorum paragraphos sive capita simul addita reperies, ut numquam frustra sis quaesiturus: nam si forte in exprimendo altero numero erratum sit ab operis, alter tamen tibi locum commonstrabit.

Ut igitur ego fratri immortales gratias ago habeoque, quod mea gratia molestum hunc laborem subierit, nihil reveritus ignobilis, ut nonnullis audit, hujus operae exprobrationem, ita et benevolus Lector sua studia hac ope adjuta gratus agnoscet, et utriusque conatibus benigno judicio favebit. Vale. Dabam Trajecti ad Rhen. ipsis Kalend. Martiis, anni MDCCXLIII.

Etsi mox subjungam notata Solani de scripturae compendiis, quibus editiones et Codices in Variantt. Lectt. designantur, tamen et hic monendus es, literis quadratis Codices Manuscriptos, currentibus vero, typis vulgatas editiones notari; exempli caussa P. significat Poli Cardinalis vel Perizonii collationes ex Cod. sed P_{1} obliquius exaratum, editionem Parisinam; W. Codicem Wittianum, *W.* edit. Wechelianam; quam deinde potius per Wech. indicavi; sed tam raro occurrit ejus mentio, contra tam frequenter W. Codex commemoratur, ut confusio non sit metuenda. B. Baroccianum Codicem, *B.* 1. edit. Basil. primam, et sic deinceps, ut in catalogo sequente fusius exponitur. At si penes me stetisset, potius integris syllabis haec expressissem, Par. Bas. etc. scribendo, quam unica tantum litera, quod brevitas ista negotium facessit et corrigenti et lectori; sed quia sic coeptum erat, non licuit mihi ab isto more recedere: cum tamen viderem, *Solanum* in ed. Hagenoana varietates Florentinae sola litera F. designasse, idque et *Hemsterhusium* sic expressisse, usque ad medium Tomi primi; at in Juntina *Solanum*, in qua longe plures varietates adleverat, Fl. pinxisse pro Florentina, et Fr. pro Francofurtana, id sedulo deinde sic distinxi. Cumque idem dubium possit oriri ex sola litera A. sitne Aldina an Amstelodama intelligenda; licet per A. Amstelodamam denotet *Hemsterhusius* et *Solanus* plerumque Ald. ad priorem illam denotandam scripserit, tamen interdum in eo ab ipso erratum deprehendi; quare et hoc postea distinxi, integras syllabas exprimens, nisi ubi numerus 1. 2. additur, ut *A.* 1. *A.* 2. satis patet Aldinam intelligendam, quia Amst. non bis est excusa. Ita varietates Aldinae primae Wesselinganae semper sic notantur, marg. *A.* 1. *W.*

MOSIS SOLANI

SYLLABUS NOTARUM.

m. 1. mendose.
2. (post numerum) *mediam paginam* significat.
i. *initio paginae.*
f. *finem, sub finem.*
— Deest (At cum literae subjicitur, nihil in reliqua voce mutatum esse, notat.
E. vel EE. Editiones tunc ad manum.
Edd. (*Fl. Ald. Fr. P. J.*) vel *reliquae editiones.*
B. 1. Basil. 1. in *erratis* seu potius variis lectionibus.
Coll. *Collectanea Galaei.*
W. *Wittianus Codex Ms. a Jensio collatus.*
M. *Marcianus Codex Ms.* (qui olim Wittianus) *a me in his consultus.*
P. *Poli* (Card.) cujus collatio penes Perizonium.
Ex. *Excerpta* penes Perizonium ex ed. Flor. *cum Codice Poli collata.* i. e. edit. Fl.
L. *Longolii excerpta* ex Codd. Mss. penes eumdem Perizonium; sunt autem hi collati cum edit. Ald.
W. *Wecheli editio* quorumdam opusculorum Luciani.
r. Recte.
V. Ms. *Codex Vaticanus* in his locis a Jo. Masson collatus. In Scholiis Codex Vossianus.
O. Ms. *Oxoniensis* vel Ox.

marg. *A.* 1. *W.* margo Aldinae primae Wesselingii, de qua in praef. plura J. F. Reitz.

CATALOGUS

Commentatorum Luciani, secundum ordinem aetatis.

Joannes Brodaeus. *designatur* . . . . . Brod.
Gilbertus Cognatus. . . . . Cogn.
Joannes Bourdelotius. . . . . Bourd.
Theodorus Marcilius. . . . . Marcil.
Lambertus Barlaeus. . . . . Barl.
Jacobus Palmerius a Grentemesnil. . . . Palm.
Tanaquillus Faber. . . . . Faber.
Franciscus Guietus. . . . . Guiet.
Aegidius Menagius. . . . . Menag.
Adolphus Vorstius. . . . . Vorst.
Jacobus Tollius. . . . . Toll.
Joannes Georgius Graevius. . . . . Graev.
Jacobus Gronovius. . . . . Gron.
Joannes Clericus. . . . . Cler.
Joannes Jensius. . . . . Jens.
Ludovicus Kusterus. . . . . Kuster.
Lambertus Bosius. . . . . Bos.
Horatius Vitringa. . . . . Vitring.
Jo. de la Faye. . . . . Fay.
Eduardus Leedes. . . . . Leed.
Moses du Soul, (sive Solanus) . . . . . Solan.
Maturin. Veyssi. la Croze. . . . . Croz.
Tiberius Hemsterhusius. . . . . Hemst.
Joannes Matthias Gesnerus. . . . . Gesn.
Joannes Fredericus Reitzius. . . . . Reitz.

SOLANI MONITA.

EDITIONES Luciani, quibus usi sumus.

Anno 1496. Florentina Graeca, quam totam cum hac contuli. designatur in Var. Lect. nota *Fl.* vel *F.*
1503. Aldina 1. Graeca. notatur *Ald.* vel *A.* 1.
1522. Ald. 2. Gr. designatur *A.* 2.
1526. Hagenoana 1. Gr. insignitur *H.*
1535. Juntina Gr. scribitur *J.*
——— Hag. 2. Gr. *H.* 2.
1545. Basileensis 1. Gr. *B.* 1.
1546. Francofurtana Gr, *Fr.*
1550. Veneta 2. Gr. *V.* 2.
1555. Bas. 2. Gr. (Bas. 1. ne correctis quidem mendis in indice notatis exprimit.) *B.* 2.
1563. Basil. tertia. *B.* 3.
1615. Parisina Graeco-Latina. *P.*
1619. Salmuriensis Graeco-Lat. *S.*
——— Basil. 4. Gr.-Lat.
1687. Amstelod. Gr.-Lat. *Amst.* et *A.*

CODICES COLLATI.

O. vel B. Baroccianus vel Oxoniensis Codex Ms.
I. Codex Ms. Bar. (N°. LVI.) continet hosce Luciani libros: *Διαβ.* fol. 132.
Καταπλ. 136.
Συμπ. 142.
Ἰκαρ. (deest folium unum aut alterum) 147.

Ῥητ. (capite truncatus NB. in Catal. omissus)	152.
Προμ. ἐν Λόγ.	154.
Εὐχ.	155.
Ἔρωτες (de industria omissa hic plurima)	162.
Ζ. τρ. (deest folium unum)	164.
Ζ. ἐλ. (non integer)	171.
Δικ. (pars tantum)	173.
Ἀναβ.	174.

II. ——— (N°. 186.) continet tantum dialogos aliquot *Mort.* cum *Jud. Dearum* et uno *Marino.*

III. Bodlejanus N°. E. 2. 16. *Dialogos Mortuorum* non plures *quinque.*

J. JENSIUS.

I. [Nobiliss. Jo. de Witt dedit mihi anno 1698. Codicem quorumdam Luciani opusculorum Manuscriptum, quem contuli, et reperi, eum esse satis antiquum. 1°. numquam litera ι subscribitur, sed pone adponitur. Tum vocabula γοῦν, ὅταν, ἐπειδὰν etc. ubique distinctim erant scripta, ut γ' οὖν ὅτ' ἂν ἐπεὶ δ' ἂν etc. Tum ζῷα, non ζῶα. πρῴην, non πρώην. Litera B. scripta est *v.* nullae usquam distinctae erant dialogorum personae ipsis personarum nominibus; sed duo tantum puncta (:) exeunte qualibet persona, erant picta. Denique scholia ad marginem, sed ita minutis et abolitis literis, ut minima pars eaque vix legi potuerit.]

Opuscula Mss. erant haec

Πρ. λ.	*Ἀρμ.*	*Εὐν.*	*Ἐρω.*	*Ἡσιοδ.*	De hoc ipso Codice vide plura a me adnotata.
Μισθ.	*Σκυ.*	*Ἀστρ.*	*Τ. εἰκ.*	*Συρ.*	
Ἀ. μισθ.	*Συγγρ.*		*Γυμν.*		
Πτα.	*Ὀρχ.*		*Ἀποφρ.*		
Ἑρμ.	*Λεξ.*		*Διψ.*		

Omnia quae ex illo Ms. Cod. in Jensiano codice erant ad-

notata, in hunc meum a me sub nota W. transsumta sunt. SOLAN. 1707.

II. [Excerpta codicis Reginaldi Poli Cardinalis tit. Is. Nirei et Achillei Archiepiscopi Cantuariensis, anno MDLVII.] (ad παρασ. usque; cetera manca.)

III. [Excerpta ex Christophori Longolii Luciano (ap. Ald. MDIII.) cum Mss. collato MDL.]

De Codice MARCIANO.

Codex est membranaceus in folio, ut vocant, qui ex libris Cardinalis Seripandi olim fuisse testem habet ejus manum. Alibi etiam Chalcopyli Constantinopolitani fuisse, scriptum est.

Ex Italia advexisse credo virum Nob. Jo. de Wit; quo defuncto, emtus est a viro nob. D°. van der Mark, qui eum nunc Ultrajecti possidet. Codicem hunc Ms. nunc vir egregius Lucianique studiosissimus Bridges J. C. Anglus 1722.

Scriptus est elegantissime, nullis literarum, nisi una aut altera voce, compendiis; ut ϑ—ς, π. et αν—ς, pro θεὸς, πνεῦμα, ἄνθρωπος. Litera β in textu hac fere forma pingitur ω. in scholiis vero figura β constanter adhibetur; unde patet, recentioris esse aevi.

Continet autem opuscula Luciani sequentia; hoc ordine.

1. Πτα. ἀκέφαλον est.		6. Συγγρ.	ξδ′.	11. Ὀρχ.	ξϑ′.
2. ἀ. μισϑ.	ξ′.	7. Διψ.	ξε′.	12. Λεξ.	ο′
3. Ἄρμ.	ξα′.	8. Μισϑ.	ξς′.	13. Εὐν.	οα′.
4. Ἡσ.	ξβ′.	9. Γυμν.	ξζ′.	14. Ἀστρ.	οβ′.
5. Σκυ.	ξγ′.	10. Συρ.	ξη′.	15. Ἔρωτ.	ογ′,

16. Υ. εἰκ. οδ'. 18. Ἑρμ. ος'.
17. Ἀποφρ. οε'. 19. Πρ. λ. οζ'.

Quibus opusculis adscripti sunt, quos hic vides, numeri. Unde liquet LVIII titulos ab initio periisse; summamque, si a fine integer censeatur, fuisse libellorum LXXVII. qui numerus, rejectis spuriis, cum nostris Codicibus satis constat, in quibus LXXXI cum nothis inveniuntur.

Quaterna folia erant, nisi quod, lacerato folio uno, primo tria tantum inveniuntur. Quaternario autem cuique inscriptus numerus Graecus, indicat amissos a capite quaterniones XLVI. et XLVII. in folium unum; incipit autem Codex, non ab initio libelli *de Lapsu* etc. sed ab his in eo verbis, τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως, quae in Junt. editione p. 312. occurrunt. Desinit, serie continua quaternionum, cum LXIII.

Ex 63 quaternionibus
deme 46 qui periere,
habebis 17 quaterniones superstites.
qui ducti in 16 paginas cujusque quaternionis,
efficiunt
102
17
272 pag.
aufer 4 pag. laceratas,
habebis 268 paginas, quibus codex nunc constat.

Constiterat autem, cum integer esset a capite, mille et 8 paginis; qui numerus ex 63 quaternionibus in 16 paginas ductus conficitur.

Ego ratione inita comperio 268 illas, quibus nunc constat Codex, efficere 812 Junt. editionis paginas. 1008, quibus integer constabat, efficiebant 1173. qui numerus vera summa (1274) 101 paginis distat; quibus aut a fine multatum codicem censeas oportet, aut in eo non exstitisse spu-

ria quaedam, numero IV, quibus et titulorum numeri distant, ut supra monitum est.

Contuli ego post cl. Jensium { Συγγρ. μισθ. γυμν. } integros in quibus paucula a viro doctissimo omissa observavi, in reliquis, quia festinabam, ea tantum loca consului, quae mihi negotium facessebant.

Scholia quamvis sint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi possint; et abscissis multis marginibus, non habeantur omnia, plerumque tamen cum Vossianis conveniunt, aut cum ineditis Galaeanis.

Paucula tamen etiam in eis nova a me, quam potui diligentissime, sunt descripta, praeloque cum reliquis parata 1707. SOLAN.

Codices Vaticani Mss. quos inspexit

JO. MASSON.

V. 1. perg. fol. n°. 90. videtur XI. seculi. Incipit a *Φαλ. α.* fol. 5. (quatuor primis foliis chartaceis manu recentissima) ordo opusculorum in eo codice hic est.

Φαλ. α. β.

γ. Ἱππ.	*ι. οἰκ.*	*Συμπ.*
δ. Διον.	V. 2. *πατρ.*	*ψευδοσ.*
ε. Ἡρ.	*κ. Μακροβ.*	*καταπλ.*
ϛ. Ἠλ.	*ἐστ. α. β.* paucis	*Ζ. ἐλ.*
ζ. μνια.	Schol.	*Ζ. τρ.*
η. Νιγρ.	*διαβ.*	*Ἀλεπτρ.*
θ. Δημων.	*δ. φων.*	*Ἱερομ.*

Ἰκαρ.	εἰκ.	Σκυθ.
Τιμ.	Συρ.	Τραγ.
ἐπισκ.	Ὀρχ.	Ἑρμ.
β. πρ.	λεξ.	πρ. λ.
ἀναβ.	εὐν.	ἀλκ.
δ. κατ.	ἀστρ.	εὐχ.
θυσ.	ἑρ.	ὠκ.
ἀπαιδ.	ἀποφρ.	* προς Ἀριστείδην.
ἐννυπν.	θ. ἐκκ.	Κυν.
παρασ.	τυρ.	νεκρ. δ.
φιλοψ.	ἀποκ.	ἐν. δ.
V. 2. νεκ. δ. 7.	Περ.	θ. δ.
ἐν. δ. 19.	Τοξ.	Desunt igitur.
ἑτ. δ. 7.	Δημ.	ἑτ. δ.
γυμν. etc.	συγγρ.	δραπ.
Deinde in quibusdam	διψ.	ὑ. εἰκ.
aliis ab hoc discrepat	Κρον.	Νερ.
θ. κρ.	Ἡροδ.	πατρ.
μισθ.	Ζευξ.	πενθ.
γυμν.	πτ.	ζητ.
νεκ.	ἀ. μισθ.	φιλοπ.
ὀν.	Ἀρμ.	et χαριδ.
Ἀλεξ.	Ἡσ.	

Novus autem unus libellus hic comparet, qui πρὸς Ἀριστείδην stellula notatus in laterculo conspicuus est.

In Codice f. 34. leguntur haec verba *Εγω Ἀλεξανδ. ἐπισκοπος Νικαιας τῆς κατα Βιθυνιαν μετα Ιακωβου τοῦ φιλτατου ἀδελφου καὶ μετροπολιτοῦ Λαρισσης.* Eadem manu ac cetera. f. 45. Idem nomen, sed cum alio conjunctum, sc. *μετα Θεοδωρου διακόνου τοῦ ἡμιν ὑπηρετουντος.* F. 122. ad marginem nota haec reperitur: *Εγω Ἀλεξανδ. ἐπισκοπος Νικαιας τῆς ἐν Βιθυνια μετα Ἰακωβου τοῦ ὁμοψυχου ἀδελφου καὶ μὲν ἀριερης τοῦ πρωτ᾽ μ. τ᾽ κατα δρομ. τῶν Βουλγαριων, ἰδιωσαντ᾽ ἀναλωμασιν ἀναστησαντ᾽ κ᾽κο᾽ς μεν αὐτῆ κ᾽κ τοις κτημασι δόντος*

πλείονα. f. 124. *E. A.* — ε — *N* — της προς τη Ασκανίᾳ μετὰ Ιωαννου τοῦ ἐπὶ τῃ ἀδελφῃ Κηδεστου. Alibi f. ut supra, μετα του ον μεμνηλε. . . συνιερεὼς καὶ συνεπισ'κ' ἀδελφου.

V. 2. n°. 89. Chartaceus 4°. incipit a *Φαλ. β.* cum scholiis passim, literis rubris, f. 299. *Δραπ.* videtur XV. saeculo nitide satis exaratus.

V. 3. Chart. 4°. n°. 88. haud nitidus. Paullo recentior illo videtur: habet fol. 316. opuscula, quae continet, alio ordine, quam in superioribus. Pauca sunt scholia. fol. 308. *Φιλοπ.* usque ad f. 315. sine Schol. solus Codex, qui hunc Dial. habeat.

AD

JO. FREDERICUM REITZIUM

JO. MATTHIAE GESNERI

EPISTOLA.

Monitus ab ornatissimo viro *Wetstenio* nostro, si quid haberem, quo frons operis, quod ab aliquo inde tempore molimur, exornari posset, tempus esse; jam prodire tandem gestire Lucianum, et oculos hominum atque manus subire: excutere equidem coepi, quae in scidas, ut fit, conjecta diversis temporibus, secure deinde reposueram. Sed mox abjeci illud consilium, cum observarem, quanta tu, vir doctissime, diligentia et judicio in iisdem rebus versatus esses, quamque metuendum esset, ne aut frustra alteruter nostrûm exhausisset illum colligendi ordinandique laborem, aut bis eadem legenda offerrentur lectoribus, quod posterius tanto magis vitandum erat incommodum, quo magis vela nos contrahere, et brevitati studere juberet ἐργοδιώκτης noster *Wetstenius*. Ne tamen plane ἀσύμβολος ab hoc

velut primo missu dapum *Lucianearum* discedam, juvat paucis ea vel apud te commemorare, vel tibi commendare, quae illis partibus, quas in hoc opere atque munere adhuc sustinui, videbuntur conjunctiora.

Nam de ipso LUCIANO dicere totum tibi relinquo, cum vix aliunde, quam ex ipsius libellis hauriri possint, quae ad ipsum pertinent: quos tibi ita notos esse, ut domus cuique est sua, adparet. De libellis quibusdam quid sentirem, passim jam, de Philopatride etiam justa disputatione, indicavi. Placetne, de aliis quibusdam hic breviter ferre me suffragium, quos tu calculos forte ad Catalogum opusculorum referes. Igitur

AMORES non videntur *Luciani* esse. Sunt certe alterius plane characteris, et multo magis, quam est ipse *Lucianus*, Sophistici.

IMAGINES totum, quantus est, *Lucianum* spirant et referunt.

JUPITER CONFUTATUS, et alter ille TRAGOEDUS multum mihi videntur ad evertendam superstitionem, et fidem Dis illis abrogandam contulisse. Referendi hi libelli ad Apologias pro religione Christiana, in quantum harum princeps fere argumentum est, destruere superstitionem et cultum Deorum.

DE ASTROLOGIA opusculum imbecilli hominis et superstitiosi, non igitur *Luciani*, nisi tamen imitatione, et velut παρῳδίᾳ ridere voluit superstitiosum aliquem scriptorem, quod etiam Ionismi adfectatio ostendit.

DE DEA SYRIA idem, quod de libello de Astrologia, existimo.

Aliud velut caput eorum, quae hic a me exspectari debent, sunt observationes quaedam, quae, dum percurro missas ad me chartas festinans plerumque et aliis rebus impeditus, in mentem mihi venere. Has ad te mitto, intexen-

das, si videtur, Addendis, quae parari video, reliquis. Habes autem ea tantum, in quae a media fere parte Tomi Imi incidi: si qua ad priora de interpretatione praesertim monenda occurrebant, ea ad Tiber. Hemsterhusium virum clar. pro veteri amicitia jubentem perscripsi.

*** *** ***

Superest, ut, id quod conceditur vulgo scriptoribus, de meo consilio et laboribus meis quaedam apud te disputem, quae nempe ad ipsos quoque posteros eadem opera cupiam perferri.

Fuisse mihi veterem cum *Luciano* familiaritatem, ostendunt ea, quae jam quarto decimo hujus seculi anno, qui aetatis meae tertius et vicesimus erat, in Philopatrin et de Philopatride a me scripta, et in Jenensium Philosophorum cathedra disputata sunt. Jam eo tempore consilia agitabam revocandi in publicam lucem Sophistae doctissimi, amoenissimi, et ad variam eruditionem, quam adamavi a puero, adcommodatissimi: quae caussa fuit, ut numquam plane illum deponerem de manibus, etsi illi editionis consilio multa subinde impedimenta objicerentur, quo factum est, ut non nonum modo in annum ex *Horatii* praecepto, premerentur cogitata nostra, sed fere ad tricesimum penes nos delitescerent, nisi quod capitalem illam encomii *Demosthenis* restitutionem, non tantum anno seculi xxmo cum venerabili jam collega meo C. A. Heumanno, et cum laudatissimo viro Tib. Hemsterhusio, communicavi; sed etiam mense Julio anni xxxImi in Chrestomathia Graeca publicavi Lipsiae, unde in Acta Eruditorum istius anni relata est.

Inter haec modo cum Tho. Fritschio, principe dum viveret librariae negotiationis, consilia agitata, modo communicata cum cl. Hemsterhusio, quae effectu caus-

sis hic non commemorandis caruere; donec vir hic doctissimus provinciam, quam nemo melius ipso ornare potest, nescio quibus rebus commotus, deponeret, et bonum LUCIANUM, cum sexta circiter pars illius praeclare ab ipso curata esset, suas sibi res habere juberet. Hic enim ad me, veterem sodalem suum confugit, et, si non aliud, certe Latine paullo commodius disertiusque loqui se docerem rogavit, et impetravit, quantum per alia, inprimis per curationem Thesauri Linguae Latinae, licuit. *Quintilianus* enim et *Plinius junior* non multum temporis sibi vindicarunt. Interpretationem igitur plane novam, quod diu est cum optarunt eruditi homines, condidi a libello inde de Sacrificiis. Eorum, quae praecedunt, versionem emendavit, puto, cl. Hemsterhusius. Porro in interpretando eam rationem tenui, ut ex Graeco exemplari Hagenoënsi transferrem omnia, non inspecta prius alia interpretatione, quam tum demum adhibere solebam, ubi aliquid circa lectionem dubitationis offerretur, ut quam secutus esset superior interpres, liberet exquirere. Igitur non habeo dicere, quatenus mea interpretatio vel conveniat cum vulgata, (id est, ea, quam *Benedictus* emendatam a se et interpolatam dedit, a diversis auctoribus scriptam) vel ab ea discrepet, melior illa sit, an deterior. Hoc tantum scio, cum juvenis tractarem LUCIANUM, sexcentis locis me offensum vulgata, quam dixi, interpretatione, et jam tum sperasse melius aliquid a me posse dari: quae spes ne me falleret, studiose equidem elaboravi: et illud inter alia dedi operam, ut, quantum ejus per utriusque linguae rationes liceret, non discederem a singulorum verborum significatione, nec ab ordine verborum, et figura dictionis; sed ipsum quoque genus dicendi, eumque, quem charactera vocant, exprimerem: quod illis praecipue locis difficultatem habuit, ubi corruptum sermonem ridendo imitatur, et imitando ridiculum facit auctor. Iniquus ergo fuerit, si quis talibus locis offendatur, aut vitia adcuset, quae ultro adfectavimus, uti *similis esset Lucianeae* nostra oratio. Ubi plane nihil difficultatis erat in

Graecis, minus singulorum rationem verborum habuimus, si eo genere charactera, quem dixi, adsequi facilius nos posse sperabamus, inprimis iis in locis, ubi poëticas formulas, aut versus integros *Homeri* et aliorum, parodiasque adeo, intexit: quod genus vix ad verbum licet exprimere, nisi putidus fieri velis, et pro jucunda salsaque oratione languidum et fatuum sermonem reddere.

Servile enim illud et interlineari simile interpretandi genus facilius ad pueros corrumpendos, quam ad sublevandos juvandosque viros pertinere, judicamus: ut contra illam Gallorum praesertim quorumdam licentiam bonis literis fraudi esse dicimus, qua non, quid sibi voluerit *Lucianus*, spectavit, ut hoc potissimum hic utar, *Ablancurtius*, sed quid a mulierculis et cirratis facile capi et probari adeo posset. Voluimus ergo interpretationem nostram *Lucianeae* orationi, quantum ejus consequi potuimus, esse simillimam. Adnotationes adjecimus, non quibus divitias in hoc genere ostentaremus; sed quibus vel rationem redderemus interpretationis, si ea a vulgata legendi ratione discederet; vel conjecturas de emendando contexto, cum argumentis sicubi opus videretur, proponeremus; vel denique lucem adfunderemus locis, quos obscuros videri etiam his posse putabamus, qui in his literis jam aliquo usque progressi sunt. Suspenso hic plerumque animo fuimus, cum semper metueremus, ne ea poneremus, quae alii jam occupassent: quod quidem satis saepe accidisse video, tum in aliis, *Elsnerianis*, ut hoc utar, cujus viri doctissimi observationes nescio qua mea incuria, vel quo casu alio oculis, cum ista scriberem, a me usurpatas non memineram; tum frequentissime in his, quae vir doctissimus Moses Solanus commentatus est. Hujus viri observata adeo saepe cum nostris congruere deprehendi, postquam emendata ab illo interpolataque Luciani interpretatio ad me missa est, ut interdum optaverim pudoris mei caussa, ne factum esset, quod optimo consilio factum novi, ut illud monumentum

diligentiae viri clar. ad me mitteretur. Superest, ut mihi consulam qua licet, et primum hoc indicem, pervenisse ad me e mercatu verno Lipsiensi an. XXXVII. exemplum versionis Latinae variorum, cum argumentis *Micylli*, initio et fine truncatum, editionis, ut conjicio, Francof. 1538 f. cum mea interpretatio processisset ad finem Hermotimi. Solebam autem, quod scis, vir doctissime, per mercatus modo dicti opportunitatem mittere pensiones velut LUCIANO debitas. Illud porro exemplum manu Solani elegantí et nitidula, quae animum etiam bene compositum indicet, correctum et interpolatum est eo haud dubie consilio, uti traderetur typographis: continetque opuscula LUCIANI usque ad Anacharsim sive de Gymnasiis libellum, cujus tantum initium hic est, usque ad columnam 616. Fuit itaque in museo meo interpretatio illa diversorum *Solani* manu castigata, a declamatione inde Herodoti, s. Aëtione, ad principium libelli de Gymnasiis; nisi quod Amores et Lucium libellos *Solanus* non adtigit. In his igitur libellis plerisque potui consulere *Solani* sententiam, quod aliquoties a me factum, in ipsis meis adnotationibus professus sum. Nimirum inspexi interdum, quoties cognoscere cupiebam, quam ille lectionem in locis dubitationem aliquam habentibus secutus sit. Perpetuam collationem neque cum hac, neque cum ulla interpretatione institui. Quid enim adtinebat, in hac laboriosa praesertim vita mea, circumspicere, quomodo alii ea interpretati essent, quae recte a me intelligi, recte conversa esse, non poteram dubitare? Adnotationis plane nihil, literam nullam Graecam, libro huic adscripsit vir doctissimus: quem librum in Bibliotheca Academiae nostrae publica reposui, ut siqui vel jam viventes vel posteri adeo requirere velint, in quantum mihi cum *Solano* conveniat, suis possint oculis fidem habere. Qui hoc agere volent, illi collatis nostris adnotationibus intelligent facile, non minus saepe nobis convenire in iis libellis, quorum ego interpretationem a *Solano* correctam oculis usurpare non potui, quam in aliis: convenire nobis saepe in adnotatio-

nibus, quarum ego plane nullam umquam vidi ante, quam typis expressae ad me venirent: convenire in illa encomii Demosthenis restitutione, cap. 29. seq. convenire tamen ita, ut adpareat, duo esse, qui unum egerint, ambo familiares LUCIANO, ambo non novitios in hoc genere studiorum, sed qui suam sibi viam teneant, non opus habeant semper alios respicere. Apud te quidem, doctissime Reitzi, non opus erat haec disputare, qui conscius es, qui aliquot locis indicasti, tibi quoque in mentem venire solere, quae vel a me vel ab aliis occupata deinde intellexisti: qui ipse aliquot locis hunc ipsum veri charactera prodidisti, quod inter me et alios, de quorum cogitatis neutris aliquid constare poterat, pulchre convenire observares. Itaque tota haec oratio supervacua apud te et paene inanis est: neque, fateor, mihi in mentem venisset, ita minute hac de re disputare, cum conscientia videri possit tam adcuratum in tali re studium; nisi hisce ipsis diebus mihi adlatus tandem esset liber, in quo a magna me spe dejectum, non sine morsiuncula quadam doloris observo. Putabam ita a me administratam provinciam edendorum Scriptorum rei rusticae, ut forte in ingenio meo, in diligentia, in doctrina aliquid desiderari posset; candoris quidem, pudoris, honestatis summam a me habitam rationem, scio, ejusque rei animum meum testem habeo, ut velim ita mecum agi dum vivo, et cum ero mortuus, ut ego cum viventibus et mortuis egi, quorum mihi lucubrationes commissae atque creditae erant.

Itaque laetus in manus sumebam exspectatum aliquamdiu librum Julii Pontederae, viri merito suo clarissimi, Patavii MDCCXL. editum, cui titulum praescripsit, Antiquitatum Latinarum Graecarumque enarrationes atque emendationes praecipue ad veteris anni rationem adtinentes epistolis LXVIII comprensae et tabulis plurimis ornatae. Cupide evolvebam Epistolam LIII, quam agere docebat argu-

mentum de Lipsiensi rusticorum auctorum editione. Non magis, credo, perturbatus est *Cicero*, cum redux a Quaestura Sicula et laudibus suorum civium inhians, quas meruisse sibi videbatur, observaret, esse homines Romae, qui ipsum de vultu ac nomine nossent, qui iidem, fuisse ipsum in Sicilia, nescirent; quam ego miratus sum, non potuisse me humanitatem et fidem meam probare *Pontederae*, sed eorum postulari, quae ego non nisi ab humilis admodum et abjecti animi hominibus admitti posse, arbitror. Conjecit ille quidem partem majorem eorum, quae inclementer et inique in me et editionem illam dicuntur, in personam amici sui Andreae Marani, de qua re, fateor, in mentem mihi venit *Ciceronis* illa expostulatio cum Appio, Tu cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quae tibi in mentem veniant, aliis adtribuas, genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. — Quare potes — genus hoc totum orationis tollere, Disputabant, Ego contra disserebam: Dicebant, Ego negabam. An mihi de te nihil esse dictum, (nihil dici posse de epistolis tuis) putas? cetera. Verum sit ita. Ita calide amaverit Julium Pontederam, dignum profecto amore ob multas res, quas ego vel e tanto intervallo nosse potui, Andreas Maranus, vir vel hoc nomine a me non contemnendus, quod *Pontederae* bona videtur intelligere. Sit igitur: ita amarit *Maranus Pontederam*, ut indulgentissima mater suos liberos: amarit etiam cum aliena injuria. At a *Pontederae* sapientia hoc exspectari jure poterat, ut bilem amici, quam injustam ipse agnoscit, quam de puerorum impotentia aliquid habere ipse fatetur *), mitigaret potius privatis literis, et, ut

*) P. 464. med. Hoc *si* dabis (quod nullo modo inficiari potes) pue-

potens est herbarum, catharticis quibusdam educeret, quam ut victuris eas chartis mandaret, monumentum futuras, quidquid de caussa existiment homines, pudoris alicujus literarum, quibus parum profecto decorum est, objecta talia esse rusticarum rerum editori, sive vera sint illa crimina, sive ficta.

Plane et simpliciter ficta esse ad unum omnia, non ausim equidem dicere. Neque enim otium adhuc fuit indagare omnia: quam rem aliquantum operosiorem fecit ratio illa, quod non usus est vir doctissimus consuetudine ea, qua solemus loca scriptorum, quae designamus, adcurate indicare, qua ego per totum opus rusticum non librum modo et caput, sed minorem etiam particulam laudavi; sed plerumque ne librum quidem nominavit, verum simpliciter unum aut pauca verba, ad quae crimen pertinet, posuit. Unde fit, ut si cujus non multum interest, ille ne evolvere quidem curet locum, de quo agitur, et ita ne audire quidem alteram partem possit. Nondum igitur indagare lubuit omnia: supersunt sex septem loca ita laxe, uti dixi, designata, ea praesertim, ubi argumenta *Victorianarum* adnotationum, id est, verba, ad quae illae referuntur, non recte dicuntur posita, de quibus nihil nisi hoc dicere possum, secutos nos esse rationem hanc, ut adnotationibus tamquam titulos sive indices praemitteremus, verba ad quae referuntur, qualia supra in ipso contexto scriptorum sunt expressa: ita tamen ut si vel *Victorius*, vel *Pontedera*, vel alius, quid mutandum censeret, illud ex ipsa adnotatione intelligi satis posset. Fac autem bis, ter, quater, saepius, aliquid hic peccatum esse, quod nondum equidem deprehendi: humanorum hominum erat, ut cum tot a nobis commoditatibus auctos se sentirent, ut non jam per plures, raros bonam partem, libros discurrendum esset, aut bibliothecae Italiae, Belgii,

---

ri est credere, quae ex te commemoravimus, ad *Gesnerum* pertinere.

Galliae, Germaniae adeundae; vicissim aliquid nobis ignoscerent, homines esse tum nos, tum correctores, et typographicas operas, cogitarent, pro millenis κατορθώμασι unum nobis alterumque humanum errorem sine scutica transmitterent. Ingrati enim profecto animi est et nimis jejuni, uti aliorum laboribus, ingeniisque dum commodum est, sexcentis inde in singulos prope dies commoditatibus frui: et deinde, ubi semel aut aliquoties caespitatum est, clamare, flagella, stimulos, faces verborum expedire, stigmata inurere hominibus optime meritis. Redeo ad Epistolam *Pontederae*. Non ausim confirmare, plane nihil esse in hac Epistola veri: supersunt enim, quae nondum invenire potui: fateor aliquot locis omissum esse, cum ego Gottingae jam essem, ultima operis excuderentur Lipsiae, nomen *Pontederae*: sed iis in locis, quae vel sui auctoris alium charactera haberent, vel e quibus nihil, si reliqua viri decora spectes, ipsi decedere; parum mihi, addendum enim hoc quoque est, accedere, si quis mihi tribuat, possit. Ut enim is est vir doctissimus, ea illius in his literis exstant decora, quae nullam profecto jacturam sentiant, si aliquot minutae adnotatiunculae operarum typographicarum culpa nomine ipsius careant: ita me non ita abjectum et ignavum hominem terra protulit, ut velim illa aerugine de *Pontederae* thesauris detrita ditescere. Nam quod objicitur, Nostra (i. *Pontederae* observata) ut abdita essent, neque lucem, si fieri posset, adspicerent, qua potuit diligentia curavit. Huc atque illuc dispersit inhonora atque abscondidit, illud movere eum forte potest, si quis opus illud numquam in manus sumsit. Nam caeteri vident, nos secutos esse morem olim receptum, suis locis adjiciendi adnotationes, unicuique adnotationi nomen sui auctoris, literis quidem majusculis et ferientibus oculos, adscribendi; nisi quod nostras eo ipso satis signatas putabamus, si nullum nomen adscriptum haberent. Qua in re molestum nobis laborem compendii poteramus facere, et sumtum Bibliopolae non mediocrem, si illo mo-

re, quem temere v. g. in *Julio Caesare Jungermannus*, *Henninius* in *Juvenale*, uno tenore poni jussissemus, primo *Beroaldi* observationes, tum explicationes suarum castigationum *Victorii*, et ita *Scaligeri*, *Ursini*, *Pontederae*, lucubrationes. Nempe lectoris commoditati istuc datum est, quos labore, sumtu, molestia, et ut nunc adparet, invidia nostra adjuvimus. Quod si separatim sua edi jussisset vir clarissimus, a laetis ac triumphantibus hoc ipsi datum esset.

Ex eodem fonte est, quod sequitur, Tabulas ipsarumque explicationes (quae libro tertio *Columellae* praemissae sunt) eo animo distribuit, ut non nostra, sed *Gesneriana* existimarentur. Non nulla itaque praemisit, deinde nostra adnexuit nullo intervallo aut indice separata. Quamobrem qui meum nomen in extremis legerit, id a nobis tantum; reliqua sine nomine a *Gesnero* prodita reputabit. Quin qui morem ac legem libri supra expositam intelliget, is putabit, illam praemissam nostram animadversiunculam, cui nomen meum adponere neglectum est, (quia alias, ultimum locum tenentibus meis observationibus, illud adponi, quemadmodum modo monui, non solebat) etiam esse *Pontederae*, cujus illum tanto minus pudere debet, quod ea continet, quae ipse quoque observavit. Et ita cohaeret tabularum illa explicatio, ut oporteat non luscum sed caecum, non festinantem sed stupidum et paene furiosum videri, qui de illa *Gesnero* aliquid adtribuat: quod quidem genus hominibus ego auctor videri tabularum non opto.

Illud plane non intelligo, quod sequitur, de suis vero nihil nisi ampla forma, et magnifice exornatum edendum fuit. Praefatio nostra, si huc forte respexit, pro more majoribus est literis expressa, reliqua ita aequalia, ita similia, ut, quid sibi velit adcusatio ista, nullo modo comminiscar. Sequitur grave crimen. Tum a

magno illo rustico adparatu, quae a nobis restituta sunt, ad rusticos auctores intelligendos maxime adtinentia, rejecit; ubi enim seges, ut nos explicavimus; ubi arvum; ubi origa et auriga: ubi focus et foculus: ubi capiuntur prisca significatione et praecipio; ubi sictores et reliqua a sico pro seco: ubi serarius; ubi articularius; ubi curia pro coenaculo; ubi tot alia? Cum haec legerem, putabam amissum aliquid esse, non pervenisse ad me omnia viri doctissimi in rusticos commentaria. Nam culpa mea nihil subtractum, satis certus eram. Sed cum de segete ipsa mihi memoria subjiceret, cum scirem in ultima *Fabri* editione laudatum a me illo nomine *Pontederam*, lubuit quaerere, licet non sine temporis jactura, cum loca neque hic indicata sint. Sed inveni suis locis praeter unum omnia. Nempe ea, quae statim ad manus fuerant, sub ipso contexto orationis, ut de Segete et Arvo ad Varr. I, 29, 1. reliqua in Addendis, quae serius venerant: Origa et auriga Varr. II, 7, 8. Focus et foculus Cat. 76, 4. Capiuntur et praecipio Cat. 142. Sictores et sico Cat. 144, 3. Serarius Cat. 150, 2. Articularius Cat. 157, 8. Ubi curia pro coenaculo lateat, non habeo jam dicere; culpa quidem mea, dolo volebam dicere; culpam enim quis praestare omnem potest? literam unam *Pontederae* abesse nego. De compendiis quibusdam lectorum in gratiam, vel emtorum potius admissis, in praefatione causa dicta est, quam aliis me probasse, sat exploratum habeo.

Quod deinde dicitur *Hieronymus Lagomarsinius* xc varietates in Columellae lib. II, 2. notatas e *Politiani* libro protulisse, quibus careat Lipsiensis editio, fieri potest: neque meum est praestare quidquam, praeter hoc, quae Henrici Breukmanni studio descripta Florentiae et ad Thomam Fritschium missa sunt, ea diligenter et cum fide repraesentata esse. Adhuc nihil dictum est contra *Gesnerum*, in quo non injuriam illi factam videant, quicumque

aperire oculos voluerint. Graviora supersunt. Nemini persuadere poterit *Gesnerus* de *Marani* sententia, quam a parte probat *Pontedera*, ea se invenisse primumque excogitasse, quae a *Pontedera* Lipsiam missa inter manus habebat. Quis enim ante illum de *Crescentio* in illa re somniavit umquam? Quis de *Catonis* libro, Catoniana omnia essent an contra, a quo est ante *Pontederam* ostensum? Quis de *Columellae* volumine de arboribus inscripto ea, quae tu collegisti, meditatus est? Quasi vero mirum esset, duo homines ab ingenio et literis non destitutos, hoc agentes diligenter, cum eadem subsidia habeant, videre idem. Quin ille ipse veri character est, si idem pluribus videatur. Caeterum viam unumquemque nostrum suam ivisse, adparebit, si quis tanti putet nostras utriusque commentationes inspicere et inter se comparare. Pauca moneamus de singulis. De *Crescentio*, ut bona fide et quasi testis circumspectus agam, non ausim post XV annorum intervallum, neque dicere, neque negare, primam illius notitiam a me deberi vel *Pontederae*, vel *Morgagno*. Sed hoc scio, me in Bibliotheca, quam curabam, Vinariensi reperisse exemplar illud ipsum, cujus in Catalogo rusticis praemisso mentionem feci, in quo cum viderem crebram *Catonis* et *Varronis* et *Palladii* mentionem, et ipse satis otii non haberem, dedi librum Jo. Rodolpho Engavio, discipulo tum meo, jam antecessori apud Jenenses praeclare merenti, ab eoque petii, ut ubicumque triumvirorum alicujus mentionem videret fieri, locum ipsum diligenter quaereret, et quo libro, capite, particula inveniretur, scriberet in margine libri, verba autem ex illis sumta subductis lineis signaret: quod alacriter, ut erat ardens, si gratificari mihi posset, ab illo perfectum summam mihi commoditatem conferendi illos locos praestitit. Porro monumentum illud diligentiae *Engavii* servat adhuc Bibliotheca Vinariensis; vivit autem, et diu, quaeso, vivat ipse Engavius, quem mendacii mei conscium habere nolim.

De *Catone*, et *Columellae* libro qui potuit me fugere, nisi peponem pro corde haberem? qui familiariter per plures annos in illis versarer, qui in Lexicon illud rusticum referrem illorum formulas, qui componerem hinc scriptores inter se, hinc secum ipso unumquemque, hinc omnes cum *Plinio:* qua in re meis me oculis usum, docet ipsa illa adlegandi ratio, qua nemo ante me usus est, ipsa illa adscripta loca parallela demonstrant. Igitur numquam mihi in mentem venit gloriari, tamquam viderim aliquid in *Catone* et *Columellae* de arboribus libro: sed stupidum me putarem, et obtusum, si non vidissem *Catoniani* libri hinc defectus, hinc interpolationes, *Columelliani* autem operis praelectionem repetitam. Si alii ante nos haec non viderunt, non ingenium illis defuisse puto, sed hoc, quod in praefatione rusticorum memoravi, quod desultoriam nimis operam navare solent libris antiquis plerique, quod non uno tenore legunt, non contrahunt cum iis penitiorem velut familiaritatem. Haec tu, Reitzi praestantissime, vere a me dici eo facilius senties, quo plura tibi vel hic ipse noster Lucianus suppeditavit ejus rei specimina. Si tamen subdolus hic fui, si invadere gloriam alienorum inventorum volui, si porro consilio omittere *Pontederae* alias observationes ausus sum: quis me stupor, aut quae religio tenuit, quo minus ea omitterem, in quibus illa inventa hecatombe digna *Pontedera* proposuit? Quis non furem rideat, qui in divitem domum absente per multa millia passuum domino ubi irrepsit, et satis temporis habuit suo arbitratu optima quaeque eligendi, deinde scruta quaedam secum auferat, pretiosa monilia, et auri fiscos intactos relinquat? Talis ego profecto, tam astutus Autolyci de gente fur sum, si ea subducere volui, de quibus supra dictum est; publicari autem cum nomine *Pontederae* curavi, et ad ea insuper lectorem remisi, quibus suppressis mihi tribuere pulchra quaedam inventa in solidum poteram. Ad summum crimen accedo, in quo commotiorem fuisse moderatum alioquin virum, res ipsa loquitur, id est verba, quibus utitur p. 465.

At enim in nos dicaculus evasit, nostraque, ejus fidei tradita et commissa, ut ederentur, temere habuit, immiscuit, dictis perstrinxit et carpsit, eorum vim infirmare et dissolvere conatus, quod nemo suspicatus esset, quia sacra et intemerata esse oportebat? In his omnibus nihil agnosco, nisi illud immiscuit. Nempe, si id crimen est, fateor, me reliquorum hominum eruditorum, *Victorii*, *Scaligeri*, caeterorum adnotationibus ea, qua supra dictum est, ratione cogitata *Pontederae* immiscuisse. Male id factum, si invito *Pontedera* factum est. Tu quidem, mi Reitzi, vel non juranti mihi facile credis, me maluisse simpliciter tradere typographis *Pontederae* observationes, quam curare singulatim descriptae ut suis quaeque locis insererentur. Reliqua vana sunt: et possem ego, si dicaculo esse mihi luberet, hic pluscula reponere. Cogita hoc unum, Reitzi, si mihi in mentem veniret tibi objicere, dolo tuo omissa esse, quae tu suo loco posita esse e vestigio posses demonstrare; si quererer mihi subrepta, in quibus tu eadem tibi in mentem venisse ostendis, si indignarer a te reprehensas esse adnotationes quasdam meas, si ea in re ita essem disertus, qualem modo virum clarissimum audivimus: ecquid de me cogitares, diceres, scriberes? Sed nimirum satis, ac plus forte quam satis erat, datum est famae meae, cui obesse poterat Epistola cl. Pontederae, si plane eam silentio praetermisissem. Obesse autem, scio, nihil poterit apud eos, qui conferre inter se et meam et viri doctissimi rationem voluerint, potuerintque. Examen quidem et judices acerrimos adeo non refugio, ut potius optarim, sedere Cassiana quosdam severitate, et satis eosdem rerum de quibus agitur peritos. Si caeteroquin in his epistolis deprehendero, et spero me inventurum pluscula, quae prodesse rusticis nostris censeam, (majorem quidem partem, praeter laboriosas de anno veteri disputationes, nos jam habere puto) diligenter curabo, ut illa utilia esse queant pluribus, hoc est, ut repetendae rustici operis edi-

tioni inserantur, honosque habeatur eorum auctori, cui, si in me fuit iniquior, non ideo subtrahendae sunt gratiae, et laus, quae ob rem bene gestam ipsi debetur. Quin acerbitatis et contentionis omnis adeo ipsa quoque vestigia tollere conabimur, studebimusque honestissimam ex hoc certamine palmam aequitatis humanitatisque referre, ut fruantur per nos posteri utriusque ingenio et industria, litem intercessisse ne quidem suspicentur. Hoc *Pontederae* bellum, hoc si quis alius pugnare mecum velit, denuntio.

Verum hic addere lubet de adcusatione, qua in Commentario ad *Lucanum* petitus sum a viro, cujus ego doctrinam et merita semper feci, ut merebantur, maximi. Insimulatus sum quaesivisse in summi, dum viveret, viri observatis ad *Quintilianum* quod reprehenderem. Ab hac malignitate cum abesse mores meos noverim, etiam famam meam liberari equidem cupio. Sed cum graviter aegrotante, deinde mortuo, contendere indecorum amicis et mihi videbatur. Igitur haec silentio contrivi, neque umquam ulciscar; nisi provocatus ab his, qui *Virgilium* ipsius curant: tum enim cogar ostendere, quam non quaesierim quod reprehenderem, sed quae ultro se obtulerint, ut sumus homines, peccata, ea me sedulo, uti decebat literas nostras, uti postulabat, quam profitemur, humanitas, texisse. Non ego deprecor, quo minus vel *Burmannus*, aliique acerbam etiam censuram in scripta a me exerceant, ne iniqua quidem de ingenio, de doctrina, de laboribus meis, judicia deprecor; numquam, ubi de hisce agetur rebus, contendam ultra, nisi si forte illustrari sententia aliqua mea possit: quin beneficio me adfectum profitebor ab eo, si quis meas mihi aberrationes vel placide, vel superbe etiam ostenderit; Beneficium, inquam, interpretabor, quamquam non ex disciplina *Senecae*. Magis enim mihi place *Platonici* Timaei illud, Ἀλλὰ τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι, καὶ ἀνευρόντι δὲ μὴ οὕτως ἔχον, κεῖται φίλια τὰ ἆθλα. Sed cum nihil mihi pudore, candore, ingenuo animo, majus videa-

tur aut carius; cum mihi conscius sim, quanto laudem illam studio consecter; non est mihi committendum, ut eam quisquam tacente me mihi ereptum eat; quoties nempe in manu mea est, iniquitatem adcusationis ostendere. Si quis tamen, ubi feci omnia, maledicere, de animo, de consilio meo existimare, h. e. divinationem sibi adrogare injustam et ridiculam voluerit: meum erit ea contemnere, et a conscientia et animi tranquillitate petere, quam aliis obnoxiam non esse oportet, felicitatem. Haec galea nobis, hic clypeus, hic thorax erit: gladio enim utemur numquam, certe non nisi ad repellendum. Caeterum apud te ista disputata, Reitzi humanissime, aegre non feres, arbitrum idoneum talium negotiorum, in fronte operis, quod potest hanc nostri consilii significationem ferre ad omnes, quibus probari illud cupio, quodque duraturum videtur cum ipsis literis. Haec igitur non dimittenda erat opportunitas. Dixi, quae volebam, de Luciano et de me etiam. Quod superest, te rogo, vir doctissime, ut quae inter nos contracta est Luciani occasione notitia, eam coalescere in amicitiam, si non indignum me existimas, patiare. Gottingae XV. a. Kalend. Febr. MDCCXLIII.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.

Cum primum ad *Lucianum* expoliendum adgrederer, comparatis rebus necessariis, quibus eram haud sane contemnendis instructus, id praecipue mearum esse partium duxi, ut doctis peritisque literarum antiquarum hominibus diligentiae meae fideique adhibitae ratio constaret. Versatus in hoc labore qua poteram adtentione animi notas, easque saepe luculentiores, certe satis verbosas, perduxi ad finem *Ἐπισκοπούντων*· qua quidem in re ingenio meo nonnihil indulgere malui, quam multo faciliorem et nimis jejunam brevitatem consectari. Non itaque refugi voces aliquas paullo retrusiores loquendique formulas uberius explicare, et quaedam passim interserere, quae non nimis videbantur ab instituto abhorrere: quod dum ago, haud raro contigit, ut aliis etiam scriptoribus, qua corrigendo, qua sensus eorum ignoratos enodando, prodesse fuerim conatus. Quid autem quantumque, et an quicquam studio nostro *Lucianus* debeat, judicium aequi

lectoris facio. Ad eum, quem supra dixi, locum postquam perveneram, res ita tulit, ut consultius existimarem operae susceptae curam deponere, et cursu interrupto aliis lampada non invitus traderem. Ex illo tempore anni plures effluxerunt, quibus equidem, quid *Luciano* fieret, ad me pertinere non putavi. Nunc, cum fausto pede in publicum est processurus, temperare mihi non potui, quin lectoris in gratiam, ne quid a me commissum ipsi officeret, olim scripta repeterem, et, quae videbantur emendationis indigere, paucis enotarem. Huc eo magis sum impulsus, quod Jo. Matth. Gesnerus, vir ut excellenti doctrina multisque rebus probata praeditus, sic, quod ego non minoris aestimo, omni humanitate perpolitus, literis ad me datis ea perscripsisset, quae *Luciani* interesse arbitrabar, ne privatis chartis premerentur. De versione vero illius, quam curavi, *Lucianeae* partis hoc unum admonere restat, eam a me fuisse confectam in multis prorsus novam: in aliis, praesertim in Nigrino, Mosis Solani viri doctissimi servata est paene integra, nisi quid aliud vel sensus *Luciani* manifestus, vel verba ejus ex Codd. mutata postularent. Timonis tota est Tanaquilli Fabri, hominis ingenio simul et eruditione praestantissimi, qua melior, si universam spectes, dari vix poterat. Haec ideo non praeterire operae videbatur pretium, ne quis me cogeret ad praestandum, quod ab aliis forte fuisset admissum. Vale.

TESTIMONIA QUAEDAM DE LUCIANO.

Phot. cod. 128. Ad stylum quod adtinet, longe optimus: dictione usus significante ac propria, quae efficax dicendi genus decet. Distinctionis ad haec, atque puritatis, aeque ut perspicuitatis, et aptae magnitudinis, si quis alius, perstudiosus est. Compositionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat, non se orationes legere, sed jucundum aliquod carmen, sine manifesto cantu, audientium auribus instillari.

Erasm. Epist. L. 29. *Ep.* 5. *in Luciani Somnium:*

Omne tulit punctum (ut scripsit Flaccus) *qui miscuit utile dulci.*

Quod quidem aut nemo, mea sententia, aut noster hic Lucianus est adsecutus; qui priscae comoediae dicacitatem, sed citra petulantiam referens, Deum immortalem! qua vafricie, quo lepore perstringit omnia, quo naso cuncta suspendit, quam omnia miro sale perfricat, nihil vel obiter adtingens, quod non aliquo feriat scommate, praecipue philosophis infestus, atque inter hos Pythagoricis potissi-

mum, ac Platonicis ob praestigias: Stoicis item propter intolerandum supercilium, hos punctim ac caesim, hos omni telorum genere petit; idque jure optimo: quid enim odiosius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine personata? Hinc illi *Blasphemi*, hoc est, *maledici* vocabulum addidere; sed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat.

Idem ibid. Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inveniendo felicitatis, tantum in jocando leporis, in mordendo aceti; sic titillat adlusionibus, sic seria nugis, nugas seriis miscet; sic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; sic hominum mores, adfectus, studia, quasi penicillo depingit, neque legenda, sed plane spectanda oculis exponit, ut nulla comoedia, nulla satyra cum hujus Dialogis conferri debeat, seu voluptatem spectes, seu spectes utilitatem.

Jo. Benedictus in praef. Luciani: Nunc superesset, ut aliqua commendatione Lucianum cohonestarem, nisi sic, actum ab aliis multis, agerem. Et certe quid opus est, ut post illos repetam, eum esse Atticae eloquentiae exemplar sincerum, summa dicendi festivitate, magna rerum varietate, magna scientia, multaque doctrina clarere? Hic si res serias tractat, fit gravis: si jocosas, festivus: si praecipit, si monet, si mordet, est prudens, est lenis, est asper: si orator caussam agit, est facundus, acutus, solidus. Denique adeo foecundo flexilique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamaeleon omnes orationis colores suscipiat: varioque styli penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus exsurgit sublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat perspicuitati: sicubi lubet obscuritatem adfectare, dextre id facit. Ex quibus constat, nullum esse authorem, quo commodius uti possit, quicumque Graece discere studebit. Hic, si locos recte deligas, tyronibus est facilis, provectioribus adcommodus, Graeca lingua jam plene imbutis utilis. Hinc florentissimis Europae gymnasiis commendatissimus, ut ex eo studiosa juventus, tamquam ex fonte, purum Graecismum

hauriret: illique aliorum, qui in scholis praelegi solent, authorum fabulis scatentium, amplus et planus esset commentarius: et ex varietate scriptorum *πολυτρόπου* hominis hujus, apud quem nulla fere res est, quae non veniat in sermonem, Graece loquendi formularum flores decerperet. Quae cum citra controversiam ita sint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miscuit: dignus profecto, quem omnis *φιλόμουσος* amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, siquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticae apes, mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt. Age ergo quicumque seria, quicumque jocosa quaeris, hic invenies, quod animum tuum quocumque tandem modo adfectum refocillet, sive te domi haerentem, sive ruri versantem, sive peregre euntem, politissimi authoris lectione recreare cupies. Hic inter agrorum sata laeta, rerum omnis generis segetem tibi suppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi et irriguo prato, perenni eloquentiae scaturigine, et limpidis facundiae rivis te recreabit. Denique magno parvove sub lare degentem, moribus tuae sorti convenientibus, nunc salsa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta praecipiendo, te informabit.

Alia de Luciano judicia vid. supr. in Dissert. de ejus vita.

CONTINENTUR

Volumine I.

Περὶ τοῦ ἐνυπνίου, ἤτοι βίος Λουκιανοῦ.	Somnium, sive Vita Luciani.
Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.	Ad eum, qui dixerat: Prometheus es in verbis.
Νιγρῖνος, ἢ περὶ Φιλοσοφόν ἤθους.	Nigrinus, s. de moribus Philosophi.
Δίκη Φωνηέντων.	Judicium Vocalium.
Τίμων, ἢ Μισάνθρωπος.	Timon, s. Misanthropus.
Ἀλκυών, ἢ περὶ Μεταμορφώσεως.	Halcyon, s. de Transformatione.
Προμηθεὺς, ἢ Καύκασος.	Prometheus, s. Caucasus.

Vol. II.

Θεῶν Διάλογοι.	Deorum Dialogi.
Ἐνάλιοι Διάλογοι.	Dialogi Marini.
Νεκρικοὶ Διάλογοι.	Mortuorum Dialogi.

Vol. III.

Μένιππος, ἢ Νεκυομαντεία.	Menippus, s. Necyomantia.
Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.	Charon, s. Contemplantes.
Περὶ Θυσιῶν.	De Sacrificiis.
Βίων πρᾶσις.	Vitarum Auctio.
Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.	Piscator, s. Reviviscentes.
Κατάπλους, ἢ Τύραννος.	Cataplus, s. Tyrannus.
Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	De Mercede conductis potentium familiaribus.

Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	Apologia pro iis, qui mercede conducti in potentiorum convictu sunt.
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.	Pro Lapsu in salutando.

Vol. IV.

Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων.	Hermotimus, s. de Sectis.
Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων.	Herodotus, s. Aëtion.
Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος.	Zeuxis, s. Antiochus.
Ἁρμονίδης.	Harmonides.
Σκύθης, ἢ Πρόξενος.	Scytha, s. Hospes.
Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.	Quomodo Historia conscribenda sit.
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος.	Verae Historiae liber primus.
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος.	Verae Historiae liber secundus.
Τυραννοκτόνος.	Tyrannicida.

Vol. V.

Ἀποκηρυττόμενος.	Abdicatus.
Φάλαρις πρῶτος.	Phalaris prior.
Φάλαρις δεύτερος.	Phalaris alter.
Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδόμαντις.	Alexander, s. Pseudomantis.
Περὶ Ὀρχήσεως.	De Saltatione.
Λεξιφάνης.	Lexiphanes.
Εὐνοῦχος.	Eunuchus.
Περὶ τῆς Ἀστρολογίας.	De Astrologia.
Δημώνακτος βίος.	Demonactis vita.
Ἔρωτες.	Amores.

Vol. VI.

Εἰκόνες.	Imagines.
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων.	Pro Imaginibus.
Τόξαρις, ἢ Φιλία.	Toxaris, s. Amicitia.
Λούκιος, ἢ Ὄνος.	Lucius, s. Asinus.
Ζεὺς ἐλεγχόμενος.	Jupiter confutatus.
Ζεὺς τραγῳδός.	Jupiter Tragoedus.
Ὄνειρος. ἢ Ἀλεκτρυών.	Somnium, s. Gallus.

Vol. VII.

Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος.	Icaromenippus, s. Hypernephelus.
Δὶς κατηγορούμενος, ἢ Δικαστήρια.	Bis Accusatus, s. Tribunalia.
Περὶ Παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ Παρασιτική.	De Parasito, s. Artem esse Parasiticam.
Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ Γυμνασίων.	Anacharsis, s. de Gymnasiis.
Περὶ Πένθους.	De Luctu.
Ῥητόρων διδάσκαλος.	Rhetorum praeceptor.
Φιλοψεύδης, ἢ ἀπιστῶν.	Philopseudes, s. Incredulus.
Ἱππίας, ἢ Βαλανεῖον.	Hippias, s. Balneum.
Προσλαλιὰ, ἢ Διόνυσος.	Praefatio, s. Bacchus.
Προσλαλιὰ, ἢ Ἡρακλῆς.	Praefatio, s. Hercules.
Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου ἢ τῶν Κύκνων.	De Electro s. Cycnis.
Μυίας ἐγκώμιον.	Muscae Encomium.

Vol. VIII.

Πρὸς Ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.	Adversus Indoctum et libros multos ementem.
Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.	Non temere credendum esse delationi.
Ψευδολογιστὴς, ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος, κατὰ Τιμάρχου.	Pseudologista, s. de die nefasto, contra Timarchum.
Περὶ τοῦ Οἴκου.	De Domo (Oeco).
Μακρόβιοι.	Longaevi.
Πατρίδος Ἐγκώμιον.	Patriae Encomium.
Περὶ τῶν Διψάδων.	De Dipsadibus.
Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον.	Disputatio cum Hesiodo.
Πλοῖον, ἢ Εὐχαί.	Navigium, s. Vota.
Ἑταιρικοὶ Διάλογοι.	Dialogi Meretricii.
Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς.	De Morte Peregrini.
Δραπεταί.	Fugitivi.

Vol. IX.

Τὰ πρὸς Κρόνον.	Saturnalia.
Κρονοσόλων.	Cronosolon.

Ἐπιστολαὶ Κρονικαί.	Epistolae Saturnales.
Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι.	Convivium, s. Lapithae.
Περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ.	De Dea Syria.
Δημοσθένους Ἐγκώμιον.	Demosthenis Encomium.
Θεῶν ἐκκλησία.	Concilium Deorum.
Κυνικός.	Cynicus.
Ψευδοσοφιστὴς, ἢ Σολοικιστής.	Pseudosophista, s. Soloecista.
Φιλόπατρις, ἢ Διδασκόμενος.	Philopatris, s. qui docetur.
Χαρίδημος, ἢ περὶ κάλλους.	Charidemus, s. de Pulchritudine.
Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ, εἰ γνήσιος.	Nero, s. de Isthmo perfodiendo.
Τραγοποδάγρα.	Tragopodagra.
Ὠκύπους.	Ocypus.
Ἐπιγράμματα.	Epigrammata.

Vol. X.

Indices.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

R. p. 1.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΥΠΝΙΟΥ, ΗΤΟΙ, ΒΙΟΣ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Argum. Merito omnes editores Lucianeorum hunc aureum libellum, qui imprimis pauperiori juventuti, literarum studiosae, non satis commendari potest, in fronte operum hujus scriptoris posuerunt. Cetera sine lecto ordine sequuntur. Est autem hoc *Somnium* praelectio auctoris e genere τῶν προσλαλιῶν, quam recitavit redux ex itineribus in patriam, quo cum civibus suis specimen eloquentiae suae, exteris jam agnitae et celebratae, exhiberet, tum maxime generis sui humilitatem ab ea parte ostenderet, unde ipsi magis laudi, quam crimini, habenda videretur. Narrat enim, ut a patre propter rei familiaris angustiam arti sordidae destinatus, mox hujus amaritudine gustata, per somnium aliquod, quo duae feminae, ars scilicet statuaria et doctrina de ipsius possessione certassent, adductus fuerit, ut literarum studio sese dederet; cujus quidem consilii, addit, se adhuc adeo non poenitere, ut potius pauperrimus quisque e juvenibus, si quidem erectioris sit ingenii, ad haec studia amplectenda sedulo sibi videatur adhortandus.

Ἄρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν 1
ἡλικίαν πρόσηβος [a]) ὤν· ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φί- p. 2.

VARIAE LECTIONES.

a) πρόσηβος] προσήβης conj. *Belin.* Vid. Adnot.

LUCIANI SAMOSATENSIS DIALOGI.

DE SOMNO, SEU, VITA LUCIANI.

Nuper admodum cum desissem in scholas ventitare, jam pubertati proximus, tum pater consilium inire cum a-

p. 2. λων, ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν καὶ πόνου πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης οὐ σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, καὶ ταχεῖάν τινα [b]) τὴν ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης, καὶ μηκέτι
p. 3. οἰκόσιτος εἶναι, τηλικοῦτος ὤν· οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πα-
2 τέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον. Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ προὐτέθη, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. Ἄλλου τοίνυν ἄλλην ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον ἀπιδών, (παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος,
p. 4. ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ [c]) λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος [d])) οὐ θέμις, εἶπεν, ἄλλην τέχνην ἐπικρατεῖν,

b) ταχεῖάν τινα] Deest τινα in *F.*, in cujus margine notatur ex *P.* Vid. notas. c) καὶ] abest ab *F.* habuit *P.* ceteraeque *Edd.* Abest etiam a cod. *Gorl.*, qui et εὐδοκίμοις exhibet. Unde *Schmiedero* (in Addendis ad Tom. priorem, posteriori praemissis p. XXV.) verosimile fuit, verba λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις vetus glossema esse ad verba ἄριστος ἑρμογλύφος. Parum habet verisimilitudinis. d) εὐδόκιμος] Edd. priores εὐδοκίμοις. *L. Bosii* certissimam emendationem amplexae posteriores.

micis, quid me doceret. Plerisque igitur eruditio visa fuit et labore multo, et longo tempore, et sumtu non exiguo, et fortuna indigere splendida: reculas autem nostras tum tenues esse, tum promtum quoddam subsidium postulare. Sin aliquam vilium istarum artium, quae manu constant, edidicissem, primum me quidem ipsum statim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi coenaturum [paternae mensae gravem] id aetatis: dein non diu fore, quin patrem sim hilaraturus, allato usque, quod mihi natum erit mercedis. Ergo secundae deliberationis initium est propositum, quae optima sit artium, et ad ediscendum facillima, et homini libero conveniens, et expedito sumtu parabilis, et quaestu commodo. Alio aliam commendante, ut cujusque sensus aut experientia ferebat, pater ad avunculum conversus, (aderat enim maternus avunculus, qui optimus esse statuarius videretur, et poliendis lapidibus in primis laudatissimus) fas non est, inquit, aliam artem primas tenere,

σοῦ παρόντος· ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, (δείξας ἐμέ,) καὶ δίδασκε p. 4.
παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστὴν,
καὶ ἑρμογλυφέα· δύναται γὰρ [e]), καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς
οἶσθα, ἔχων δεξιῶς [f])· ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παι-
διαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ [g]) τῶν διδασκάλων, ἀποξέων
ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους
ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ πατρί· ἐφ' οἷς παρὰ μὲν
τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον· τότε δὲ ἔπαινος εἰς [h])
τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλ-
πίδας, ὡς ἐν βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς
πλαστικῆς. Ἅμα τε οὖν ἐπιτήδειος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἐνάρ- 3
χεσθαι, κἀγὼ παρεδιδόμην [i]) τῷ θείῳ, μὰ τὸν Δί' οὐ σφόδρα p. 5.
τῷ πράγματι ἀχθόμενος· ἀλλά μοι καὶ παιδιάν τινα οὐκ ἀτερπῆ
ἐδόκει ἔχειν, καὶ πρὸς τοὺς [k]) ἡλικιώτας ἐπίδειξιν, εἰ φαινοί-
μην θεούς τε γλύφων, καὶ ἀγαλμάτιά τινα [l]) μικρὰ κατασκευά-

e) δύναται γὰρ καὶ τοῦτο] Sic olim interpunxerunt. *Schmied.* δύναται γὰρ, καὶ τοῦτο φυσ. Rectius. Mihi perspicuitatis certe adiuvandae caussa etiam post τοῦτο comma videbatur ponendum. Sic plane evadet *Hemst.* interpretatio loci unice conveniens. Plura in adnott. f) ἔχων δεξιῶς] δεξιᾶς Codd. A. R. P. et L. δεξίας cod. 2957. Unde *Hemst.* conj. τυχὼν (pro ἔχων) vel ἰσχὼν δεξιᾶς. Vid. adnot. g) ὑπὸ] ἀπὸ P. L. V. 1. et A. et inde *Schmied.* Vid. adnot. h) εἰς] ἐς cod. 2957. et hinc *Schm.* Mox pro ἐπιτήδειος in *Gorl.* est ἐπιτηδεία. i) παρεδιδόμην] olim παρεδεδόμην. Recepi probabilem conj. *Hemst.* k) τοὺς] deest in B. 2. et P. l) τινὰ] deest in F.

te praesente: quin tu illum ducito, (me demonstrans,) tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, et coagmentatorem, ac statuarium: potest enim, idque ingenio praeditus, ut nosti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab istis e cera ludicris: nam dimissus a magistris, derasa cera, boves aut equos, aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, scitule, ut videbar patri: ob quae quidem a magistris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem et ista quoque pertinebant: quare bona tenebantur de me spe, fore ut brevi artem discerem, idque ex ista fingendi dexteritate. Simul igitur atque idonea videbatur dies arti auspicandae, committebar avunculo, rem haud sane quam valde gravato: quin et ludum quendam non injucundum mihi videbatur habere, et ad aequales ostentationem, si De-

p. 5. ζων ἐμαυτῷ τε, κἀκείνοις, οἷς προῃρούμην. Καὶ τόγε [m]) πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σύνηθες τοῖς ἀρχομένοις ἐγίγνετο· ἐγκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος, ἐκέλευσέ μοι ἠρέμα [n]) καθικέσθαι πλακὸς ἐν μέσῳ κειμένης, ἐπειπὼν τὸ κοινὸν,

. . . . . ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός.

Σκληρότερον δὲ κατενεγκόντος ὑπ' ἀπειρίας, κατεάγη μὲν ἡ
p. 6. πλάξ· ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλην τινὰ κειμένην πλησίον λαβὼν, οὐ πράως, οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατήρξατο, ὥστε
4 δάκρυά μοι τὰ πρόοιμια τῆς τέχνης. Ἀποδρὰς οὖν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμαι, συνεχὲς ἀνολολύζων [o]), καὶ δακρύων
p. 7. τοὺς ὀφθαλμοὺς [p]) ὑπόπλεως· καὶ διηγοῦμαι τὴν σκυτάλην, καὶ τοὺς μώλωπας ἐδείκνυον. καὶ κατηγόρουν πολλήν τινα τὴν [q]) ὠμότητα, προσθεὶς, ὅτι ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν ὑπερβάλωμαι κατὰ τὴν τέχνην. Ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μη-
5 τρὸς, καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς, καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν [r]). Μέ-

m) τόγε] τό τε *Gorl.* n) ἠρέμα] abest a *Gorl.* o) ἀνολολύζων] ἀνολύζων Mss. Bourd. et Angl. ἀναλύζων P. L. et Coll. G. Schm. et Matth. p) τοὺς ὀφθαλμοὺς] aberant ab uno Ms. Bourd. q) πολλήν τινα τὴν ὠμ.] Vulg. *πολλήν τινα ὠμότητα.* Hemst. conj. *πολλήν τινα τοῦ θείου τὴν ὠμ.*, quod *Matth.* recepit. Equidem ex hac conj. nil mutuatus sum, nisi articulum. r) ἐννοῶν] ὀνειροπολῶν vel ἐννυπνιάζων conj. *Hemst.* Vid. adnot.

os sculperem, et simulacra quaedam parva concinnarem mihimet ipse, et quibus vellem. Tum primum illud, et quod solet incipientibus, contigit: scalpro mihi dato avunculus jussit leniter perstringere tabulam in medio jacentem, addens vulgatum illud, *Dimidium facti, qui coepit, habet:* me vero durius impingente prae imperitia, confracta est tabula. Ille indignatus, scutica, quae sub manu erat, capta, haud placide, neque adhortantis more me initiavit, sic ut lacrimae mihi prooemium essent artis. Hinc ergo me domum proripio, crebros singultus ducens, (*continuo ululans*) lacrimisque oculos oppletus: commemoro scuticam, vibicibusque ostensis, et incusata multa quadam [avunculi] crudelitate, adjeci, haec illum ex invidia fecisse, [metuentem] ne arte se superarem. Indigne ferens mater cum multa fratri dixisset convicia, ego primis tenebris obdormivi (*cubitum ivi*) adhuc in lacrimis, totamque noctem cogitabun-

ρι μὲν δὴ τούτων γελάσιμα, καὶ μειρακιώδη τὰ εἰρημένα· τὰ p. 7. 8.
μετὰ ταῦτα δὲ s) οὐκέτι εὐκαταφρόνητα, ὦ ἄνδρες, ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλητικόων ἀκροατῶν t) δεόμενα· ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω,

. . . θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος Hom. Il.
Ἀμβροσίην διὰ νύκτα, ... β', 56. 57

ἐναργὴς οὕτως, ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀληθείας· ἔτι γοῦν u) καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τάτε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος· οὕτω σαφῆ πάντα ἦν. Δύο γυναῖκες λα- 6
βόμεναι ταῖν χεροῖν εἶλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα βιαίως καὶ καρτερῶς· μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμούμεναι· καὶ γὰρ ἄρτι x) μὲν ἂν ἡ ἑτέρα ἐπεκράτει, καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με. ἄρτι δὲ ἂν αὖθις ὑπὸ τῆς ἑτέρας εἱχόμην. ἐβόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα, ἡ μὲν, ὡς αὐτῆς p. 9.
ὄντα με κεκτῆσθαι βούλοιτο· ἡ δὲ, ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων ἀντιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν ἐργατικὴ, καὶ ἀνδρικὴ, καὶ αὐχμηρὰ τὴν κόμην, τῷ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν ἐσθῆτα, τιτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ θεῖος, ὁπότε ξέοι τοὺς

s) τὰ μετὰ ταῦτα δὲ] τὰ δὲ μετὰ ταῦτα F. et Aug. t) ἀκροατῶν] ἀνδρῶν cod. 2954. et Aug. supra scripta vulgata. u) γοῦν] γ' οὖν F. quae pari modo saepius. x) καὶ γὰρ ἄρτι] καὶ γὰρ καὶ ἄρτι Aug.

dus. Hactenus quidem, quae dixi, ridicula sunt et puerilia: quae vero deinceps consequuntur, non jam contemtu digna, o viri, accipietis, sed talia, quae valde diligentes auditores requirant: ut enim cum Homero dicam, Divinum mihi secundum quietem venit insomnium almam per noctem, tam clarum, ut nihil abesset a veritate: quare post tantum tempus species rerum visarum in oculis usque inhaeret, et sonus auditorum auribus insonat; tam erant omnia manifesta. Duae mulieres prehensis manibus me utraque ad se trahebant vehementer sane et valide, sic ut parum abesset, quin me discerperent illo mutuo contendendi studio: namque modo haec superior paene me totum habebat, modo rursus ab altera tenebar. Interea vociferabantur invicem ambae: haec, eam me suum possidere velle; illa, frustra res alienas istam sibi vindicare. Erat autem una operaria, virilis, squalida coma, manibus callo plenis, succincta vestem, calce referta, qualis erat avunculus, cum poliret lapides: altera

p. 9. λίθους· ἡ ἑτέρα δὲ μάλα εὐπρόσωπος, καὶ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, καὶ κόσμιος τὴν ἀναβολήν. τέλος δ' οὖν ἐφιᾶσί μοι δικάζειν, ὁποτέρᾳ βουλοίμην συνεῖναι αὐτῶν. προτέρα δὲ ἡ σκληρὰ ἐκεί-
7 νη καὶ ἀνδρώδης ἔλεξεν· Ἐγὼ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς οἴκοθεν· ὅ, τε γὰρ πάππος σου (εἰποῦσα τοὔνομα τοῦ μητροπάτορος) λιθοξόος ἦν, καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω [y]) καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. εἰ δὲ θέλοις λήρων μὲν καὶ φληνάφων τῶν παρὰ ταύτης ἀπέχεσθαι, (δείξασα τὴν ἑτέραν,) ἕπεσθαι δὲ καὶ συνοικεῖν ἐμοὶ, πρῶτα μὲν θρέψῃ γεννικῶς, καὶ τοὺς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς, φθόνου δὲ παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ, καὶ οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους
p. 10. 8 καταλιπών· οὐδὲ [z]) ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. Μὴ μυσαχθῇς [a]) δὲ τοῦ σώματος [b]) τὸ εὐτελὲς, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν· ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων [c]) ὁρμώμενος καὶ Φειδίας
p. 11. ἐκεῖνος ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο,

y) καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω] Olim interpunctum post ἀμφοτέρω. *Hemsterhusium*, qui distinctionem primus delevit, secuti recentiores. z) οὐδὲ] οὔδε P. οἱ δὲ margo A. 1. W., omisso πάντες. Unde variae virorum doott. conjecturae, quas doctrinae ac judicii sui vi repulit *Hemst.* Vidd. Adnott. Etiam A. 2., quam non contulit *Hemst.*, consentit cum ceteris. a) μυσαχθῇς] μυσαχθεὶς F. b) τοῦ σώματος] τοῦ σχήματος conj. *Clerici*, cui subscripsit *Hemst.* c) τῶν τοιούτων] Articulus abest ab Gorl.

vero facie valde formosa, habitu decora, atque eleganti vestitu. Tandem ergo mihi permittunt arbitrari, utri malim adesse. Prior autem inculta illa et virilis sic est locuta: Ego, care puer, ars sum Statuaria, quam heri coepisti discere, et domestica tibi et cognata genere: etenim et avus tuus, (matris ipso nomine patrem appellabat) lapidum erat sculptor, et avunculi utrique magnam sunt adepti laudem ex nobis. Siquidem optes nugis et quisquiliis, quas illa praebet, abstinere, (monstrabat alteram) et me sectari mecumque degere, primum tu quidem aleris firmo cibo, et humeros habebis robustos; ab omni autem invidia eris alienus, neque unquam abibis in peregrinas regiones, patria familiaribusque relictis: nec te sane ob declamatiunculas laudabunt cuncti. Cave autem, fastidiveris habitus vilitatem, aut illud vestimenti sordidum: a talibus enim initiis profectus etiam Phidias ille Jovem exhibuit, et Polycletus Junonem effinxit,

καὶ Μύρων ἐπηνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη [d]· προσκυ- p. 11.
νοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἷς γένοιο, πῶς μὲν οὐ κλεινὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; ζη- p. 12.
λωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις, περίβλεπτον δὲ ἀποφανεῖς καὶ τὴν πατρίδα. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα πάντοθεν [e]), εἶπεν ἡ Τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τὴν μνήμην διέφυγεν. ἐπεὶ 9
δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως· Ἐγὼ δὲ, ὦ τέ-
κνον, Παιδεία εἰμὶ, ἤδη συνήθης σοι, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπείρασαι. ἡλίκα μὲν οὖν τὰ ἀγαθὰ p. 13.
ποριῇ λεθοξόος γενόμενος, αὐτὴ [f]) προείρηκεν· οὐδὲν γὰρ
ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, κἂν τούτῳ τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος, ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὤν, ὀλίγα καὶ ἀγεννῆ [g]) λαμβάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελὴς δὲ τὴν πρόοδον [h]), οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φο-

d) ἐθαυμάσθη] ἐθαυμαστώθη Mss. Bourd. e) πάντοθεν] Pr. edd. pleraeque πάμπολλα cum εἶπεν junctum. f) αὐτὴ] αὕτη conj. *Jens.*, quam probasse videtur *Sol.*, et recepit *Matth.* Vid. Adnot. g) ἀγεννῆ] ἀγενῆ J. εὐτελῆ Aug. vulgata supra scripta. h) πρόοδον] πρόςοδον Fr. S. A.

et Myron in laude, et Praxiteles in admiratione fuerunt: hi nunc propterea cum Diis adorantur. Jam si tu unus eorum fias, qui potest fieri, quin celebris apud omnes homines ipse habeare? imo patrem efficies, ut beatus praedicetur te filio, patriamque insuper reddes illustrem. Ista, atque istis itidem plura titubans et usquequaque barbare locuta dixit Statuaria, perquam sane sedulo composita, ut quae mihi persuadere conaretur: sed non amplius recordor: nam plurima jam quidem memoriam effugerunt. Postquam igitur desiit, infit altera hunc fere in modum: Ego fili, Eruditio sum, jam tibi familiaris et nota, etsi necdum ad finem usque me pertentaveris. Quanta quidem tu bona sis consecuturus, si statuarius fias, ista praedixit: nihil utique nisi operarius eris, corpus labori impendens, in eoque spem vitae omnem habens repositam; dum ipse sis obscurus, parvam eamque illiberalem accipias mercedem, humilis animo, vilisque prodeas et incomitatus in publicum, neque amicis utilis advocatus, nec inimicis metuendus,

p. 13. βερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός· ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ [i]) τὸν προὔχοντα ὑπο-
p. 14. πτήσσων, καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν σοι ὅμοιος γενέσθαι· οἷος γὰρ ἂν ἦς, βάναυσος, καὶ χειρώναξ, καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ. Ἢν δ' ἐμοὶ [k]) πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλλουσα [l]), καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἔμπειρον ἀποφαίνουσα· καὶ τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι [m]) κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐ-
p. 15. σεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, συνέσει, καρτερίᾳ, τῷ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ· ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λήσει δέ σε οὔτε παλαιὸν [n])

i) εἷς, ἀεὶ] εἰς ἀεὶ Gorl. et Aug. k) Ἢν δ' ἐμοὶ] Sic emendavi vulg. δέ μοι, sensu flagitante. l) ἀπάγγελλουσα] ἐπαγγ. B. 2. ἀπαγγελῶ et deinde ἀποφανῶ P. margo A. 1. W. m) σοι] σοῦ conj. *Hemst.* Vid. Adnot. n) παλαιὸν] παλαιῶν Aug. non male per se, si articulus τῶν esset praefixus, et sequentia magis congruerent.

nec quem tui cives aemulentur: sed ipsum (*solum*) illud operarius, unusque e plebe multa, qui semper praestantiorem revereatur, dicendo promtum colat, leporis vitam vivens, potentiorisque praeda facilis. Fac autem te Phidiam aut Polycletum fieri, multaque admiranda affabre perficere, artem cuncti laudabunt; at nullus eorum, qui spectant, siquidem sapiat, optet se tibi similem esse: qualiscunque enim fueris, vilis artifex, mercenariusque, et manibus vitam quaerens habebere. Quod si mihi morem geras, primum equidem tibi multa ostendam veterum virorum acta, resque gestas admirabiles, dum eorum scripta tibi recito, atque omnium, ut plane dicam, te peritum reddo. Quin et animum, quae tui (*tibi*) pars est primaria, excolam multis bonisque ornamentis, temperantia, justitia, pietate, placiditate, aequitate, prudentia, constantia, honesti amore, acri denique praestantissimarum rerum studio: ista enim vere sunt sincera mentis decora. Praeteribit autem te nec vetustum quicquam, nec quod nunc fieri expe-

οὐδὲν, οὔτε νῦν γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα o) προ- p. 15.
ὄψει μετ' ἐμοῦ· καὶ ὅλως, ἅπαντα, ὁπόσα ἐστὶ p), τότε θεῖα,
τότε ἀνθρώπινα, οὐκ εἰς μακρὰν σε διδάξομαι. Καὶ ὁ νῦν 11
πένης ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βουλευσάμενός τι q) περὶ ἀγεννοῦς οὕ-
τω τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, τιμώ-
μενος καὶ ἐπαινούμενος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμῶν, καὶ ὑπὸ
τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων ἀποβλεπόμενος, ἐσθῆτα μὲν
τοιαύτην ἀμπεχόμενος, (δείξασα τὴν ἑαυτῆς· πάνυ δὲ r) λαμ-
πρὰν ἐφόρει) ἀρχῆς δὲ καὶ προεδρίας ἀξιούμενος. κἄν που ἀπο- p. 16.
δημῇς, οὐδ' ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς οὐδ' s) ἀφανὴς ἔσῃ· τοι-
αῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν
πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ,
λέγων. Ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ τοὺς φίλους t) ἢ καὶ τὴν 12
πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται· κἄν
που τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμά-

o) μέλλοντα] Sic e conj. *Hemst.* et lectione Vat. cod. 87. Vulgo δέοντα. p) ὁπόσα ἐστὶ] Secutus sum *Matthiae*, qui primus post ἐστὶ comma posuit: *omnia, quaecunque sunt, sive sint ea divina* etc. q) ὁ βουλευσάμενός τι] ἔτι conj. *Hemst.* Vid. Adnot. r) δὲ] γὰρ Aug. vulgata supra scripta. Vid. Adnot. s) οὐδ'] καὶ Gorl. t) ἢ τοὺς φίλους] Vulg. Ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους, ἢ καὶ etc. Conjecturam *Schmied.* secutus sum. Vid. Adnot.

diat: quin et futura prospicies mecum: et in universum quicquid est rerum divinarum humanarumque, non diu erit, quod te docebo. Tum qui nunc pauper audis, et istius, cujus nomen vix constat, filius, qui deliberas adhucdum (*qui jam decrevisti quodammodo*) de tam ignobili arte, paulo post omnibus eris aemulationi et invidendus: honores laudemque consequeris, ob rerum optimarum cultum insignis, quique genere ac divitiis excellunt te suspicient: porro tali veste, (sua, quam splendissimam gerebat, ostentata) amictus, magistratu primaeque sedis honore dignus habeberis: si quo peregre proficiscaris, ne in extera quidem regione ignotus eris obscurusve: ejusmodi tibi circumdabo insignia, ut videntium unusquisque proximum impellat, teque digito designans, *Hic ille est*, ajat. Si quid autem majoris momenti aut amicos, aut civitatem etiam universam occuparit, ad te cuncti respicient: dixeris aliquando publice, a tuo dicentis ore plerique pendebunt audito-

p.16.17. ζοντες, καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐποτμίας. ὃ δὲ λέγουσιν, ὡς ἄρα ἀθάνατοι γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι περιποιήσω. καὶ γὰρ ἦν αὐτὸς ἐκ τοῦ βίου ἀπέλθῃς, οὔποτε παύσῃ συνὼν τοῖς πεπαιδευμένοις, καὶ [u]) προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένην ἐκεῖνον, τίνος [x]) υἱὸν ὄντα ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανιστρίας [y]) υἱὸς ἦν; ἀλλ' ὅμως [z])

p. 18. αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν· ὁ δὲ Σωκράτης καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ Ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεὶς, ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος, καὶ δραπετεύσας παρ' αὐτῆς ηὐτομόλησεν

13 ὡς ἐμὲ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; Ἄφεις δὲ αὐτοὺς [a]) τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας, καὶ πράξεις λαμπρὰς, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ σχῆμα εὐπρεπὲς, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δύναμιν, καὶ ἀρχὰς, καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν, καὶ τὸ ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτώνιόν τε [b]) πιναρὸν ἐνδύσῃ, καὶ σχῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ γλυφεῖα, καὶ κοπέας, καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χεροῖν ἕξεις,

u) καὶ] vulgo omissum restitui ex utraque Ald. et Aug. x) τίνος] τινὸς B. 2. y) ὃς τυμπανιστρίας] ὡς τυμπανηστρίας F. V. A. 2. margo A. 1. W. ὃς J. V. 2. B. 2. A. 1. et marg. C. Aug. z) ὅμως] ὅπως P. J. a) αὐτοὺς] αὖ τοὺς *Jacobs.* conj. in *Porson.* Adverss. Melius forte αὐτοὺς τοὺς τηλ. b) τε] τι Aug. male.

res admirabundi, et gratulabuntur tum tibi disertae orationis potentiam, tum patri prolis felicitatem. Quod autem ferunt, immortales fieri quosdam ex mortalibus, id tibi conciliabo: etenim cum e vita discesseris, non tu desines unquam adesse doctis, et consuetudinem habere cum optimis. Viden' Demosthenem illum, quo patre natum, ego quantum reddiderim? viden' Aeschinem, qui piatricis tympanum pulsantis erat filius? et tamen ipsum propter me Philippus coluit. Socrates autem et ipse sub ista Statuaria nutritus, simul atque meliora percepit, illaque deserta transfugit ad me, audis, ut ab omnibus celebretur? His tu missis tantis talibusque viris, rebus splendidis, sermonibus sapientissimis, habitu decoro, honore, gloria, laude, principe considendi loco, opibus, dignitate, facundae orationis fama, publica prudentiae gratulatione, tuniculam indues sordidam, et habitum suscipies servilem, vecticulos, caela, mal-

κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς [c]), καὶ χαμαίζηλος, p. 18.
καὶ πάντα τρόπον ταπεινός· ἀνακύπτων [d]) δὲ οὐδέποτε, οὐ-
δὲ ἀνδρῶδες, οὐδὲ ἐλευθέριον [e]) οὐδὲν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν
ἔργα ὅπως εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι προνοῶν, ὅπως δὲ p. 19.
αὐτὸς εὔρυθμός τε καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα πεφροντικὼς, ἀλλ'
ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων. Ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς, 14
οὐ περιμείνας ἐγὼ τὸ τέλος τῶν λόγων, ἀναστὰς ἀπεφηνάμην,
καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην καὶ ἐργατικὴν ἀπολιπὼν, μετέβαινον
πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γεγηθώς· καὶ μάλιστα ἐπεί μοι καὶ
εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πληγὰς εὐθὺς [f]) οὐκ ὀλί-
γας ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. ἡ δὲ ἀπολειφθεῖσα [g]) τὸ
μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τῷ χεῖρε συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόν-
τας ἐνέπριε [h])· τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπε-
πήγει, καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ
ἀπιστήσητε· θαυματοποιοὶ γάρ οἱ ὄνειροι. Ἡ ἑτέρα δὲ πρός 15.
με ἀπιδοῦσα, τοιγαροῦν ἀμείψομαί σε, ἔφη, τῆσδε [i]) τῆς

c) χαμαιπετὴς] χαμαιτυπὴς Aug. vulgata supra scripta. d) ἀνακύπτων] ἀνανήφων A. P. F. J. V. 2. Margo A. 1. W. e) ἐλευθέριον] ἐλεύθερον C. F. et hinc marg. Ald. 1. W. nec non Ald. 2. Vide, an etiam *Isocrat.* Paneg. c. 13. legendum sit ἐλευθερίως τεθραμμένους pro vulg. ἐλευθέρως. f) εὐθὺς] ὁ θεῖος conj. *Hemst.* g) ἀπολειφθεῖσα] ἀπολειφθεῖσα in quibusdam edd. h) ἐνέπριε] συνέπριε Gorl. et marg. A. 1. W. i) τῆσδε] τῆς δὲ in plerisque edd., etiam in *Hemsterh.* Recta scriptura in utraque Ald.

leolos, scalpra in manibus habebis, vultu ad opus prono, humilis et humilia consectans, omnemque in modum abjectus: nunquam tu rectum caput efferes, virile nihil, nihil liberale cogitabis; sed opera quomodo tibi concinna et elegantia procedant, providebis: ut ipse sis concinnus et honestis moribus ornatus, minime curabis, sed lapidibus te viliorem reddes. Haec cum adhuc diceret, ego, non exspectato sermonum fine, surgens litem decrevi: mox illa deformi atque operaria spreta, conferebam me ad Eruditionem valde laetus: maxime quandoquidem in mentem mihi venit scutica, et plagas statim non paucas inchoanti mihi hesterno die fuisse impositas. Illa deserta primum indignabatur manibus complosis, et dentes infrendens: tandem, quomodo Nioben audimus, fixa diriguit, inque lapidem fuit versa. Si vero passa videatur incredibilia, ne tamen

p. 19. δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας. καὶ ἐλθὲ ἤδη, [k])
p. 20. ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήματος, (δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων [l]) ἵππων τινῶν, τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων) ὅπως ἴδῃς [m]) οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσειν ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἤλαυνε, καὶ ὑφηνιόχει· [n]) ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ ἐπεσκόπουν, [o]) ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς ἑσπέραν, [p]) πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν. οὐκέτι μέν τοι μέμνημαι ὅ, τι τὸ σπειρόμενον ἐκεῖνο [q]) ἦν· πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπῄνουν, καὶ μετ' εὐφημίας, καθ' οὓς γενοίμην τῇ
16 πτήσει, παρέπεμπον. Δείξασα δέ μοι τὰ [r]) τοιαῦτα, κἀμὲ τοῖς
p. 21. ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις, ἐπανήγαγεν αὖθις, οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐνδεδυπότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος· ἀλλ' ἐμοὶ [s]) ἐδόκουν εὐπάρυφός τις ἐπανήκειν. καταλαβοῦσα οὖν καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα καὶ περιμένοντα, ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν

k) ἤδη] δὴ conj. *Hemst.* l) ὑποπτέρων] ὑπόπτερον F. J. A. 2. m) ἴδῃς] εἰδῇς A. B. P. J. A. 2. n) ὑφηνιόχει] ἡνιόχει J. V. 2. A. 2. o) ἐπεσκόπουν] ἐσκόπουν J. margo A. 1. W. A. 2. p) πρὸς ἑσπέραν] πρὸς τὰς ἑσπέρι A. P. πρὸς τὰς ἑσπερίας B. J. A. 2. q) ἐκεῖνο] abest a Gorl. r) τὰ] abest ab Aug. s) ἐμοὶ] ἐν ᾗ Aug.

non credatis: miras enim somnia praestigias objiciunt. Tum altera, cum ad me respexisset, at ego jam, inquit, tibi vices rependam causae justissime dijudicatae: age ergo, inscende in hunc currum, (currum aliquem ostendebat equorum alatorum, Pegaso similium) ut perspicias, qualia et quanta, si te mihi non dedisses, ignoraturus fueras. Simul autem adscendi, agitabat illa et moderabatur: atque ego in altum evectus contemplabar, ab Aurora cursu instituto ad Occidentem usque, urbes, gentes, populosque, quasi Triptolemus seminis quiddam in terram projiciens: quamquam haud sane memini, qualenam esset sparsum illud semen, nisi hoc tantum, homines ad me suspicientes laudare, et faustis acclamationibus, quoscunque volatu adissem, prosequi. Postquam igitur tot res mihi, meque laudantibus istis ostendisset, reduxit iterum non ista quidem veste indutum, quam habebam, cum volucri curru efferrer: sed videbar omnino mihi in amictu honoratiore et praetextato redire. Quin et, ut patrem invenit adstantem, meque opperientem, monstrabat ipsi vestem illam, et me, qualis reverte-

ἐσθῆτα, κἀμὲ, οἷος ἥκοιμι· καί τι καὶ [t]) ὑπέμνησεν, οἷα μικροῦ p. 21.
δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσατο [u]). ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, ἀντίπαις
ἔτι ὤν, ἐμοὶ δοκεῖν [x]), ἐκταραχθεὶς πρὸς τὸν τῶν πληγῶν φό-
βον. Μεταξὺ δὲ λέγοντος, Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν τὸ 17
ἐνύπνιον καί δικανικόν· εἶτ' ἄλλος ὑπέκρουσε, χειμερινὸς ὄνει-
ρος, ὅτε [y]) μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες· ἢ τάχα που τριέσπερος,
οἷόσπερ [z]) ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτός ἐστι. τί δ' οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ
ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς, καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτὸς, καὶ p. 22.
ὀνείρων παλαιῶν, καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρο-
λογία· μὴ ὀνείρων [a]) ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; οὔκ, ὦ
γαθέ. οὐδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον, ὡς Xen.
ἔδόκει αὐτῷ [b]) ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα, (ἵστε γὰρ) οὐχ An. III,
ὡς ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν, οὐδὲ ὡς φλυαρεῖν ἐγνωκὼς αὐτὰ διεξῄει· 1, 11.
καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεστώτων

t) καί τι καὶ] καί τοι καὶ conj. *Hemst.* et cod. Aug. u) ἐβουλεύσαντο] ἐβουλεύσαντο prr. edd. ἐβουλεύσατο cod. Reg. x) ἐμοὶ δοκεῖν] vulg. δοκεῖ. y) ὅτε] Sic nos cum *Matth.* e *Graevii* conj. Olim ὅτι. z) οἷόσπερ] Sic cod. Aug. In reliquis ὥσπερ. a) μὴ ὀνείρων] Addunt vulgo τινῶν, omissum in Gorl. et Aug. et ed. Fl. b) ὡς ἐδόκει αὐτῷ] Vulgo ὡς ἐδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ πατρ. οἰκ., κ. τ. ἄ., ἵστε γὰρ, οὐχ ὑπόκρισιν κ. τ. λ. Corruptum locum quomodo vel explicare, vel emendare, conati sint viri docti, vid. in Adnott.

rer: imo etiam submonefecit, quam fere de me consilii rationem iniisset. Ista me vidisse memini pueritiam tantum quod egressus, ut mihi quidem videtur, conturbatus ex verberum metu. Haec dum exsequor, Hercules, inquit nonnemo, quam longum somnium et judiciale: tum alius interpellat, hibernum scilicet, nam (*ubi*) longissimae sunt noctes: aut si forte trinoctiale, quemadmodum Hercules est et ipse: quid vero ipsi in mentem venit, ut ista nugaretur ad nos, puerilemque noctem commemoraret, et somnia vetera, jamque obsoleta: futile profecto hoc narrationis frigus: num nos somniorum interpretes esse quosdam statuit? Minime certe, o tu, quisquis es: neque enim Xenophon, cum narraret aliquando somnium, fulmen sibi visum in paternam cecidisse domum, et reliqua, (nostis enim) velut histrionicam (*interpretandi caussa*), visionem istam, neque nugaturus de industria persequebatur, idque in bello et desperatione rerum, urgente hoste; sed sane et utile

p.23.18 πολεμίων· ἀλλά τι καὶ χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις. Καὶ τοίνυν κἀγὼ τοῦτον ὄνειρον ὑμῖν διηγησάμην ἐκείνου ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται· καὶ μάλιστα, εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ, c) καὶ πρὸς τὰ d) ἧττω ἀποκλίνει, φύσιν οὐκ ἀγεννῆ διαφθείρων. ἐπιῤῥωσθήσεται εὖ οἶδ' ὅτι κἀκεῖνος, ἀκούσας τοῦ μύθου, ἱκανὸν ἑαυτῷ e) παράδειγμα ἐμὲ προστησάμενος, ἐνυοῶν οἷος μὲν ὢν πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα, καὶ παιδείας ἐπεθύμησα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὐδενὸς γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

c) ἐθελοκακεῖ] ἐθελοκολακεῖ F. adscriptum ἐθελοκακεῖ ex P. d) πρὸς τὰ] πρὸς τὴν cod. 2954. e) ἑαυτῷ] ἑαυτοῦ prr. edd. Vid. *Hemst.* in Adnot.

quiddam habebat ista narratio. Similiter et ego somnium istud meum enarravi vobis ejus rei causa, ut juvenes ad meliora convertantur: inprimis si quis eorum ob paupertatem animo deficiat, seque deterioribus applicet, indolem haud ignobilem corrumpens. Hic, sat scio, confirmabitur, audita somnii nostri fabula, meque sibi idoneum exemplum ob oculos ponet, considerando, ex quali conditione ad pulcherrima me contuli, eruditionemque concupivi, nequaquam ignave cedens rei familiaris, quae tum premebant, angustiis; itemque qualis ad vos me recepi, si nihil aliud, at saltem nemine sculptorum obscurior.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΠΟΝΤΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΤΣ ΕΙ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ.

p. 23.

Argum. Exemplum probae Anticriticae, salibus non minus conditae, quam candore animi ac modestia auctoris commendatae. Nescio quis oratorum, opinor, Atticorum Lucianum scriptorem nomine *Prometheï* insigniverat, idque, ut videtur, non sine invidiosa quadam ambiguitate. Cui respondet noster in hac Recitatione (προσλαλιᾷ) ita, ut varias, quibus hoc nomen capi possit, interpretandi rationes persequens ostendat, quatenus vere sibi ipse Prometheus dici posse videatur, quatenus falso, ac simul momenta indicat, unde judicium de ipsius dialogis, tanquam nova artis forma, regi oporteat.

Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὅμοιος εἶναι αὐτῷ· οὐδ' [a]) ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλὸς, οἷος ἐκ τριόδου, βόρβορός [b]) τις παρὰ μικρόν. εἰ δὲ ὑπερεπαινῶν τοὺς λόγους ὡς δῆθεν εὐμηχάνους [c]) ὄντας, τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις [d]) αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ, καὶ 1 p. 24.

a) οὐδ'] Sic B. 2. Vulg. οὐδ᾽ separatim, minus bene. b) βόρβορός] Ita recte J. V. 2. P. S. A. 2. βάρβαρος M. O. et ceterae Edd. prior lectio adscripta margini A. 1. W. c) εὐμηχάνους] ἀμηχάνους F. εὐμ. E. P. d) ἐπιφημίζεις] ἐπευφημίζεις P.

AD EUM, QUI DIXERAT, PROMETHEUS ES IN VERBIS.

Prometheum igitur me esse ais? Si ea ratione, o optime, quod et mea opera lutea sint, agnosco imaginem, meque similem illi esse fateor: neque luti figulus dici recuso; tametsi lutum mihi vilius sit, quale ex triviis colligitur, coenum propemodum. Sin vero extollens orationem meam, perinde ut artificiosam, doctissimi illius Titanum nomine eam cohonestas, vide, ne quis ironiam

p. 24. μυκτῆρα, οἷον τὸν Ἀττικὸν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. ἢ πόθεν γὰρ εὐμήχανον τοὐμόν; τίς δ' [e]) ἡ περιττὴ σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν; ὡς ἔμοιγε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα ἔδοξε, μηδὲ κομιδῇ ἄξια τοῦ Καυκάσου. καίτοι πόσῳ δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοισθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις
p. 25. εὐδοκιμεῖτε, ξὺν ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶνας; ζῶντα οὖν [f]) ὡς ἀληθῶς, καὶ ἔμψυχα ὑμῖν τὰ ἔργα· καὶ νὴ Δία, καὶ τὸ θερμὸν αὐτῶν ἐστι διάπυρον. καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προμηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε [g]), ὅτι μηδ' [h]) ἐκ πηλοῦ
2 πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα. Ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλῆθη παριόντες, καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα ἅττα ἐπιδεικνύμεθα. καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ πλαστικὴ κατὰ ταὐτὰ τοῖς κοροπλάθοις· τὰ δ' ἄλλα, οὔτε κίνησις ὁμοία πρόσεστιν, οὔτε ψυχῆς δεῖγμά [i]) τι, ἀλλὰ τέρψις ἄλλως, καὶ παι-
p. 26. διὰ τὸ πρᾶγμα. ὥστε μοι [k]) ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω

e) τίς δ'] τίς δαὶ W. f) ζῶντα οὖν] ζῶα γ' οὖν W. g) διαλλάττοιτε] εἰ μὲν διαλλάττετε O. εἰ μὲν διαλλάττοιτε M. h) μηδ'] μὴ *Hemst.* conj. Forte antea excidit μὴ ἐκ βορβόρου, μηδ' etc. i) δεῖγμα] δῆγμα conj. *Sol.* k) μοι] με edd. μοι O. M.

dixerit, et quasi quandam Atticam subsannationem subesse huic laudi: unde enim artificiosum est, quod ego facio? Quae vero eximia sapientia et prudentia in scriptis meis? Mihi certe illud satis fuerit, si non lutea prorsus, aut digna Caucaso tibi videantur. At vero quanto justius vos comparare Prometheo poteratis, quicunque in causis agendis celebres estis, vera certamina subeuntes? Viva enim re vera atque animata vobis opera sunt, et per Jovem etiam calor illorum ignitus est. Quod ipsum a Prometheo profectum videri possit, nisi quod hoc discriminis inest, quod ex luto vos non fingitis, sed aurea vobis plerisque figmenta sunt. Nos autem, qui ad multitudinem prodimus, atque ibi hujusmodi declamationes profitemur, simulacra tantum quaedam spectanda exhibemus. Et in summa, circa lutum, uti paulo ante dixi, haec figulina versatur, quemadmodum puparum figuli: ceterum neque motus similis inest, neque animae significatio alia, sed delectatio quaedam ad summum, et lusus merus est. Ut cogitare

με Προμηθέα λέγεις *) εἶναι, ὡς ὁ Κωμικὸς τὸν Κλέωνά φη- p. 26.
σιν, (οἶσθα περὶ αὐτοῦ [l])·)

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.

καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι [m]) τοὺς χυτρέας, καὶ ἰπνοποιοὺς [n]), καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν, ἢ καὶ [o]) τὴν ἐν πυρὶ, οἶμαι, τῶν σκευῶν ὄπτησιν. καὶ εἴγε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται, καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν [p]) τὰ ἔργα, ὥςπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια· κἂν [q]) μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα. Καίτοι φαίη τις παραμυθούμενος, οὐ ταῦτα p. 27. S
εἰκάσαι τῷ Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν [r]), καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον· ὥςπερ ἐκεῖνος

*) λέγεις] Sic e conj. *Schaeferi* Meletemm. p. 116. pro vulg. λέγοις. Verte: *num forte — dicat.* Alia ex ipso *Luciano* loca suppeditat ibidem *Schaeferus.* l) οἶσθα περὶ αὐτοῦ] οἶσθα γὰρ αὐτὸ, vel οἶσθά που καὶ αὐτὸς conj. *Hemst.* Suspicor οἶσθα γάρ· Αὐτὸς Προμηθεύς etc. omisso *Κλέων.* Quomodocunque legatur, sententia parenthetica parentheseos signo notanda videbatur. m) Ἀθηναῖοι] Num forte οἱ Ἀθηναῖοι; n) ἰπνοποιούς] Edd. ἰπν. in O. ἰπν. o) ἢ καὶ] Sic J. et A. 2. Simpl. καὶ C. L. P. S. Hemst. Schm. εἶναι O. M. ceterae edd. p) ἡμῖν] ὑμῖν F. q) κἂν] Vulg. καί. *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. conj. καὶ — συντρίψειεν ἂν ἅπαντα. Facilior videbatur *Schaeferi* emendatio κἂν — συντρίψειεν ἅπαντα. r) ἐπαινῶν] Sic omnes praeter S., ubi ἐπαινεῖν. Unde *Hemst.* conj. aut εἴκασέ σε et ἐπαινῶν, aut εἰκασαι (mutato accentu) et ἐπαινεῖ. Num forte scripsit auctor εἰκασαι, omisso ἐπαινῶν, quod omnino suspectum?

incipiam, nunbita me Prometheum dixeris, ut Comicus ille Cleonem: (nosti siquidem,) *Cleon*, inquit, *Prometheus ipse post negotia est.* Ipsi etiam Athenienses figulos ollarum, furnorum constructores, et quicunque circa lutum versantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, et ad illam, quae fit in igne, vasorum coctura. Quod si hoc sibi vult Prometheus iste tuus, admodum directe jaculatus es, et secundum Atticam illam mordendi acerbitatem: quoniam et nostra opera fragilia sunt, perinde ut illorum ollulae; et modicum quispiam lapillum injiciens, facile contriverit omnia. Atqui, dixerit aliquis, consolando nos, nequaquam ista assimilasse te Prometheo, sed novitatem hanc, laudans, et ad nullum aliud exemplar effictum opus; quemadmodum:

p. 27. οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε· τοιαῦτα ζῶα μορφώσας, καὶ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά τε εἴη, καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνειργάζετο δέ τι s) καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. ὁ μὲν ταῦτα ἂν εἴποι, πρός γε t) τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος τὸ εἰρημένον. καὶ ἴσως οὗτος ὁ νοῦς ἦν τῷ λελεγμένῳ· ἐμοὶ δὲ οὐ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιεῖν δοκοίην, μηδὲ ἔχοι τις λέγειν u) ἀρχαιότερόν τι τοῦ
p. 28. πλάσματος, οὗ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν· ἀλλὰ εἰ μὴ καὶ χαρίεν x) φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἄν, εὖ ἴσθι, ἐπ' αὐτῷ, καὶ ξυμπατήσας ἄν, ἀφανίσαιμι. οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ, παρὰ γοῦν y) ἐμοὶ, ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ συντετρίφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴης μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἄν μοι δοκῶ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, οὐ συνιείς, ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τοῦ ξένου
4 ταὐτὸ πεπονθότα z). Πτολεμαῖος οὖν ὁ Λάγου δύο καινὰ ἐς

s) τι] Sic O. W. et Schm. Vulg. τοι. Vid. ad Somn. §. 16. t) γε] Olim in omnibus τε. Vid. adnot. u) λέγειν] λέγων O. M. x) εἰ μὴ καὶ χαρίεν] Sic P. J. S. A. praeterquam quod χάριεν proparoxytone. χάριέν τι C. L. χαρίεντα F. A. H.P. καὶ abest in O.M. y) γοῦν] Sic scripsi, quum vulgo legatur γὰρ, et in Ald. 2. reperiatur οὖν. *Sol.* conj. γ'. Cf. Epist. Sat. c. 20. In J. γοῦν. z) ταὐτὸ πεπονθότα] Sic in codd. *Brod.* et ed. *Schm.* Vulg. αὐτὰ πεποιθότα. Vid. adnot.

ille, cum nondum essent homines, sua sollertia excogitatos illos finxit, ac talia animantia formavit atque adornavit, quae et moverentur facile, et aspectu gratiosa forent; et in summa, architectus ipse erat, sed cooperabatur tamen etiam Minerva, quae et lutum inspirabat, et figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille dixerit, in meliorem partem dictum istud exponens. Et fortassis haec sententia etiam dicti fuit: sed mihi non satis est, si videar nova finxisse, figmentoque nostro nihil vetustius afferri possit, cujus progenies censeatur. Sed nisi elegans videatur, pudeat me sane (sat scias) illius, et conculcans comminuerim. Neque illi profuerit apud me novitas, quo minus conteratur, si non et formosum videatur. Ac nisi ita sentiam, dignus mihi videor, qui a sedecim vulturibus arrodar: ut qui non intelligam, longe deformiora ea esse, quae cum peregrinitate conjunctam habent turpitudinem. Ptolemaeus igitur Lagi

Αἴγυπτον ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν παμμέλαιναν, καὶ δί- p. 28.
χρωμον ἄνθρωπον, ὡς τὸ μὲν ἡμίτομον αὐτοῦ, ἀκριβῶς μέ-
λαν εἶναι, τὸ δ' ἕτερον, ἐς ὑπερβολὴν λευκὸν, ἐπίσης δὲ με-
μερισμέναν, ἐς τὸ θέατρον συναγαγὼν [a]) τοὺς Αἰγυπτίους,
ἐπεδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλα τε πολλὰ θεάματα, καὶ τὸ τελευταῖον p. 29.
καὶ ταῦτα, τὴν κάμηλον, καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον· καὶ
ᾤετο ἐκπλήξειν τῷ θεάματι. οἱ δὲ, πρὸς μὲν τὴν κάμηλον,
ἐφοβήθησαν, καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφυγον ἀναθορόντες· καίτοι
χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο, καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο, καὶ
ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ
Κύρου αὐτοῦ κειμήλιον [b]). πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον, οἱ μὲν
πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δέ τινες, ὡς ἐπὶ τέρατι ἐμυσάττοντο [c]). ὥς-
τε [d]) ὁ Πτολεμαῖος συνιεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, οὐ-
δὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐ-
τῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον κρίνουσι, μετέστησεν αὐτὰ,
καὶ [τὸν ἄνθρωπον e)] οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν ὡς πρὸ τοῦ·

a) συναγαγὼν] ἀγαγὼν O. P. b) κειμήλιον] καμήλον O.
c) ἐμυσάττοντο] M. et Ox. Excepta S. et A. priores Edd.
omnes ἐμυσσάττ. *Hemst.* et *Schm.* ἐμυσάττ. d) ὥστε] ὁ μέν
τοι J. margo A. 1. W. et A. 2. e) τὸν ἄνθρωπον] τὸ
ἄμορφον, vel τὸ ἄτοπον conj. *Jacobs.* Animadvv. ad Eurip.
p. 240. Id. in *Porson.* Adverss. καὶ τὸ ἀλλόκοτον. Spurium
omnino τὸν ἄνθρωπον esse videtur.

filius, cum duas res novas in Aegyptum adduxisset, camelum Bactrianam totam nigram, et hominem bicolorem, cujus dimidia pars plane nigra, altera autem supra modum candida erat; congregatis in theatrum Aegyptiis, exhibuit illis cum alia multa spectacula, tum inter postrema, haec quoque, camelum et semialbum hominem: putabatque, se magnam admirationem isto spectaculo concitaturum esse. At illi ad cameli quidem conspectum perterriti sunt, et parum abfuit quin exsilientes profugerent, quamquam tota ea auro exornata, ac purpura instrata erat, frenum etiam gemmis distinctum habebat, ex Darii, aut Cambysis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromtum. Homine autem viso, plerique ridebant: quidam etiam ut monstrum sunt aversati. Quare Ptolemaeus intelligens se parum laudis capere, neque novitatem apud Aegyptios in admiratione esse, sed prae ipsa concinnitatem justamque formam probari, abduci ea jussit; nec amplius eodem honore habuit, quo antea. Ga-

p.29.30. ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελουμένη· τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσατο καλῶς αὐλήσαντι πα-
5 ρὰ τὸν πότον. Δέδοικα δὲ μὴ καὶ τοὐμὸν, κάμηλος ἐν Αἰγυπτίοις, ᾖ, οἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζωσι [f]), καὶ τὴν ἁλουργίδα [g]). ἔτι δὲ [h]) οὐδὲ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις ἐναρμόνιος, καὶ κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο. ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱππο-
p. 31. κένταυρος. οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῷον τουτὶ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις ἐπιδεικνυμένοις τὰς παροινίας, καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθὲν, ὥςπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον; φημὶ ἔγωγε· οὐ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιούτων ὄντων, ἀλλὰ δέδια μὴ τὸ ἑκατέρου κάλλος ἡ μίξις συν-
6 έφθειρεν. Οὐ πάνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν ὁ διά-

f) *Θαυμάζωσι*] Sic *Marcil.* Reliqui libri *θαυμάζουσι*, errore inde orto, quod post ᾖ in iisdem plene distinctum erat. g) *ἁλουργίδα*] Sic Ald. 2. In ceteris omnibus *ἁλουργῖδα*, quum tamen supra *ἁλουργίδι* §. 4. h) *ἔτι δὲ*] Sic ex *Hemst.* conj. Vulg. *ἐπεὶ δὲ*, nullo sensu. O. *ἐπειδή*.

melus neglecta mortua est: hominem autem illum duplicem Thespidi cuidam tibicini, cum in convivio belle cecinisset, dono dedit. Vereor itaque, ne et mea, camelus in Aegypto, sint, cujus homines adhuc frenum et purpuram admirentur: neque enim ad elegantiam sufficit, quod ex duobus optimis constat, Dialogo et Comoedia, nisi et ipsa compositio inter se consentiens, justaque proportione temperata fuerit. Ex duobus pulchris certe compositio absurda fieri potest, quale illud vulgatissimum est Hippocentaurus. Non enim amabile hoc animal esse dixeris, sed potius contumeliosissimum, si modo convenit pictoribus credere, temulentiam et caedes illorum exhibentibus. Quid ergo? an non rursus ex duobus optimis compositum fieri potest pulchrum? Ut ex vino et melle commixtum et temperatum suavissimum? Potest sane. Meas vero compositiones contendere non ausim tales esse; quin potius vereor, ne utriusque pulchritudinem ipsa mixtura corruperit. Neque enim omnino consueta inter se atque affinia ab initio Dialogus et

λογος, καὶ ἡ κωμῳδία· εἴγε ὁ μὲν, οἴκοι καθ' ἑαυτὸν, καὶ [i]) p. 31.
νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο·
ἡ δὲ, παραδοῦσα τῷ Διονύσῳ [k]) ἑαυτὴν, θεάτρῳ ὡμίλει, καὶ p. 32.
ξυνέπαιζε, καὶ ἐγελωτοποίει, καὶ ἐπέσκωπτε, καὶ ἐν [l]) ῥυθμῷ
ἔβαινε πρὸς αὐλόν. ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις
ἐποχουμένη [m]), τὰ πολλὰ τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύα-
ζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγο- p. 33.
ρεύουσα. καὶ μίαν ταύτην προέλευσιν [n]) ἐπεποίητο ἐκείνους p. 34.
ἐπισκώπτειν, καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν·
ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα, καὶ νεφέλαις ξυνόντας·
ἄρτι δὲ, ψυλλῶν πηδήματα [o]) διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ
ἀέρια λεπτολογουμένους. ὁ διάλογος δὲ σεμνοτάτας ἐποιεῖτο
τὰς συνουσίας, φύσεώς τε πέρι καὶ ἀρετῆς φιλοσοφῶν· ὥστε
τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν,
[ἀπὸ τοῦ ὀξυτάτου ἐς τὸ βαρύτατον [p])·] καὶ ὅμως ἐτολμήσα-

i) καθ' ἑαυτὸν, καὶ] Olim alio ordine: καὶ καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία. Vid. Adnot. k) Διονύσῳ] Ita O. C. W. Edd. Διονυσίῳ. l) ἐν] deest in P. notatur quoque in A. 1. W. m) ἐποχουμένη] ἐπηχουμένη B. 2. P. n) προέλευσιν] προαίρεσιν C. P. L. J. margo A. 1. W. A. 2. προσαιρ. Angl. d) πηδήματα] ὑποδήματα conjectura *Belini*, vix commemoratu digna. p) ἀπὸ τοῦ ὀξ. ἐ. τ. βαρ.] spuria videntur; *Kistemakero* ad Thucyd. p. 131. etiam antecedentia τὴν ἁρμονίαν.

Comoedia fuere. Siquidem ille domi et seorsum, (*domi seorsim, et*) mehercle, in ambulacris cum paucis quibusdam disputationes suas habebat: haec vero, Baccho se totam tradens, in theatris versabatur, simulque ludebat, et risum movebat, gaudebatque salibus, et dicacitate, et ad numeros tibiae incedebat. Interdum etiam anapaesticis versibus prorsus vecta, Dialogi sectatores ut plurimum, subsannabat, *meditatores*, ac *vanos sublimium rerum disceptatores*, et id genus alia vocitando. Eique id cordi erat, ut eos sugillaret, et Dionysiacam istam libertatem in eos effunderet; nunc *in aëre ambulantes*, et *cum nubibus versantes* illos exhibens, nunc *pulicum saltus metientes*, ut qui de aëreis et sublimibus istis rebus nimis exiliter argutarentur. Dialogus vero gravissimas disputationes habebat, de natura rerum deque virtute philosophans: ita ut Musicorum illud, bis per omnes chordas, ab acutissimo ad gravissimum usque, inter eos esset. Et tamen ausi fuimus nos, haec ita sese haben-

p. 34. 35. μεν ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι, οὐ πάνυ πειθόμενα, οὐδὲ εὐμαρῶς ἀνεχόμενα τὴν κοι-
7 νωνίαν. Δέδια τοίνυν μὴ αὖθις ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι, τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐγκαταμίξας, καὶ δι' αὐτὸ δίκην ὑπόσχω. μᾶλλον δὲ μὴ καὶ ἄλλο τι τοιοῦτο φανείην [q]), ἐξαπατῶν ἴσως τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὁστᾶ παρα-
θεὶς αὐτοῖς κεκαλυμμένα τῇ πιμελῇ, γέλωτα κωμικὸν ὑπὸ σε-
μνότητι φιλοσόφῳ [r])· τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς (καὶ γὰρ καὶ κλεπτικὸς [s]) ὁ θεὸς) ἄπαγε· τοῦτο μόνον οὐκ ἂν εἴποις ἐνεῖναι
p. 36. τοῖς ἡμετέροις. ἢ παρὰ τοῦ [t]) γὰρ ἂν ἐκλέπτομεν; εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους ἱπποκάμπους [u]), καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς. πλὴν ἀλλά τί ἂν πάθοιμι; ἐμμενετέον
p. 37. γὰρ οἷς ἅπαξ προειλόμην· ἐπεὶ τόγε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστί.

q) φανείην] φανοίην edd. priores. Quod restituit *Hemst.*, est in O. M. Ceterum τοιοῦτος conj. *Hemst.* Mallem μὴ transferri post τοιοῦτο, et post φανείην deleri comma. Quamquam et vulgata bene habent. r) φιλοσόφῳ] φιλοσόφων J. A. 2. φιλοσόφου P. A. 1. B. 2. s) καὶ γὰρ καὶ κλεπτικὸς] Olim totus locus vitiosa interpunctione obscuratus: τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς· καὶ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεός· ἄπαγε τοῦτο μόνον, οὐκ ἂν etc. Rectius distinxit *Graev.* Pro altero κλεπτικῆς *Hemst.* κλεπτικὸς, *Elsner.* Sched. crit. p. 1. κλέπτης. Ego post καὶ γὰρ omissum καὶ adjeci. t) τοῦ] Edd. priores του, praeter *Schmied.* u) ἱπποκάμπους] Ita L. πυτιοκάμπτας O. F. A. 1. 2. et pleraeque Edd. πιτυοκ. K. M. S. Hemst. Schm. Varias conjectt. vid. in Adnott.

tia, inter sese conjungere et coaptare, non admodum obsequentia, neque facile societatem sustinentia. Vereor itaque, ne denuo simile aliquid Prometheo isti tuo fecisse videar, ut qui feminam cum mari commiscuerim, et ob id ipsum nunc reus agar. Vel potius aliud quid, ne videar decepisse fortasse auditores, atque ossa apposuisse ipsis pinguedine obducta, risum scilicet Comicum sub philosophica gravitate. Ad furtum enim quod attinet, (nam et furandi arte hic Deus insignis est) absit: hoc certe nostris inesse non dices. Unde enim furatus sim? nisi forte quis me fugit, qui ejusmodi Hippocampos et Hircocervos et ipse composuerit. Verum quid faciam? Perseverandum enim est in iis, quae semel elegi: mutare enim consilium, Epimethei, non Promethei est.

ΝΙΓΡΙΝΟΣ

p. 37.

ἢ περὶ Φιλοσόφου ἤθους [a]).

Argum. Imago veri philosophi, ita proposita, ut contra etiam tum spuriorum, qui Luciani aetate fere erant, philosophorum instituta ac mores, tum vitae, qualis omnino tum Romae degebatur, vel deridendae, vel detestandae, modum simul intuearis. Roma scilicet — haec enim urbs intelligenda, licet non nominata, — reversus Lucianus in suburbanum, vel villam, nescio quam, amico cuidam narrat, ut nuper convenerit in urbe Nigrinum, ficti haud dubie non modo nominis, sed etiam ingenii, philosophum, nisi ipsum Antoninum Philosophum cogitare velis; et hujus sermones ac mores sapientes ita refert et celebrat, ut et amicus ipse hac narratione ad colendam sectandamque genuinam philosophiam vehementer excitatum se et instigatum confiteatur. Adnumerandus libellus Dialogi Lucianei primitiis.

ΠΡΟΣ ΝΙΓΡΙΝΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Λουκιανὸς Νιγρίνῳ εὖ πράττειν.

Ἡ μὲν παροιμία φησὶ, Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, ὡς γελοῖον ὂν εἴ τις ἐκεῖ κομίζοι [b]) γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ παρ' αὐτοῖς [c]) εἰσιν. p. 38. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δύναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, ἔπειτα

a) ΝΙΓΡΙΝΟΣ Κ. Τ. Λ.] Aug. *Νιγρίνου φιλοσοφία.* b) κομίζοι] Sic *Schmied.* e codd. Aug. et 2954. In reliquis κομίζει. c) αὐτοῖς] αὐταῖς J. et margo A. 1. W. Prava rectae lectionis emendatio. *Hemst.*

NIGRINUS

sive de moribus Philosophi.

EPISTOLA AD NIGRINUM.

Lucianus Nigrino salutem.

Noctuas Athenas, inquit proverbium: quasi ridiculum sit, si quis eo noctuas apportet, quoniam apud illos abundent. Ego vero si, dicendi facultatem ostendere

p. 38. Νιγρίνῳ γράψας βιβλίον ἔπεμπον, εἰχόμην ἂν τῷ γελοίῳ, γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος. ἐπεὶ δὲ μόνην σοι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν γνώμην ἐθέλω, ὅπως τε νῦν [d]) ἔχω, καὶ ὅτι μὴ παρέργως εἴλημμαι πρὸς τῶν σῶν λόγων, ἀποφεύγοιμ' ἂν εἰκότως καὶ τὸ τοῦ Θουκυδίδου λέγοντος, ὅτι ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. δῆλον γὰρ ὡς οὐχ ἡ ἀμαθία μοι μόνη τῆς τοιαύτης τόλμης, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς τοὺς λόγους ἔρως αἴτιος. ἔῤῥωσο.

Thuc. II, 40.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

1 ΕΤΑΙ. Ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα, καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας; οὐ τοίνυν προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς, οὔθ' ὁμιλίας μεταδίδως, οὔτε κοινωνεῖς τῶν ὁμοίων λόγων, ἀλλ' ἄφνω μεταβέβλησαι, καὶ ὅλως [e]), ὑπεροπτικῷ τινι ἔοικας; ἡδέως δ' ἂν παρὰ σοῦ πυθοίμην, ὅθεν οὕτως ἀτόπως ἔχεις, καὶ τί τούτων αἴτιον;

p. 39.

ΛΟΥΚ. Τί γὰρ ἄλλο γε, ὦ ἑταῖρε, ἢ εὐτυχία;

d) νῦν] νοῦ conj. *Hemst.* vix probabilis. e) ὅλως] ὅλος conj. *Hemst.* improbabilis.

volens, Nigrino librum a me scriptum mitterem, obnoxius equidem huic ridiculo forem. Nunc autem, cum id solum agam, ut sententiam meam tibi aperiam, qua nunc sim, et quod non leviter oratione tua affectus fuerim, effugero sane merito etiam Thucydidis illud, cum ait, Imperitia audaces, res autem cogitata atque considerata cunctatores efficit. Manifestum enim est, mihi non imperitiam solum, verum etiam amorem ac studium orationis, hujus audaciae causam esse. Vale.

AMICUS, LUCIANUS.

Am. Quam oppido gravis nobis et sublimis rediisti? Neque enim adspicere nos amplius dignaris, neque conversaris nobiscum, neque sermones ut antea confers, sed repente immutatus es, et omnino fastidiosus videris evasisse. Lubens igitur audierim ex te, unde ad hoc insolentiae perveneris, et quae ejus rei causa sit?

Luc. Quid enim aliud, o amice, quam felicitas?

ETAI. Πῶς λέγεις; p. 39.

ΛΟΥΚ. Ὁδοῦ πάρεργον ἥκω σοι εὐδαίμων τε καὶ μακάριος γεγενημένος, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα, τριςόλβιος.

ETAI. Ἡράκλεις, οὕτως ἐν βραχεῖ;

ΛΟΥΚ. Καὶ μάλα.

ETAI. Τί δὲ τὸ μέγα [f]) τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ καὶ κομᾷς, ἵνα μὴ ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ εὐφραινώμεθα, ἔχωμεν δέ τι καὶ ἀκριβῶς [g]) εἰδέναι τὸ πᾶν ἀκούσαντες;

ΛΟΥΚ. Οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ πρὸς Διὸς, ἀντὶ μὲν δούλου με ἐλεύθερον, ἀντὶ δὲ πένητος ὡς ἀληθῶς πλούσιον, ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου [h]) γενέσθαι μετριώτερον; p. 40.

ETAI. Μέγιστον μὲν οὖν· ἀτὰρ οὔπω μανθάνω σαφῶς 2
ὅ, τι καὶ λέγεις.

ΛΟΥΚ. Ἐστάλην μὲν εὐθὺ τῆς πόλεως βουλόμενος ἰατρὸν ὀφθαλμῶν θεάσασθαί τινα· τὸ γάρ μοι πάθος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπετείνετο.

ETAI. Οἶδα τούτων ἕκαστα [i]), καὶ ηὐξάμην σὲ τωὶ σπουδαίῳ ἐπιτυχεῖν.

f) *μέγα*] Sic *Solanus* correxit vulg. *μετά*. Secuti posteriores. g) *ἀκριβῶς*] *ἀκριβὲς* P. J. non male. Charon. c. 6. *οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε — ὁρῶ*. Nil tamen mutandum. h) *τετυφωμένου*] *τετυφλωμένου* in nonnullis libris, referente *Bourdelotio*. i) *ἕκαστα*] *ἕκαστον* cod. 2954.

Am. Quid ais?

Luc. Insperato felicem et beatum vides factum, et, quod in scena solet usurpari, ter beatum.

Am. Papae! tam subito!

Luc. Ita res habet.

Am. Quidnam autem tantum illud est, quo te sic effers? ut non summatim modo laetemur, sed et, auditis singulis, accurate scire possimus?

Luc. An non admiratione dignum tibi videtur, per Jovem, pro servo liberum, pro paupere vere divitem, pro stulto autem et insano me factum modestum?

Am. Immo vero maximum. Sed nondum tamen plane intelligo, quidnam illud sit, quod dicis.

Luc. Recta in urbem profectus sum, ut ibi oculorum aliquem medicum circumspicerem: nam ille oculi affectus, quo laborabam, magis ac magis ingravescebat.

Am. Ordine haec omnia

p. 40. ΛΟΥΚ. Δόξαν οὖν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν Πλατωνικὸν φιλόσοφον, ἔωθεν ἐξαναστὰς ὡς αὐτὸν ἀφικόμην, καὶ κόψας τὴν θύραν, τοῦ παιδὸς εἰσαγγείλαντος, ἐκλήθην· καὶ παρελθὼν εἴσω, καταλαμβάνω τὸν μὲν ἐν χερσὶ βι-
p. 41. βλίον ἔχοντα, πολλὰς δὲ εἰκόνας παλαιῶν σοφῶν [k]) ἐν κύκλῳ κειμένας. προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι [l]) τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων [καταγεγραμμένον], καὶ σφαῖρα καλάμου [m]) πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἐδόκει, πεποιημένη.
3 Σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, ἠρώτα, ὅ, τι καὶ [n]) πράττοιμι. κἀγὼ πάντα διηγησάμην αὐτῷ· καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι, ὅ, τι τε πράττοι, καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσμένον εἴη στέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος· ὁ δὲ ἀπαρξάμενος [o]), ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων [p]) λέγειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διηγεῖσθαι, τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο,

k) σοφῶν] φιλοσόφων supra scr. in Aug. l) τι] τισι conj. *Hemst.* Infra καταγεγραμμένων conj. *Jens.* Suspectum omnino καταγεγραμμένον. m) καλάμου] Καλάνου P. ἢ ἀπὸ καλάμου supra script. in cod. 2954. n) καὶ] abest ab Aug. o) ἀπαρξάμενος] ἅπαξ ἀρξάμενος conj. *Wyttenbach.* Bibl. Crit. Vol. III. P. 2. p. 37. non placet. p) περὶ τούτων] καὶ περὶ τούτων codd. 2954. et Aug.

novi, ideoque etiam optabam, ut in bonum atque peritum aliquem incideres.

Luc. Cum igitur statuissem, Nigrinum quoque illum Platonicum philosophum, ut quem longo temporis intervallo non videram, compellare, mane surgens, ad ipsum adeo, et pulsata janua, cum puer intro de me renuntiasset, arcessitus sum. Ingressus, deprehendo ipsum quidem manibus librum tenentem, circum autem undique multas veterum sapientum imagines positas. In medio autem erat etiam tabella quaedam, in qua Geometricae quaedam figurae descriptae erant, ac sphaera arundinea, ad imitationem universi, ut videbatur, composita. Amantissime igitur me amplexatus ille, interrogavit de rebus meis. Quibus omnibus illi expositis, et ego quoque vicissim ex eo quaesivi, et quid ipse ageret, et numquid apud se statuisset in Graeciam denuo navigare. Ibi vero ille, o amice, posteaquam coepisset de hisce rebus dicere, suamque sententiam explicare, tantam verborum ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane Sirenes illas, si quae unquam fuerunt,

καὶ τὰς ἀηδόνας, καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀργαῖον ἀποδεῖξαι· p. 41. 42.
οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο q). Προήχθη γὰρ αὐτήν τε φιλο- 4
σοφίαν ἐπαινέσαι, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν, καὶ τῶν
δημοσίᾳ νομιζομένων ἀγαθῶν καταγελάσαι, πλούτου, καὶ δό-
ξης, καὶ βασιλείας, καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσοῦ, καὶ πορφύρας,
καὶ τῶν πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς, τέως δὲ κἀμοὶ δοκούν-
των.. ἅπερ ἔγωγε ἀτενεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος,
αὐτίκα μὲν οὐδὲ εἶχον εἰκάσαι ὅπερ ἐπεπόνθειν, ἀλλὰ παντοῖος
ἐγιγνόμην· καὶ ἄρτι μὲν ἐλυπούμην, ἐληλεγμένων μοι τῶν φιλ-
τάτων, πλούτου τε, καὶ ἀργυρίου, καὶ δόξης· καὶ μόνον οὐκ
ἐδάκρυον ἐπ' αὐτοῖς καθηρημένοις· ἄρτι δὲ αὐτὰ μὲν ἐδόκει
μοι ταπεινὰ καὶ καταγέλαστα· ἔχαιρον δ' ἂν r), ὥσπερ ἐκ ζο-
φεροῦ τινος ἀέρος τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν, ἐς αἰθρίαν τε καὶ
μέγα φῶς ἀναβλέπων· ὥστε δὴ (τὸ καινότατον) τοῦ ὀφθαλ- p. 43.
μοῦ s) μὲν, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀσθενείας ἐπελανθανόμην·
τὴν δὲ ψυχὴν ὀξυδερκέστερος κατὰ μικρὸν ἐγιγνόμην. ἐλελή-
θειν γὰρ τέως αὐτὴν τυφλώττουσαν περιφέρων. Προϊὼν δὲ 5

q) ἐφθέγξατο] ἐφθέγγετο Aug. vulgata super scripta. r) δ' ἄν] Sic restitui e margine A. 1. W. et A. 2. Olim δ' αὖ. s) τοῦ ὀφθαλμοῦ] τῶν ὀφθαλμῶν, et mox αὐτῶν in P. Ut restituimus, est in C. P. L.

et luscinias, et Loton illam Homeri obscurasse et obliterasse videretur. Adeo divina erant, quae loquebatur. Huc enim dicendo provectus est, ut Philosophiam laudaret, et, quae ab ea manat, libertatem, et ista, quae vulgo pro bonis habentur, irrideret, divitias nimirum, gloriam, regna, honores: praeterea aurum quoque, et purpuram et cetera, quae admodum spectabilia plerisque, antea vero etiam mihi videbantur. Quae ego animo intento atque aperto accipiens, continuo ita affectus fui, ut quid paterer ipse, nescirem, atque in omnes partes raperer. Nunc quidem dolebam, quod vanitatis coarguerentur ea, quae mihi carissima fuerant, divitiae videlicet, argentum, et gloria: ac tantum non lacrimabar, cum de gradu dimotas cernerem: nunc eadem mihi videbantur vilia atque ridicula esse; gaudebamque tum, tanquam ex tenebroso quodam aëre prioris vitae ad serenitatem et magnam aliquam lucem respiciens. Adeo ut, novo sane exemplo, neglecto oculo ejusque infirmitate, animo perspicaciori paulatim evaserim, quem ad id tempus

p. 43. ἐς τόδε περιήχθην, ὅπερ ἀρτίως ἡμῖν ἐπεκάλεις. γαῦρός τε γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ μετέωρός εἰμι, καὶ ὅλως μικρὸν οὐκέτι οὐδὲν ἐπινοῶ. δοκῶ γάρ μοι ὅμοιόν τι πεπονθέναι πρὸς φιλοσοφίαν, οἷόν περ καὶ οἱ Ἰνδοὶ πρὸς τὸν οἶνον λέγονται παθεῖν, ὅτε πρῶτον ἔπιον αὐτοῦ. θερμότεροι γὰρ ὄντες φύσει, πιόντες ἰσχυρὸν οὕτω ποτὸν, αὐτίκα μάλα ἐξεβακχεύθησαν, καὶ διπλασίως ὑπὸ τοῦ ἀκράτου ἐξεμάνησαν. οὕτω σοι καὶ αὐτὸς ἔνθεος [t]) καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι.

6 ΕΤΑΙ. Καὶ μὴν τοῦτό γε, οὐ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐστιν. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν [u]) οἶ-

p. 44. μαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ [x]) φίλος, καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη.

Hom. Il. VIII. 293. ΛΟΤΚ. Θάῤῥει, ὦ γαθέ. τοῦτο γάρ τοι [y]) τὸ τοῦ Ὁμήρου, σπεύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς. καὶ εἶγε μὴ ἔφθης, αὐτὸς ἂν ἐδεήθην ἀκοῦσαί μου διηγουμένου. μάρτυρα γάρ σε παραστήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω, ὅτι οὐκ ἀλόγως μαι-

t) ἔνθεος] ἔνθους cod. 2954. et Aug. super scripto ἔνθεος. Contracta forma etiam in Edd. B. 2. A. 1. et 2. u) αὐτῶν] Constans haec librorum omnium lectio. Varias VV. DD. conjecturas vid. infra in Adnott. x) ἄλλως τε εἰ καὶ] ἄλλως τε καὶ εἰ *Hemst.* conj. y) γάρ τοι] δὴ Ald. 2. et J.

caecutientem insciens circumtuleram. Tandemque in eum statûm adductus sum, de quo mox querebare. Nam et elatus oratione illius, et tanquam in sublime eveotus sum, et omnino humile nihil jam cogito. Videor enim mihi a philosophia non aliter affectus, quam Indi a vino feruntur, quando primum bibere eis contigit. Natura enim calidiores cum jam essent, accedente potu adeo vehementi, continuo bacchari coeperunt, ac duplo, quam ceteri, magis ex mero insanire. Ita et ego orationę ejus quasi furore captus, ac ebrius obambulo.

Am. Atqui hoc quidem non est ebrium, sed sobrium atque temperantem esse. Ego vero optarim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim contemnere eam, opinor, fas est; praesertim si qui audire cupit, et amicus est, et eodem tenetur studio.

Luc. Bono animo esto, o bone, nam juxta Homericum illud, ultro festinantem hortaris. Ac nisi praevortisses, jam ipse rogassem, me narrantem audires. Testem enim te adhibere apud homines volo, me non sine ratione in-

νομαι· ἄλλως τε καὶ ἡδύ μοι τὸ μεμνῆσθαι αὐτῶν πολλάκις, καὶ ταύτην ἤδη μελέτην ἐποιησάμην· ἐπεὶ κἂν τις μὴ παρὼν τύχῃ, καὶ οὕτω δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας ἀνακυκλῶ πρὸς ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα. Καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ, τῶν παιδικῶν οὐ παρόντων, ἔργ' ἄττα καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς [z]) διαμνημονεύουσι, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες ἐξαπατῶσι τὴν νόσον, ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀγαπωμένων· ἔνιοι γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται, καὶ ὡς ἄρτι λεγομένων πρὸς αὐτοὺς, ὧν τότε [a]) ἤκουσαν, ἥδονται, καὶ προσάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων σχολὴν οὐκ ἄγουσιν ἐπὶ [b]) τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς, φιλοσοφίας οὐ παρούσης, τοὺς λόγους, οὓς τότε ἤκουσα, συναγείρων, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἀνατυλίττων, οὐ μικρὰν ἔχω παραμυθίαν. καὶ ὅλως, καθάπερ ἐν πελάγει καὶ νυκτὶ πολλῇ φερόμενος, ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀποβλέπω, πᾶσι μὲν παρεῖναι τοῖς ὑπ' [c]) ἐμοῦ πραττομένοις τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον οἰόμενος· ἀεὶ δὲ ὥσπερ ἀκούων αὐτοῦ τὰ αὐτὰ [d]) πρός με λέγοντος, ἐνίοτε δὲ, καὶ μάλιστα ὅταν ἐνερεί- p. 44. p. 45. 7 p. 46.

z) αὐτοῖς] αὐτοῦς conj. *Jens.* a) τότε] πότε (potius ποτὲ) conj. *Solan.* Vid. Adnot. b) ἐπὶ] ex conj. *Jens.* Priores Edd. ἐν, quod et ipsum omisit J. c) ὑπ'] παρ' Aug. d) αὐτὰ] αὐτοῦ pleraeque Edd. αὐτοῦ B. 2. αὐτὰ L. J. margo A. 1. W. et A. 2.

sanire. Quin et crebro meminisse, volupe mihi est; et hanc meditando familiarem jam exercitationem feci. Nam etiamsi nemo mihi adsit, tamen sic quoque bis terve de die dicta illa mecum ipse revolvo. Et quemadmodum amatores, absentibus amasiis, dicta eorum et facta memoria repetunt, iisque immorando morbum fallunt, perinde ac si illi ipsi amati adsint; quidam vero etiam colloqui secum illos putant, atque iis, quae tum sibi audire visi sunt, quasi paulo ante revera dictis, gaudent, animumque memoriae praeteritorum applicantes, macerandi sese praesentibus otium non habent: sic sane et ipse, philosophia non praesente, verba, quae tum audivi, recolligens, et mecum crebro revolvens, non exiguum capio solatium. In summa, perinde ac si in pelago, et per noctem atram ferar, ad hanc quasi quandam facem respicio, omnibus illis rebus, quae a me geruntur, virum illum coram adesse existimans, semperque velut audiens ipsum eadem illa sua ad me dicentem. Interdum etiam, et maxime, quando mente in id de-

p. 46. σω τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μοι φαίνεται, καὶ τῆς
Eupol. e φωνῆς ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς παραμένει. καὶ γάρ τοι [e]) κατὰ τὸν
Diod. S. XII, 40. κωμικὸν, ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέ τι [f]) κέντρον τοῖς ἀκούουσι.

8 ΕΤΑΙ. Παῦε, ὦ θαυμάσιε, μικρὸν ἀνακρουόμενος, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς, ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα· ὡς οὐ μετρίως με ἀποκναίεις περιάγων [g]).

p. 47. ΛΟΥΚ. Εὖ λέγεις, καὶ οὕτω χρὴ ποιεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνο, ὦ ἑταῖρε, ἤδη τραγικοὺς, ἢ καὶ νὴ Δία κωμικοὺς φαύλους ἑώρακας ὑποκριτὰς, τῶν συριττομένων λέγω τούτων, καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων· καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων τε, καὶ νενικηκότων;

ΕΤΑΙ. Πολλοὺς οἶδα τοιούτους. ἀλλὰ τί τοῦτο;

ΛΟΥΚ. Δέδοικα μή σοι μεταξὺ δόξω γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι· τὰ μὲν ἀτάκτως συνείρων, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸν [h]) ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων· κἄτα προαχθῆς [i]) ἠρέμα καὶ αὐτοῦ καταγνῶναι τοῦ δράματος. καὶ τὸ μὲν ἐμὸν, οὐ πάνυ ἄχθομαι· ἡ δὲ ὑπόθεσις [k]) οὐ μετρίως με λυπήσειν ἔοικε

e) τοι] τὸ conj. *Kistemaker.* ad Thuc. p. 132. f) τι] τὸ conj. *Hemst.* recepta a *Schmied.* g) περιάγων] βραδύνων Aug. h) αὐτὸν] αὐτοῦ conj. *Hemst.* i) προαχθῆς] προαχθεὶς L. F. P. k) ὑπόθεσις] supra scriptum τοῦ λόγου in Aug.

fixa constiti, vultum ipsum illius videre mihi videor, et vocis sonus in auribus mihi resonat. Etenim juxta Comicum, revera aculeum quendam in auditorum mente reliquit.

Am. Subsiste, o admirande, paulumque retrocede, et ab initio repetens jam tandem dicta illa enarra, quoniam non mediocriter me his ambagibus excrucias.

Luc. Recte dicis, atque ita facto opus est: sed illud quaeso, vidistine aliquando sive Tragicos, sive etiam, per Jovem, Comicos histriones, malos istos dico, qui sibilo excipiuntur, quique poëmata agendo corrumpunt, ac postremo theatris ejiciuntur, tametsi ipsae fabulae saepenumero bene se habeant, ac palmam etiam reportarint?

Am. Multos novi tales. sed quorsum hoc?

Luc. Vereor, ne et ipse minus apte imitari videar, alia quidem inordinate continuans, interdum autem etiam ipsam sententiam praeimbecillitate ingenii corrumpens; adeo ut cogaris sensim ipsam damnare fabulam. Nam ad histrioniam meam quod attinet, non admodum aegre id feram. Ce-

συνεκπίπτουσα, καὶ, τὸ [1]) ἐμὸν μέρος, ἀσχημονοῦσα. Τοῦτ' p.47.48. 9
οὖν παρ' ὅλον μέμνησό μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ἡμῖν [m]) τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀνεύθυνος, καὶ τῆς σκηνῆς πόρρω ποι [n]) κάθηται, οὐδὲν αὐτῷ μέλον [o]) τῶν ἐν θεάτρῳ πραττομένων [p]). ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ σοι πεῖραν παρέχω, ὁποῖός τίς εἰμι τὴν μνήμην ὑποκριτὴς, οὐδὲν ἀγγέλου τὰ ἄλλα [q]) τραγικοῦ διαφέρων. ὥστε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔστω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν· καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξῄει· ἐμὲ δὲ κἂν ἐκσυρίττῃς, οὐ πάνυ τι λυπήσομαι.

ETAI. Ὡς εὖγε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, καὶ κατὰ τὸν τῶν ῥη- p.49.10
τόρων νόμον πεπροοιμίασταί σοι ἔοικας γοῦν κἀκεῖνα προσθήσειν, ὡς δι' ὀλίγου [r]) τε ὑμῖν ἡ συνουσία ἐγένετο, καὶ ὡς οὐδ' αὐτὸς ἥκεις πρὸς τὸν λόγον παρεσκευασμένος, καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος ἀκούειν· σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ [s]) συγκεκομισμένος.

1) καὶ, τὸ] κατὰ supra script. in Aug. m) ἡμῖν] Ita quoque margo A. 1. W. et A. 2. Sed F. et plures edd. ὑμῖν. n) ποι] που conj. *Hemst.* o) μέλων] H. 1. et plures quaedam edd. p) πραττομένων] πραγμάτων Aug. Marg. A. 1. W. et J. q) τὰ ἄλλα] τάχα conj. *Hemst.* r) δι' ὀλίγου] δι' ὀλίγον B. 2. s) τῇ μνήμῃ] εἰς τὴν μνήμην conj. *Hemst.*

terum argumentum ipsum non mediocri dolore me affecturum esse videtur, si mecum una cadat, et (mea culpa) indecorum appareat. Proinde hoc per totam memineris mihi orationem, quod poëta quidem ipse talium peccatorum innocens est, ac procul a scena sejunctus alicubi sedet, neque quidquam eorum curat, quae in theatro aguntur: ego vero mei ipsius periculum tibi exhibeo, qualis scilicet histrio sim, quantumque memoria valeam, quod ad cetera attinet, nihil a nuntio Tragico distans. Quare si quid minus pro rei dignitate dicere visus fuero, illud tibi in promtu sit, quod scilicet melius hoc fuerat, et quod ipse poëta aliter fortassis idem dixerat. Me vero si exsibilaveris, non admodum moleste feram.

Am. Ut bene sane, ita me Mercurius amet, et juxta rhetorum leges exordium hoc tibi peractum est. Videris igitur etiam haec additurus, sermonem non fuisse longum, neque ad dicendum non venire paratum, et melius futurum fuisse, si ipsum dicentem audissem: te enim pauca quaedam, et, quantum li-

p. 49. οὐ ταῦτ' ἐρεῖν ἔμελλες; οὐδὲν ἂν [t]) οὖν αὐτῶν ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ· νόμισον δὲ τούτου γε ἕνεκα πάντα σοι προειρῆσθαι· ὡς ἐγὼ καὶ βοᾶν καὶ κροτεῖν ἕτοιμός εἰμι. ἢν δὲ διαμέλλῃς [u]), μνησικακήσω γε παρὰ τὸν ἀγῶνα, καὶ ὀξύτατα συρίξομαι.

p.50.11 ΛΟΥΚ. Καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθες, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι· κἀκεῖνα δὲ, ὅτι γε [x]) οὐχ ἑξῆς, οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, ῥῄσίν τινα [y]) περὶ πάντων ἐρῶ. πάνυ γὰρ τοῦθ' ἡμῖν ἀδύνατον. οὐδ' αὖ ἐκείνῳ περιθεὶς τοὺς λόγους, μὴ καὶ κατ' ἄλλο τι γένωμαι τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Κρέοντος, ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ πρόσωπον [z]) ἀνειληφότες, χρυσίδας [a]) ἠμφιεσμένοι, καὶ δεινὸν βλέποντες, καὶ μέγα κεχηνότες, μικρὸν φθέγγονται, καὶ ἰσχνὸν, καὶ γυναικῶδες, καὶ τῆς Ἑκάβης ἢ Πολυξένης πολὺ ταπεινότερον. ἵν' οὖν μὴ καὶ αὐτὸς ἐλέγχωμαι, πάνυ μεῖζον τῆς ἐμαυτοῦ κεφαλῆς προσωπεῖον περικείμενος, καὶ τὴν σκευὴν καταισχύνων, ἀπὸ γυμνοῦ σοι βούλομαι τούμοῦ προσώπου

t) ἄν] abest ab Aug. Ald. 1. et 2. u) διαμέλλῃς] διαμέλῃς B. 2. A. 1. et 2. x) γε] abest ab Aug. y) τινα] μίαν conj. *Hemst.* z) πρόσωπον] προσωπεῖον J. Margo A. 1. W. et A. 2., ubi tamen vitiose προσωπείων. a) χρυσίδας] ξύστιδας conj. *Hemst.*

cuit, memoriae mandata depromere. An non haec quoque dicturus eras? Nihil igitur illis apud me tibi opus est: existimes autem, quantum ad hoc attinet, omnia jam tibi praedicta esse: habes enim et acclamare et plaudere paratum. Sin vero moras nectas, cum in rem ipsam ventum erit, alieniore me usurum te scias, et acutissime sibilaturo.

Luc. Equidem et haec, quae tu commemorasti, dicta volui: et illa quoque, me neque ordine, neque, ut ille, justa quadam et continua oratione de omnibus dicturum esse; meae enim facultatis hoc minime est: neque rursum illius personae attribuendo sermonem, ne hac etiam in parte histrionibus illis similis fiam, qui saepenumero aut Agamemnonis, aut Creontis, aut etiam ipsius Herculis persona assumta, ac vestibus auro contextis induti, et horrendum tuentes, ore in immensum diducto, exiguum et gracile, adeoque muliebre quiddam loquuntur, ipsa etiam Hecuba Polyxenave multo demissius. Ne igitur et ipse deprehendar majorem omnino, quam pro capite meo, personam induisse, ipsumque ornatum dehonestare, ex nuda tecum

προσλαλεῖν, ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν ἥρωα ὃν ὑποκρίνομαι. p. 50.

ΕΤΑΙ. Οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος [b]). p. 51.

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν παύσομαί γε· πρὸς ἐκεῖνα δὲ ἤδη τρέψομαι. Ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν λόγων ἔπαινος ἦν Ἑλλάδος, καὶ τῶν Ἀθήνῃσιν ἀνθρώπων, ὅτι φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι, καὶ οὔτε τῶν ἀστῶν, οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τέρπονται ὁρῶντες, ὃς ἂν τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζηται [c])· ἀλλ' ἢν καί τις ἀφίκηται [d])· παρ' αὐτοὺς οὕτω διακείμενος, ἠρέμα τε μεθαρμόττουσι, καὶ παραπαιδαγωγοῦσι, καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστᾶσιν. Ἐμέμνητο γοῦν τινος τῶν πολυ- 13
χρύσων, ὃς [e]) ἐλθὼν Ἀθήναζε μάλα ἐπίσημος, καὶ φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ, καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι, καὶ χρυσῷ, αὐτὸς μὲν ὤετο ζηλωτὸς εἶναι πᾶσι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὡς ἂν εὐδαίμων [f]) ἀποβλέπεσθαι. τοῖς δ' ἄρα δυστυχεῖν ἐδόκει τὸ ἀνθρώπιον· καὶ παιδεύειν ἐπεχείρουν αὐτὸν, οὐ πικρῶς, οὐδ' ἄν-

b) χρώμενος] *Hemst.* interrogationis signum posuit, eumque secutus *F. A. Wolf.* Vid. Adnot. c) βιάζηται] βιάζεται F. d) ἀφίκηται] Vulg. εἰ — ἀφίκηται. *Belinus* aut εἰ — ἀφίκοιτο, aut ἢν — ἀφίκηται corrigi vult. Hanc alteram rationem nos sumus secuti. e) ὃς] ὡς A. 2. f) εὐδαίμων] excidit forte ὤν.

volo meaque propria persona colloqui, ne cadens alicubi, quem ago Heroëm, mecum una convulsum terrae affligam.

Am. Homo hic non desinet hodie apud me crebra illa scena atque tragoedia uti.

Luc. Imo desinam, et ad incepta me nunc convertam. Principium igitur orationis illius commendatio fuit Graeciae, et eorum hominum, qui Athenis commorantur, quod cum philosophia et paupertate degant, et neque civium neque peregrinorum quemquam intueri gaudeant, qui luxum ad sese invehere conentur: sed si quis etiam veniat ad illos ita affectus, et paulatim transforment ipsum, et veteres mores dedoceant, atque ad puritatem vitae transferant. Memorabat itaque quendam ex istis multo auro fulgentibus, qui cum Athenas venisset admodum insignis et turba comitum gravis, varia veste auroque ornatus, Atheniensibus omnibus sese admirationi esse existimabat, et tanquam beatum suspici; cum iis contra infelix quidam homuncio videretur:

p. 51. τικρυς ἀπαγορεύοντες ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει, καθ' ὅν τινα τρόπον βούλοιτο, βιοῦν· ἀλλ' ἐπεὶ κἂν τοῖς γυμνασίοις καὶ λου-
p. 52. τροῖς ὀχληρὸς ἦν, θλίβων τοῖς οἰκέταις, καὶ στενοχωρῶν τοὺς ἀπαντῶντας, ἠσυχῇ τις ἂν ὑπεφθέγξατο, προσποιούμενος λανθάνειν, ὥσπερ οὐ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀποτείνων, Δέδοικε μὴ παραπόληται [g]) μεταξὺ λουόμενος. καὶ μὴν εἰρήνη γε μακρὰ κατέχει τὸ βαλανεῖον· οὐδὲν οὖν δεῖ στρατοπέδου. ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν [h]), μεταξὺ ἐπαιδεύετο. τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην, καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀστείως πάνυ τὸ ἀνθηρὸν ἐπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἤδη, λέγοντες, καὶ, πόθεν ὁ ταὼς οὗτος; καὶ, τάχα τῆς μητρός ἐστιν αὐτοῦ· καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ ἄλλα δὲ οὕτως ἀπέσκωπτον, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος, ἢ τῆς κόμης τὸ περίεργον, ἢ τῆς διαίτης τὸ ἀκόλαστον. ὥστε κατὰ μικρὸν ἐσωφρονίσθη, καὶ παραπολὺ
p. 53. 14 βελτίων ἀπῆλθε, δημοσίᾳ πεπαιδευμένος. Ὅτι δ' οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι

g) παραπόληται] παραπόλυται F. Ald. 2. παραπόλλυται plaraeque, exceptis J. V. 2. S. A. Emendatum παραπόληται in marg. A. 1. W. h) ἃ ἦν] ἄδην, vel ἄδην conj. *Hemst.*

quin et erudiendum eum sibi sumserunt, non acerbe, neque aperte vetantes, ne in libera civitate pro lubitu viveret: sed cum in gymnasiis et balneis molestus esset, suis servis premens, et in angustum cogens obvios, submissa voce quidam, quasi latere vellet, neque illum perstringeret, Metuit, inquit, ne inter lavandum pereat. Atqui pax certe longa balneum tenet: proinde nihil opus est exercitu. Ille autem verum audiens, interea erudiebatur. Praeterea varia illa veste atque purpurea eundem exuerunt, urbane admodum floridum colorum nitorem irridentes, Jam ver adest, dicebant: et, Unde nobis pavo hic? et, Fortassis materna est: et similia. Atque eodem pacto cetera illius cum risu carpebant, nunc annulorum multitudinem, nunc comam justo curatiorem, nunc victus intemperantiam atque luxuriam notantes. Quare paulatim ad modestiam est revocatus, et longe melior, publice ita emendatus, abiit. Quod autem non pudeat eos paupertatem confiteri, referebat mihi vocem quandam, quam ajebat publice ab omnibus emissam audisse sese in

παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει· τοὺς p. 53.
δὲ, ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι, καὶ τοῦ κήρυκος
ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησεν, ἐν τοιαύτῃ i) ἐσθῆ-
τι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥςπερ ἐσκεμμέ-
νους, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ· μὴ
γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. ταῦτά τε οὖν ἐπῄνει, καὶ προσέτι τὴν
ἐλευθερίαν τὴν ἐκεῖ, καὶ τῆς διαίτης τὸ ἀνεπίφθονον, ἡσυχίαν
τε καὶ ἀπραγμοσύνην, ἃ δὴ ἄφθονα παρ' αὐτοῖς ἐστι k). ἀπε-
φαίνετό τε φιλοσοφίᾳ l) συνῳδὸν τὴν παρὰ τοῖς τοιούτοις δια-
τριβὴν, καὶ καθαρὸν ἦθος φυλάξαι δυναμένην, σπουδαίῳ τε p. 54.
ἀνδρὶ καὶ πλούτου καταφρονεῖν πεπαιδευμένῳ, καὶ τῷ πρὸς τὰ
φύσει καλὰ ζῆν προαιρουμένῳ τὸν ἐκεῖ βίον ὡς μάλιστα ἡρμο-
σμένον. Ὅστις δὲ πλούτου ἐρᾷ, καὶ χρυσῷ κεκήληται, καὶ 15
πορφύρᾳ, καὶ δυναστείᾳ μετρεῖ m) τὸ εὔδαιμον, ἄγευστος μὲν
ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δὲ ἀληθείας,
κολακείᾳ τὰ πάντα καὶ δουλείᾳ σύντροφος· ἢ ὅστις ἡδονῇ πᾶ-

i) ἐποίησεν, ἐν τοιαύτῃ] Vulg. ἐποίησε, τοιαύτῃ, omisso ἐν, quod ex *Hemsterhusii* conj. receptum. k) ἐστί] deest in F. l) φιλοσοφίᾳ] φιλοσοφίαν C. m) μετρεῖ] μέτροι vitiose in omnibus edd. ante *Hemst.*

ludis Panathenaicis. Deprehensum enim quendam ex civibus fuisse, et ad praesidem ludorum adductum, quod veste tincta amictus spectaculo interesset: quo viso misertos illius, ac veniam precatos esse: praecone autem proclamante contra leges fecisse, quod tali cum veste ludos spectaret, omnes una voce, quasi antea super hoc deliberassent, exclamare coepisse, ut venia ei daretur tali veste induto; neque enim aliam habere illum. Haec igitur ille laudabat, et praeterea libertatem, quae illic est, ac victus frugalitatem, et tranquillitatem, et otium, quae apud illos sunt cumulatissima. Ostendebat etiam, conversationem eorum hominum philosophiae consonam esse, moresque puros conservare posse; viroque gravi, et qui divitias contemnere didicisset, et qui secundum ea, quae natura honesta sunt, vivere statuisset, vitam, quae illic vivitur, quam maxime aptam atque accommodatam esse. At qui divitias amat, aurumque stupet, purpuraque et potentia felicitatem metitur, qui libertatem in dictis factisque nunquam gustavit, qui veritatem nunquam vidit, et cum assentatione et servitute enu-

p. 54. σαν τὴν ψυχὴν ἐπιτρέψας, ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν n) διέγνωκε, φίλος μὲν περιέργων τραπεζῶν, φίλος δὲ πότων, καὶ ἀφροδισίων, ἀνάπλεως γοητείας, καὶ ἀπάτης, καὶ ψευδολογίας· ἣ ὅστις ἀκούων τέρπεται κρουμάτων τε, καὶ τερετισμάτων, καὶ
p. 55. διεφθορότων ἀσμάτων, τοῖς δὴ τοιούτοις πρέπειν τὴν ἐνταῦθα
16 διατριβήν. Μεσταὶ γὰρ αὐτοῖς τῶν φιλτάτων πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀγοραί· πάρεστι δὲ πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι· τοῦτο μὲν δι' ὀφθαλμῶν· τοῦτο δὲ δι' ὤτων τε, καὶ ῥινῶν· τοῦτο δὲ καὶ διὰ λαιμοῦ, καὶ δι' ἀφροδισίων· ὑφ' ἧς δὴ o) ῥεούσης ἀεννάῳ τε καὶ θολερῷ ῥεύματι, πᾶσαι μὲν ἀνευρύνονται ὁδοί· συνειςέρχεται γὰρ μοιχεία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἐπιορκία, καὶ τὸ τοιοῦτο φῦλον [τῶν ἡδονῶν] p)· παρασύρεται δὲ, τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης q) πάντοθεν, αἰδὼς, καὶ ἀρετὴ, καὶ δικαιοσύνη· τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος, ἰλύος r) ἀεὶ πιμπλάμενος, ἀνθεῖ s) πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπι-

n) λατρεύειν] δουλεύειν cod. 2954. o) ὑφ' ἧς δὴ] τρυφῆς δὲ conj. *Hemst.* Partic. δὲ habent vulgo; δὴ est in P. Aug. marg. A. 1. W. et Edd. J. et A. 2. p) τῶν ἡδονῶν] cum *Schmied.* uncinis inclusum. *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. conj. τῶν Κηρῶν. q) ὑποκλυζομένης] ἐπικλ. conj. *Hemst.* r) ἰλύος] ex A. P. J. marg. A. 1. W. ἴλυ A. 2. Reliquae δίψης. Pro ἀεὶ πιμπλάμενος legendum forte ἐμπιμπλ. s) ἀνθεῖ] αὐχμεῖ conj. *Hemst.*

tritus est, aut qui totam animam voluptati addixit, eique uni inservire statuit, amans opiparae mensae, indulgens vino ac rebus venereis, plenus praestigiarum, fraudis atque mendacii; aut cui chordarum pulsationes, instrumentorumque lascivos crepitus, cantilenasque perditas audire volupe est: talibus videlicet hominibus convenire hujus urbis consuetudinem. Hic enim rerum carissimarum ipsis, omnes plateas, omniaque fora referta esse: ac licere ipsis omnibus quasi portis voluptatem recipere, partim per oculos, partim per aures et nasum, partim per gulam, et per venerea: qua fluente perenni turbulentoque flumine, omnes viae dilatantur. Una enim irruunt et adulterium, et avaritia, et perjurium, et reliqua id genus voluptatum cognatarum natio. A quibus exundantibus, animo undique submerso, verecundia, et virtus, et justitia abripiuntur: quibus carens jam solum semper siticulosum (*lutulentum*) multis ac feris cu-

θυμίαις. τοιαύτην ἀπέφαινε τὴν πόλιν, καὶ τοιούτων διδάσκα- p. 55. 56.
λον ἀγαθῶν. Ἔγωγ' οὖν, ἔφη, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανῆειν ἀπὸ 17
τῆς Ἑλλάδος, πλησίον που γενόμενος, ἐπιστήσας, ἐμαυτὸν t)
λόγον ἀπῄτουν τῆς δεῦρο ἀφίξεως, ἐκεῖνα δὴ τὰ τοῦ Ὁμήρου
λέγων·

Τίπτ' αὖ u), ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο, Homer.
(τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην, καὶ τὴν ἐλευθερίαν,) Od. XI, 92. 93.
Ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς

τὸν ἐνταῦθα Θόρυβον, συκοφάντας, καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους, καὶ δεῖπνα, καὶ κόλακας, καὶ μιαιφονίας, καὶ διαθηκῶν προσδοκίας, καὶ φιλίας ἐπιπλάστους; ἢ τί καὶ πράξειν διέγνωκας, μήτ' ἀπαλλάττεσθαι, μήτε χρῆσθαι τοῖς καθε- 18
στῶσι δυνάμενος; Οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καὶ, καθάπερ ὁ Ibid. Il.
Ζεὺς τὸν Ἕκτορα, ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φησὶν x), XI, 163.

Ἓα τ' ἀνδροκτασίης, ἔκθ' αἵματος, ἔκτε κυδοιμοῦ, p. 57.
τολοιπὸν οἰκουρεῖν εἰλόμην, καὶ βίον τινὰ τοῦτον γυναικώδη, καὶ ἄτολμον τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα προτιθέμενος y), αὐτῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ Πλάτωνι, καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. καὶ καθί-

t) ἐμαυτὸν] ἐμαυτοῦ marg. A. 1. W. u) αὖ] αὖτ' *Homer.* et Fl. x) φησὶν] Sic Aug. Vulgo φασίν. y) προτιθέμενος] Sic in omnibus. Schol. προστιθέμενος, male.

piditatibus suppullulat. Talem esse urbem, taliumque magistram bonorum ostendebat. Ego itaque, inquit, quando primum ex Graecia reversus jam propius accessissem, animum adverti, a meque ipso rationem poposci mei huc adventus, Homerica illa videlicet mecum ipse dictitans:

Cur autem, infelix, deserto lumine Phoebi,
(Graecia nempe, et felicitate illa atque libertate)
Venisti? ut videas

loci hujus tumultum, sycophantas, salutationes superbas, epulas, adulatores, caedes, testamentorum exspectationes, et amicitias simulatas? Aut quid tandem facere decrevisti, cum neque discedere hinc, neque institutis hisce uti possis? Cum ita mecum consultassem, et quemadmodum Jupiter Hectorem, ita me ipsum *e telis*, ut ait ille, subducens, *eque hominum caede, atque tumultibus, eque cruore*, de cetero domi me continere statui: et vitam hanc, muliebrem et timidam plerisque visam, anteponens, cum ipsa philosophia, et Platone, et veritate colloquor. Ac me ipsum quasi in

p. 57. σας ἐμαυτὸν, ὥςπερ ἐν θεάτρῳ μυριάνδρῳ, σφόδρα που μετέωρος ἐπισκοπῶ τὰ γιγνόμενα, τοῦτο μὲν πολλὴν ψυχαγωγίαν καὶ γέλωτα παρέχειν δυνάμενα, τοῦτο δὲ καὶ πεῖραν [z]) ἀνδρὸς
19 ὡς ἀληθῶς βεβαίου λαβεῖν. Εἰ γὰρ χρὴ καὶ κακῶν ἔπαινον εἰπεῖν, μὴ ὑπολάβῃς [a]) μεῖζόν τι γυμνάσιον ἀρετῆς, ἢ τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεστέραν τῆσδε τῆς πόλεως, καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς. οὐ γὰρ μικρὸν ἀντισχεῖν τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕλκουσι, καὶ ἀντιλαμβανομένοις. ἀλλ' ἀτεχνῶς δεῖ [b]) τὸν Ὀδυσσέα μιμησάμενον παραπλεῖν αὐτὰ, μὴ δεδεμένον τῶ χεῖρε,
p. 58. (δεινὸν γὰρ,) μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούοντα,
20 καὶ λελυμένον, καὶ ἀληθῶς ὑπερήφανον. Ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, παραθεωροῦντα τὴν τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τῶν τῆς τύχης [c]) ἀγαθῶν καταφρονεῖν, ὁρῶντα, ὥςπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι, τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τὸν δ' [d]) ἀντὶ πλουσίου, πένητα· τὸν δὲ, σατρά-

z) δὲ καὶ πεῖραν] Sic ex Aug. Vulgo καὶ omissum. a) ὑπολάβῃς] ὑπολάβοις conj. *Solan.* temere. b) δεῖ] δὴ F. c) τύχης] ψυχῆς cod. 2954. et in marg. μὴ καταφρονεῖν, error librarii, postea aliena manu utcunque emendatus. d) τὸν δ'] Sic ex meo pro vulg. τόνδ', errore saepe in his scriptis obvio.

frequentissimo theatro collocans, ex sublimi admodum contemplor ea, quae geruntur: quae partim ejusmodi sunt, ut multum delectationis ac risus exhibere possint; partim talia, in quibus vir vere constans periculum de se ipso faciat. Nam si malorum quoque encomium aliquod dicere convenit, ne credas majorem ullam virtutis palaestram esse, aut veriora usquam animorum experimenta fieri, quam in hac urbe, et in ea, qua hic vivitur, consuetudine. Neque enim parum est resistere tot cupiditatibus, tot spectaculis atque aurium illecebris undique attrahentibus ac detinentibus: sed oportet omnino Ulyssis exemplo praeternavigare illa, non quidem ligatis manibus, ut ille, (nam hoc formidolosum foret) neque etiam auribus cera obturatis, sed audientem et solutum, et vere animum supra haec elatum habentem. Licet autem et philosophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam: bonaque ista fortunae contemnere, ubi aspexeris, velut in scena, ac multiplicium personarum fabula, alium quidem ex servo domi-

πην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ φίλον τούτου· τὸν δὲ ἐχθρόν· p. 58.
τὸν δὲ φυγάδα. τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καί-
τοι μαρτυρουμένης τῆς Τύχης [e]) παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων
πράγματα, καὶ ὁμολογούσης [f]) μηδὲν αὐτῶν εἶναι [g]) βέβαιον,
ὅμως ταῦθ' ὁσημέραι [h]) βλέποντες, ὀρέγονται καὶ πλούτου,
καὶ δυναστείας· καὶ μεστοὶ περιῶσι [i]) πάντες οὐ γιγνομένων
ἐλπίδων. Ὃ δὲ δὴ ἔφην, ὅτι καὶ γελᾷν ἐπὶ [k]) τοῖς γιγνομέ- p. 59. 21
νοις ἔνεστι, καὶ ψυχαγωγεῖσθαι, τοῦτο ἤδη σοι φράσω. πῶς
γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν οἱ πλουτοῦντες· [l]) αὐτοὶ, καὶ τὰς πορφυρί-
δας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτύλους [m]) προτείνοντες, καὶ
πολλὴν κατηγοροῦντες ἀπειροκαλίαν; τὸ δὲ καινότατον, τοὺς
ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾷν ἀ-
ξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν. οἱ δὲ σεμνότεροι,
καὶ προσκυνεῖσθαι περιμένοντες, οὐ πόρρωθεν, οὐδ' ὡς Πέρ-
σαις νόμος· ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα, καὶ ὑποκύψαντα, καὶ

e) *Τύχης*] Priores *τύχης*, minori litera initiali. f) *ὁμολο-γούσης*] *ὁμολογοῦντες* conj. *Hemst.* g) *εἶναι*] *ἐᾶν* et superius *ὅτι καὶ* pro *ὅτι καίτοι* conj. *Jacobs.* h) *ὁσημέραι*] *ὅσαι ἡμέραι* J. et A. 2. i) *περιῶσι*] *περιῶσι* et supra scriptum *περινοστοῦσι*, *περιέρχονται* in Aug. k) *ἐπὶ*] e conj. *Hemst.* pro vulg. *ἐν*. l) *οἱ πλουτοῦντες*] Articulum restituit *Hemst.* ex ed. J. et marg. A. 1. W. In ceteris deest. m) *δακτύλους*] *δακτυλίους* conj. *Marcil.* et *Hemst.*

num prodire, alium autem ex divite pauperem; contra alium ex paupere satrapam, aut regem; rursus alium amicum hujus, alium inimicum, alium etiam exsulem esse. Nam hoc certe vel gravissimum est, quod licet Fortunam ipsam testatissimum sit in humanis rebus ludere, fateaturque nihil illarum certum ac stabile esse, nihilo minus tamen qui quotidie ista aspiciunt, et divitias expetunt, et potentiam, ac pleni obambulant omnes earum rerum spe, quae non contingunt. Quod autem dixi, licere in (de) iis, quae geruntur, ridere, animumque oblectare, illud tibi jam exponam. Quomodo enim non ridiculi sint divites ipsi, qui et purpuram suam spectandam exhibent, et digitos protendunt, et multas produnt ineptias? quod autem omnium absurdissimum est, etiam obvios aliena voce salutant, et hoc quasi magno aliquo contentos esse volunt, si solum ipsos aspexerint. Quidam vero fastuosiores adorari etiam se patiuntur, non e longinquo, neque ut Persis mos est, sed necesse est propius accedentem, et

p. 59. [πόῤῥωθεν n)] τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι, τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν, ζηλωτὸν καὶ περίβλεπτον o) τοῖς μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν· ὁ δ' p) ἕστηκε παρέχων ἑαυτὸν εἰς πλείω χρόνον
p. 60. ἐξαπατώμενον. ἐπαινῶ δέ γε ταύτης αὐτοὺς τῆς ἀπανθρωπίας,
22 ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται. Πολὺ δὲ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι· νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τῶν οἰκετῶν ἀποκλειόμενοι, κύνες, καὶ κόλακες, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες. γέρας δὲ τῆς πικρᾶς ταύτης αὐτοῖς περιόδου, τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον, καὶ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν· ἐν ᾧ πόσα μὲν ἐμφαγόντες q), πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ, ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἀπολαλήσαντες, ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον, ἢ δυσφοροῦντες ἀπίασιν r), ἢ διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν, καὶ μικρολογίαν s) ἐγκαλοῦντες· πλήρεις δὲ αὐτῶν ἐμούντων οἱ στενωποὶ, καὶ πρὸς τοῖς χαμαιτυπείοις μαχομένων. καὶ μεθ' ἡμέραν οἱ πλείονες αὐτῶν

n) πόῤῥωθεν] πάντοθεν conj. *Belin.* Omnino vox suspecta. o) περίβλεπτον] Addendum, ni fallimur, ὄντα. p) ὁ δ'] ex emendatione *Jacobsii.* Olim ὃ δ'. q) ἐμφαγόντες] In Aug. adscriptum ἐκφ. et ἐκπιόντες. r) ἀπίασιν] ἀπέρχονται superscr. in Aug. s) καὶ μικρολ.] Sic ex Aug. Reliquae edd. ἢ μικρ.

sese incurvantem, animo diu jam ante demisso, illiusque affectu etiam per corporis similitudinem declarato, pectus aut dextram deosculari: quod beatum atque spectabile videtur iis, qui ne hunc quidem honorem assequuntur. Ille vero diu stat se ipsum praebens decipiendum. Illorum autem laudo inhumanitatem, quod ad ora osculanda nos non admittant. Ceterum his multo ridiculi magis sunt, qui eos sectantur, atque observant, de media nocte surgentes, et totam urbem circumcursitantes, et a servis foribus exclusi, canes, et adulatores, et id genus alia audire sustinentes. Praemium vero acerbae illius circuitionis, onerosa illa, atque multorum malorum causa, coena est: in qua illi, quam multis comesis epotisque praeter animi sententiam, quam multa non dicenda prolocuti, postremo reprehendentes, aut aegre ferentes discedunt, et vel ipsam criminantur coenam, vel contumeliam aut sordes accusant! Pleni autem et angiportus sunt vomentibus istis, et circa vilissima quae-

κατακλιθέντες, ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφορμὰς περιόδων. ἔνιοι p. 60. 61.
μὲν γὰρ, τὸ καινότατον [t]), οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσιν. Ἐγὼ 23
μέντοιγε πολὺ τῶν κολακευομένων ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑπείληφα, καὶ σχεδὸν αὐτοῖς [ἐκείνους] [u]) καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους. ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν περιουσίαν θαυμάσωσι, καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι, καὶ τοὺς πυλῶνας ἔωθεν ἐμπλήσωσι, καὶ προελθόντες ὥςπερ δεσπότας προσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστιν; εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι κἂν πρὸς ὀλίγον ἀπέσχοντο τῆςδε τῆς ἐθελοδουλείας, οὐκ ἂν οἶει [x]) τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πτωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' ἀνόνητόν [y]) τε καὶ ἄχρηστον τῶν τραπεζῶν τὸ κάλλος, καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς τοῦ διὰ τὸ [z]) πλουτεῖν p. 62.
εὐδαιμονίζεσθαι. καὶ οὕτω δὴ [a]) ἔχει, μηδὲν ὄφελος εἶναι πε-

t) τὸ καινότατον] τὸ δεινότατον conj. *Belini*, temere projecta. u) αὐτοῖς ἐκείνους] V. 2. et Ald. 2. αὐτοῖς ἐκείνοις. Junt. αὐτοὺς ἐκείνοις. Unde *Brod.* conj. αὐτοῖς ἐκείνης. Delenda omnino altera vox. x) οἶει] εἴη et mox αὐτοῖς in Aug. i. e. error scribendi εἴη, postea emendatus utcunque voce αὐτοῖς. y) ἀνόνητον] ἀνόητον C. J. z) διὰ τὸ] e conj. *Hemst.* quam confirmat A. In prioribus διὰ τοῦ. a) δὴ] e conj. *Hemst.* pro vulg. δέ.

que prostibula depugnantibus. Et plerique eorum in multum diem decumbentes, circumeundi causam medicis praebent. Quibusdam enim, novo sane exemplo, aegrotandi otium non est. Ego vero adulatores longe iis, quibus adulantur, nequiores existimo, et propemodum auctores illis exsistere superbiae ac fastus istius. Nam cum illorum opulentiam admirantur, aurum laudibus extollunt, vestibula mane complent, et adeuntes ipsos quasi dominos appellant, quid quaeso illos cogitare consentaneum est? Quod si vero communi decreto vel tantisper abstinerent ab hac voluntaria servitute, an non putas vice versa ipsos divites ad fores pauperum venturos esse, ultro rogantes, ne ignobilem, et absque teste latentem suam felicitatem relinquerent, neve inutilem, et ab omni usu remotam mensarum pulchritudinem, et domorum magnitudinem esse paterentur? Neque enim tantopere divitias amant, quam propter divitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sane res habet, ut neque pulchrarum aedium, neque au-

p. 62. ρικαλλοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. ἐχρῆν οὖν ταύτῃ τοι [b]) καθαιρεῖν αὐτῶν, καὶ ἐπευωνίζειν [c]) τὴν δυναστείαν, ἐπιτειχίσαντας [d]) τῷ
p. 63. πλούτῳ τὴν ὑπεροψίαν. νῦν δὲ λατρεύοντες, εἰς ἀπόνοιαν [e])
24 ἄγουσι. Καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας [f]), καὶ ἀναφανδὸν τὴν ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον ἂν εἰκότως νομισθείη. τὸ δὲ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων,
p. 64. πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾷν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστι. πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι, ὅταν ἴδω τούτων τινὰ, μάλιστα τῶν προβεβηκότων, ἀναμεμιγμένον κολάκων ὄχλῳ, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφοροῦντα, καὶ τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολογούμενον, ἐπισημότερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα, καὶ φανερώτερον; καὶ
25 ὃ μάλιστα [g]) ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὴν σκευὴν μεταλαμβάνουσι [h]), τὰ ἄλλα γε ὁμοίως ὑποκρινόμενοι τοῦ δράματος. Ἄ

b) τοι] abest ab Aug. c) ἐπευωνίζειν] ex emendat. *Hemst.* pro ἀπευωνίζειν. d) ἐπιτειχίσαντας] conj. *Solani*, confirmata lectt. cod. 2954. ἐπιτειχίσαντες et cod. Aug. ἐπιτειχίσαντας. Vulg. ἐ—α. e) ἀπόνοιαν] ἄνοιαν C. f) ἰδιώτας] ἀγραμμάτους A. 2. et J. g) καὶ ὃ μάλιστα] ὃ καὶ μάλ. vel καίτοι μάλ. conj. *Hemst.* h) μεταλαμβάνουσι] Sic *Marcil.* et *Solan.* e Schol. pro μεταλαμβάνωσι. Aug. μεταβάλλουσι.

ri, neque eboris ulla domino sit utilitas, nisi sit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua via diruere ipsorum, et vilem reddere potentiam, contemtum quasi munimentum divitiis opponendo: nunc vero colendo, ad amentiam perducunt. Ac certe homines indoctos, et ignorantiam aperte confitentes, talia factitare, tolerabilius merito existimetur: verum eos quoque, qui se philosophari simulant, multo etiam ineptiora his, magisque ridicula facere, illud tandem omnium maxime dolendum est. Quomodo enim me putas animo affectum esse, quoties video istorum aliquem, maxime eorum, qui aetate provecti sunt, adulatorum turbis immixtum, et illorum aliquem, qui honores gerunt, satellitum modo sectantem, et cum iis, qui ad coenam vocant, sermones conferentem, ceteris insigniorem et magis conspicuum ob habitum? et quod vel maxime indignari soleo, quando non itidem habitum mutant, cum utique, quod ad cetera attinet, easdem partes agant.

μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν καλῶν [1]) εἰ- p. 64.
πάσομεν; οὐκ ἐμφοροῦνται μὲν ἀπειροκαλώτερον [k]), μεθύ-
σκονται δὲ φανερώτερον, ἐξανίστανται δὲ πάντων ὕστατοι,
πλείω δὲ ἀποφέρειν τῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν; οἱ δὲ ἀστειότεροι πολ- p. 65.
λάκις αὐτῶν καὶ ἅσαι προήχθησαν· καὶ ταῦτα μὲν οὖν γελοῖα
ἡγεῖτο. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων,
καὶ τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥςπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. ἐργαστή-
ρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς· ἠξίου γὰρ
τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάξοντα, πρῶτον ἑαυτὸν [l]) παρέ-
χειν ὑψηλότερον λημμάτων. Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέ- 26
λει· οὐ μόνον προῖκα τοῖς ἀξιοῦσι συνδιατρίβων, ἀλλὰ καὶ
τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, καὶ πάσης περιουσίας καταφρονῶν·
τοσούτου δέων [m]) ὀρέγεσθαι τῶν οὐδὲν προσηκόντων, ὥστε
μηδὲ τῶν ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν· ὅς γε καὶ
ἀγρὸν οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως κεκτημένος, οὐδὲ ἐπιβῆναι αὐτοῦ
πολλῶν ἐτῶν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ εἶναι διω- p. 66.

i) τῶν καλῶν] Sic *Schmied.* e cod. 2954. et Aug. pro vulg. τῶν κολάκων. k) ἀπειροκαλώτερον] —ότερον B. 2. l) ἑαυτὸν] αὐτὸν F. m) δέων] Sic *Solan.* e Junt. et Long. Excc. Olim in omnibus *δέον*.

Nam quae in conviviis designantur, cui quaeso *honestarum* rerum illa comparabimus? An non magis rustice replentur cibo? An non inebriantur magis, quam alii, manifeste? a convivio autem surgunt omnium ultimi: deinde et plura aliis (*ceteris*) auferre secum volunt: si qui vero ipsorum urbaniores paulo sunt, saepenumero etiam cantare non erubescunt. Atque haec quidem ille ridicula censebat. Praecipue vero eorum mentionem faciebat, qui pacta mercede philosophantur, virtutemque ipsam venalem tanquam de foro proponunt. Hinc et officinas cauponasque illorum scholas vocabat. Censebat enim, eum, qui divitias contemnere alios docere vellet, primum se ipsum quaestu superiorem gerere debere. Quod et praestabat ipse, non solum gratis conversando ac disserendo cum volentibus, sed et indigentibus necessaria subministrando, omnemque omnino opulentiam contemnendo. Ac tantum aberat, ut aliena expeteret, ut ne suarum quidem rerum, quae corrumpebantur, curam gereret; ut qui agrum, quem non procul ab urbe situm habebat, jam tot annis ne invisere quidem digna-

p. 66. μολόγει. ταῦτ' οἶμαι διειληφὼς, ὅτι τούτων n) μὲν φύσει οὐδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ τὴν χρῆσιν o) αὐτῶν εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες, ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται νομιζόμεθα, κἀπειδὰν ἡ προθεσμία παρέλθῃ, τηνικαῦτα παραλαβὼν ἄλλος ἀπολαύει τοῦ ὀνόματος. οὐ μικρὰ δὲ p) ἐκεῖνα παρέχει τοῖς ζηλοῦν ἐθέλουσι παραδείγματα, τῆς τροφῆς τὸ ἀπέριττον, καὶ τῶν γυμνασίων τὸ σύμμετρον, καὶ τοῦ προςώπου q) τὸ αἰδέσιμον, καὶ τῆς ἐσθῆτος τὸ μέτριον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις,
27 τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον, καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου. Παρ-
p. 67. ήνει δὲ τοῖς σφοῦσι μηδ' ἀναβάλλεσθαι r) τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν, προθεσμίας ὁριζομένους s) ἑορτὰς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσασθαι, καὶ τοῦ τὰ δέοντα ποιῆσαι t). ἠξίου γὰρ ἀμέλλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. δῆλος δὲ ἦν καὶ τῶν τοιούτων κατεγνωκὼς φιλοσόφων, οἳ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπελάμβανον, ἣν

n) τούτων] τοιούτων conj. *Jacobs.* o) τὴν χρῆσιν] τὸ χρήσιμον cod. 2954. p) δὲ] οὐδὲ A. 2. q) τοῦ προςώπου] τοῦ τρόπου, superscripta vulg. Aug. r) μηδ' ἀναβάλλεσθαι] cunctae priores μήτ'. In marg. A. 1. W. μήγ' ἀναβ. Addunt J. et A. 2. μήθ' ὑπερτίθεται, et V. 2. μήθ' ὑπερτίθεσθαι. s) ὁριζομένους] ὡρισμένους Aug. superscr. vulg. t) ποιῆσαι] Sic marg. A. 1. W. probante *Hemst.* receptum a *Schm.* pro vulg. ποιήσειν, quod retinere velit *Hemst.* ea conditione, ut et antea scribatur ψεύσεσθαι.

tus fuerit. Imo ne suum quidem prorsus esse affirmabat; illud, opinor, reputans, quod natura istarum rerum nullius domini sumus, lege autem et per successionem usum earum in tempus incertum accipientes, temporarii possessores habemur: quo exacto tempore, alius easdem a nobis accipiens, nomine itidem fruitur. Idem non parva praebet imitari volentibus exempla, victus scilicet frugalitatem, exercitiorum justum modum, vultus modestiam, et vestitus mediocritatem, et super omnia haec compositam mentem morumque mansuetudinem. Monebat secum versantes, ne bene agendi tempus prorogarent, ut multis solemne est, certum sibi tempus praefinientibus, aut festos dies, aut solemnes conventus, quibus auspicentur non mentiri, et recte agere. Morae enim expertem esse illum ad honesta impetum debere volebat. Ostendebat etiam, se philosophos illos damnare, qui ad virtutem formare se adole-

πολλαῖς ἀνάγκαις, καὶ πόνοις τοὺς νέους ἀντέχειν καταγυμνά- p. 67.
σωσι· τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ [u]), μα-
στιγοῦντες· οἱ δὲ χαριέστεροι, καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐ-
τῶν καταξύοντες. Ἡγεῖτο γὰρ χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς 28
ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς κατασκευάσαι, καὶ τὸν
ἄριστα παιδεύειν ἀνθρώπους προαιρούμενον, τοῦτο μὲν ψυχῆς, p. 68.
τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγω-
γῆς ἐστοχᾶσθαι, ἵνα μὴ τὰ παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων ἐλέγχηται.
πολλοὺς γοῦν καὶ τελευτᾶν ἔφασκεν οὕτως ἀλόγως ἐπιταθέν-
τας [x])· ἕνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδον, ὃς καὶ γευσάμενος τῶν παρ'
ἐκείνοις κακῶν, ἐπειδὴ τάχιστα λόγων ἀληθῶν ἐπήκουσεν, ἀμε-
ταστρεπτὶ φεύγων ὡς αὐτὸν ἀφίκετο, καὶ δῆλος ἦν ῥᾷον δια-
κείμενος. Ἤδη δὲ τούτων ἀποστὰς, τῶν ἄλλων αὖθις ἀνθρώ- 29
πων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει, καὶ τὸν p. 69.
ὠθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ
τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ

u) τοῦτο μὲν — ἄλλοι δὲ] οὗτοι μὲν — conj. *Hemst.* τότε μὲν — ἄλλοτε δὲ conj. *Jacobs.* Animadvv. ad Eurip. p. 3. et in *Porson.* Adverss. τοῦτο μὲν οὐ cod. Aug. τοῦτο μὲν οὖν Par. 2954. Vid. Adnot. x) ἐπιταθέντας] ἐπιταχθέντας conj. *Brod.* superflua.

scentes putant, si multis tormentorum necessitatibus atque laboribus sustinendis exerceant; vincire plerique jubentes, alii flagris caedentes, et si qui elegantiores, etiam ferro cutim perradentes. Putabat enim ille, multo prius in animis duritiem istam et firmitatem contra dolores ac perturbationes parandam esse; eumque, qui homines optime instituere velit, partim animi, partim corporis, partim etiam aetatis, et prioris educationis rationem habere debere, ne ea, quae vires excederent, imponendo, reprehensionem incurrat. Multos itaque et mortuos ex eo esse dicebat, dum praeter rationem ita supra vires intenderentur. Unum autem etiam ipse vidi, qui cum jam ea apud illos mala degustasset, audita statim vera doctrina, irrevocabili cursu aufugiens inde, ad ipsum venit, quem mox ab eo refectum cernere erat. Jam vero ab istis ad alios digressus, urbis tumultus, et turbae conflictus, persecutus est, et theatra, et Circum, et aurigarum statuas, et equorum nomina, deque iis ipsis in angiportis colloquia: fre-

p. 69. τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους. πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἱππομανία, καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἶναι δοκούν-
30 των ἐπείληπται. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἑτέρου δράματος ἤπτετο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκυΐαν τε καὶ διαθήκας καλινδουμένων, προστιθείς, ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον
p.70.71. προΐενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι y)
p. 72. τῆς σφετέρας ἀληθείας. ἃ δὲ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ γελᾶν προήχθην z), ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας, καὶ τὴν ἀναλγησίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν· οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι, οἱ δ' ἄλλο τι a)
τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων· οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις· ἔνιοι δὲ καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσιν, εὐήθεις
31 ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν b) διαμένοντες. Εἰκάζειν οὖν ἠξίου c), τί πέπρακται τούτοις παρὰ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τῶν μετὰ τὸν βίον ἐπισκήπτουσι. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς τὸ πολυτελὲς

y) ἀπολαύσωσι] ἀπολαύουσι conj. *Hemst.* Vid. Adnott. z) προήχθην] προήχθη cod. 2954. a) οἱ δ' ἄλλο τι] Haec verba, in veteribus libris, nec non in cod. Aug., omissa, restituit *Solanus* ex edd. J. V. 2. et, quam ego addam, A. 2. b) παρὰ τὴν τελευτὴν] πέρα τῆς τελευτῆς conj. *Hemst.* c) ἠξίου] pro vulg. ἠξίουν e conj. *Vorstii*, quam recepit *Hemst.* et confirmat cod. Aug.

quentissimum enim revera equorum insanum studium, quod jam et multos summae existimationis viros invasit. Post haec quasi alteram fabulam orsus est, notando ea, quae circa funera et testamenta agitantur, hoc addens, unam hanc vocem Romanos per omnem aetatem veram emittere; ea intelligens, quae in testamentis scribuntur, [quia verentur, dum in vivis sunt,] ne sibi veritas noceat. Quae vero dum ab eo dicebantur, risum tenere non potui: [haec nimirum sunt] quod et secum sepeliri ignorantiam suam velle eos ajebat, et stultitiam suam aperte scripto etiam testari, dum hi vestes, alii aliud quid eorum, quae per vitam fuerant carissima, comburere eodem rogo secum mandant; alii et servos certos ad sepulcra adstare, alii etiam cippos sertis coronari praecipiunt, stolidi videlicet etiam in ipsa morte manentes. Conjecturam igitur inde fieri volebat, quid in vita ab illis actum sit, quando talia de iis, quae post mortem secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse, qui cara obsonia emunt, vi-

ὄψον ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρό- p. 72.
κων [d]) τε καὶ ἀρωμάτων [e]) ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος p. 73.
ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ τὸ παράκαι-
ρον ἀγαπῶντας, τὸ δὲ ἐν καιρῷ, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελὲς
ὑπερηφανοῦντας [f]) · τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας·
ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς
ἐπιθημίαις, ἀλλὰ κἂν ταύταις παρανομοῦσι, καὶ τοὺς ὅρους
συγχέουσι, πάντοθεν τῇ τρύφῃ παραδόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς
πατεῖν [g]), καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳ-
δίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν εἰσβιαζόμενοι. Σολοι- p. 74.
κισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτο [h]) τῶν ἡδονῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς 32
αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τοῦ Μώμου τὸν λόγον
μιμησάμενος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουρ-
γὸν θεὸν, οὐ προθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα, οὕτω δὴ
καὶ αὐτὸς ᾐτιᾶτο τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴσασι τοῦ στε-
φάνου [i]) τὸν τόπον. εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ
ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφε-

d) κρόκων] Sic A. P. Edd. priores κρότων. *Hemst.* e) ἀρω-
μάτων] ἀκροαμάτων L. f) τὸ δὲ — ὑπερηφανοῦν-
τας] τῶν δ' ἐν κ. — — ὡς εὐτελῶν ὑπερφρονοῦντας J. g)
πατεῖν] abest ab Aug. et mox ibi δὴ pro δέ. h) τοιοῦ-
το] τοιοῦτον cod. 2954. i) τοῦ στεφάνου] στεφ. τινας
marg. A. 1. W.

numque in conviviis cum croco et odoribus effundunt: qui media etiam hieme rosis opplentur, quas, dum rarae sunt et intempestivae, amant; tempestivas, et a natura, nullo cogente, datas, tanquam viles fastidiunt. Hos illos esse, qui et unguenta bibunt, et, quo nomine vel maxime eos carpebat, qui ne uti quidem cupiditatibus scirent, sed et in hisce peccarent, finesque earum confunderent, animum voluptatibus undique conculcandum permittentes, et quod in Tragoediis atque Comoediis dicitur, alia quavis parte potius, quam per patentem januam, irruentes. Soloecismum igitur vocabat tale voluptatum genus. Ceterum et hoc ex eadem sententia dicebat, prorsus Momi dictum imitatus. Ut enim ille reprehendebat tauri artificem Deum, quod cornua ante oculos non posuisset: ita et ipse inscitiae arguebat eos, qui corollas in capite gestabant. Nam si odore, inquiebat, violarum rosarumque delectantur, sub naribus potissimum eas collocari oportebat, juxta ip-

p. 74. 75. σθαι, παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοὴν, ἵν' ὡς πλεῖστον
33 ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. Καὶ μὴν κἀκείνους διεγέλα, τοὺς θαυμάσιόν τινα τὴν σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίαις καὶ πεμμάτων περιεργίαις. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἕρωτι, πολλὰς πραγματείας [k]) ὑπομένειν. ἀπέφαινε [l]) γοῦν τεσσάρων
p. 76. δακτύλων αὐτοῖς εἵνεκα [m]) πάντα πονεῖσθαι τὸν πόνον, ἐφ' ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν. οὔτε γὰρ, πρὶν ἐμφαγεῖν, ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων, οὔτε βρωθέντων, ἡδίω γενέσθαι τὴν ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονήν· λοιπὸν οὖν εἶναι τὴν ἐν τῇ παρόδῳ γιγνομένην ἡδονὴν τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. εἰκότα δὲ πάσχειν ἔλεγεν αὐτοὺς, ὑπ' ἀπαιδευσίας τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἅπασῶν φιλοσοφία
p. 54. χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις. Περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις δρωμένων πολλὰ μὲν διεξῄει, τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰκέταις, καὶ μικροῦ δεῖν ἐκφερομένους. Ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐῴκει, πο-

k) πραγματείας] πρ. ὑπ' ἀμαθίας C. l) ἀπέφαινε] Sic e marg. A. 1. W. probantibus *Hemst.* et *Belin.* pro ὑπέφαινε. m) εἵνεκα] εἶναι cod. 2954. mendose.

sum, quam proxime fieri potest, spiraculum, ut quamplurimum inde voluptatis attraherent. Eos quoque irridebat, qui miram quandam diligentiam in apparandis coenis adhibent, dum condimentorum varietatem, et cupediarum bellariorumque curiosam compositionem sectantur. Nam et hos brevis ac momentaneae voluptatis amore multa negotia sustinere ajebat. Indicabat autem, quatuor illos digitorum causa totum hunc suscipere laborem solere, quorum mensuram vix longissimum hominis guttur aequet: neque enim antequam edant, ullam ex emtis tanto pretio cibis voluptatem eos capere; nec devoratis, suaviorem, quam quae ex ceteris vilioribus fit, repletionem reddi. Restare igitur, ut illam, quae velut transcursu percipitur, voluptatem, tam grandi pecunia mercentur. In haec autem absurda delabi eos minime mirum, utpote qui imperiti veriorumque voluptatum ignari, quas omnes Philosophia iis suppeditat, qui laborare volunt. De iis autem, quae in balneis aguntur, multa commemorabat: multitudinem prosequentium, contumelias, eos, qui servis impositi gestan-

λὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο, καὶ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον. p. 76.
προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾷν, καὶ παραγγέλλειν
προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν
ὑπερβαίνειν [n]), καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς, τὸ καινότατον,
ὅτι βαδίζουσι. δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου
δειπνοῦντες μὴ δέονται, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούον-
τες, ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προοψομέ-
νων, καὶ ἀνέχονται φωνὰς ἀκούοντες δυστυχέσιν ἀνθρώποις
πρεπούσας, καὶ πεπηρωμένοις. ταῦτα γοῦν [o]) αὐτὰ πάσχου- p. 77.
σιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἡμέρας μέσης καὶ οἱ τὰς πόλεις ἐπιτετραμ-
μένοι. Ταῦτά τε καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα διελθὼν κατέπαυε 35
τὸν λόγον. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς, μὴ σιω-
πήσῃ πεφοβημένος. ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο, τοῦτο δὴ τὸ τῶν
Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθειν. πολὺν γὰρ δὴ χρόνον ἐς αὐτὸν
ἀπέβλεπον [p]) κεκηλημένος· εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ
κατειλημμένος, τοῦτο μὲν ἰδρῶτι κατερρεόμην, τοῦτο δὲ φθέγξα-

n) *ὑπερβαίνειν*] e conj. *Hemst.*, *Langio* probata. Vulg. *ὑποβ.* o) *γοῦν*] e conj. *Hemst.*, probata *Langio* pro vulg. *γάρ*. p) *ἀπέβλεπον*] *ἀποβλέπων* Aug.

tur, ac quasi efferuntur. Unum autem maxime ac praeter cetera odisse visus est, quod in urbe frequens, et in balneis valde familiare. Praeeuntes enim quosdam ex servis clamare oportet et admonere, ut ante pedes prospiciant, si quid exstantius paulo, aut cavum praetergrediendum sit, atque commonefacere eos, (id quod absurdissimum est) quo scilicet sese incedere meminerint. Indignabatur itaque, si, cum ederent, alieno ore non indigerent, aut manibus; neque cum audirent, aliorum auribus uterentur: oculis autem aliorum, valentes ac sani, ad prospiciendum opus haberent, ac sustinerent voces audire, quae miseris hominibus et excaecatis convenirent: audiunt enim easdem in foro, et medio die, [viri amplissimi] quibus demandata est urbium cura. Haec atque hujusmodi alia multa oratione persecutus, dicendi finem fecit. Ego vero interim, dum loquebatur, stupens auscultabam, metuens, ne conticesceret. Ubi vero loqui desiit, illud nimirum, quod Phaeacibus olim accidit, ego quoque passus sum. Diu enim defixis in eum oculis permulsus constiti: deinde multa confusione atque vertigine corre-

p. 77. σθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην· καὶ ἤτε φωνὴ ἐξέλιπε, καὶ ἡ γλῶττα διημάρτανε· καὶ τέλος, ἐδάκρυόν ἀπορούμενος. οὐ γὰρ ἐξεπιπολῆς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμῶν ὁ λόγος καθίκετο. βαθεῖα δὲ καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο· καὶ μάλα εὐστόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχήν. εἰ γάρ τι δεῖ κἀμὲ ἤδη φιλοσόφων προσάψασθαι
36 λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπείληφα. Δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ μάλα σκοπῷ τινι ἁπαλῷ προσεοικέναι. τοξόται δὲ πολλοὶ μὲν ἀνὰ τὸν βίον, καὶ μεστοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, οὐ μὴν πάντες εὔστοχα τοξεύουσιν· ἀλλ'
p. 78. οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείναντες, εὐτονώτερον τοῦ δέοντος ἀφιᾶσι· καὶ ἅπτονται μὲν καὶ οὗτοι τῆς ὁδοῦ [q]), τὰ δὲ βέλη αὐτῶν οὐ μένει ἐν τῷ σκοπῷ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σφοδρότητος διελθόντα καὶ παροδεύσαντα κεχηνυῖαν μόνον τῷ τραύματι τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν. ἄλλοι δὲ πάλιν τούτοις ὑπεναντίως [r])· ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τε καὶ ἀτονίας οὐδὲ ἀφικνεῖται [s])

q) τῆς ὁδοῦ] τοῦ σκοποῦ conj. *Solan.* et *Hemst.* r) ὑπεναντίως] e conj. *Solan.*, quam confirmat Aug. s) ἀφικνεῖται] ἐφικνεῖται Aug. et mox idem ἐφίκηται, superscr. ἀφ.

ptus, sudore manabam, loqui volentem oratio deficiebat, ac retro inhibebar; ipsaque vox intercidebat, et lingua titubabat: postremo animi pendens lacrimabar. Neque enim summam duntaxat cutem perstrinxerat, aut leviter me ejus oratio tetigerat, sed altius et letale vulnus erat: scite enim admodum librata oratio, ipsum, si ita dici fas est, animum trajecit. Quod si jam decet nonnihil et me philosophicos attingere sermones, ita de hisce existimo. Videtur mihi animus hominis, bona indole praediti, admodum similis esse scopo alicui tenero. Sagittarii autem in hac vita multi, qui plenas quidem pharetras variis atque omnis generis orationibus habent: ceterum non omnes certo jaculantur, ac destinata feriunt; sed alii nervo nimium intento, vehementiori, quam par est, impetu telum emittunt: et hi quidem recta insistentes via scopum pertingunt, sagittae autem ipsorum non manent, sed prae vehementia ictus penetrantes ac permeantes, hiantem modo vulnere animum relinquunt. Aliorum rursus sagittae prae imbecillitate virium, et quod laxiore nervo emittuntur, ad scopum usque non perveniunt, sed languente impetu, saepe-

τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν· ἀλλ' ἐκλυθέντα καταπί- p. 78.
πτει πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ· ἢν δέ ποτε καὶ ἀφίκηται,
ἄκρον μὲν ἐπιλίγδην ἅπτεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν·
οὐ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς [t]) ἐμβολῆς ἀπεστέλλετο. Ὅστις δὲ ἀγα- 37
θὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται p. 79.
τὸν σκοπὸν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακὸς, εἰ μὴ σφόδρα στερρότε-
ρος τοῦ βέλους· γίγνονται γὰρ δὴ καὶ ἄτρωτοι σκοποί. ἐπειδ-
ὰν δὲ ταῦτα ἴδῃ, τηνικαῦτα χρίσας τὸ βέλος οὔτε ἰῷ, καθά-
περ τὰ Σκυθῶν χρίεται, οὔτε ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κρητῶν [u]),
ἀλλ' ἡρέμα θηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο [x]) χρίσας
ἀτεχνῶς ἐτόξευσε. τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα εὐτόνως, καὶ διακό-
ψαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν, μένει τε, καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφίη-
σιν [y]). ὃ δὴ σκιδνάμενον ὅλην ἐν κύκλῳ τὴν ψυχὴν περιέρχε-
ται. τοῦτό τοι καὶ ἥδονται καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ
καὶ αὐτὸς ἔπασχον, ἡσυχῇ ἄρα τοῦ φαρμάκου τὴν ψυχὴν πε- p. 80.
ριθέοντος. ἐπεὶ δ' οὖν μοι πρὸς αὐτὸν τὸ ἔπος ἐκεῖνο λέγειν,
Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως [z]) ἄνδρεσσι γένηαι. Hom.
Il. VIII, 282.

t) ἀπ' ἰσχυρᾶς] e conj. *Hemst.*, quam Aug. confirmavit. P. L. margo A. 1. W. ὑπ' ἰσχ. in ceteris ἐπ' ἰσχ. u) Κρητῶν] e conj. *Palmer.*, probata *Hemst.* Vulg. Κουρήτων. x) τοῦτο] abest ab Aug. y) ἀφίησιν] superscr. in Aug. γρ. ἐνίησιν. z) φόως] adscr. in Aug. φῶς, σωτηρία.

numero in medio cursu deficiunt. Quod si vero interdum scopum contingant, summum illum quidem leviter perstringunt, altius autem vulnus nequaquam infligunt: neque enim valido impulsu emissae fuerunt. At qui bonus jaculator est, atque huic nostro similis, principio quidem diligenter scopum perspiciet, num valde mollis, num rursus nimis solidus, et telo impenetrabilis. Sunt enim scopi quidam invulnerabiles. Ubi autem haec omnia perspecta habet, tum demum tincta sagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum sagittae tinguntur, neque opio, ut Cretum, sed sensim mordicante pariter et dulci pharmaco infecta, certo jam jaculatur. Telum autem, valide quantum satis est impulsum, eo usque penetrans ut inhaereat, intus manet, et multum medicamenti emittit, quod videlicet dispersum, totum circumquaque animum ambit: hinc est, quod oblectantur, et lacrimas inter audiendum emittunt. Quod et mihi accidit, sensim medicamento illo animum mihi pervagante. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ipsi dicere:

Sic jace, si qua viris per te nova lux oriatur.

p. 80. Ὥςπερ γὰρ οἱ τοῦ Φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται [a]), οὗτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος ὑπομιμνήσκονται τοῦ πάθους, οὕτω δὴ [b]) καὶ φιλοσόφων ἀκούοντες, οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ τραυματίαι ἀπίασιν, ἀλλ' οἷς ὑπῆν τι ἐν τῇ φύσει φιλοσοφίας συγγενές.

38 p. 81. ΕΤΑΙ. Ὡς σεμνὰ, καὶ θαυμάσια, καὶ θεῖά γε, ὦ ἑταῖρε, διελήλυθας· ἐλελήθεις τέ με πολλῆς ὡς ἀληθῶς τῆς ἀμβροσίας, καὶ τοῦ λωτοῦ κεκορεσμένος. ὥστε καὶ μεταξὺ σοῦ λέγοντος ἔπασχόν τι ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ παυσαμένου, ἄχθομαι. καὶ ἵνα δὴ καὶ κατὰ σὲ εἴπω, τέτρωμαι· καὶ μὴ θαυμάσῃς· οἶσθα γὰρ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῶν κυνῶν τῶν λυσσώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἄν τινας [καὶ αὐτοὶ] ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, καὶ οὗτοι [c]) ἔκφρονες γίγνονται. συμμεταβαίνει γάρ τι τοῦ πάθους ἅμα τῷ δήγματι, καὶ πολυγονεῖται ἡ νόσος, καὶ πολλὴ γίγνεται τῆς μανίας διαδοχή.

a) λαμβάνονται] Sic constanter in omnibus, quod sciam. Varias VV. DD. conjectt. vid. in Adnott. b) οὕτω δή] Sic correxi e conjectura, quam conjecit, *Hemst.* c) καὶ οὗτοι] Sic e conj. *Hemst.* pro καὶ αὐτοί. Quae modo praecesserunt in textu, καὶ αὐτοὶ non minus suspecta. Et *Schmied.* ea sic notavit.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes in furorem vertuntur, sed quotquot ipsorum a Rhea corripiuntur; iique audito carmine, prioris affectus reminiscuntur: ita et qui philosophos audiunt, non omnes a Deo inspirati ac saucii abeunt; sed illi solum, quorum ingenio quiddam philosophiae cognatum subest.

Am. Quam gravia et admiratione digna, et divina, o amice, commemorasti! quantaque revera ambrosia, quanto loto saturatus, me inscio, fuisti! Quare et te dicente, animo commovebar, et nunc desinente, moerore afficior, et, ut tuis verbis utar, saucius sum. Neque vero mireris: nosti enim, eos, qui a canibus rabiosis mordentur, non solos rabie corripi, sed et si quos alios ipsi in ea insania momorderint, etiam illos mente dejici, atque in furorem verti solere. Nam simul cum morsu etiam morbi istius quiddam in alium transfertur, et propagatur, fitque insaniae istius multiplex successio.

ΛΟΥΚ. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷν [d]) ὁμολογεῖς; p. 81.

ΕΤΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ προσέτι δέομαί γέ σου κοινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν.

ΛΟΥΚ. Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν. p. 82.

ΕΤΑΙ. Ποῖον αὖ λέγεις;

ΛΟΥΚ. Ἐπὶ τὸν τρώσαντα ἐλθόντας ἰᾶσθαι παρακαλεῖν.

d) ἐρᾷν] constans libb. lectio, sed varie tentata. Vid. Adnot.

Luc. Itaque etiam ipse nobis jam amare te confiteris?

Am. Maxime: oroque insuper, ut communem aliquam medicinam nobis excogites atque invenias.

Luc. Ergo Telephi illud necesse erit facere.

Am. Quodnam illud dicis?

Luc. Ad eum, a quo vulnerati sumus, eundum esse, et ab illo medicinam petendam.

p. 82. # ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ [a].

Argum. Lusus grammaticus, non omnino inutilis, licet non videatur grave aliquod auctoris consilium subesse. Forma est orationis judicialis, qua litera *T* a vicina *Σ* coram judicibus septem vocalibus accusatur de vi ac spolio. Arrogare sibi arguit accusatrix literam istam ea loca, quae vel ipsi *Σ*, vel etiam aliis literis, debeantur. Diu se patienter siluisse, quantumvis etiam ab aliis nonnunquam laesam. Nunc vero, quum literam *T* videat summa licentia et insolentia in ipsam uti coepisse, non posse se, quin petat a judicibus, ut tum intra suos quaeque litera fines severius abhinc contineatur, tum *T* merito crucis supplicio afficiatur.

1 Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔθετο τὸ Σῖγμα πρὸς τὸ Ταῦ ἐπὶ τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων, βίας καὶ ὑπαρχόντων [b] ἁρπαγῆς, ἀφηρῆσθαι λέγον [c] πάντων τῶν ἐν διπλῷ ταῦ ἐκφερομένων [d].

p. 83. 2 Μέχρι μέν, ὦ Φωνήεντα δικασταί, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουΐ τοῦ ταῦ, καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς, καὶ καταίροντος ἔνθα [e] μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην, καὶ παρήκουον

a) ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ] Δίκη συμφώνων, τοῦ σῖγμα πρὸς τὸ ταῦ ὑπὸ τοῖς ἑπτὰ φωνήεσσιν. Inscript. in cod. Gorl. b) καὶ ὑπαρχόντων] Sic emendavit *Hemst.* vulg. ὑπαρχόντων καί. *Schol.* καὶ prorsus omisit. c) λέγον] λέγων F. B. 2. P. d) Ἐπὶ ἄρχοντος — ἐκφερομένων] In Mss. deest hoc orationis argumentum, etiam in Gorl. e) καταίροντος ἔνθα] καθαιροῦντος ἔνθεν conj. *Guyet.*

JUDICIUM VOCALIUM.

Archonte Aristarcho Phalereo, septima Octobris, actionem instituit *Σῖγμα* adversus *Ταῦ* apud judices septem Vocales, de vi et rapina bonorum; spoliari se dicens omnibus illis vocibus, quae duplici *ταῦ* proferri solent.

Quamdiu, o judices Vocales, non admodum gravibus injuriis affectus sum ab hoc *ταῦ*, dum meis rebus abutebatur, et eo se infcrebat, ubi

ἕνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἣν ἴστε με φυλάσ- p. 83.
σοντα [f]) πρός τε ὑμᾶς [g]), καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς. ἐπεὶ δὲ
ἐς τοσοῦτον ἦκει πλεονεξίας [h]), καὶ ἀνοίας [i]), ὥστε ἐφ' οἷς
ἡσύχασα πολλάκις οὐκ ἀγαπῶν, ἤδη καὶ πλείω προσβιάζεται,
ἀναγκαίως αὐτὸ εὐθύνω νῦν παρὰ τοῖς ἀμφότερα εἰδόσιν ὑμῖν. p. 84.
δέος δὲ οὐ μικρόν μοι [k]) ἐπὶ τῆς ἀποθλίψεως ἐπέρχεται τῆς
ἐμαυτοῦ [l]). τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προστι-
θεν [m]), ἄρδην με τῆς οἰκείας ἀποθλίψει χώρας, ὡς ὀλίγου
δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα [n]) μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν
ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῖς ψόφοις [o]). Δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἳ 3
δικάζετε νῦν [p]), ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν
τινὰ φυλακήν· εἰ γὰρ ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἀπὸ τῆς καθ' p. 85.
αὑτὰ τάξεως ἐς [q]) ἀλλοτρίαν βιάζεσθαι, καὶ τοῦτο ἐπιτρέψετε

f) φυλάσσοντα] φυλάσσον conj. *Jens.* g) ὑμᾶς] ὑμῶν C. h) πλεονεξίας] C. addit τε. i) ἀνοίας] ἀπονοίας conj. *Hemst.* k) μοι] e conj. *Hemst.* pro vulg. με. l) ἐπὶ τῆς ἀποθλ.] ἐπὶ τοῖς τῆς ἀποτρίψεως ἐπ. τοῖς ἐμ. C. m) προστιθὲν] προστεθὲν F. n) ἀγαγόντα] ἀγαγὸν conj. *Jens.* o) τοῖς ψόφοις] Vulg. τοῦ φόβου. Adduntur in marg. unius Ms. καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα, *Marcilio* probata. *Solan.* conj. ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθε τοῦ φόβου. Cod. Angl. pro φόβου habet ψοφ. P. autem L. Coll. et Ed. Junt. integram vocem habent ψόφου, quod *Belino* placuit. *Hemst.* conj. τῷ ψόφῳ, vel τῷ ψόφῳ. *Schm.* in vulgg. substitit. Nos emendavimus, *Hemsterhusii* vestigiis insistentes, τοῖς ψόφοις. p) νῦν] ejici voluit *Sol.* q) ἐς] Sic cum *Schmied.* e cod. 2954. pro εἰς. Itidem in sqq. ἐς τοσοῦτον indidem pro εἰς τος.

nullum ei jus erat, damnum non graviter tuli; nonnulla etiam, quae dicebantur, audivisse me dissimulabam, propter modestiam, quam nostis me servare cum erga vos, tum erga alias syllabas (*ceteras vocales:*) postquam vero eo avaritiae et amentiae pervenit, ut non modo non sit contentum iis, quae ego saepe dissimulavi, verum jam majorem vim inferat, ipsa me necessitas cogit, ut accusem ipsum apud vos, qui utrumque nostrum novistis. Non autem exiguus metus propter istam extrusionem meam me invasit. Nam cum prioribus injuriis majores semper addat, prorsus me e domestica sede expellet, eoque propemodum rediget, ut silendum mihi sit, et ne inter literas quidem amplius numerer, *sonisque inanibus adnumerer.* Est itaque aequum, non modo vos judices, sed omnes etiam reliquas literas ab hocce dolo sibi cavere. Nam, si, ut libet unicuique, licebit e suo

p. 85. ὑμεῖς, ὧν χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γράφεται, οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον αἱ συντάξεις τὰ νόμιμα, ἐφ' οἷς ἐτάχθη τὰ κατ' ἀρχὰς, ἕξουσιν. ἀλλ' οὔτε ὑμᾶς οἶμαι ποτὲ ἐς τοσοῦτον ἀμελείας τε καὶ παροράσεως ἥξειν, ὥστε ἐπιτρέψαι τινὰ μὴ δίκαια· οὔτε, εἰ καθυφήσετε τὸν ἀγῶνα ὑμεῖς, ἐμοὶ παραλειπτέον ἐστὶν ἀδικου-
4 μένῳ. Ὡς εἴθε καὶ τῶν ἄλλων ἀνεκόπησαν τότε αἱ τόλμαι εὐθὺς ἀρξαμένων παρανομεῖν· καὶ [r]) οὐκ ἂν ἐπολέμει μέχρι νῦν
p. 86. τὸ λάμβδα τῷ ῥῶ, διαμφισβητοῦν περὶ τῆς κισσήρεως [s]), καὶ κεφαλαργίας [t])· οὐδὲ [u]) τὸ γάμμα τῷ κάππα διηγωνίζετο, καὶ ἐς χεῖρας μικροῦ δεῖν ἦρχετο πολλάκις ἐν τῷ κναφείῳ ὑπὲρ γναφάλων· ἐπέπαυτο δ' ἄν [x]) καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τὸ, μόγις, ἀφαιρούμενον αὐτοῦ, καὶ μάλιστα [y]) παρακλέπτον,
p. 87. καὶ τὰ λοιπὰ δ' ἂν ἠρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι παρανόμου. καλὸν γὰρ ἕκαστον μένειν ἐφ' ἧς [z]) τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ
6 ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρή, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον. Καὶ ὅγε

r) καὶ] deleri vult *Hemst.* sine idonea caussa. s) κισσήρεως] κισήρεως F. t) κεφαλαργίας] Sic *Schmied.* e codd. 2954. et Gorl. pro κεφαλαλγίας. u) οὐδὲ] Vulg. οὔτε. x) δ' ἄν] ἄν omisso δὲ solum habent C. Quaedam edd. δὲ ἄν. y) καὶ μάλιστα] καὶ μὰ Δία conj. *J. Gron.* z) ἐφ' ἧς] ἐφ' οἷς F.

ordine in alium violenter irrumpere, idque vos, sine quibus nihil omnino scribitur, permiseritis, non video, quomodo sua quique ordines jura, juxta quae a principio constituti sunt, tuebuntur. Sed non existimo, vos unquam ad tantam incuriam vel negligentiam perventuros, ut ea feratis, quae cum aequo et jure pugnant. Nec si vos certamen declinaveritis, tamen mihi, qui injuria affectus sum, negligendum erit. Atque utinam aliarum quoque literarum audacia ab initio statim, cum coeperunt contra leges delinquere, esset repressa: neque enim digladiaretur ad hunc usque diem λάμβδα cum ῥῶ, disceptans de voce κίσσηρις et κεφαλαργία. Neque etiam τῷ γάμμα esset cum κάππα certamen; neque tam saepe ad manus propemodum venisset in fullonia, de dictionibus γναφεῖον et γνάφαλα. Quin cessasset etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μόγις illi extorquens, imo suffurans. Adeoque reliquae item literae quievissent, nec confusionem legibus vetitam inferrent. Est enim pulchrum, unamquamque literam in eo ordine, quem primum sortita est, manere:

πρῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴτε Κάδμος ὁ p. 87.
νησιώτης, εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, (καὶ Σιμωνίδῃ δὲ p. 88.
ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην,) οὐ τῇ τάξει μόνον [a]), καθ' ἣν αἱ προεδρίαι [b]) βεβαιοῦνται, διώρισαν, τί πρῶτον ἔσται, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις συνεῖδον. καὶ ὑμῖν μὲν, ὦ δικασταὶ, τὴν μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καθ' αὑτὰ δύνασθε φθέγγεσθαι. ἡμιφώνοις δὲ, τὴν [c]) ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται. πασῶν δὲ ἐσχάτην ἐνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἕνια [d]) τῶν πάντων, οἷς οὐδὲ φωνὴ πρόσεστι καθ' αὑτά. τὰ p. 89.
μὲν οὖν [e]) φωνήεντα φυλάσσειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους.
Τὸ δὲ [f]) Τ τοῦτο, οὐ γὰρ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, 6
ἢ ὦ καλεῖται, ὃ μὰ τοὺς θεοὺς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ὁραθῆναι [g]), τό, τε ἄλφα, καὶ τὸ Υ, οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον, τοῦτο οὖν [h]) ἐτόλμησεν ἀδικεῖν

a) οὐ τῇ τάξει μόνον] οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ Mss. *Bourdel.*, quod probavit *Hemst.* et recepit *Schm.* b) προεδρίαι] Sic emendavimus vulgatum προεδρεῖαι. c) τὴν] τοῖς cod. 2954. d) ἕνια] ἐννέα A. 2. e) καθ' αὑτά. τὰ μὲν οὖν] Vulg. olim καθ' αὑτὰ μὲν οὖν. J. et A. 2. καθ' αὑτὰ τὰ μὲν οὖν. Unde locum restituit *Solan.* rectiori verborum interpunctione. f) Τὸ δὲ] abest a F. τὸ δέ γε C. g) καθήκοντες ὁραθῆναι] καθ. ἀκουσθῆναι L. καλοὶ ὄντες ὁραθῆναι conj. *Hemst.* h) οὖν] τοινῦν marg. A. 1. W.

transscendere vero eo, quo non oportet, ejus est, qui jus et aequum evertit. Et qui primus nobis has leges fixit, sive Cadmus fuerit ille insularis, sive Palamedes Nauplii filius, (sunt et qui hanc curam Simonidi tribuant) non ordinem tantum, per quem sua quibusque literis sedes stabilita est, finierunt, quae debeat esse prima, quae secunda; sed qualitates etiam et virtutes, quas habent singulae nostrûm, perspexerunt. Et vobis quidem, o judices, honorem tribuerunt maximum, propterea quod sonum edere sine ope aliena valetis. Semivocalibus vero secundum, quia, ut perfecte audiantur, vestra accessione egent. Omnium autem postremum quibusdam decreverunt, quibus ne vox quidem per se ulla est. Has itaque leges per vos Vocales conservari decet. Hoc vero ταῦ, (neque enim possum ipsum turpiori nomine appellare, quam quo nominari solet) quod per Deos, nisi duae quaedam bonae ex vobis, et visu decenti, ἄλφα scilicet, et ὐψιλὸν, [ejus misertae] convenissent, ne audiretur quidem, hoc inquam

p. 89. με πλείω τῶν πώποτε, βιασάμενον [i]) ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων
ἀπελᾶσαι πατρῴων, ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προ-
p. 90. θέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν τὴν ἔκτοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ,
γ καὶ ἀπὸ τίνων [k]) ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν. Ἐπεδήμουν ποτὲ
Κυβέλῳ· (τὸ δέ ἐστι πολίχνιον [l]) οὐκ ἀηδὲς, ἄποικον, ὡς
ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων,) ἐπηγόμην δὲ καὶ τὸ κράτιστον ῥῶ,
γειτόνων τὸ βέλτιστον. κατηγόμην δὲ παρὰ κωμῳδιῶν τινι
p. 91. ποιητῇ, Λυσίμαχος ἐκαλεῖτο, Βοιώτιος μὲν, ὡς ἐφαίνετο, τὸ
γένος ἀνέκαθεν, ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦντι λέγεσθαι τῆς Ἀττικῆς.
παρὰ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ τὴν τοῦ ταῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώ-
ρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν,
ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγενημένων μοι, συνήθειαν ὦμην [m])
συντεθραμμένων γραμμάτων· ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπι-
σπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, καὶ οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα,

i) *τῶν πώποτε, βιασάμενον ὀν.*] Sic e *Schaeferi* emendatione ad *L. Bos.* p. 612. Vulg. *τῶν πώποτε βιασάμενον, ὀνομ.* In cod. 2954. et ed. B. 2. *βιασαμένων. Hemst.* conjecit *ἀπελάσαν* et *ἐκδιώξαν.* k) *ἀπὸ τίνων*] Falso in omnibus, quos vidi, *ἀπό τινων.* l) *πολίχνιον*] *πολύχνιον* mendose in Mss. *Bourdel.* et nonnullis edd. veteribus. m) *ὦμην*] *ὅμως* A. 2. et mox *πρᾶγμα* post *ἴδια ταυτὶ λέγειν.* Marg. 1. A. W. post *ὦμην* interserit *τὸ πρᾶγμα.* Varia totius loci corrupti et intricati restituendi et explanandi tentamina vid. in Adnott.

ταῦ mihi majorem vim, quam ullae unquam literae, inferre ausum est. Nam nominibus et verbis patriis me extrudere, praeterea ex ipsis etiam conjunctionibus et praepositionibus expellere tentat; adeo ut istam immanem aviditatem ferre ulterius nequeam. Verum jam tempus est dicere, unde et a quibus initiis coeperit. Peregrinabar aliquando Cybeli, (id oppidum est non injucundum, colonia, sicuti fertur, Atheniensium) adduxeramque mecum fortissimum *ῥῶ*, ex vicinis meis optimum. Divertebam vero apud comicum quendam poëtam, Lysimachum nomine, genere, quantum apparebat, Boeotium, sed qui se tamen e media Attica oriundum dici volebat. Apud hunc hospitem ego hujus *ταῦ* aviditatem deprehendi. Quod dum paucis aggrederetur dicere *τετταράκοντα*, privans me meis cognatis, existimabam eam esse consuetudinem literarum, quae una essent educatae. Praeterea cum *τήμερον* et similes quasdam voces ad sese pertraheret, diceretque eas esse suas,

καὶ οὐ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς. Ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων p. 92. 8
ἀρξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν, καὶ κάττυμα, καὶ πίττα-
ν, εἶτα ἀπερυθριάσαν n) καὶ βασίλιτταν ὀνομάζειν o), οὐ
μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ, καὶ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ
χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκά τις ὀνομάσῃ. καί μοι πρὸς Διὸς ἀθυ-
μοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων, σύγγνωτε τῆς δι-
καίας ὀργῆς. οὐ γὰρ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κιν-
δυνος, ἀφαιρουμένῳ p) τῶν συνήθων καὶ συνεσχολακότων μοι p. 93.
χρημάτων q)· κίσσαν μου, λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος
εἰπεῖν, τῶν κόλπων ἁρπάσαν r) κίτταν ὠνόμασεν. ἀφείλετο δέ
μου φάσσαν s) ἅμα νήσσαις τε, καὶ κοσσύφοις, ἀπαγορεύον-
τος Ἀριστάρχου. περιέσπασε δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας. ἐπ'
Ἀττικὴν δὲ ἦλθε, καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς ἀνήρπασεν ἀνόμως Τμητ-
τὸν, ὁρώντων ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συλλαβῶν. Ἀλλὰ τί λέγω p. 94. 9
ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν,

n) ἀπερυθριάσαν] ἀπεριθρίασε F. o) ὀνομάζειν] ὀνομάζει J. p) ἀφαιρουμένῳ] ἀφαιρουμένων Gorl. q) χρημάτων] Vulg. γραμμάτων. Coll. ῥημάτων. Unde *Solan.* conj. χρημάτων, probatum et *Abreschio*, qui tamen etiam πραγμάτων protulit. *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. θρεμμάτων. r) ἁρπάσαν] abest a F. s) φάσσαν] φάσσας conj. *Solan.*

audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat. Verum postquam, sumto ab his initio, eo audaciae processisset etiam, ut καττίτερον, κάττυμα, et πίτταν pronuntiaret, deinde, abjecto omni pudore, βασίλιτταν quoque nominaret: haud leviter sum commotus, et ira accensus, timens, ne quis temporis successu etiam σῦκα, τῦκα appellet. Oro autem vos per Jovem, ut afflicti, et omni ope et auxilio destituti, justam indignationem feratis. Neque enim parvum hoc, aut vulgare periculum est, cum assuetis et familiaribus me rebus spoliat; nam κίσσαν [id est, picam] avem meam loquacissimam, ex medio, ut ita dicam, sinu abreptam, κίτταν appellavit. Quin et φάσσαν, [id est, palumbum] una cum νήσσαις [id est, anatibus] et κοσσύφοις, [id est, merulis] interdicente Aristarcho, eripuit. Pertraxit etiam ad se non paucas μέλισσας [apes]. In Atticam vero veniens, ex media illa regione Τμηττὸν praeter jus rapuit, idque vobis ipsis aliisque syllabis videntibus. Verum quid ego ista commemoro? tota me Thessalia expulit, vultque eam Thettaliam dici? Toto

p. 94. καὶ πᾶσαν ἀποκέκλεικέ μοι [t]) τὴν θάλασσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σεύτλων [u])· ὡς, τὸ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ [x]) μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ ζῆτα σμάραγδον ἀποσπάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ τὴν [y]) Σμύρναν· μηδὲ τῷ ξῦ πᾶσαν παραβάντι συνθήκην, καὶ τὸν συγγραφέα τῶν τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον. τῷ μὲν γὰρ γείτονί
p. 95. μου ῥῶ νοσήσαντι συγγνώμη, καὶ παρ' αὐτῷ [z]) φυτεύσαντί μου τὰς μυρρίνας, καὶ παίσαντί με ποτὲ ὑπὸ μελαγχολίας ἐπὶ κόρ-
10 ῥης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον. Τὸ δὲ ταῦ τοῦτο σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τὰ λοιπά. ὅτι δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα, καὶ τὸ θῆτα, καὶ τὸ ζῆτα, μικροῦ δὲ [a]) δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά [b]) μοι κάλει τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε, φωνήεντα δικασταὶ, τοῦ μὲν δ λέγοντος, ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν

t) *ἀποκέκλεικέ μοι*] Sic *Solan.* et recentiores e Mss. L. et Bourdel. et ed. Junt. *μου* C. Reliqui, in quibus et cod. 2954. *ἀποκεκλεισμένον.* Pessime A. 2. *ἀποκεκλαμένοι.* Deinceps *τὴν θάλάτταν* cod. 2954. quod probat *Belin.* u) *σεύτλων*] *σευτλίων* F. et cod. Gorl. x) *μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ*] *μαρτυρεῖ τέ μοι καὶ αὐτὸς* B. 2. y) *τήν*] abest a cod. Gorl. Mox *μηδὲ* e conj. pro vulg. *μήτε.* z) *παρ' αὐτῷ*] *παρὰ τῷ* C. Mox absunt *μου* et *με* a cod. Gorl. a) *δὲ*] addidimus e conj. *Hemst.* b) *αὐτά*] *μάρτυρας* conj. *Hemst.*

insuper [θαλάσσῃ] mari sum exclusus. Neque a [σεύτλων] betis hortensibus sibi temperat, ut jam, quod dici solet, ne [πάτταλος] paxillus quidem mihi reliquus sit. Quod vero litera sim injuriarum patiens, vos ipsi mihi testes estis: neque enim unquam accusavi literam ζῆτα, quae mihi σμάραγδον abstulit, et totam Σμύρναν surripuit; nec ipsi etiam ξῦ, omnia [συνθῆκαι] foedera rumpenti, litem intendi, ipso etiam Thucydide opem illi ad hanc tuendam injuriam ferente. Etenim vicino meo ῥῶ venia danda, quod morbo laborans meas apud se μυρρίνας [id est, myrtus] plantarit, et aliquando atra bile percitum me [ἐπὶ κόρρης] in faciem percusserit. Talis quidem ego sum. Hoc vero ταῦ quam sit natura violentum adversus reliquas etiam literas, et quam a nullis omnino abstinuerit, consideremus; sed et δέλτα et θῆτα et ζῆτα, et prope omnia literarum elementa injuria afferit. Arcesse mihi laesa Elementa. Auditis, Vocales judices, ipsum δέλτα dicens:

ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους· τοῦ [c]) θῆτα κρού- p.95.96.
οντος, καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἐπὶ τῷ τῆς [d])
κολοκύνθης ἐστερῆσθαι· τοῦ ζῆτα, τὸ [e]) συρίζειν, καὶ σαλ-
πίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξεῖναι [f]) μηδὲ γρύζειν· τίς ἂν τούτων
ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσειε δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τουτὶ
ταῦ; Τὸ δὲ ἄρα οὐ *) τὸ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδι- 11
κεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τοῦ-
τονὶ τὸν τρόπον [g]). οὐ γὰρ ἐπιτρέπει γε αὐτοὺς [h]) κατ' εὐθὺ
φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις· μᾶλλον δὲ, ὦ δικασταί· μεταξὺ γάρ
με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τῆς
γλώσσης, ὅτι καὶ ταύτης με τὸ μέρος ἀπήλασε, καὶ γλῶτταν
ποιεῖ τὴν γλῶσσαν. ὦ γλώσσης ἀληθῶς [i]) νόσημα ταῦ. ἀλλὰ
μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' [k]) ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνα-
γορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι στρε-
βλοῦν καὶ σπαράττειν αὐτῶν τὴν φωνὴν ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ μέν τι

c) τοῦ] τῶν et mox itidem τῶν ζῆτα B. 2. De seqq. vid. Adnott. d) τῆς] καὶ τῆς C. J. e) τὸ συρίζειν] τοῦ συρ. J. A. 1. W. f) ἐξεῖναι] εἶναι C. *) οὐ] οὐδὲ C. g) μεταβέβηκε, τουτονὶ τὸν τρόπον] μεταβέβληκε τουτονὶ τ. τρ. conj. *Hemst.* parum probabilis. h) αὐτοὺς] αὐτοῖς C. marg. A. 1. W. i) ἀληθῶς] αἴσχιστον conj. *Hemst.* ex *Eurip.* Orest. v. 10. k) ἐπ'] deest in B. 2.

Surripuit mihi meam ἐνδελέχειαν, pro qua ἐντελέχειαν dicere jubet; quod sane contrarium est omnibus legibus. Auditis θῆτα plangens, et capiti capillos evellens, eo quod privatum est [κολοκύνθη] cucurbita. Auditis ipsum etiam ζῆτα suis vocibus συρίζειν et σαλπίζειν spoliatum se querens, adeo ut ne γρύζειν quidem [id est, mutire] illi porro liceat. Quis ista quaeso ferat? aut quae poena satis magna erit tam scelesto Tau? Verum hoc non tantum cognatum sibi elementorum genus laedit, sed jam in homines ipsos grassatur, in hunc modum. Neque enim permittit, ut recta ferantur linguis. Imo vero, Judices: interim enim res humanae rursus me admonuerunt γλώσσης, [id est, linguae:] nam me hac quoque ex parte extrusit, et γλῶσσαν facit γλῶτταν. O linguae vere morbus ταῦ. Verum redeo ad illud, quod coeperam, hominibusque patrocinabor in iis, in quibus adversus eos delinquit. Nam vinculis quibusdam vocem eorum torquere et discerpere conatur. Cum quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν

p.96.97. καλὸν ἰδὼν, καλὸν εἰπεῖν αὐτὸ [l]) βούλεται· τὸ δὲ [m]) παρεισπεσὸν ταλὸν εἰπεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει, ἐν ἅπασι προεδρίαν ἔχειν ἀξιοῦν. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγεται· τὸ δὲ (τλῆμον γάρ ἐστιν ἀληθῶς) τλῆμα πεποίηκε τὸ κλῆμα. καὶ οὐ μόνον γε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, ᾧ καὶ γῆν καὶ θάλασσαν [n]) εἶξαι φασὶ, καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκστῆναι, τόδε [o]) καὶ τούτῳ ἐπιβουλεύει· καὶ Κῦρον αὐτὸν
12 ὄντα, Τῦρόν τινα [p]) ἀπέφηνεν. Οὕτω μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώπους ἀδικεῖ· ἔργῳ δὲ πῶς; κλάουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὴν αὐτῶν [q]) τύχην ὀδύρονται, καὶ Κάδμῳ καταρῶνται πολλάκις, ὅτι τὸ ταῦ ἐς τὸ τῶν στοιχείων γένος παρήγαγε. τῷ γὰρ τούτου σώματι [r]) φασὶ τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας, καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. ἀπὸ δὴ τούτου καὶ τῷ τεχνήματι τῷ πονηρῷ τὴν πονηρὰν ἐπωνυμίαν
p. 98. συνελθεῖν. τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα, πόσων θανάτων τὸ

1) αὐτὸ] recepi e C. et Gorl. m) τὸ δὲ] καὶ δὲ B. 2. n) θάλασσαν] θάλατταν cod. 2954. et *Schm.* o) τόδε] Sic e conj. pro vulgato τὸ δέ. p) Τῦρόν τινα] Num corrigendum forte erat *Τυρόν τινα*; q) τὴν αὐτῶν] Sic *Solan.* et secuti e Coll. et marg. A. 1. W. pro vulg. τὴν αὐτήν. r) σώματι] σήματι conj. *Guyet.*

[pulchrum] appellare velit, hoc ταῦ ex transverso irruens ταλὸν ipsum dicere cogit: adeo cupit in omnibus primas sedes obtinere. Rursum alius quispiam dicit, περὶ κλήματος [id est, de palmite]: hoc vero, est enim re vera τλῆμον, [id est, miserum] τλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Nec plebejos tantum homines injuria afficit, sed jam etiam magno illi regi, cui fama est ipsam terram et mare cessisse, atque naturam suam mutasse, insidiatur, et ex ipso, cum Κῦρος sit, τῦρον [caseum] quendam efficit. Atque in hunc modum vocem hominum laedit. Quomodo vero re ipsa et opere eosdem laedat, audite. Plorant homines, atque suae fortunae vices deflent, atque ipsum saepe Cadmum exsecrantur, quod, ταῦ in elementorum genus invexerit: ajunt enim, Tyrannos ejus literae corpus secutos, atque figuram imitatos, postea simili figura cruces fabricasse, quibus homines affigerent: atque ex hoc huic tam perniciosae fabricae pessimum nomen obvenisse. Propter ista

ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὴν τοῦ [s]) ταῦ τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι, τὸ τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν· ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται. P. 98.

s) ἐς τὴν τοῦ] ἐς τοῦτε Gorl.

omnia, quot mortibus ipsum ταῦ dignum esse censetis? Ego quidem existimo, merito hoc solum ad supplicium ipsius ταῦ relinqui, ut poenam in sua illa figura sustineat, quae sane ut crux esset istius opera effectum est, nomenque etiam apud homines sortiretur.

p. 98. # ΤΙΜΩΝ, Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

Argum. Dialogus dramaticus, genuinum Luciani ingenium quam maxime spirans. Scena est rus Atticum; tempus, quo fabula agitur, Periclis aetas sub initium belli Peloponnesiaci. Timon, antea dives, per nimiam liberalitatem suam a sodalibus et assentatoribus opibus omnibus exutus et in tantam paupertatem dejectus, ut deinde rustico opere vix necessaria sibi parare posset, jam interventu Jovis in pristinam restituitur opulentiam, qua ita nunc uti decernit, ut vitam solitariam agens ceteros homines omnes, quippe ipsius societate et humanitate indignos, omnino valere jubeat. Praeclara admiraberis, quae insperguntur, vitae praecepta, et multum delectaberis salibus, quibus pravi aetatis Lucianeae mores — nam ad hos proxime pertinet auctoris consilium — et ridiculae de summo rerum humanarum regimine opiniones perstringuntur.

ΤΙΜΩΝ. ΖΕΤΣ. ΕΡΜΗΣ. ΠΛΟΥΤΟΣ. ΠΕΝΙΑ. ΓΝΑΘΩΝΙΔΗΣ. ΦΙΛΙΑΔΗΣ. ΔΗΜΕΑΣ. ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ.

1 p. 99. *ΤΙΜ.* Ὦ Ζεῦ φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέστιε, καὶ ἀστεροπητά, καὶ ὄρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐρίγδουπε, καὶ εἴ τι σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πίπτον τοῦ μέτρου, καὶ

TIMON, SIVE MISANTHROPOS.

TIMON. JUPITER. MERCURIUS. PLUTUS. PAUPERTAS. GNATHONIDES. PHILIADES. DEMEA. THRASYCLES.

Tim. O Jupiter Philie, et Xenie, et Hetaereie, et Ephestie, et Asteropeta, et Horcie, et Nephelegereta, et Erigdupe, et si quo te alio vocant nomine attoniti poëtae, idque adeo cum in versu faciundo haerent impediti; (tunc enim magno nominum agmine sustines ver-

ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ· ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ, καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ, καὶ ὁ αἰθαλόεις, καὶ ἀργήεις, καὶ σμερδαλέος κεραυνός; ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε, καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου [a]) καὶ ἐκηβόλον ὅπλον, καὶ πρόχειρον, οὐκ οἶδ' ὅπως τελέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐστι, μηδὲ ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων διαφυλάττον [b]). Θᾶττον γοῦν τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων ἕωλον θρυαλλίδα φοβηθείη ἄν, ἢ τὴν τοῦ πανδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα· οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι· μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολεύειν τοῦ τραύματος [c]), ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου [d]). ὥστε ἤδη διὰ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς ἀντιβροντᾷν ἐτόλμα, οὐ πάνυ τοι [e]) ἀπίθανος ὤν, πρὸς οὕτω ψυχρὸν τὴν ὀργὴν Δία, θερμουργὸς ἀνὴρ, καὶ [f]) μεγαλαυχούμενος. πῶς γὰρ; ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγό-

p. 99. p. 100. p. 101. 2 p. 102. p. 103.

a) σου] σοι cod. 2954. b) διαφυλάττον] διαφυλάττων F. et Arg. c) τοῦ τραύματος] τοῦ καύματος conj. *G. Cuper.* Obss. III, 2. τοῦ τερατεύματος conj. *F. Jacobs.* in *Porson.* Adverss. d) ἀσβόλου] ἀσβόλης cod. 1428. minus Attice. *Phrynich.* p. 113. ibique *Lobeck.* e) ἐτόλμα, οὐ πάνυ τοι] ἐτόλμησεν, οὐ πάντη Aug. ἐτόλμα, οὐ πάντη cod. 2957. f) καὶ] Al. καινά· vel solum καὶ dele. Margo A. 1. W.

sum labantem, et rhythmum hiantem reples) ubi nunc fulgur illud tuum tanto strepitu erumpens? ubi tonitru tanto fremitu boans? ubi illud flammans, candens, ac terribile fulmen? Cuivis sane constare potest, ea omnia nil esse aliud quicquam praeter nugas sonoras, ac fumum plane poëticum, nominum strepitum si demas. Telum autem illud ita decantatum, et longe feriens, et expeditum, nescio quo pacto plane restinctum est, et refrixit, ne tantillulam quidem irae scintillam adversus sceleratos retinens. Inde est, quod perjuri potius metuerint hesternum aliquod ellychnium, quam fulminis cuncta domantis flammam. Ita videris illis titionem jaculari, ut ignem ejus vel fumum haud timeant; hocque unum ex vulnere malum sibi accidere existiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur. Hinc adeo est, quod Salmoneus ille, te contemto, contra tonare ausus est, vir, qui hanc de se opinionem in animis hominum facile tueretur, audax quippe et ardens animo, adversum Jovem tam frigidum. Quidni enim? cum tu veluti

p. 104. ρα g) καθεύδεις, ὃς οὔτε τῶν ἐπιορκούντων ἀκούεις, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς: λημᾷς δὲ h), καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γιγνόμενα i)· καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι, καθάπερ οἱ
3 παρηβηκότες. Ἐπεὶ νέος γε ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὢν, καὶ ἀκμαῖος τὴν ὀργὴν, πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ βιαίων ἐποι-
p. 105. εις, καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε πρὸς αὐτοὺς ἐκεχειρίαν, ἀλλ' ἀεὶ ἐνεργὸς πάντως ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο· καὶ ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὲς, ὥσπερ εἰς ἀκροβολισμὸν, προηκοντίζετο k). οἱ σεισμοὶ δὲ, κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν, σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε l) ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι, ποταμὸς ἑκάστη σταγών. ὥστε τηλικαύτη ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ναυαγία ἐπὶ
p. 106. τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἁπάντων καταδεδυκότων, μόγις ἓν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκεῖλαν τῷ Λυκωρεῖ, ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον m)
4 εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος. Τοιγάρτοι ἀκόλουθα τῆς ῥᾳθυ-

g) μανδραγόρα] Al. μανδραγόρᾳ, in his utraque Ald. et cod. 1428. Al. μανδραγόρου. Vid. Adnott. h) δὲ] γὰρ cod. 1428. i) γιγνόμενα] γινόμενα cod. 1428. k) προηκοντίζετο] προηκοντίζοντο Arg. l) τε] deleri vult *Faber*, tuentur *Jensius* et *Solanus*. m) διαφυλάττον] διαφυλάττων Arg.

mandragora poto dormiens perjuros non audias, neque injustos adspicias; contra autem lippis et lusciosis oculis ea, quae fiunt, videas; neque acriores habeas aures, quam qui aetatis sunt jam provectioris. Nam cum adhuc juvenis eras, ardenti animo, et iracundia gravi, multa quotidie adversus injustos ac violentos designabas, sublataque omni induciarum spe, bella cum iis gerebas, neque unquam otiosum erat fulmen: aegis concussa illis intentabatur, tonitru remugiebat, fulgur in morem velitaris pugnae usque et usque mittebatur: terrae autem motus ita frequenter fiebant, ut cribri agitationem plane referrent: nix acervatim ruebat, grandinem autem saxa diceres; et ut violentius dicam et elatius paulo, imbres ῥαγδαῖοι et vehementes deferebantur in terras; singulae guttae fluvium aequabant. Quamobrem puncto temporis sub Deucalione tot naves perierunt, ut omnibus aqua obrutis unica modo superfuerit arcula ad Lycoreum montem appulsa, veluti quendam generis humani fomitem servans, quo majora deinde scelera subolescerent. Ergo pretium ob socordiam ab

μιας τἀπιχειρα κομίζῃ παρ' αὐτῶν, οὔτε θύοντος ἔτι σοι τινὸς, p. 106.
οὔτε στεφανοῦντος, εἰ μή τις ἄρα πάρεργον Ὀλυμπίων· καὶ
οὗτος, οὐ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἰς ἔθος τι ἀρ-
χαῖον συντελῶν. καὶ κατ' ὀλίγον Κρόνον σε, ὦ θεῶν γενναίο-
τατε, ἀποφαίνουσι, παρωσάμενοι τῆς τιμῆς. ἐῶ λέγειν ὁποσά-
κις ἤδη σου [n]) τὸν νεὼν σεσυλήκασιν· οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς p. 107.
χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ἐπιβεβλήκασι [o]). καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης
ὤκνησας, ἢ ἀναστῆσαι τοὺς κύνας, ἢ τοὺς γείτονας ἐπικαλέ-
σασθαι, ὡς βοηθρομήσαντες αὐτοὺς συλλάβοιεν, ἔτι συσκευα-
ζομένους πρὸς τὴν φυγήν. ἀλλ' ὁ γενναῖος, καὶ Γιγαντολέτωρ,
καὶ Τιτανοκράτωρ, ἐκάθησο, τοὺς πλοκάμους περικειρόμενος
ὑπ' αὐτῶν, δεκάπηχυν κεραυνὸν ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. ταῦτα τοί-
νυν, ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται οὕτως ἀμελῶς παρορώμε- p. 108.
να; ἢ πότε κολάσεις [p]) τὴν τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι Φαέθον-
τες, ἢ Λευκαλίωνες, ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπέραντλον ὕβριν τοῦ
βίου; Ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ ἐάσας, τἀμὰ εἴπω, τοσούτους Ἀθη- 5

n) ὁποσάκις ἤδη σου] ποσάκις σοι ἤδη Aug. o) ἐπιβε-
βλήκασι] ἀποβεβλ. cod. 1428. p) κολάσεις] κολάσῃ cod.
1428.

iis tulisti, cui nemo hodie rem sacram facit, nec coronam quidem imponit, nisi forte unus aut alter quasi Olympiorum corollarium: idque qui tibi praestat, rem se haud sane pernecessariam facere existimat, sed veteri nescio cui instituto id dandum credit. Illi te, o Deorum praestantissime, paulatim in Saturni locum redigunt, qui te omni honore spolient. Mitto jam dicere, quoties templum tuum expilarint. Quidam etiam manus tibi apud Olympiam sunt admoliti; et tu, quem ὑψιβρεμέτην poëtae vocitant, ne ausus quidem es excitare canes, vel vicinos advocare, qui e vestigio concurrentes comprehenderent sacrilegos, res suas etiamnum convasantes, ut in pedes se protinus darent. Sed tu, fortis bellator, et qui γιγαντολέτωρ, et τιτανοκράτωρ praedicaris, sedebas, manu decemcubitale fulmen sustinens, interea dum cincinnos aureos otiose tibi attondebant. Haec igitur, o Deorum praestantissime, ecquando tandem dissimulare desines? Ecquando erit, ut tanta facinora ultum eas? Quot orbis conflagrationes, quot diluvia satis esse queant, ut tam inexhausta hominum insolentia compescatur? De me enim ut dicam, iis, quae ad ceteros pertinent, omissis, postquam tot Athenien-

p. 108. ναίων εἰς ὕψος ἄρας, καὶ πλουσίους ἐκ πενεστάτων ἀποφήνας,
p. 109. καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπικουρήσας, μᾶλλον δὲ ἀθρόον ἐς εὐεργεσίαν τῶν φίλων ἐκχέας [q]) τὸν πλοῦτον, ἐπειδὴ πένης διὰ ταῦτα ἐγενόμην, οὐκ ἔτι οὐδὲ [r]) γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, οὔτε προσβλέπουσι οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προσκυνοῦντες,
p. 110. κἀκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι [s]). ἀλλ' ἦν που καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω [t]) τινὶ αὐτῶν, ὥςπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν, ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀνατετραμμένην, παρέρχονται, μηδὲ ἀναγνόντες· οἱ δὲ καὶ πόρρωθεν ἰδόντες, ἑτέραν ἐκτρέπονται, δυςάντητον, καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες, τὸν οὐ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα, καὶ εὐεργέτην αὐ-
p. 111. 6 τῶν γεγενημένον. Ὥςτε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τραπόμενος, ἐναψάμενος διφθέραν, ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεσσάρων, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ προς-

q) ἔκχέας] εἰςχέας cod. 1428. r) οὐκ ἔτι οὐδὲ] Sic edidimus cum *Schmiedero* ducibus codd. Pariss. 1428. 2957. Aug. et Gorl. et Edd. A. 1. et 2. B. 2. Arg. et probante *Schaefero* Melet. p. 97. Alias omissum οὐδέ. s) ἀνηρτημένοι] ἀπηρτημένοι Aug. et Gorl. t) ἐντύχω] Sic auctore *Schaefero* Melet. p. 87. et praeeuntibus codd. Aug. et Gorl. et. Edd. F. A. 2. et Arg. pro vulg. ἐντύχοιμι.

ses evexi, divitesque ex pauperculis reddidi, atque omnibus ea, quibus egebant, benigne largitus sum, seu, ut verius dicam, postquam acervatim, ut in amicos beneficus essem, opes effudi, atque ea re factum est, ut ad inopiam redactus sim, illi me ignorant; sed ne adspiciunt quidem, cum tamen antea me revererentur, adorarent, et ex meo penderent nutu. Quin etiam si forte cui ipsorum in via occurram, ii me veluti eversum hominis jamdudum sepulti titulum, et temporis diuturnitate collapsum, praetereunt, ne legentes quidem: alii autem quam longe me vident, in aliam deflectunt viam, rati quippe visuros se spectaculum aliquod occursu infaustum, atque aversandum, me, inquam, qui non ita pridem σωτῆρ ipsis et εὐεργέτης fui. Tot itaque malis circumvallatus, in hunc remotum et desertum agrum concessi; et suspenso ex humeris rhenone terram colo, quatuor in diem obolis locata opera, hic cum ligone et hac solitudine philosophans. Mei certe laboris hoc videor praemium vel maximum conse-

φιλοσοφῶν ἐνταῦθα. τοῦτο γοῦν μοι δοκῶ κερδανεῖν, μηκέτι p. 111.
ὄψεσθαι πολλοὺς παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράττοντας· ἀνιαρότερον
γὰρ τοῦτό γε. ἤδη ποτὲ οὖν, ὦ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱὲ, τὸν βα-
θὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσεισάμενος [u]), καὶ νήδυμον, (ὑπὲρ τὸν p. 112.
Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμησαι,) καὶ ἀναῤῥιπίσας τὸν κεραυνὸν,
ἢ ἐκ τῆς Αἴτνης ἐναυσάμενος [x]), μεγάλην ποιήσας τὴν φλόγα,
ἐπιδείξαιό [y]) τινα χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανικοῦ Διὸς, εἰ μὴ
ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖ σῆς ταφῆς [z])
μυθολογούμενα.

ΖΕΤΣ. Τίς οὗτός ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆς 7
Ἀττικῆς παρὰ τὸν Ὑμηττὸν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ; πιναρὸς ὅλος, καὶ
αὐχμῶν, καὶ ὑποδίφθερος. σκάπτει δὲ οἶμαι ἐπικεκυφώς· λά- p. 115.
λος ἄνθρωπος, καὶ θρασύς. ἦπου φιλόσοφός ἐστιν· οὐ γὰρ
ἂν οὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν.

ΕΡΜ. Τί φῂς, ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρα-
τίδου, τὸν Κολυττέα; οὗτός ἐστιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν

u) ἀποσεισάμενος] ἀποσωσάμενος B. 2. x) ἐκ τῆς Αἴτνης ἐναυσάμενος] ἐ. τ. Οἴτης ἐγκαυσάμενος C. Nomen *Οἴτης* vulgatum primus *Hemst.*, monente etiam *T. Fabro*, in minori edit. sua in *Αἴτνης* mutavit, in majorem tamen non recepit. Vid. Adnott. y) ἐπιδείξατο] Sic vetustae edd. omnes. S. et A. ἐπιδείξαις. z) τῆς ἐκεῖ σῆς ταφῆς] Inserui ἐκεῖ e codd. Aug. et Gorl. et Edd. J. Arg. A. 2. et marg. A. 1. W. Sed in codd. Aug. et Gorl. omissum σῆς, et prior pro *μυθολογούμενα* exhibet *ὁμολογούμενα*.

qui, quod plerosque praeter aequum et bonum fortunatos non sum visurus. Id enim mihi molestum est ut quod maxime. Ecquid igitur, Saturni ac Rheae fili, excutiens altissimum istum somnum ac vere *νήδυμον*, (nam Epimenidem dormiendo vicisti) flatu denuo suscitans fulmen, aut ex Aetnae crateribus accendens, ingenti edita flamma, iram illam Jovis fortis ac manu promti exseres; nisi forte vera illa sunt, quae de te Cretes, et sepulcro tuo apud se sito fabulantur?

Jup. Quis hic est, Mercuri, qui ex Attica vociferatur ad radicem montis Hymetti, sordidatus, et caprinis pellibus semiamictus? incurvus autem, opinor, fodit; homo garrulus atque audax. Haud dubie Philosophus est: neque enim sermones de nobis adeo impios deblaterasset.

Mer. Quid ais, o pater? tun' ut Timonem Colyttensem, Echecratidae filium,

p. 113. τελείων ἑστιάσας, ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας· παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὰ Διάσια.

p. 114. ΖΕΤΣ. Φεῦ τῆς ἀλλαγῆς· ὁ καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλούσιος, περὶ ὃν οἱ τοσοῦτοι φίλοι; τί παθὼν οὖν τοιοῦτός ἐστιν; αὐχμηρὸς, ἄθλιος, καὶ σκαπανεὺς, καὶ μισθωτὸς, ὡς ἔοικεν, οὕτω βαρεῖαν καταφέρων τὴν δίκελλαν.

8 ΕΡΜ. Οὕτωσί μὲν εἰπεῖν, χρηστότης ἐπέτριψεν αὐτὸν, καὶ φιλανθρωπία, καὶ ὁ πρὸς τοὺς δεομένους ἅπαντας οἶκτος· ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ, ἄνοια, καὶ εὐήθεια, καὶ ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους [a])· ὃς οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος. ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἦπαρ, φίλους εἶναι αὐτοὺς, καὶ ἑταίρους ᾤετο ὑπ' εὐνοίας τῆς πρὸς
p. 115. αὐτὸν [b]), χαίροντας τῇ βορᾷ. οἱ δὲ τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς, καὶ περιτραγόντες, εἴ τις καὶ μυελὸς ἐνῆν [c]), ἐκμυζήσαντες καὶ τοῦτον εὖ μάλα ἐπιμελῶς, ᾤχοντο, αὖον αὐτὸν, καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες, οὐδὲ γνωρίζοντες

a) τοὺς φίλους] τῶν φίλων codd. Aug. Gorl. et Reg. Par. damnatum *Fabro* et *Abreschio* Dilucc. Thuc. p. 621. b) αὐτὸν] Sic recte in omnibus, quos inspexi, praeter edit. *Hemst.* maj. et *Bipont.* ubi αὐτὸν, nescio, an invito et inscio magno Editore. c) ἐνῆν] ἦν J.

haud noris? Hic ille est, qui nos toties sacris rite factis opipare accepit; ille recens dives, qui totas hecatombas mactabat; apud quem splendide solebamus agere Diasia.

Jup. Heu! quae isthaec rerum conversio? illene pridem honestus, quem tot amici colebant? Unde igitur eo miseriarum devenit, squalidus, infelix, et fossor mercede conductus, uti ex ligone conjicere est, quem ille adeo gravem in terram demittit?

Mer. Sua illum, ut minus exacte loquar, comitas perdidit atque humanitas, nec non effusa in omnes inopes misericordia: vere autem ut dicam, stultitia et simplicitas, et imprudentia in admittendis amicis; qui non animadverteret, corvis se et lupis gratificari; existimaret praeterea, tot vultures jecur sibi assidue exedentes, amicos esse et sodales aliqua in se benevolentia permotos, cum tamen opsoniorum gratia circa illum essent. Ii vero nudatis Timonis ossibus, et circumrosis, ac medulla, si qua supererat, probe et diligenter exsucta, aridum illum et ab radicibus imis excisum relinquentes, abierunt, ne noscentes quidem amplius aut

ἔτι, οὐδὲ προσβλέποντες, (πόθεν γὰρ;) ἢ ἐπικουροῦντες, ἢ p. 115.
ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει. διὰ ταῦτα δικελλίτης, καὶ διφθερίας,
ὡς ὁρᾷς, ἀπολιπὼν ὑπ' αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθοῦ γεωργεῖ,
μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς· ὅτι οἱ πλουτοῦντες παρ' αὐτοῦ, μάλα
ὑπεροπτικῶς παρέρχονται, οὐδὲ τοὔνομα, εἰ Τίμων καλοῖτο,
εἰδότες.

ZETΣ. Καὶ μὴν οὐ παροπτέος ἀνὴρ, οὐδὲ ἀμελητέος· 9
εἰκότα γὰρ ἠγανάκτει [d]) δυστυχῶν, ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν p. 116.
τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις, ἐπιλελησμένοι [e]) ἀνδρὸς,
τοσαῦτα μηρία [f]) ταύρων τε, καὶ αἰγῶν πιότατα κάυσοντος
ἡμῖν ἐπὶ τῶν βωμῶν. ἔτι γοῦν ἐν ταῖς [g]) ῥισὶ τὴν κνίσσαν αὐ-
τῶν ἔχω [h]). πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε, καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν
ἐπιορκούντων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ
φόβου τοῦ παρὰ τῶν ἱεροσυλούντων, (πολλοὶ γὰρ οὗτοι, καὶ
δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' [i]) ὀλίγον καταμῦσαι ἡμῖν ἐφιᾶσι,)
πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ' ἀπέβλεψα εἰς [k]) τὴν Ἀττικήν· καὶ p. 117.
μάλιστα ἐξ οὗ φιλοσοφία, καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς.

d) ἠγανάκτει] ἀγανακτοῖ et mox ποιήσοιμεν conj. *Fabr.* e) ἐπιλελησμένοι] ἐπιλελησμένοις cod. 1428. et A. 1. W. f) μηρία] Hac voce, quam cod. Reg. habet, caruerunt veteres Edd. g) ταῖς] τοῖς cod. 1428. h) ἔχω] ἔχων id. cod. i) ἐπ] abest ab Aug. k) εἰς] ἐς Aug.

adspicientes, (cur enim id facerent?) aut opem ferentes, vel aliquid vicissim largientes. Itaque ligone, uti vides, et rhenone instructus, urbe prae pudore relicta, agrum mercede conductus arat, tot malis ad insaniam adactus, quod certos homines a se antea ditatos praeterèuntes superbe videat, ne hoc quidem tenentes, Timon necne dicatur.

Jup. Sane nobis talis vir haudquaquam contemnendus negligendusve est. Infelicitatem enim jure indignabatur, si eadem faciemus ac scelesti illi assentatores, virum talem negligentes, qui nobis tot caprarum, totque taurorum femora in altaribus cremaverit: eorum certe nidorem etiam in naribus habeo. Ceterum propter negotia, quibus districtus fui, ingentemque pejerantium turbam, nec non eorum, qui per vim rapiunt, tum vero propter metum sacrilegorum, (ii enim bene multi sunt, et quos haud facile quis vitet, neque nobis connivendi spatium relinquunt) jamdiu in Atticam oculos non conjeci; maxime postquam Philosophia, et verbosae illae concertationes

p. 117. μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεκραγότων, οὐδὲ ἐπακούειν ἐστὶ τῶν εὐχῶν. ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον [1]) χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπιτριβῆναι πρὸς αὐτῶν, ἀρετήν τινα, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους [m]) μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. διὰ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη [n]) πρὸς ἡμῶν [o]), οὐ
p. 118. φαῦλον ὄντα. Ὅμως δὲ τὸν Πλοῦτον, ὦ Ἑρμῆ, παραλαβὼν, ἄπιθι παρ' [p]) αὐτὸν κατὰ τάχος· ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ τὸν Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν οὕτω ῥᾳδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τῆς οἰκίας. περὶ δὲ τῶν κολάκων ἐκείνων, καὶ τῆς ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὲν σκέψομαι, καὶ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὰν τὸν κεραυνὸν ἐπισκευάσω· κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπεστομωμέ-
p. 119. ναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἳ μέγισται, ὁπότε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν· ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. ἀλλ' ἐκείνου μὲν

1) ἐπιβυσάμενον] ἐπιβησάμενον B. 2. m) λήρους μεγάλῃ] λήρους μεγάλους μεγάλῃ conj. *Fabr.* n) συνέβη] ξυνέβη Aug. o) πρὸς ἡμῶν] Veteres edd. ἡμᾶς. Unde *Gronov.* συνέβη, πρὸς ἡμᾶς οὐ φαῦλον ὄντα. Sed restituta lectio est in R. L. marg. A. 1. W. In Gorl. παρ' ἡμῶν. p) παρ'] πρὸς cod. 1428.

inter eos exortae sunt. Cum enim inter sese digladientur, perpetuoque vociferentur, non est ut quisquam nostrûm preces et vota hominum possit exaudire: quare vel obstructis auribus otiose sedendum est, aut ab iis molestia confici necesse, Virtutem nescio quam, et Incorporea, et meras nugas magna voce connectentibus. Hanc ipsam ob causam evenit, ut hic Timon, vir sane neutiquam contemnendus, a nobis usque adhuc fuerit neglectus. Sed ut ut haec se habent, assumto tecum Pluto abi, Mercuri, ad illum quam ocyssime. Adjungat sibi comitem Thesaurum. Plutus; maneantque ambo apud Timonem, neque tam cito ex ejus aedibus concedant, licet eos Timon, qua bonitate est, denuo emittat: de assentatoribus autem, qui se adeo immemores beneficiorum praebent, post videro: eos plectere certum est, ubi fulmen recusum fuerit. Radii enim ejus duo omnium maximi diffracti sunt et retusi, cum illud vehementius paulo in Anaxagoram Sophistam jacularer, qui discipulis suis persuadebat, nos

διήμαρτον (ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ q) τὴν χεῖρα Περικλῆς r)). ὁ δὲ νεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον παρασκήψας, ἐκεῖνό τε κατέφλεξε, καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνετρίβη περὶ τῇ πέτρᾳ s), πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ t) ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν. p. 119.

EPM. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀγληρὸν εἶναι, καὶ θρασύν; οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον· ἰδοὺ γὰρ u) αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου κατασταθήσεται ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παῤῥησιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ἐπιστρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ἐπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἔσκαπτεν ἀμελούμενος. 11 p. 120.

ΠΛΟΥΤ. Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν x).

ΖΕΥΣ. Διατί, ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κελεύσαντος;

ΠΛΟΥΤ. Ὅτι νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ 12

q) αὐτοῦ] αὐτὸν J. r) Περικλῆς] ὁ Περικλ. Aug. s) περὶ τῇ πέτρᾳ] Sic *Faber* e cod. Reg. ante παρὰ τὴν πέτραν edebatur, quod *Belinus* praeferendum censet, temere. Vid. *Fabr.* t) καὶ αὕτη — εἰ] καὶ αὐτὴ omisso εἰ cod. 1428. quod *Belinus* probavit, et *Schmiederus* recepit. u) γὰρ] γέ τοι Gorl. x) αὐτὸν] αὐτῷ F.

Deos in rerum natura non exsistere; et ab eo aberravi, frustrato ictu: (protenta namque manu tutatus eum est Pericles;) fulmen autem in Castorum aedem cum praeter spem delatum esset, eam exussit; ipsum autem fulmen tantum non ad saxum comminutum est. Quamquam interea satis poenarum luent assentatores, si in re perquam ampla Timonem viderint.

Mer. Quantam affert utilitatem magnis clamoribus rem agere, et molestum esse atque audacem! neque id modo causarum actoribus utile est, sed iis etiam, qui Deos comprecantur. Vel hic Timon, quam repente dives ex pauperculo factus est! nimirum ingenti clamore vociferans, et magna dicendi libertate in precibus usus, Jovem ad sese advertit denique: sin vero tacitus incurvusque fodisset, etiamnum neglectus foderet.

Plut. At ego, Jupiter, ad ipsum non ibo.

Jup. Quid ita autem, optime Plute, me praesertim jubente?

Plut. Quia per Jovem in me injurius erat, domo me

p. 120. εἰς [y]) πολλὰ κατεμέριζε, καὶ ταῦτα, πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα· καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις [z]) με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καὶ καθάπερ [a]) οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν [b]) ἀποῤῥιπτοῦντες. αὖθις
p. 121. οὖν ἀπέλθω παρασίτοις καὶ κόλαξι, καὶ ἑταίραις [c]) παραδοθησόμενος; ἐπ' ἐκείνους, ὦ Ζεῦ, πέμπε με, τοὺς αἰσθησομένους τῆς δωρεᾶς, τοὺς περιέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ περιπόθητος. οὗτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ ξυνέστωσαν, ἣν προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς λαβόντες, καὶ δίκελλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι.

13 ΖΕΤΣ. Οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περὶ σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὴν ὀσφὺν, ὡς χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀνα-
p. 122. πετάσας, ἠφίει περινοστεῖν ἐλευθέρως [d]), οὔτε ἀποκλείων, οὔτε ζηλοτυπῶν. ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἠγανάκτεις κατὰ τῶν

y) εἰς] ἐς cod. 1428. et Aug. et antea ἐς ἐμὲ in cod. 1428. z) δικράνοις] δικράνης id. a) καὶ καθάπερ] Sic e conj. *T. Fabri*, et *Hemsterhusio* probata. Vulgo omissum *καί*. b) χειρῶν] τειχῶν L. c) ἑταίραις] ἑταίροις margo A. 1. W. et A. 2. d) ἐλευθέρως] ἐλευθερίως Gorl.

extrudens, ac frustulatim partiens, qui tamen ipsi paternus essem amicus; meque tantum non furca expellebat, aut ut eos facere videmus, qui ignem manibus haerentem excutiunt. Quid igitur? redeamne ad eum, parasitis, assentatoribus, et meretriculis objiciendus? Ad illos, Jupiter, me, quaeso, mittas, qui benignitatis modum intelligant, qui me amplectantur, quibus pretiosus sim et desiderabilis: hi vero fatui cum Paupertate usque et usque versentur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone et ligone, quatuor obolorum mercedula contenti vivant, qui decem talentorum munera sic neglectim abjiciunt.

Jup. Nil tale posthac adversus te Timon faciet: a ligone probe perdoctus fuit te Paupertati anteponere; nisi si lumbos forte sortitus est cuilibet dolori impenetrabiles. At tu mihi mirum in modum querulus videris, qui nunc Timonem accuses, quod tibi reclusis foribus hac illac vagari, prout libitum fuit, permisit, neque domi claudens, neque in te zelotypia ardens. Olim au-

πλουσίων, κατακεκλεῖσθαι [e]) λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ μο- p. 122.
χλοῖς, καὶ κλεισὶ, καὶ σημείων ἐπιβολαῖς [f])· ὡς μηδὲ παρακύψαι σοὶ ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. ταῦτα γοῦν ἀποδύρου πρός με, ἀποπνίγεσθαι λέγων ἐν πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνου [g]), καὶ φροντίδος [h]) ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους πρὸς τὸ ἔθος τῶν συλλογισμῶν [i]), καὶ ἀποδράσασθαι [k]) ἀπειλῶν, εἰ καιροῦ λάβοιο, παρ' αὐτῶν. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι, ἐν χαλκῷ, ἢ σι- p. 123.
δηρῷ θαλάμῳ [l]), καθάπερ τὴν Δανάην, παρθενεύεσθαι ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς ἀνατρεφόμενον, τῷ Τόκῳ, καὶ τῷ Λογισμῷ. Ἄτοπα γοῦν ποιεῖν ἔφασκες αὐτούς, 14
ἐρῶντας μὲν ἐς [m]) ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, οὐ τολμῶντας, οὐδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίους γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν [n]) ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπο-

e) κατακεκλεῖσθαι] περικεκλεῖσθαι Aug. f) ἐπιβολαῖς] ἐπιβολῇ cod. 1428. antiquiores edd. vitiose ἐπηβολαῖς. g) ἐφαίνου] ἀνεφαίνου Aug. h) φροντίδος] φροντίδων Id. i) συλλογισμῶν] συλλογιστῶν conj. *J. F. Gron.* probata *Hemst.*, licet, ut par erat, non recepta. k) ἀποδράσασθαι] ἀποδράσεσθαι. Schol. et inde *Schmied.* l) θαλάμῳ] τῷ θαλάμῳ Gorl. m) ἐς] Sic *Schm.* e cod. 1428. et Aug. pro εἰς. n) ἀλλὰ φυλάττειν] ἀλλὰ καὶ φυλάττων cod. 1428.

tem adversus divites indignabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis, clavibus, et annulo impresso, ut ne oculis quidem obliquis lucem tibi fas esset adspicere. Haec igitur apud me lamentabaris, in tantis tenebris suffocari te dictitans: atque id propterea pallidus eras, curis perditus, digitosque contractos habebas ob frequentem computandi consuetudinem; quin et minitabaris, te quandoque aufugiturum, si quam nancisci occasionem posses. Ad pauca ut redeam, gravissimum tibi videbatur, in ferreo aut aereo thalamo virginem custodire, velut alteram Danaën, et sub acribus et scelerosis paedagogis educari, Foenore et Ratiocinio. Eos itaque plane ineptos esse dicebas, qui cum te misere amarent, possentque frui, non auderent tamen: neque amore suo secure uterentur, quibus id liberum esset: sed te pervigili custodia servarent, sigillum aut repagulum oculis haudquaquam demotis adspicientes; seque abunde potiri existimantes, non si

p. 123. λαύσεως, καθάπερ τὴν ἐν τῇ φάτνῃ κύνα, μήτε αὐτὴν ἐσθίουσαν τῶν πριθῶν, μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. καὶ
p. 124. προσέτι γε καὶ κατεγέλας αὐτῶν φειδομένων, καὶ φυλαττόντων, καὶ τὸ καινότατον, αὐτοὺς ζηλοτυποῦντων· ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότριψ ὑπειςιὼν [o]) λαθραίως ἐμπαροινήσει [p]), τὸν κακοδαίμονα, καὶ ἀνέραστον δεσπότην, πρὸς ἀμαυρόν [q]) τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον,
p. 125. καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα, πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι [r]), νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν;

15 ΠΛΟΥΤ. Καὶ μὴν εἶγε τἀληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμέ-

o) ὑπειςιὼν] ὑπειςελθὼν cod. 1428. ἐπειςιὼν J. marg. A. 1. W. p) ἐμπαροινήσει] ἐμπαροινήσῃ conj. *Jens.* qua non opus est. q) ἀμαυρὸν] ἐμανρὸν in nonnullis vett. edd. r) πῶς οὖν — αἰτιᾶσθαι,] Sic edidimus e cod. Gorl. praeterquam quod is ἐκεῖνα habet pro ἐκείνων. Cum hoc cod. conveniunt Aug. et 2957. ita tamen, ut post ταῦτα inserant σου. Prorsus conveniunt Coll. G. Sic scripsit *Schmiederus*, addito tamen σου post ταῦτα ex Aug. et 2957. Eadem habet J. exceptis σοι pro σου et ἐκείνων pro ἐκεῖνα. Eadem et A. 2., modo σου exhibet pro σοι. In Exc. ex P. sic notatum: πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταν. . . . . πάλαι μὲν ἐκεινᾶ αἰτιᾶ. . . . In ceteris, quas et *Hemsterh.* secutus: πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι. In minori tamen ed. sumserat sibi idem *Hemst.* ut scriberet σε pro σου. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 246. et 850. sibi non constitit.

fruerentur ipsi, sed omnibus fruendi facultatem si praereptum irent; quod plane canem in praesepio factitare videmus, qui nec ipse hordeum attingat, nec equum esurientem sinat attingere. Insuper, si satis memini, eos irridebas, qui perpetuo parcerent, et custodirent, et (quod prodigii instar sit) in se ipsos zelotypi forent; ignorarent autem, scelestissimum aliquem servulum, aut paedotribam, clanculum subeuntem, hero inamabili et Diis iratis nato subliturum os, dum ad lucernam obscuram, et exiguum habentem ellychnium, paululoque instructam oleo, usuris computandis invigilat. Qui autem, o Plute, absurdum non sit, haec olim divitibus objecisse te, nunc vero plane contraria Timoni vitio vertere?

Plut. Atqui si vera lubet inquirere, utrumque meritissimo videbor facere. Nam hujus quidem Timonis so-

νον, ἀμελὲς καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν, ὡς πρὸς [s]) ἐμὲ, εἰκότως ἂν p. 125.
δοκοίη· τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις [t]) καὶ σκότῳ φυ-
λάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελὴς, καὶ p. 126.
ὑπέρογκος, ἐπιμελουμένους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς, οὔ-
τε ἐς [u]) τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοή-
τους ἐνόμιζον εἶναι, καὶ ὑβριστὰς, οὐδὲν [x]) ἀδικοῦντά με
ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας· οὐκ εἰδότας [y]) ὡς μετὰ
μικρὸν ἀπίασιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες.
Οὔτ' οὖν ἐκείνους, οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους 16
ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅπερ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ἐπιθήσοντας
τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τοπαράπαν, μήτε προη-
σομένους τὸ ὅλον. σκόπει γὰρ, ὦ Ζεῦ, πρὸς τοῦ Διὸς, εἴ τις
νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειτα μήτε φυλάττοι,
μήτε ζηλοτυποῖ τοπαράπαν, ἀφιεὶς καὶ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέ- p. 127.
λοι νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις,

s) πρὸς] abest a B. 2. t) θύραις] θίβαις nonnullae, in his A. 2. probante *Solano*. θήκαις conj. *Brod.* θύλαξι conj. *T. Fab.* u) ἐς] Sic *Schm.* e codd. 1428. et Aug. x) οὐδὲν] καὶ οὐδὲν *Schm.* e cod. 1428. probante *Belino* et explicante *licet, quoique*, alieno scilicet loco. Debetur potius καὶ librarii errori. y) εἰδότας] εἰδότες F.

luta licentia, mera negligentia, non benevolentia, ad me quod spectat, haberi debet: illos autem, qui me clausum tot ostiis in tenebris detinerent, dantes operam, ut me crassiorem rederent et pinguiorem, atque corpulentiorem aequo, neque ipsi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam viderer, prorsus desipere, et in me contumeliosos esse rebar, qui nil peccantem computrescere juberent tot vinculis impeditum, nescientes interim, post paulo se e vita decessuros, meque fortunatorum cupiam relicturos. Itaque adeo neque illos restrictos laudem, neque eos rursus, qui me libentius contrectant et insumunt, sed potius eos, qui, quod apprime in vita utile est, moderationem adhibeant; qui neque prorsus abstineant, neque omnino projiciant, et cuilibet obtrudant. Illud enim per Jovem vide, quaeso, Jupiter: si quis legitimis nuptiis formosulam aliquam uxorem in ipso aetatis flore duxerit, deinde neque domi custodiat, neque ullo zelotypiae sensu moveatur, noctu et interdiu, qua visum est, vagari permittens, et cum obviis quibus-

p. 127. μᾶλλον δὲ αὐτὸς [z]) ἀπάγοι [a]) μοιχευθησομένην, ἀνοίγων τὰς θύρας, καὶ μαστροπεύων, καὶ πάντας ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτος ἐρᾷν δόξειεν ἄν; οὐ σύ γε, ὦ Ζεῦ, τοῦτο φαίης
17 ἄν, ἐρασθεὶς πολλάκις. Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ στεῖραν κατακλεί-
p. 128. σας παρθενεύοι, καὶ ταῦτα ἐρᾷν φάσκων, καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χρόας, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἐσθ' ὅπως ὁ τοιοῦτος οὐ παραπαίειν δόξειεν ἄν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τοῦ γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ ἐπέρασ τον κόρην, καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων διὰ παντὸς τοῦ βίου; ταὐτὰ [b]) καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλούμενος· ὑπ' ἐνίων δὲ, ὥσπερ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος.

z) αὐτὸς] αὐτοὺς F. a) ἀπάγοι] ἀπάγων cod. 1428. προάγοι conj. *T. Fab.* b) ταὐτὰ] e conj. *T. Fab.* Vulg. ταῦτα. In minori ed. Hemst. διόπερ ταῦτα καὶ αὐτὸς πολλάκις ἀγανακτῶ, nescio unde.

que aetatulam suam oblectare; aut potius aliquo corrumpendam ab adulteris ducat, fores aperiens, prostituens, et omnes ad eam convocans; quid, quaeso, talis vir uxorem amare videatur? Haud istud tu quidem dixeris, Jupiter, qui quid sit amor, re saepenumero expertus es. Si quis contra uxorem lege domum duxerit, *Arvo ut venereo laetus liberos serat*, florentem autem puellam nec attingat ipse, neque alium quemquam ad illam oculos adjicere sinat; domi autem conclusam custodiat, nullam ex ea prolem suscipiens, ejus tamen amore flagrare se dictitans, idque indicans vultus colore, macrescente in dies et horas corpore, concavis et introrsum recedentibus oculis: an non ejusmodi vir pro cerrito circumferri debeat, qui quasi Cereri sacerdotem per totam vitam nutriens, tam venustam tamque amabilem puellam deflorescere absque omni Veneris usu sineret, cum contra liberos ex ea tollere et conjugio frui deberet? Ad hunc plane modum quidam me calcibus ignominiose quatiunt, luxuriaque sua effundunt atque exhauriunt: a nonnullis autem velut fugitivus aliquis notis compunctus vincior.

ΖΕΤΣ. Τί οὖν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; διδόασι γὰρ ἄμ- 18
φω καλὴν τὴν δίκην· οἱ μὲν, ὥςπερ ὁ Τάνταλος, ἄποτοι καὶ ἄγευστοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ· οἱ δὲ, καθάπερ ὁ Φινεὺς, ἀπὸ τῆς φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν c) Ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονεστέρῳ παραπολὺ τῷ Τίμωνι ἐντευξόμενος.

ΠΛΟΥΤ. Ἐκεῖνος γὰρ πότε d) παύσεται ὥςπερ ἐκ κο- p. 129.
φίνου τετρυπημένου, πρὶν ὅλως εἰςρυῆναί με, κατὰ σπουδὴν ἐξαντλῶν, φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιῤῥοὴν, μὴ ὑπέραντλος εἰςπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥςτε ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων e) πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος· ἀλλὰ πρὶν εἰςρυῆναι, σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· οὕτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς τοῦ πίθου, καὶ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.

ΖΕΤΣ. Οὐκοῦν ἦν f) μὴ ἐμφράξηται τὸ κεχηνὸς τοῦτο, 19
καὶ ἐς τὸ ἄπαξ g) ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις, καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ

c) τῶν] deest in B. 2. et Hemst. min. d) γὰρ πότε] γάρ ποτε in Arg. nec sic male. e) Δαναΐδων] Mutavit accentum *Hemst.* Antea erat Δαναΐδων. f) ἦν] Sic ex Aug. pro vulg. εἰ. g) καὶ ἐς τὸ ἄπαξ] Sic *Schm.* e codd. 1428. 2957. et Aug. Vulg. εἰς pro ἐς. In *Hemst.* min. omissa καὶ εἰς τό.

Jup. Quid, quaeso, illis succenses? utrique enim graves poenas dant: alii enim veluti Tantalus aliquis, ore sicco ac jejuno perstant, ad auri adspectum rictu diducto hiantes; alii autem sibi, itidem ut Phineus, cibum ex penitissimis faucibus ab Harpyis eripi vident. Sed jam abi: nam Timonem multo impensius, quam antea, sapere deprehendes.

Plut. Quid autem? an is aliquando desinet consulto, veluti ex perforato cophino exhaurire me, priusquam totus influxero, (veluti praevenire studens nimiarum opum influxum) ne copiosior incidens ipsum inundem? Quare videor mihi aquam in Danaïdum dolium congesturus, et frustra infusurus, cum vas perfluat, et id, quod ingestum fuerit, jam jamque sit effluxurum, priusquam influxerit; adeo latus est ad effluxum liquoris hiatus dolii ac facilis exitus.

Jup. Proinde rimam istam et hiatum nisi semel et diligenter obstruxerit, in faece dolii rhenonem una cum ligone reperiet, postquam

p. 129. τρυγὶ τοῦ πίθου. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, καὶ πλουτίζετε αὐτόν· σὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιὼν, πρὸς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσιν· ὡς ἤδη γε τεθηγμένου αὐτοῦ δεησόμεθα.

p. 130. 20 *EPM.* Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. τί τοῦτο; ὑποσκάζεις [h]); ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, οὐ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν [i]).

ΠΛΟΥΤ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ' ὁπόταν μὲν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις τελεῖν [k]) ἐπὶ τὸ τέρμα, προγηράσαντος ἐνίοτε τοῦ περιμένοντος. ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀνείρων [l]) ὠκύτερον. ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν.

EPM. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐγὼ δὲ καὶ [m]) πολλοὺς
p. 131. ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν, ὥστε πρίασθαι

h) τί τοῦτο; ὑποσκάζεις;] Sic *Hemst.* distinxit primus. Antea τί τοῦτο ὑποσκάζεις; Saepe sic a librariis peccatum. i) ὤν] ὄν nonnullae edd. veteres, in his A. 2. k) τελεῖν] ἐλθεῖν R. P. L. J. marg. A. 1. W. μόγις *Schm.* e cod. 1428. l) ὀνείρων] Sic Aug. R. P. J. marg. A. 1. W. et A. 2. Vulg. ὀρνέων. m) δὲ καὶ] δέ τοι cod. 1428. et R.

tu cito effusus fueris. Sed jam aliquando abite, atque hominem ditate. At heus tu, Mercuri, curato adductos tecum ex Aetna Cyclopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant: eo enim perquam acuto nobis opus erit.

Mer. Pergamus, Plute. Quid hoc autem? claudicas? Ignorabam, o bone, esse te non modo caecum, sed claudum etiam.

Plut. Id mihi non semper usu evenit: sed cum ab Jove ad quempiam mittor, repente tardior paulo fio, et utroque crure claudus, ita ut vix atque aegre itineris finem attingam, cum is jam, ad quem missus fueram, longo senio confectus plerumque jacet. At si quando discedendum sit, tum vero me alatum dicas, ipsis avibus celeriorem. Itaque ubi primum excidit circi repagulum, jam me victorem proclamat praeco, qui stadium tanta pernicitate percurrerim, ut quandoque ne spectatores ipsi oculis me currentem sequi potuerint.

Mer. Minus vere isthaec, Plute: nam multos ego memorare possum, qui, cum heri ne obolum quidem ha-

βρόχον, ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τήμερον πλουσίους, καὶ πολυτε- p. 131.
λεῖς, ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ κἂν ὄνος
ὑπῆρξε πώποτε. καὶ ὅμως πορφυροῖ n) καὶ χρυσόχειρες περιέρ-
χονται, οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν.

ΠΛΟΤΤ. Ἕτεροῖον τοῦτ' ἐστὶν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς 21
ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε. οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀπο-
στέλλει με παρ' αὐτούς, ἅτε πλουτοδότης, καὶ μεγαλόδωρος
καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γοῦν o) καὶ τῷ ὀνόματι. ἐπειδὰν τοίνυν
μετοικισθῆναι δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ἐς δέλτον ἐμ-
βαλόντες με, καὶ κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς, φορηδὸν ἀρά- p. 132.
μενοι, μετακομίζουσι. καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς
οἰκίας πρόκειται, ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμε-
νος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπιλπίσαντες ἐν τῇ
ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετο-
μένην τετριγότες p) οἱ νεοττοί. Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαι- 22
ρεθῇ q), καὶ τὸ λίνον r) ἐντμηθῇ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ, καὶ

n) πορφυροῖ] Sic *Hemst.* min. Aliae πορφυροι, mendum in Luciani exemplaribus frequens. Vid. ad Char. c. 14. o) γοῦν] abest a B. 2. p) τετριγότες] τετρυγότες cod. 1428. q) ἀφαιρεθῇ] ἀφηρηθῇ et mox ἀνῳχθῇ A. r) λίνον] Sic A. 2., quum in ceteris falso sit λῖνον.

berent, qui sibi pararent laqueum, hodie repente divites exsistunt, sumtus ingentes faciunt, et bigis albis vehuntur, quibus ne asellus quidem unquam domi fuit; et tamen purpura aureisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opinor, nondum satis sibi persuadere possunt, suas illas opes somnium non esse.

Plut. Istuc, quod dicis, Mercuri, longe diversum est; nec tunc meis me pedibus porto, neque me tunc Jupiter, sed Pluto ad eos mittit, utpote qui πλουτοδότης et ipse sit [opum largitor] et splendidorum munerum dator, quod et suo ipsius nomine satis indicat. Itaque cum mihi ab alio ad alium migrandum est, me in tabulas testamentarias conjiciunt, ac diligenter obsignantes domo me bajulorum opera efferunt: interea mortuus in obscuro aliquo aedium loco jacet, detrito linteo obtectis genibus, dum circa ipsum decertant feles, ejus cadaver attingere gestientes; me autem ii, qui tamdiu speraverant, ad forum itidem ut hirundinem advolantem stridentes pulli exspectant. Ubi autem sublatum est sigillum, et lineum testamenti vinculum inci-

p. 135. ἀνακηρυχθῇ μου ὁ καινὸς s) δεσπότης, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ καταπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβών, ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ἦ ποτε, ἁρπασάμενός
p. 154. με αὐτῇ δέλτῳ, θέει φέρων, ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου, ἢ Δρόμωνος, ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος *), ἢ Πρώταρ-
p. 155. χος μετονομασθείς· τοὺς μάτην πεχηνότας ἐκείνους ἐς t) ἀλλήλους ἀποβλέποντας καταλιπών, ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος,
p. 156. οἷος αὐτοὺς u) ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σαγήνης διέφυγεν, οὐκ
23 ὀλίγον τὸ δέλεαρ καταπιών. Ὁ δὲ, ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πέδην περφρικὼς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλως x) μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μυλῶνα ὥςπερ τὸ ἀνάκτορον προσκυνῶν, οὐκ

s) καινὸς] κοινὸς nonnullae edd., in his A. 2. *) Μεγάβυζος] Μεγάβυζης cod. 1428. t) ἐς] εἰς vulg. Receptam formam habet Aug. et *Schm.* ed. u) αὐτοὺς] αὐτοῖς marg. A. 1. W. et cod. 2957. x) ἄλλως] e conj. *Fabri.* Vulg. ἄλλος, quod tamen et ipsum a cod. Gorl. abest.

sum est, tabulaeque apertae, ac novus opum dominus declaratus est cognatus aliquis, aut assentator, aut servulus denique, qui ad obsequium venereum praesto erat, et ea gratia ceteris praelatus omnibus, rasa etiamnum barba; magnum pretium ferens tot voluptatum, quas hero attulit, dum se, jam exoletus, ei perdepsendum obsequiose permittit. Is igitur, quisquis tandem sit, me cum testamenti tabulis arripiens, curriculo domum contendit, mutato repente nomine, ut qui antea Pyrrhias, vel Dromo, aut, si mavis, Tibius vocabatur, deinceps Megaeles, Protarchus, aut Megabyzus dicatur: illos incassum hiantes, et inter se aspicientes relinquens, dolore non ficto lugentes, qui tantum thynnum ex intimo sagenae recessu elapsum amiserint, post opimam escam consumtam. In me igitur irruens talis vir, rerum bonarum imperitus, stolidus, qui pedicas etiamnum exhorrescit, et, si quis temere praeteriens loris increpuerit, arrectis auribus repente resistit, pistrinum autem veluti templum adorat: talis, inquam, vir, iis, quibuscum versatur, non amplius tolerabilis, sed in homines liberos contumeliosus est, conservos autem suos flagellis urit, quasi experiundi gratia, num id sibi quoque

ἔτι φορητός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλὰ τούς τε ἐλευθέρους p. 136.
ὑβρίζει, καὶ τοὺς ὁμοδούλους μαστιγοῖ, ἀποπειρώμενος εἰ καὶ
αὐτῷ τὰ τοιαῦτα ἔξεστιν· ἄχρις ἂν ἢ ἐς πορνιδιόν τι ἐμπεσὼν,
ἢ ἱπποτροφίας ἐπιθυμήσας, ἢ κόλαξι παραδοὺς ἑαυτὸν ὀμνύ-
ουσιν, ἢ μὴν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέ-
στερον δὲ τοῦ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον δὲ τοῦ Ὀδυσ- p. 137.
σέως, πλουσιώτερον δὲ σύναμα [y]) Κροίσων ἑκκαίδεκα [z]), ἐν
ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ἄθλιος ἐκχέῃ [a]) τὰ κατ' ὀλίγον ἐκ πολλῶν
ἐπιορκιῶν, καὶ ἁρπαγῶν, καὶ πανουργιῶν συνειλεγμένα.

EPM. Αὐτά που σχεδὸν φῂς τὰ γιγνόμενα [b]). ὁπόταν 24
δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς [c]), πῶς οὕτω τυφλὸς ὢν εὑρίσκεις
τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διαγινώσκεις ἐφ' οὓς ἄν σε ὁ Ζεὺς ἀποστεί-
λῃ, κρίνας εἶναι τοῦ πλουτεῖν ἀξίους;

ΠΛΟΤΤ. Οἶει γὰρ εὑρίσκειν με οἵ τινές εἰσι;

EPM. Μὰ τὸν Δία οὐ πάνυ. οὐ γὰρ ἂν [d]) Ἀριστείδην
καταλιπὼν, Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ προσῄεις, καὶ πολλοῖς ἄλ-
λοις Ἀθηναίων οὐδὲ ὀβολοῦ ἀξίοις. πλὴν ἀλλὰ τί πράττεις κα-
τατεμφθείς;

y) σύναμα] συνάμα in cunctis prioribus. z) ἑκκαίδεκα] ς cod. 1428. a) ἐκχέῃ] ἐκχέει Aug. b) γιγνόμενα] γενόμενα Aug. c) βαδίζῃς] βαδίζεις marg. A. 1, W. d) ἄν] de meo adjecissem, etiamsi non reperiretur in Aug. et Gorl. In ceteris omnibus desideratur.

liceat; usque adeo, donec meretriculam aliquam naetus, vel equorum alendorum studio insaniens, aut assentatoribus sese totum dedens, dejerantibus formosiorem ipsum Nireo esse, Cecrope aut Codro nobiliorem, Ulysse prudentiorem, sedecim simul una Croesis ditiorem, puncto temporis ea effundat infelix, quae unciatim (*ille*) ex multis perjuriis, rapinis ac fraudibus sibi pepererit.

Mer. Id ferme, quod res est, dicis. Cum vero tuis ipsius pedibus uteris, qui, quaeso, tanta in te cum sit caecitas, viam tamen invenis? aut qui tandem dijudicas, ad quos te miserit Jupiter, divitiis illos esse dignos deputans?

Plut. Credis videlicet invenire me, quinam illi sint?

Mer. Sane haud facile arbitror. Neque enim rejecto Aristide ad Hipponicum te aut Calliam adjungeres, compluresque ex Athenensibus, homines vix obolares. Ceterum ab Jove missus quid facis?

p. 157. ΠΛΟΤΤ. Ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινοστῶν, ἄχρις ἂν λάθω τινὶ ἐμπεσών. ὁ δὲ, ὅστις ἂν πρῶτός μοι περιτύχῃ [e]), p. 158. ἀπαγαγὼν ἔχει, σὲ [f]) τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ κέρδους προσκυνῶν.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἐξηπάτηται ὁ Ζεὺς, οἰόμενός σε κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν [g]) πλουτίζειν ὅσους ἂν οἴηται [h]) τοῦ πλουτεῖν [i]) ἀξίους;

ΠΛΟΤΤ. Καὶ μάλα δικαίως, ὦ γαθὲ, ὅργε τυφλὸν ὄντα εἰδὼς, ἔπεμπεν [k]) ἀναζητήσοντα δυσεύρετον οὕτω χρῆμα, καὶ προπαλλοῦ ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου· ὅπερ οὐδ' ὁ Λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως, ἀμαυρὸν οὕτω καὶ μικρὸν ὄν. τοιγαροῦν ἅτε τῶν μὲν ἀγαθῶν ὀλίγων ὄντων, πονηρῶν δὲ πλείστων ἐν ταῖς πόλεσι τὸ πᾶν ἐπεχόντων, ῥᾷον ἐς τοὺς τοιούτους ἐμπίπτω περιϊὼν, καὶ ἀγηνεύομαι πρὸς αὐτῶν.

p. 159. ΕΡΜ. Εἶτα πῶς, ἐπειδὰν καταλίπῃς αὐτοὺς, ῥᾳδίως φεύξεις, οὐκ εἰδὼς τὴν ὁδόν;

e) περιτύχῃ] περιτύχοι cod. 2957. f) ἀπαγαγὼν ἔχει, σὲ] ἀπαγαγὼν παρ' αὐτὸν ἔρχεται, Ἑρμῆν J. A. 2. et cod. Gorl. ἀπαγ. παρ' αὐτὸν ἔχει cod. 2957. unde *Belin.* conj. ἀπαγαγὼν, παρ' αὐτοῦ ἔχει. Arg. ἀπ. πρὸς αὐτὸν ἔρχ. Denique marg. A. 1. W. ἀπ. πρὸ αὐτῶν ἔρχ. g) τὸ αὐτῷ δοκοῦν] Sic cod. Gorl. et A. 2., κατὰ τὰ αὐτῷ δοκοῦν J. κατὰ τὸ αὐτὸ δοκοῦν marg. A. 1. W. In reliquis κατὰ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα. h) οἴηται] οἴεται S. A. *Hemst.* min. i) τοῦ πλουτεῖν] τοῦ πλούτου Aug. k) ἔπεμπεν] ἔπεμψεν J.

Plut. Sursum deorsum vagor perambulans, donec imprudens in quempiam incidam: is autem, qui me cunque obvium habuerit, ad sese abductum observat (*possidet*), te, Mercuri, ob lucrum adeo insperatum venerans.

Mer. Deceptus ergo est Jupiter, eos a te ditari ex ipsius decreto existimans, quos ipse opibus dignos judicarat?

Plut. Neque vero injuria, o bone; qui quidem me caecum esse sciens, eos quaesiturum mittebat, rem, ut vides, quam non sine summo labore quis reperiat, quaeque jam pridem inter homines defecit: illam ne Lynceus quidem facile reperiat, cum adeo sit evanida et exilis. Itaque cum boni perquam pauci sint, pravi autem homines et scelerati in urbibus omnia teneant, facilius in hos, quam in illos, dum hac illac vagor, incido, et eorum retibus impeditus haereo.

Mer. At vero cum illos relinquis, quo pacto tam

ΠΛΟΥΤ. Ὀξυδερκὴς τότε πως [1]) καὶ ἀρτίπους γίγνομαι πρὸς μόνον τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς. p. 139.

ΕΡΜ. Ἔτι δή μοι καὶ τοῦτο ἀπόκριναι, πῶς τυφλὸς ὤν, (εἰρήσεται γὰρ,) καὶ προσέτι ὠχρὸς, καὶ βαρὺς ἐκ τοῖν σκελοῖν, τοσούτους ἐραστὰς ἔχεις [m]), ὥστε πάντας ἀποβλέπειν εἰς σέ; καὶ τυχόντας μὲν, εὐδαιμονεῖν οἴεσθαι· εἰ δὲ ἀποτύχοιεν, οὐκ ἀνέχεσθαι ζῶντας; οἶδα γοῦν τινας οὐκ ὀλίγους αὐτῶν οὕτω σου δυσέρωτας ὄντας, ὥστε καὶ ἐς βαθυκήτεα [n]) πόντον φέροντες ἔῤῥιψαν αὑτοὺς [o]), καὶ πετρῶν κατ' ἠλιβάτων, ὑπερορᾶσθαι νομίζοντες ὑπὸ σοῦ, ὅτιπερ [p]) οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐώρας αὐτούς. πλὴν ἀλλὰ καὶ σὺ ἂν εὖ οἶδα ὅτι ὁμολογήσειας, εἴτι ξυνίης σαυτοῦ, κορυβαντιᾷν αὐτοὺς, ἐρωμένῳ τοιούτῳ ἐπιμεμηνότας. 26 Theogn. v. 175. seq. p. 140.

ΠΛΟΥΤ. Οἴει γὰρ τοιοῦτον, οἷός εἰμι, ὁρᾶσθαι αὐτοῖς, χωλὸν ἢ τυφλὸν, ἢ ὅσα ἄλλα μοι πρόσεστιν; 27

ΕΡΜ. Ἀλλὰ πῶς, ὦ Πλοῦτε, εἰ μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ πάντες εἰσί;

1) πως] Sic recte *Schm.* Olim πῶς. Cod. 2957. *mon.* m) ἔχεις] Sic codd. 2957. Aug. Gorl. Edd. V. s. B. 2. et *Schm.* In ceteris, etiam *Hemst.* ἔχοις. n) ἐς βαθυκήτεα] εἰς vulg. ἐς *Schmied.* et Aug. βαθυκύτεα R. J. A. 2.

facile aufugis, qui viam non noris?

Plut. Ad solam fugiendi occasionem oculi mihi ac pedes vigent.

Mer. Hoc mihi quoque responde, qui tandem fiat, ut, cum caecus sis, insuper etiam (neque enim vera libet reticere) pallidus, et cruribus gravior, tot amatores habeas, ut omnes omnino homines unum te aspiciant; sique potiri te licuerit, beatos se existiment, sin minus, vitam sibi abjudicent. Novi enim permultos, qui te ita misere amarunt, *Ut se praecipites piscosa per aequora saltu Sublimi e scopulo dederint*, existimantes a te contemni, quod ipsos ne primo quidem congressu (*omnino non*) aspicere voluisses. Ceterum tute ipse confiteberis, opinor, si modo te nosti, insanire istos, qui talem amasium, tam vehementi, tamque perdito amore prosequantur.

Plut. Censes nimirum, eum me ipsis videri, qui sum, claudum scilicet, caecum, et quae alia in me sunt vitia?

Mer. Qui, quaeso, nisi et ipsi *omnes* caeci sunt?

p. 140. ΠΛΟΤΤ. Οὐ τυφλοὶ, ὦ ἄριστε· ἀλλ' ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἀπάτη, αἵπερ νῦν κατέχουσι τὰ πάντα, ἐπισκιάζουσιν αὐτούς q). ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς μὴ παντάπασιν ἄμορφος εἴην, προσωπεῖόν τι r) περιθέμενος ἐρασμιώτατον, διάχρυσον, καὶ λιθοκόλλητον, καὶ ποικίλα ἔνδυς, ἐντυγχάνω αὐτοῖς. οἱ δὲ, αὐτοπρόσωπον οἰόμενοι s) ὁρᾶν τὸ κάλλος, ἐρῶσι, καὶ ἀπάλλυνται μὴ ἐντυχάνοντες. ὡς εἴ γε τις αὐτοῖς, ὅλον ἀπογυμνώσας,
p. 141. ἐπέδειξέ με, δῆλον ὡς κατεγίνωσκον ἂν αὐτῶν t), ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα, καὶ ἐρῶντες ἀνεράστων καὶ ἀμόρφων πραγμάτων.

28 ΕΡΜ. Τί οὖν ὅτι καὶ u) ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ πλουτεῖν γενόμενοι, καὶ τὸ προσωπεῖον αὐτοὶ x) περιθέμενοι, ἔτι ἐξαπατῶνται; καὶ ἢν τις ἀφαιρῆται αὐτοὺς, θᾶττον ἂν τὴν y) κεφαλὴν ἢ τὸ προσωπεῖον πρόοιντο z); οὐ γὰρ δὴ a) καὶ τότε

q) αὐτούς] αὐτοῖς marg. A. 1. W. utrumque bonum. *Hemst.* r) τι] addidimus ex Aug. et Gorl. s) οἰόμενοι] εἰόμενοι nonnullae vett. in his A. 2. t) αὐτῶν] Sic *Schm.* e conj. *Solan.* In ceteris prave αὐτῶν. u) τί οὖν ὅτι καὶ] Sic plene in R. et marg. A. 1. W. et hinc *Solan. Hemst.* maj. et *Schm.* Omissum ὅτι in prioribus edd., ut A. 1. B. 2. *Hemst.* min., positum omisso καὶ in J. A. 2. Arg. *Kistemakeri* conjectura ad Thucyd. p. 153. Τί οὖν; ὅτι καὶ certe non opus esse putabamus. x) αὐτοὶ] e conj. *Solani* pro vulg. αὐτὸ, cui locus esse non poterat. y) ἂν τὴν] αὐτὴν Arg. mendum observatu dignum. z) πρόοιντο] προέντο J. a) δὴ] Ita C. P. L. Arg. et recentiores; in antiquioribus, etiam *Hemst.* min. δεῖ.

Plut. Haud ita est, o bone, sed ignorantia et error, quae nunc omnia invaserunt, caliginem ipsis objiciunt. Adde, quod ipse quoque, ne prorsus deformis videar, aptata mihi persona perquam amabili, inaurata, gemmisque distincta, insuper varia veste ornatus, iis me offero: illi autem, qui credant videre se non personatam aliquam pulchritudinem, sed in ipso vultu efflorescentem, amore inardescunt, ac nisi potiantur, praedoloris impatientia sese ipsi perditum eunt. Sane si quis me nudatum iis ostenderit, damnabunt ipsi sese, qui tantopere caecutiant, et res prorsus inamabiles, et invenustas tam studiose petant.

Mer. Quid quod, postquam jam divites facti sunt, ac sibi personam aptavere, adhuc falluntur? Quid quod nonnulli capite libentius careant, quam persona, si quis hanc illis eripere postulet? Neque enim cui-

ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς, ὡς ἐπίχρισος [b]) ἡ εὐμορφία ἐστὶν, ἔν- p. 141.
δοθεν τὰ πάντα ὁρῶντας.

ΠΛΟΤΤ. Οὐκ ὀλίγα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πρὸς τοῦτό μοι συναγωνίζεται.

ΕΡΜ. Τὰ [c]) ποῖα;

ΠΛΟΤΤ. Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τοπρῶτον, ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰςδέχηταί [d]) με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος [e]), καὶ ἡ ἄνοια [f]), καὶ ἡ μεγαλαυχία [g]), καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπάτη, καὶ ἄλλα ἄττα [h]) μυρία. ὑπὸ δὴ τούτων ἁπάντων καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν, θαυμάζει τε τὰ οὐ θαυμαστὰ, καὶ ὀρέγεται τῶν φευκτῶν· κἀμὲ τὸν πάντων p. 142.
ἐκείνων πατέρα τῶν εἰςεληλυθότων κακῶν τέθηπε, δορυφορούμενον ὑπ' αὐτῶν, καὶ πάντα πρότερον πάθοι ἄν, ἢ ἐμὲ προέσθαι ὑπομείνειεν ἄν.

ΕΡΜ. Ὡς δὲ λεῖος εἶ, ὦ Πλοῦτε, καὶ ὀλισθηρὸς, καὶ 29
δυσκάθεκτος [i]), καὶ διαφευκτικὸς, οὐδεμίαν ἀντιλαβὴν παρε-

b) ἐπίχρισος] Sic omnes edd. antiquae: ἐπίχρυσος S. et A. quod *Faber*, etsi nihil moneat, secutus videtur. Sic et *Hemst.* min. c) τὰ] abest a Gorl. d) εἰςδέχηται] Sic *Schm.* e cod. 2957. e) τύφος] τύφλος Arg. f) ἄνοια] ἄγνοια conj. *Lennep.* Phal. Ep. p. 215. perperam. Aliud est ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη in praecedente cap. cf. ad Char. c. 15. g) μεγαλαυχία] μεγαλοψυχία Gorl. h) ἄττα] ἅττα aspiratum fere in antiquioribus. i) δυσκάθεκτος] δυσκάτοχος R. et Aug.

quam credibile sit, ipsos, qui omnia introrsus videant, ignorare, totam illam pulchritudinem inauratam esse.

Plut. Plurima sunt, o Mercuri, quae me in ea re adjuvant.

Mer. Quaenam illa?

Plut. Cum aliquis semel tantum mecum congressus, apertis foribus me admittit, ingreditur una mecum, eo non animadvertente, Arrogantia, Dementia, Jactantia, Mollities, Insolentia, Fraus, aliaque sexcenta: quae ubi hominis animum invaserunt, ibi tum quae miranda non sunt miratur, et quae fugienda appetit; me autem tot malorum, quae ingressa sunt, parentem suspicit, illorum cinctum satellitio; cruciatus autem quoslibet patiatur facilius, quam me abjicere sustinuerit.

Mer. Quam vero laevis ea et lubricus, Plute, quamque aegre retineris; facile autem fugis, ansam nullam, quae firma sit, praebens; sed veluti anguillae, aut an-

p. 142. χόμενος βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ αἱ [k]) ἐγχέλεις, ἢ οἱ ὄφεις, διὰ τῶν δακτύλων δραπετεύεις οὐκ οἶδα ὅπως· ἡ Πενία δ' ἔμπαλιν ἰξώδης [l]) τε, καὶ εὐλαβὴς, καὶ μυρία τὰ ἄγκιστρα ἐκπεφυκότα [m]) ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος ἔχουσα, ὡς πλησιάσαντας
p. 143. εὐθὺς ἔχεσθαι, καὶ μὴ ἔχειν ῥᾳδίως ἀπολυθῆναι. ἀλλὰ μεταξὺ [n]) ἤδη φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα οὐ μικρὸν διέλάθε.

ΠΛΟΤΤ. Τὸ ποῖον;

ΕΡΜ. Ὅτι τὸν Θησαυρὸν οὐκ ἐπηγαγόμεθα, οὗπερ ἔδει μάλιστα.

30 *ΠΛΟΤΤ.* Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. ἐν τῇ γῇ αὐτὸν καταλείπων, ἀεὶ ἀνέρχομαι [o]) παρ' [p]) ὑμᾶς, ἐπισκήψας ἔνδον μένειν ἐπικλεισάμενον τὴν θύραν, ἀνοίγειν δὲ μηδενὶ, ἢν μὴ ἐμοῦ ἀκούσῃ βοήσαντος.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν ἐπιβαίνωμεν ἤδη τῆς Ἀττικῆς. καί μοι ὅπου ἐχόμενος τῆς χλαμύδος, ἄχρις ἂν πρὸς τὴν ἐσχατιὰν ἀφίκωμαι.

k) αἱ] Sic codd. 2957. et Aug. et ed. *Schm.* οἱ R. Alias prorsus omissus Articulus. l) ἰξώδης] Ita A. P. L. (in quibus Exc. additur ἐξώλη τε) J. B. 1. 2. V. 2. S. A. In marg. A. 1. W., sicut in F. et P. ἐξώδης. m) ἐκπεφυκότα] ἐμπεφ. R. n) ἀλλὰ μεταξὺ — διέλαθε.] Haec olim *Pluto* adscripta. Deinde: Ἑρ. τὸ ποῖον; ὅτι τὸν — μάλιστα. Πλ. Θάῤῥει etc. Rectior personarum collocatio reperitur jam in Arg. o) ἀεὶ ἀνέρχομαι] Inserui ἀεὶ e cod. R. et Aug. ubi tamen sic legi *Schmiederus* refert: ἐν τῇ γῇ γὰρ αὐτὸν ἀεὶ κατ. ἀν. In Arg. γῇ temere omissum. p) παρ'] πρὸς Gorl.

gues, inter digitos, nescio quo pacto, elaberis! at contra viscosa ac tenax Paupertas est, facilem ansam praebens, et infinitos uncos ex omnibus corporis partibus exsertos habet, ita ut, qui ad eam accesserint, continuo arripiantur, nec se illino expedire queant. Verum interea dum sermones nugando caedimus, rem haud negligendam obliti sumus.

Plut. Quam?

Mer. Thesaurum non adduximus, quo tamen vel maxime nobis opus erat.

Plut. Hac quidem causa animo otioso esto. Eum enim semper sub terra relinquo, cum ad vos ascendo, imperans domi ut adsit foribus occlusis, neve cuiquam aperiat, ni me clamantem audierit.

Mer. Sed jam Atticos fines ingrediamur; tu vero sequere hac prehensum me chlamyde tenens, donec ad Timonis solitudinem pervenero.

ΠΛΟΥΤ. Εὖ ποιεῖς, ὦ Ἑρμῆ, χειραγωγῶν, ἐπεὶ ἤν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι περινοστῶν. ἀλλὰ τίς ὁ ψόφος οὗτός ἐστι, καθάπερ σιδήρου πρὸς λίθον; p. 145. p. 144.

ΕΡΜ. Ὁ Τίμων οὗτοσὶ σκάπτει πλησίον ὀρεινὸν [q]), καὶ ὑπόλιθον γήδιον. παπαῖ, καὶ ἡ Πενία πάρεστι, καὶ ὁ Πόνος ἐκεῖνος [r])· ἡ Καρτερία δὲ, καὶ ἡ Σοφία, καὶ ἡ Ἀνδρία, καὶ ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν ὑπὸ τῷ λιμῷ ταττομένων ἁπάντων, πολὺ ἀμείνους [s]) τῶν σῶν δορυφόρων. 31

ΠΛΟΥΤ. Τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ ἄν τι ἡμεῖς δράσαιμεν ἀξιόλογον πρὸς ἄνδρα ὑπὸ τηλικούτου στρατοπέδου περιεσχημένον.

ΕΡΜ. Ἄλλως ἔδοξε τῷ Διΐ· μὴ ἀποδειλιῶμεν οὖν.

ΠΕΝ. Ποῖ τοῦτον ἀπάγεις, ὦ Ἀργειφόντα, χειραγωγῶν; p. 145.

ΕΡΜ. Ἐπὶ τουτονὶ τὸν Τίμωνα ἐπέμφθημεν ὑπὸ τοῦ Διός.

ΠΕΝ. Νῦν ὁ [t]) Πλοῦτος ἐπὶ Τίμωνα, ὁπότε αὐτὸν ἐγὼ κακῶς ἔχοντα [u]) ὑπὸ τῆς Τρυφῆς παραλαβοῦσα, τουτοισὶ πα-

q) ὀρεινὸν] ὀνειρὸν B. 2. et quaedam aliae. r) ἐκεῖνος] ἐκείνῳ conj. *Hemst.* s) ἀμείνους] addit Aug. ὄντες, non male. t) ὁ] abest a B. 2. In Arg. est ἡ. u) ἔχοντα] ἄγοντα *Hemst.* min. invito haud dubie editore.

Plut. Recte sane, o Mercuri, quod mihi caeco viam praeis: sin me deseras, fortasse in Hyperbolum aliquem, aut Cleonem oberrans incidam. Sed quis hic sonus, quasi si ferrum ad saxum allidatur?

Mer. Hic Timon videlicet montanum ac saxosum agellum fodit. Papae! Et Paupertas adest, et ille Labor, tum etiam Tolerantia, et Sapientia, nec non Fortitudo, et totum illud agmen, quod secum sub signis habere solet Fames: multo haud dubie animosiores sunt satellitibus tuis.

Plut. Quid igitur causae sit, quin hinc quam ocyssime fugiamus? neque enim est ut quidquam a nobis memorabile geratur cum eo viro, qui tanto instructus exercitu sit.

Mer. Jovi aliter visum est: quare strenui simus.

Paup. Caecum istum, o Argiphonte Mercuri, quonam abducis?

Mer. Nos ad Timonem (*huncce*) allegavit Jupiter.

Paup. Quid? nunc ad Timonem Plutus mittitur? quem ego pessime a Luxu habitum cum accepissem, his, quos vides, Mercuri, Sapi-

p. 145. ραδοῦσα, τῇ Σοφίᾳ καὶ τῷ Πόνῳ, γενναῖον ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον ἀπέδειξα; οὕτως ἄρα [x]) εὐκαταφρόνητος ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ, καὶ εὐαδίκητος, ὥςθ' ὃ μόνον κτῆμα εἶχον, ἀφαιρεῖσθέ [y]) με, ἀκριβῶς πρὸς ἀρετὴν ἐξειργασμένον, ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παραλαβὼν αὐτὸν Τβρει καὶ Τύφῳ ἐγχειρίσας [z]) ὅμοιον τῷ πάλαι, μαλθακὸν, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῶ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον;

ΕΡΜ. Ἔδοξε ταῦτα, ὦ Πενία, τῷ Διΐ.

p. 146. 83 *ΠΕΝ.* Ἀπέρχομαι· καὶ ὑμεῖς δὲ, ὦ Πόνε, καὶ Σοφία, καὶ οἱ λοιποὶ, ἀκολουθεῖτέ [a]) μοι. οὗτος [b]) δὲ τάχα εἴσεται, οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει [c]), ἀγαθὴν [d]) συνεργὸν, καὶ διδάσκαλον τῶν ἀρίστων· ἢ συνὼν, ὑγιεινὸς μέν τὸ σῶμα, ἐῤῥωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν, καὶ πρὸς αὑτὸν [e]) ἀποβλέπων· τὰ δὲ περιττὰ καὶ πολλὰ ταῦτα, ὥςπερ ἐστὶν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνων.

x) ἄρα] ἄνδρα F. nulla distinctione post ἀπέδειξα posita. Adscriptum in hac ed. ex P. ἄρα, quod *Reitzio* nimis placuit. y) ἀφαιρεῖσθε] ἀφαιρεῖσθαι cod. 2957. z) ἐπιχειρίσας] Sic *Solanus* et posteriores omnes e conj. *T. Fabri* pro antiquiori ἐπιχειρήσας. a) ἀκολουθεῖτε] οἶ ἀκολ. Arg. b) οὗτος] οὕτως A. 2. et aliae vetustae. c) ἀπολείψει] ἀπολείπῃ vel ἀπολείψῃ conj. *Fabri*. d) ἀγαθὴν] ἀγαθὸν Schol. e) αὑτὸν] *Hemst.* min. et *Schm.* sic scripserunt e conj. *Solan.* et *Abresch.* sic visum Dilucc. Thuc. p. 361. Alias αὐτόν.

entiae et Labori tradens virum fortem et quantivis pretii effeci? Itane vobis idonea Paupertas visa est, in qua sic illudatis, ut quem unum mihi habebam, eripere postuletis, postquam ad virtutem probe factus est, ut illum Plutus denuo acceptum Contumeliae et Arrogantiae tradens, qualis olim fuit, talem eum efficiat, mollem scilicet, ignavum et stolidum; mihi denique illum reddat, ubi nullius pretii fuerit, et detrito panno haud melior?

Mer. Jovi sic visum est, o Paupertas.

Paup. Abeo igitur. Vosque adeo, Labor, Sapientia, vosque ceteri, qui mecum aderatis, sequimini. Nae iste posterius sentiet, qualem me reliquerit, optimam nempe operis consortem, et quae ipsum ad res praeclaras erudierim; me, inquam, quacum degens, tum salubri corpore, tum animo vegetus fuit, viri vitam agens, et sese respiciens, cetera autem supervacanea existimans, ut re ipsa

EPM. Ἀπέρχονται· ἡμεῖς δὲ προσίωμεν [f]) αὐτῷ. p. 146.

TIM. Τίνες [g]) ἐστὲ, ὦ κατάρατοι; ἢ τί βουλόμενοι δεῦ- 34
ρο ἥκετε, ἄνδρα ἐργάτην καὶ μισθοφόρον ἐνοχλήσοντες; ἀλλ' οὐ χαίροντες ἅπιτε, μιαροὶ πάντες ὄντες· ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς αὐτίκα μάλα βάλλων ταῖς [h]) βώλοις, καὶ τοῖς λίθοις, συντρίψω.

EPM. Μηδαμῶς, ὦ Τίμων, μὴ βάλῃς· οὐ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας βαλεῖς. ἀλλ' ἐγὼ μὲν Ἑρμῆς εἰμι, οὗτος [i]) δὲ, ὁ Πλοῦτος. ἔπεμψε δὲ ὁ Ζεὺς ἐπακούσας [k]) τῶν σῶν [l]) εὐχῶν· ὥστε ἀγαθῇ τύχῃ δέχου τὸν ὄλβον, ἀποστὰς τῶν πόνων.

TIM. Καὶ ὑμεῖς οἰμώξεσθε ἤδη, καίτοι θεοὶ ὄντες, ὡς p. 147.
φατέ· πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ, τουτονὶ δὲ τὸν τυφλὸν, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἐπιτρίψειν μοι δοκῶ τῇ δικέλλῃ.

ΠΛΟΤΤ. Ἀπίωμεν [m]), ὦ Ἑρμῆ, πρὸς τοῦ Διὸς, μελαγχολᾷν γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐ μετρίως μοι δοκεῖ, μή τι κακὸν ἀπέλθῃ προσλαβών.

f) ἡμεῖς δὲ προσίωμεν] ἡμεῖς δὲ καὶ πρ. R. g) Τίνες ἐστὲ] Τίνες δὲ ἐστε cod. 2957. h) ταῖς] Sic Hemst. et Schm. monente *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 348. i) οὗτος] οὑτοσὶ Aug. k) ἐπακούσας] ὑπακ. marg. A. 1. W. l) τῶν σῶν] Omissum vulg. σῶν, quod *Hemsterhusius* pro τῶν restitui voluit. Vid. Adnot. m) Ἀπίωμεν] ἤδη addit Aug.

talia sunt. (*ulteriora vero eademque vulgaria, ut vere sunt, aliena ducens*).

Mer. Abeunt, o Plute: nostrum nunc est, hominem convenire.

Tim. Qui estis vos, o scelera, aut quorsum huc venistis? mihine ut molesti sitis, homini mercede conducto? Sed non sine infortunio estis hinc abituri, cum *omnes improbi* sitis: jam enim vos et glebis, et saxis opertos male perdam.

Mer. Cave faxis, Timon: non enim, quod credis, homines, sed Deos percusseris. Videlicet ipse ego Mercurius sum, hic vero, Plutus: ad te autem Jupiter, auditis precibus tuis, nos misit. Itaque adeo, quod tibi faustum sit, felicitatem et opes excipe, laboribus in posterum valere jussis.

Tim. Vos quoque, etsi, ut praedicatis, Dii estis, vapulabitis tamen: nam et Deos et homines ex aequo odi. Caecum vero istum, quisquis est, hoc meo ligone comminuere certum est.

Plut. Per Jovem, o Mercuri, abeamus, ne quod malum jumento meo accersam: plane enim homo insanire videtur.

35 *EPM. Μηδὲν σκαιὸν, ὦ Τίμων, ἀλλὰ τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον, καὶ τραχὺ καταβαλὼν, προτείνας τῷ χείρε, λάμβανε τὴν ἀγαθὴν τύχην, καὶ πλούτει πάλιν, καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα, καὶ ὑπερόρα τῶν ἀχαρίστων ἐκείνων, μόνος αὐτὸς εὐδαιμονῶν.*

TIM. Οὐδὲν ὑμῶν δέομαι· μὴ ἐνοχλεῖτέ μοι· ἱκανὸς ἐμοὶ πλοῦτος ἡ δίκελλα. τὰ δ' ἄλλα, εὐδαιμονέστατός εἰμι, μηδενός μοι πλησιάζοντος.

EPM. Οὕτως, ὦ τᾶν, ἀπανθρώπως;

Hom.Il. XV,202. *Τόνδε φέρω Διῒ μῦθον ἀπηνέα τε, κρατερόν τε;*

p. 148. *Καὶ μὴν εἰκὸς ἦν μισάνθρωπον μὲν εἶναί σε, τοσαῦτα ὑπ' αὐτῶν δεινὰ πεπονθότα, μισόθεον δὲ μηδαμῶς, οὕτως ἐπιμελουμένων σου τῶν θεῶν.*

TIM. Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διῒ πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας. τουτονὶ δὲ τὸν Πλοῦτον οὐκ ἂν λάβοιμι.

EPM. Τί δή;

36 *TIM. Ὅτι καὶ πάλαι μυρίων κακῶν μοι αἴτιος οὗτος κατέστη, κόλακί τε παραδοὺς, καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγὼν, καὶ*

Mer. Ne quid inscite facias, Timon: quin potius agreste isthuc et asperum ingenium mitte, porrectisque manibus fortem Fortunam excipe, ut denuo dives fias, et Atheniensium primus; illosque ingratos despicias, tibi uni beatus.

Tim. Ne mihi negotium facessite. Vobis haudquaquam egeo: affatim copiarum in hoc ligone habeo; cetera felix, si ad me nemo accedat.

Mer. Tene adeo inhumane agere, amice?

Haecne Jovi referam tam dura atque aspera dicta?

Non sane incredibile (*iniquum*) erat, invisos esse tibi homines, a quibus tot tibi ortae essent injuriae; Deos autem odisse, qui tibi optime consultum velint, haud sane par fuit.

Tim. Tibi quidem, Mercuri, ac Jovi praeterea (*propterea?*) maximam habeo gratiam, quod me haud neglexistis. Isthunc vero Plutum haudquaquam admittam.

Mer. Quamobrem?

Tim. Quia olim infinitorum mihi causa malorum fuit, assentatoribus me prodens, mihi insidiatores immittens, odium exsusci-

μῖσος ἐπεγείρας, καὶ ἡδυπαθείᾳ διαφθείρας [n]), καὶ ἐπίφθονον p. 148.
ἀποφήνας· τέλος δὲ, ἄφνω καταλιπὼν οὕτως [o]) ἀπίστως καὶ
προδοτικῶς. ἡ βελτίστη δὲ Πενία, πόνοις με τοῖς ἀνδρικωτά-
τοις καταγυμνάσασα, καὶ μετ' ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προσο-
μιλοῦσα, τότε ἀναγκαῖα κάμνοντι παρεῖχε, καὶ τῶν πολλῶν
ἐκείνων καταφρονεῖν ἐπαίδευεν [p]), ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας
ἀναρτήσασά [q]) μοι τοῦ βίου, καὶ δείξασα ὅστις ἦν ὁ πλοῦτος
ὁ ἐμὸς, ὃν οὔτε κόλαξ θωπεύων, οὔτε συκοφάντης φοβῶν, οὐ p. 149.
δῆμος παροξυνθεὶς, οὐκ ἐκκλησιαστὴς ψηφοφορήσας, οὐ τύ-
ραννος ἐπιβουλεύσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν. Ἐῤῥωμένος τοι- 37
γαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων, τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπερ-
γαζόμενος, οὐδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν, ἱκανὰ καὶ διαρ-
κῆ [r]) ἔχω τὰ ἄλφιτα παρὰ τῆς δικέλλης. ὥστε παλίνδρομος
ἄπιθι, ὦ Ἑρμῆ, τὸν Πλοῦτον ἀπαγαγὼν τῷ Διΐ. ἐμοὶ δὲ
τοῦτο ἱκανὸν ἦν [s]), πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν
ποιῆσαι.

n) διαφθείρας] Sic dedi ex Aug. Gorl. marg. A. 1. W. J. A. 2. Arg. In ceteris καταφθείρας. o) οὕτως] οὕτος conj. *Hemst.* p) ἐπαίδευεν] ἐπαίδευσεν Gorl. q) ἀναρτήσασα] Sic e conj. *Lennep.* Phal. Ep. p. 169. probabilissima. Cf. §. 5. quo et ipso loco simili ratione libri variant. Vid. et *Dorvill.* ad *Char.* p. 407. r) διαρκῆ] αὐτάρκη Aug. s) ἱκανὸν ἦν] Sic in omnibus, et quae sequuntur. Vid. Adnott.

tans, deliciis corrumpens, et livori objiciens; ad postremum me repente per summam perfidiam, ut proditore dignum erat, deserens. Contra autem optima Paupertas, labore perquam virili me exercens, ac mecum perpetuo agens cum Veracitate, et Libertate dicendi, quae tempus postulavit, ea mihi opus facienti praebuit, et tot illas res (*vulgaria ista*) despicere docuit, efficiens, ut omnes spes vitae in memet sitae essent; ostendens praeterea, quaenam divitiae meae forent, quas neque eripere posset assentator palpans, neque sycophanta autem me terrens, non populus exasperatus, non quilibet in concione suffragium ferens, non denique tyrannus insidias struens. Aucto itaque per laborem robore, agrum hunc industrie colens, nihil videns malorum eorum, quae tot in urbe occurrunt, sufficientem ac perennem victum hujus ligonis ope mihi paro. Quare iter tuum relegens abito, Mercuri, Plutum ad Jovem abducens: mihi autem sat erit, omnes om-

p. 149. *ΕΡΜ.* *Μηδαμῶς, ὦ 'γαθέ· οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς ὀλιγωρίαν· ἀλλ' ἔα τὰ ὀργίλα ταῦτα, καὶ μειρακιώδη, καὶ τὸν Πλοῦτον παράλαβε. οὗτοι ἀπόβλητά ἐστι* t). *τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός.*

Hom. Il. III, 65.

ΠΛΟΥΤ. *Βούλει, ὦ Τίμων, δικαιολογήσωμαι* u) *πρὸς σέ; ἢ χαλεπαίνεις μοι λέγοντι;*

ΤΙΜ. *Λέγε, μὴ μακρὰ* x) *μέντοι, μηδὲ μετὰ προοιμίων, ὥσπερ οἱ ἐπίτριπτοι ῥήτορες· ἀνέξομαι γάρ σε ὀλίγα λέγοντα, διὰ τὸν Ἑρμῆν* y) *τουτονί.*

p. 150. 38 *ΠΛΟΥΤ.* *Ἐχρῆν μέντοι ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν, οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα· ὅμως δὲ ὅρα εἴ τι σε, ὡς φῂς, ἠδίκηκα· ὃς τῶν μὲν ἡδίστων ἁπάντων-αἴτιός σοι κατέστην, τιμῆς, καὶ προεδρίας, καὶ στεφάνων, καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς· περίβλεπτος δέ τοι* z) *καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἦσθα, καὶ περισπούδαστος· εἰ δέ τι καλεπὸν ἐκ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιος ἐγώ σοι· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἠδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι*

t) *ἐστι*] Sic in Homer. et cod. Aug. Vulg. *εἰσι.* u) *δικαιολογήσωμαι*] Sic e conj. *Hemst.* pro *δικαιολογήσομαι.* x) *μακρὰ*] Ita *Hemst.* e F. et marg. A. 1. W. Habet etiam Arg. In reliquis *μακράν.* y) *Ἑρμῆν*] Ita *Hemst.* ex P. confirmatur et cod. Aug., pro vulg. *Ἑρμῆ.* z) *τοι*] *τε* Aug.

nino homines ejulare coëgisse.

Mer. Cave isthuc dicas, o bone. neque enim omnes ad ejulandum recte comparati sunt. Sed istam tuam iracundiam, et inconsulti adolescentis impetum mittas, Timon, ac Plutum recipe. Quae a Jove mittuntur dona, ea neutiquam aspernanda sunt.

Plut. Quid, Timon, utrum vis me causam adversus te agere? an tibi molestum est loqui me?

Tim. Dic, sino: modo ne longam orationem et prolixis prooemiis gravem habeas, quod facere perditissimi isti rhetores solent. Id enim Mercurio, qui hic adest, a me tribuatur, tibi ut pauca dicenti aures praebeam.

Plut. Consentaneum quidem erat prolixa oratione uti me, quem tam graviter accusasti: tamen dispice, an te, quod ais, injuria affecerim, qui tibi suavissimarum quarumque rerum, honoris scilicet, praesidentiae, coronarum, aliarumque voluptatum causa fui. Propter me spectabilis eras, et ab omnibus celebratus ac cultus: si quid autem, quod nolis, ab assentatoribus tibi accidit, in me non hae-

με οὕτως ἀτίμως ὑπέβαλλες [a]) ἀνδράσι καταράτοις, ἐπαινοῦσι, p. 150.
καὶ καταγοητεύουσι, καὶ πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι [b])·
καὶ τόγε τελευταῖον ἔφησθα, ὡς προδέδωκά σε· τοὐναντίον δὲ
αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ
ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς [c]) τῆς οἰκίας· τοιγαροῦν ἀντὶ μαλακῆς
χλανίδος [d]), ταύτην τὴν διφθέραν ἡ τιμιωτάτη σοι Πενία πε-
ριπέθεικεν. ὥστε μάρτυς ὁ Ἑρμῆς οὑτοσί, πῶς ἱκέτευον τὸν
Δία μηκέθ' [e]) ἥκειν παρὰ σὲ, οὕτω δυσμενῶς μοι προσενη-
νεγμένον.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς, ὦ Πλοῦτε, οἷος ἤδη γεγένηται; p. 151.
ὥστε θαῤῥῶν ξυνδιάτριβε [f]) αὐτῷ· καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς 89
ἔχεις· σὺ δὲ τὸν Θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται
γὰρ ἐμβοήσαντί σοι.

ΤΙΜ. Πειστέον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον. τί
γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; πλὴν ὅρα γε
εἰς οἷά με πράγματα ἐμβαλεῖς [g]) τὸν κακοδαίμονα, ὃς ἄχρι

a) ὑπέβαλλες] ὑπέβαλες Gorl. b) μοι] σοι conj. *T. Fab.* c) ἐξωσθεὶς] ἐξωθεὶς F. d) χλανίδος] Sic e conj. *Hemst.*, quam confirmant codd. Aug. et Gorl. pro χλαμύδος. e) μηκέθ'] Sic R. L. J. marg. A. 1. W. A. 2. Arg. *Solan. Hemst.* maj. *Schm.* pro μήθ', quod in reliquis est. f) ξυνδιάτριβε] ξυνδιατρίβου cod. 1428. g) ἐμβαλεῖς] ἐμβάλλεις Aug. et Gorl.

ret culpa, imo magna mihi abs te facta injuria est, quem adeo contumeliose sceleratorum illorum libidini subjeceris, laudantium, assentantium, omni arte insidiantium. Quin etiam post omnia dixisti, proditum te a me fuisse: sed cum a te ex aedibus excussus sim, et capite protrusus foras, quanto te verius proditionis accusare possum? quare pro molli *paenula* rhenonem tibi induit veneranda ista Paupertas: itaque hic Mercurius testabitur, quam enixe Jovem obsecraverim, ne ad te denuo mitterer, qui tantum in me odium exeruisses.

Mer. At nunc vides, Plute, qualis sit: itaque cum eo jam audacter facito, ut consuescas. Tu quidem, Timon, terram fodito, quod facis: at tu, Plute, Thesaurum sub ejus ligonem adductum facito; tibi enim inclamanti auscultabit.

Tim. Parere necesse est, Mercuri, et de integro ditescendum. Cum enim Dii ipsi vim adhibeant, quid, quaeso, fiat? Tamen illud vide, in quae me conjecturus sis incommoda, qui vi-

p. 151. νῦν εὐδαιμονέστατα διάγων, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας, καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι.

40 *ΕΡΜ.* Ὑπόστηθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμὲ, καὶ εἰ [h]) χαλεπὸν τοῦτο, καὶ οὐκ οἰστόν [i]) ἐστιν, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ φθόνου· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν Αἴτνην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι.

ΠΛΟΥΤ. Ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν· σὺ δὲ αὐτοῦ περίμενε [k])· ἀναπέμψω γάρ σοι τὸν Θησαυρὸν ἀπελθών· μᾶλλον δὲ παῖε· σέ φημι, Θησαυρὲ χρυσοῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τουτωΐ, καὶ πάρασχε σεαυτὸν ἀνελέσθαι. σκάπτε, ὦ Τίμων, βαθείας κατα-

p. 152. φέρων· ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑπεκστήσομαι [l]).

41 *ΤΙΜ.* Ἄγε δή, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίῤῥωσον σεαυτὴν, καὶ μὴ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν Θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι Κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ

h) καὶ εἰ] καὶ, εἰ καὶ conj. *Hemst.* i) οἰστὸν] οἶστον in omnibus praeter Arg., quum tamen Judic. Vocal. c. 17. recte in omnibus οἰστόν. k) περίμενε] περίμεινον Aug. l) ὑπεκστήσομαι] Sic ex Aug. ἡμῖν ἀποστήσομαι J. ὑμῖν ἀποστ. P. L. marg. A. 1. W. Arg. In reliquis ὑποστήσομαι. *Schm.* tamen ἀποστ.

ta usque adhuc feliciter exacta, repente tantam auri vim accepturus sum, et me tot curis impliciturus, cum nihil mali fecerim.

Mer. Perfer atque obdura, Timon, mea causa, etiamsi isthuc molestum est, et aegre tolerandum: perfer, inquam, saltem ut invidia disrumpantur assentatores. Ego autem in coelum, ubi supra Aetnae tacumen ascendero, denuo volabo.

Plut. Abiit quidem Mercurius, ut videtur: id enim ex alarum remigatione conjicere est. Tu vero, Timon, isthic maneto; hinc enim ubi abiero, Thesaurum ad te mittam: imo autem ligone impacto terram feri. Heus, heus, tibi dico, auri Thesaure, huic Timoni ausculta, teque illi tollendum e terra objice. Heus, Timon, strenue fodito, ligonem altius impingens. At ego nunc abscedo.

Tim. Age, o ligo, mihi nunc validior fias, neque porro defatigere, dum Thesaurum ex terrae penetralibus in lucem eruis. O Jupiter prodigialis, et propitii Corybantes, et Mercuri, lucri praeses, unde mihi tantum

κερδῶε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; ἢ που ὄναρ ταῦτά ἐστι; δέ- p. 153.
δια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω, ἀνεγρόμενος· ἀλλὰ μὴν χρυσίον
ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρύ, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερ-
ήδιστον.

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς [m])· *Eur.* Fr. Beller.
Αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἄτε διαπρέπεις, καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέ- p. 154.
ραν. ἐλθὲ, ὦ φίλτατε, καὶ ἐρασμιώτατε. νῦν πείθομαί γε καὶ *Pindar.* Ol. 1.
Δία ποτὲ γενέσθαι χρυσόν. τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος ἀναπε-
πταμένοις τοῖς κόλποις ὑποδέξαιτο [n]) οὕτω καλὸν ἐραστὴν διὰ
τοῦ τέγους καταῤῥέοντα [o]); Ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελ- 42
φοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, καὶ τὸν Τί-
μωνος πλοῦτον, ὃν ἐγὲ οὐδὲ βασιλεὺς [p]) ὁ Περσῶν ἴσος· ὦ δίκελ-
λα, καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι
καλόν· αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν περιάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον
σἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐν-
διαιτᾶσθαι· τὸν αὐτὸν καὶ τάφον ἀποθανὼν ἔξειν μοι δοκῶ.

m) βροτοῖς] κτέρας Aug. ut vulgo in Somn. s. Gall. c. 14.
n) ὑποδέξαιτο] ὑποδέξατο cod. 2954. siquidem verum retulit *Belinus.* o) καταῤῥέοντα] καταῤῥυέντα Aug. p) οὐδὲ βασιλεὺς] οὐδὲ ὁ βασ. codd. Gorl. et 2954. et hinc *Schm.* minus recte. Cf. de Merc. cond. c. 9. οὐδὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ. Toxar. c. 17. βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, et hunc in modum semper apud Nostrum.

auri? hoccine somnium sit, an non? male metuo, ne expergefactus in thesauro carbones, quod ajunt, reperiam. At nil profecto tale est: nam aurum signatum video, subrubescens, ponderosum, et aspectu quam gratissimum.

Aurum, suave munus es mortalibus.

Namque ignis instar eximie micas, — et noctu et interdiu. Ades huc, o mea voluptas. Nunc sane mihi credibile fit, Jovem se in imbrem aureum convertisse. Quae enim virgo amantem adeo formosum, et per impluvium defluentem, expanso sinu non excipiat? O Mida, o Croese, et vos Delphici templi donaria, quam nihil estis prae Timone, et Timonis opulentia! ad quem magnus ille Persarum rex ne comparandus quidem est. O ligo, et tu rheno suavissime, optimum erit vos huic Pani consecrasse. At ego universum hunc agrum coëmam, turremque asservando auro exstruam, quae me unum excipere possit, non plures: in ea quoque sepulcrum mihi, ut opinor, fa-

p. 154. Δεδόχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπεροψία· φί-
p. 155. λος δὲ, ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ Ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολύς· καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ, παρανομία, καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν [q])· μονήρης δὲ ἡ δίαιτα καθά-
43 περ τοῖς λύκοις, καὶ φίλος εἷς Τίμων. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι· καὶ τὸ προσομιλῆσαί τινι αὐτῶν [r]), μίασμα. καὶ ἤν τινα [s]) ἴδω μόνον, ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα. καὶ ὅλως, ἀνδριάντων λιθίνων, ἢ χαλκῶν, μηδὲν ἡμῖν διαφερέτωσαν· καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα [t]) παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα· ἡ ἐρημία δὲ, ὅρος ἔστω πρὸς αὐτούς. φυλέται δὲ, καὶ φράτορες, καὶ δημόται, καὶ ἡ πατρὶς αὐτὴ, ψυχρὰ, καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα· πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπερφρόνω ἁπάντων,
p. 156. καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος· καὶ θεοῖς θυέτω, καὶ εὐωχείσθω [u]) μό-

q) ἐθῶν] ἠθῶν R. ἐθνῶν J. marg. A. 1. W. Arg. r) αὐτῶν] αὐτὸν in nonnullis vett., etiam in A. 2. s) ἤν τινα] Sic e codd. 2957. et Gorl. et ed. *Schm.* pro vulg. εἴ τινα. t) δεχώμεθα] δεχόμεθα B. 2. u) εὐωχείσθω] Sic ex emendatione *T. Fabri* recentiores pro antiqua lectione εὐωχείτω.

ciam. Ceterum quoad vivam, haec sancita sunto, et lege confirmata. Hominum congressum fugere, notum habere neminem, omnes autem despicere: amicus autem, vel hospes, vel ara Misericordiae, logi ac nugae. Cujusquam lamentantis misereri, vel inopi subvenire, legis transgressio habeatur, et morum subversio: mihi autem vita sit solitaria itidem ut lupis, et unus omnino amicus Timon Timoni. At ceteri mihi in hostium loco sint, et insidiatorum. Eorum quempiam si alloquar, impurus habear: si quando aliquem videro tantum, is dies ater esto. denique nihil apud me statuatur discriminis eos inter et simulacra marmorea, aut aerea. Neque missum ab iis legatum recipiamus, neque cum iis percutiamus foedus: fines inter me atque illos sunto deserta atque solitudines: tribules vero, et curiales, et populares, quin et patria ipsa, frigida et inutilia nomina habeantur, ac fatuorum hominum ambitio. Solus Timon dives esto, ceterosque despicetur: molliter secum vivat, procul ab assentatoribus, et iis, qui immodice laudare solent: Diis sacrificet, ac

νος, ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος, ἐκσείων τῶν ἄλλων x). καὶ p. 156.
ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, ἢ αὐ-
τῷ y) στέφανον ἐπενεγκεῖν. Καὶ ὄνομα μὲν ἔστω ὁ Μισάν- 44
θρωπος ἥδιστον. τοῦ τρόπου δὲ γνωρίσματα, δυσκολία, καὶ
τραχύτης, καὶ σκαιότης, καὶ ὀργὴ, καὶ ἀπανθρωπία· εἰ δέ
τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ διαφθειρόμενον z), καὶ αβεννύναι ἱκετεύ- p. 157.
οντα, πίττῃ καὶ ἐλαίῳ κατασβεννύναι. καὶ ἢν τινα τοῦ χειμῶ-
νος ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, ὁ δὲ, τὰς χεῖρας ἀρέγων, ἀντιλα-
βέσθαι δέηται, ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα a),
ὡς μηδὲ ἀνακύψαι b) δυνηθείη· οὕτω γὰρ ἂν τὴν ἴσην ἀπο-
λάβοιεν c). Εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδης d)
Κολυττεὺς, ἐπεψήφισε δὲ e) τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτός· εἶεν, p. 158.
ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω, καὶ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς. Πλὴν 45
ἀλλὰ περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην ἅπασι γνώριμά πως ταῦτα

x) ἐκσείων τῶν ἄλλων] ἐκὰς ὢν τῶν ἄλλ. conj. *T. Fabr.* ἐκσ. τοὺς ἄλλους conj. *Hemst.* τὸν ἄλλον conj. *T. F. Benedicti.* y) ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ] ἢν δὲ δέῃ ἀπ., καὶ αὐτῷ conj. *Hemst.* Rectius, credo, sic: ἢν δέῃ ἀπ., καὶ ἑαυτῷ. z) διαφθειρόμενον] καταδιαφθειρόμενον cod. 1428. ἢ διαφθειρόμενον A. 2. miro errore. a) βαπτίζοντα] πίπτοντα ed. J. Coll. A. 2. Arg. et Ms. R. G. In reliquis edd. βαπτίζοντα. Unde et *Hemst.* et *Schm.* b) ἀνακύψαι] ἀνανήψαι Gorl. Similis librorum variatio Somn. s. de Vit. c. 13. c) ἀπολάβοιεν] ἀπολαύοιεν cod. 1428. d) Ἐχεκρατίδης] Ἐχεκρατίδου conj. *T. Fabr.* probata *Brodaeo* et *Solano.* e) δὲ] addidimus e cod. Aug. In Arg. ἐπιψήφισε.

splendide epuletur solus, sibi vicinus et finitimus, longe a ceteris remotus hominibus. denique haec lex esto, se unum amplecti atque amare, si vel mori oporteat, et coronam sibi ipsi imponere. Nomen suavissimum sit *Μισάνθρωπος*· morum autem character esto morositas, asperitas, rusticitas, iracundia, atque inhumanitas: si quem autem forte igne pereuntem videro, atque ut exstinguam obsecrantem, picis atque olei injectu exstinguere decretum esto. Tum porro si quem hieme fluvius auferat, atque is manibus porrectis oret, ut retineatur, is in caput trudatur, quo ne se attollere possit: sic enim isti scelerati par pro pari acceperint. Hanc legem scripsit Timon Echecratidae filius Colyttensis, concionis sententiam confirmavit idem Timon. Eja, statuta haec sunto: haec viriliter observemus. Ceterum magni interesse arbitror, ut omnes resciscant, esse me satis superque divitem. ea enim res

p. 158. γενέσθαι, διότι ὑπερπλουτῶ· ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς· καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τοῦ τάχους. πανταχόθεν συνθέουσι κεκονιμένοι, καὶ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. πότερον οὖν ἐπὶ τὸν πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις, ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος, ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσωμεν [f]), εἰςάπαξ αὐτοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον ἀνιῶντο ὑπερορώμενοι [g])· τοῦτο οἶμαι καὶ
p. 159. ἄμεινον, ὥστε δεχώμεθα [h]) ἤδη αὐτούς, ὑποστάντες. Φέρε ἴδω, τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν οὗτός ἐστι; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς· ἀλλ' εὖγε ἐποίησεν ἀφικόμενος. οἰμώξεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων.

46 ΓΝΑΘ. Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον [i]) ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων εὐμορφότατε [k]), καὶ ἥδιστε, καὶ συμποτικώτατε.

f) παρανομήσωμεν] Sic cum *Schm.* e Schol. et Aug. pro παρανομήσομεν. g) ἀνιῶντο ὑπερορώμενοι] Prius verbum, praeeunte *Hemst.* in ed. min., cum jota subscr. edidimus. Alterum cum *Schm.* e codd. 1428. et Gorl. recepimus pro παρορώμενοι. h) δεχώμεθα] δεχόμεθα Arg. Recta forma in A. 2. ubi tamen mox vitiose αὐτοῦ pro αὐτούς. i) ἐγὼ ἔλεγον] ἐγὼ 'λεγον cod. 2957. k) εὐμορφότατε] Sic, monente *Jensio*, recentiores correxerunt antiquiorum vitiosam formam εὐμορφώτατε.

ipsos ad suspendium adaxit. Sed hem, quid isthuc, quaeso, est? quid sibi haec properatio quaerit? undique pulvere respersi atque exanimati concurrunt: nescio certe, unde ipsis aurum suboluerit. Utrum igitur in hunc collem evadens, lapidibus ex superiori loco missis ipsos arceam? aut hoc unum adversus legem modo latam faciemus, eos ut semel alloquamur, quo videlicet in congressu contemti, urantur impensius. Erit id, ut opinor, melius. Quare hic subsistentes, jam eos excipiamus. Age, videam, quis hic sit, qui agmen ducit? is est Gnathonides assentator, qui nuper mihi eranum petenti laqueum porrexit, et tamen integra dolia saepe apud me vomuit. Sed bene sane, quod venit: ante enim alios ejulabit.

Gnath. Dixin' ego saepius, Timonem virum bonum a Diis non semper neglectum iri? Salve, Timon formosissime, et suavissime, et potator hilarissime.

TIM. Νὴ καὶ [1]) *σύγε, ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν* [m]) *ἁπάντων βορώτατε, καὶ ἀνθρώπων ἐπιτριπτότατε.* p. 159.

ΓΝΑΘ. Ἀεὶ φιλοσκώμμων σύγε· ἀλλὰ ποῦ τὸ συμπόσιον; ὡς καινόν τι σοι ᾆσμα τῶν νεοδιδάκτων διθυράμβων ἥκω p. 160. *κομίζων.*

TIM. Καὶ μὴν ἐλεγεῖά γε ᾄσῃ μάλα περιπαθῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ.

ΓΝΑΘ. Τί τοῦτο; παίεις, ὦ Τίμων; μαρτύρομαι· ὦ Ἡράκλεις, ἰοὺ, ἰού, προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον.

TIM. Καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, φόνου τάχα προκεκλήσῃ με [n]).

ΓΝΑΘ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ἐπιπάσας τοῦ χρυσίου· δεινῶς γὰρ ἴαχαιμάν ἐστι τὸ φάρμακον.

TIM. Ἔτι γὰρ μένεις [o])*;*

ΓΝΑΘ. Ἄπειμι, σὺ δὲ οὐ χαιρήσεις οὕτω σκαιὸς ἐκ χρηστοῦ γενόμενος.

1) *Νὴ καὶ*] *Νὴ Δία, καὶ* Aug. Vid. Adnot. m) *γυπῶν*] *σηπῶν* cod. 2957. n) *προκεκλήσῃ με*] *προκεκλήσομαι* Aug. Marg. A. 1. W. et Ed. Fl. Sed multo festivius et elegantius vulgatum. o) *Ἔτι γὰρ μένεις;*] Restitui *γὰρ*, vulgo omissum, e codd. Aug. et Gorl. Justo liberalius cod. 1428. *Εἰ ἔτι μένεις, ἑτέραν λήψῃ.*

Tim. Salve tu quoque, Gnathonide, vulturum omnium voracissime, et hominum nequissime.

Gnath. Tu quidem semper dicax es: sed ubi paratae sunt epulae? affero enim tibi novum quoddam canticum ex recentioribus dithyrambis.

Tim. Atqui elegiaca ad hunc ligonem canes, et quidem perquam pathetice.

Gnath. Quid istuc, o Timon, men' tu percutis? testes capiam. o Hercules! hei, hei. Vulneris tibi dicam dico apud Areopagum.

Tim. At si paululum modo cesses, tu mihi fortasse dicam caedis dixeris.

Gnath. Non fiet. Sed tu huic vulneri medicinam facito, auri aliquid ei inspergens: facit enim aurum in primis ad sistendum sanguinem.

Tim. Etiam hic manes?

Gnath. Abeo vero. At tibi male erit ob istam morum conversionem, qui cum olim perquam benignus fue-

47 *TIM.* Τίς οὗτός ἐστιν ὁ προσιών, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης, κολάκων ἁπάντων ὁ βδελυρώτατος. οὗτος δὲ παρ' ἐμοῦ [p]) ἀγρὸν ὅλον λαβών, καὶ τῇ θυγατρὶ προῖκα δύο τάλαντα, μισθὸν τοῦ ἐπαίνου, ὁπότε ἅσαντά με, πάντων σιωπώντων, μόνος ὑπερεπήνεσεν, ἐπομοσάμενος [q]) ᾠδικώτερον εἶναι τῶν κύκνων, ἐπειδὴ νοσοῦντα πρώην [r]) εἶδέ με, (καὶ γὰρ [s]) προσῆλθον ἐπικουρίας δεόμενος,) πληγὰς ὁ γενναῖος προσενέτεινε.

48 *ΦΙΛ.* Ὦ τῆς ἀναισχυντίας, νῦν Τίμωνα γνωρίζετε; νῦν
p. 161. Γναθωνίδης φίλος καὶ συμπότης; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν οὗτος [t]) ἀχάριστος ὤν. ἡμεῖς δὲ οἱ πάλαι ξυνήθεις, καὶ ξυνέφηβοι, καὶ δημόται, ὅμως μετριάζομεν [u]), ὡς μὴ ἐπιπηδᾷν δοκῶμεν. χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης μόνον, τὰ ἄλλα δὲ [x])

p) παρ' ἐμοῦ] τὸ παρ' ἐμοῦ B. 2. q) ἐπομοσάμενος] Sic, monente *Jensio*, recentiores pro vitiosa veterum edd. lectione ἐπῳμοσ. r) πρώην] πρότερον marg. A. 1. W. s) καὶ γὰρ] alteram addidi, conjecturam *T. Fabri* et interpretationes Latinas secutus. t) οὗτος] οὕτως *Schm.* e cod. 1428. et marg. A. 1. W. cum quibus consentit Aug. et A. 2. ubi οὕτως. Neque tamen sequi audebam. Aliter res habet c. 36. H. l. ἡμεῖς δὲ ad οὗτος praecedens respondet. u) μετριάζομεν] μετριάζωμεν B. 2. x) τὰ ἄλλα δὲ] τὰ δ' ἄλλα conj. *Belin.*

ris et comis, nunc te adeo agrestem atque inhumanum praebeas.

Tim. Quis hic recalvaster horsum veniens? is Philiades est, supra omnes assentatores exsecrandus. Hic vero, qui a me agrum accepit, tum in dotem filiae talenta duo, quia vocem meam, ceteris tacentibus, miris tulisset laudibus, jurejurando affirmans, me vel cycnis ipsis suavius canere; ubi me nuper aegrotantem vidit, (ad eum enim me conferam, mihi ut subveniret, orans,) plagas etiam, si Diis placet, bonus vir mihi infligere sustinuit.

Phil. O impudentiam! nunc Timonem agnoscitis? Nunccine Gnathonides amicus, et conviva? merito igitur, qui adeo ingratus sit, a Timone ita depexus exornatusque est. At nos, qui jam pridem ejus familiares, et synephebi sumus, ad haec populares, tamen verecunde agimus, ut ne in ejus congressum irrumpere videamur. Here, salve; a sceleratis istis assentatoribus caveto, qui ad mensam tantum praesto sunt; ceterum

κοράκων οὐδὲν διαφέροντας. οὐκ ἔτι πιστευτέα [y]) τῶν νῦν οὐδ- p. 161.
ενί· πάντες ἀχάριστοι, καὶ πονηροί· ἐγὼ δὲ τάλαντόν σοι κο-
μίζων, ὡς ἔχοις πρὸς τὰ κατεπείγοντα χρῆσθαι, καθ' ὁδὸν ἤδη
πλησίον ἥκουσα, ὡς πλουτοίης ὑπερμεγέθη τινὰ πλοῦτον. ἥκω
τοιγαροῦν ταῦτά σε νουθετήσων· καίτοι σύ γε οὕτω σοφὸς ὤν,
οὐδὲν ἴσως δεήσῃ τῶν παρ' ἐμοῦ [z]) λόγων, ὃς καὶ τῷ Νέστο-
ρι τὸ [a]) δέον παραινέσειας ἄν.

TIM. Ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλιάδη· πλὴν ἀλλὰ πρόσιθι· ὡς
καὶ σὲ φιλοφρονήσομαι [b]) τῇ δικέλλῃ.

ΦΙΛ. Ἄνθρωποι, κατέαγα τοῦ κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρί-
στου, διότι τὰ συμφέροντα ἐνουθέτουν αὐτόν.

TIM. Ἰδοὺ τρίτος οὗτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται, 49
ψήφισμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ συγγενὴς ἡμέτερος εἶναι λέγων.
οὗτος ἑκκαίδεκα παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πό- p. 162.
λει· (καταδεδίκαστο [c]) γὰρ, καὶ ἐδέδετο, οὐκ ἀποδιδοὺς, κἀ-
γὼ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν·) ἐπειδὴ πρώην ἔλαχε τῇ Ἐρε-

y) πιστευτέα] πιστευτέον P. z) τῶν παρ' ἐμοῦ] τὸ παρ' ἐμοῦ B. 2. a) τὸ] abest ab Arg. b) φιλοφρονήσομαι] φιλοφρονήσωμαι B. 2. Vid. Adnot. c) καταδεδίκαστο] κατεδεδίκαστο Aug. et ed. B. 2.

eos inter et corvos nihil discriminis. Nostrae memoriae hominibus nulla fides habenda est: ingrati omnes sunt et impuri: at ego talentum tibi afferens, quo uti ad ea, quae res postularet, posses, in itinere, cum jam huc viciniae pervenissem, accepi, in re ampla et bene aucta sorte esse te. Venio igitur, haec, quae jam audies, praecepta daturus; etsi fortasse, cum tanta sis praeditus sapientia, his meis sermonibus haud egeas, qui vel Nestori praecipere potes, quid factn opus sit.

Tim. Sane bene, o Philiade: sed adesdum, ut te quoque hoc ligone amantissime excipiam.

Phil. O cives! fractum mihi ab hoc ingrato cranium est, quoniam, quae ipsi conducibilia sunt, monebam.

Tim. Ecce autem tertius ille advenit, rhetor ille Demea, decretum in dextra ferens, seque mihi cognatum dicens. Hic cum de meo solvisset reipublicae uno die sedecim talenta, (damnatus enim fuerat, ac in vincula conjectus, cum solvere nequiret; ego autem, quem illius commiseresceret, hominem liberavi) nuper autem sortito theoricum Erechthei- di tribui diriberet, ego ve-

p. 162. χθηΐδι [d]) φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικόν, κἀγὼ προσῆλθον αὐ-
τῶν [e]) τὸ γιγνόμενον, οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα με.

50 ΔΗΜ. Χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους,
p. 163. τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, τὸ πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος· καὶ
μὴν πάλαι σε ὁ δῆμος ξυνειλεγμένος, καὶ αἱ βουλαὶ ἀμφότεραι
περιμένουσι· πρότερον δὲ ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπὲρ σοῦ
γέγραφα· „Ἐπειδὴ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου, Κολυττεὺς [f]),
ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡς οὐκ ἄλ-
λος ἐν τῇ Ἑλλάδι, παρὰ πάντα χρόνον διατελεῖ τὰ ἄριστα πράτ-
των τῇ πόλει· νενίκηκε δὲ πυξ, καὶ πάλην, καὶ δρόμον, ἐν
p. 164. Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι πω-
λικῇ“ . . . .

ΤΙΜ. Ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν.

ΔΗΜ. Τί οὖν; θεωρήσεις ὕστερον· τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ
προσκεῖσθαι [g]) ἄμεινον. „καὶ ἠρίστευσε [h]) δὲ ὑπὲρ τῆς πό-
λεως πέρυσι πρὸς Ἀκαρνᾶνας [i]), καὶ κατέκοψε Πελοποννη-
σίων δύο μοίρας.“ . . . .

d) Ἐρεχθηΐδι] *Αἰγηΐδι* conj. *T. Fabri.* e) αἰτῶν] αὐτῶν B. 2. et mox τό γε νόμιμον conj. *Palmer.* pro τὸ γιγνόμενον. f) Κολυττεὺς] ὁ Κολυττεὺς Aug. g) προσκεῖσθαι] προκεῖσθαι Gorl. h) ἠρίστευσε] ἠρίστευε Aug. i) Ἀκαρνᾶνας] e conj. *Hemst.* pro vulg. Ἀχαρνέας. *T. Faber* voluerat περὶ Ἀχάρνας.

ro accessissem, ut, quod mihi obtingebat, acciperem, dixit, non constare sibi, civis necne forem.

Dem. Salve, Timon, totius gentis decus, Atheniensium fulcrum, Graeciae propugnaculum; jamdiu te totius populi conventus, et utraque curia exspectant. Sed prius audito decretum, quod in honorem tuum a me scriptum est: *Quandoquidem Timon Colyttensis Echecratidae filius, vir non tantum probitate praestans, sed sapientia etiam praeditus, quanta haud in quoquam Graeci nominis reperiatur, usque adhuc multa pro republica praeclare gessit; vicit autem uno die pugilatu, et lucta, et cursu in ludis Olympicis, quadrigis praeterea et bigis equestribus.*

Tim. Quî pote, Demea, cum nunquam ad ludos Olympicos me contulerim?

Dem. Quid tum? eos aliquando spectabis: talia praeterea hujus generis multa addi satius est: *Quin et anno praeterito strenue se adversus Acarnanas pro republica gessit, et duas Pelo-*

TIM. Πῶς; διὰ γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα, οὐδὲ προεγρά- 51
φην [k]) *ἐν τῷ καταλόγῳ.*

ΔΗΜ. Μέτρια τὰ περὶ σαυτοῦ λέγεις, ἡμεῖς δὲ ἀχάρι-
στοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. „ἔτι δὲ καὶ ψηφίσματα γρά- p. 165.
φων καὶ συμβουλεύων [l]), *καὶ στρατηγῶν, οὐ μικρὰ ὠφέλησε*
τὴν πόλιν· ἐπὶ τούτοις ἅπασι, Δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ
δήμῳ, καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ φυλὰς, καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ
κοινῇ πᾶσι, χρυσοῦν ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα παρὰ τὴν Ἀθη-
νᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖ-
νας ἑπτὰ [m]) *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ· καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς*
στεφάνοις, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον Διο- p. 166.
νυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς· (ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμε-
ρον τὰ Διονύσια·) εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ, συγγε-
νὴς αὐτοῦ ἀγχιστεύς, καὶ μαθητὴς αὐτοῦ [n]) *ὤν· καὶ γὰρ* p. 167.
καὶ [o]) *ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν*
ἐθέλοι [p]).“ *Τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα· ἐγὼ δέ σοι* [q]) p. 168.
52

k) προεγράφην] προυγράφην Aug. Gorl. et marg. A. 1. W. προσεγράφην cod. 1428. l) συμβουλεύων] ξυμβουλεύων Aug. m) ἀκτινᾶς ἑπτὰ] Alteram vocem, in vulgatis infra post στεφάνοις positam, ibi delendam et hic reponendam censuit *Hemst.* Praeclarissima emendatio. n) αὐτοῦ] abest a Gorl. et F. o) καὶ γὰρ καὶ] Alterum καὶ in prioribus edd. deest. Cf. Prom. c. 7. p) ἐθέλοι] ἐθέλῃ cod. 1428. q) σοι] τοι conj. *Fabr.* Abest σοι a Gorl. et Aug.

ponnesiorum μοίρας [mille viros] *cecidit.*

Tim. Quî tandem? nam arma mihi deerant; inde conscribi cum ceteris non potui.

Dem. De te modeste loqueris, Timon; nos autem plane ingrati haberemur, nisi memores essemus: *Insuper scriptis decretis, et consilio dato, exercitu ducto, civitati in primis profuit. Ob haec omnia placuit curiae, et populo, et Heliaeae per tribus, populis autem Atticae singillatim, omnibus communiter, aureum Timonem collocare juxta Minervam in arce, fulmen dextra tenentem, radios septem in capite; eum praeterea aureis coronis redimire, eumque honorem hodie in Dionysiis tragoedis novis proclamari: (nam hodie Timonis causa Dionysia hic sunt.) Hanc sententiam dixit Demea rhetor, Timonis cognatus genere proximus, ejusque discipulus: etenim optimus (etiam) rhetor est Timon, et quicquid ei libuerit.* Ad hunc igitur modum se

p. 168. καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σὲ, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα.

TIM. Πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσαγε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι;

ΔΗΜ. Ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεὸς, ἐς νέωτα, καὶ παιδοποιήσομαι, καὶ τὸ γεννηθησόμενον (ἄῤῥεν γὰρ ἔσται) Τίμωνα ἤδη καλῶ.

TIM. Οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων.

ΔΗΜ. Οἴμοι· τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀστὸς[r]) ὤν; ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην τάτε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας.

p. 169. 53 *TIM.* Ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται, ὦ μιαρὲ, ἡ ἀκρόπολις, ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν.

ΔΗΜ. Ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διορύξας[s]).

TIM. Οὐ διώρυκται οὐδὲ οὗτος· ὥστε ἀπίθανά σου καὶ ταῦτα.

r) ἀστὸς] αὐτὸς cod. 1428. s) διορύξας] Vulgo olim διωρύξας. Emendavit *Jens.* et secuti recentiores. Ὀρύξας Schol. διαῤῥήξας J. marg. A. 1. W. et A. 2.

tibi habet decretum: ego autem de adducendo ad te filio cogitabam, quem de tuo nomine Timonem vocavi.

Tim. Quo pacto, Demea, qui, quod sciam, nunquam uxorem duxisti?

Dem. At, Deo juvante, ducam anno proximo, et liberis creandis operam dabo: et, quod nascetur, Timonem ei jam dico nomen; nam haud dubie mas erit.

Tim. Haud equidem scio, utrum tam gravi ictu accepto uxorem unquam ducturus sis.

Dem. Hei, hei! Quid hoc? tyrannidem invadere cogitas, Timon, liberos homines percutiens, tu, inquam, de cujus libertate et civitate non plane constat? sed cito poenas dabis, tum ob alia multa, tum quod ignem arci subjeceris.

Tim. At enim, o scelus, incensa arx non est: quare cuivis apparet, esse te sycophantam.

Dem. At perfodisti aerarium, et inde natae tibi opes sunt.

Tim. Sed perfossum non est: quare ne isthaec quidem credibilia sunt, quae dicis.

ΔΗΜ. Διορυχθήσεται [t]) μὲν ὕστερον· ἤδη δὲ σὺ πάντα p. 169.
τὰ ἐν αὐτῷ ἔχεις.

ΤΙΜ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλην λάμβανε.

ΔΗΜ. Οἴμοι τὸ μετάφρενον.

ΤΙΜ. Μὴ κέκραχθι· κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτην. ἐπεὶ καὶ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας κατακόψας ἄνοπλος, ἓν δὲ μιαρὸν [u]) ἀνθρώπιον μὴ ἐπικρίψας. μάτην γὰρ ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς Ὀλύμπια πυξ, καὶ πάλην. Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; 54
οὔμενουν [x]) ἄλλος· ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀ- p. 170.
φρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτὸν [y]), ἔρχεται, τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ κόμην, Αὐτοβορέας τις *), ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραψεν [z]). οὗτος ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλής, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς [a]) τὴν ἀναβολήν, ἔωθεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξ-

t) *διορυχθήσεται*] διωρυχθ. edd. priores *Hemsterhusiana.* u) *μιαρὸν*] *μικρὸν* J. marg. A. 1. W. A. 2. x) *οὔμενουν*] Sic scripsi, ut constaret sibi *Lucianus*, pro vulg. *οὐ μὲν οὖν.* Cf. Necyom. in. Diall. Marr. VI, 1. Diall. Mortt. V, 1. (ubi *οὐμενοῦν* falsa forma) XII, 1. XVI, in. Bis Accus. c. 4. 23. et saepius. y) *βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτὸν*,] *βρενθυόμενός τι, πρὸς αὑτὸν ἔρχεται* in plerisque vett. edd. perperam. *) *τις*] abest a J. z) *ἔγραψεν*] Sic cum *Schm.* scripsi e codd. 2957. et Aug. pro vulg. *ἔγραφεν.* a) *σωφρονικὸς*] *Σωφρονίσκος* Schol. et F.

Dem. Perfodietur quidem postea: sed jam illa omnia penes te habes, quae in eo antehac fuere.

Tim. Itaque hunc tibi ictum habeto denuo.

Dem. Hei, hei tergo meo!

Tim. Mitte clamorem; sin minus, tertium tibi ictum inflixero: alioqui hoc plane ridiculum mihi acciderit, si unicum modo homuncionem, eumque impurissimum, perdere nequeam, qui Lacedaemonios mille inermis ipse internecione deleverim. Nam frustra quoque vicerim Olympia, et pugilatu, et lucta. Quid hoc autem? ecquid hic est Thrasycles philosophus? et certe is est. Sane exporrecta barba, extensis superciliis, graviter secum ac superbe murmurans venit, Titanicis oculis aspiciens, capillis anterioribus retrorsum rejectis, plane illum ipsum Boream aut Tritonem referens, quos pinxit Zeuxis. Hic ille est, qui habitu simplicitatem, incessu modestiam, pallio sapien-

p. 170. ιῶν, καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν, ἐπειδὴ λουσάμενος ἀφίκοιτο ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς μεγάλην τὴν κύλικα [b]) ὀρέξειεν αὐτῷ (τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα) καθάπερ τὸ Λήθης ὕδωρ ἐκπιὼν, ἐναντιώτατα ἐπι-
p. 171. δείκνυται τοῖς ἐωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, προαρπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῷ λιχανῷ ἀποσμήχων [c]), ὡς μηδὲ ὀλίγον τοῦ
55 μυττωτοῦ καταλίποι. Μεμψίμοιρος ἀεὶ, ὡς [d]) τὸν πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅ, τι περ [e]) λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μέθυσος, καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς προσέτι. καὶ λόγοι πολλοὶ ἐπὶ τῇ κύλικι, τότε δὴ [f]) καὶ μά-
p. 172. λιστα, περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος· καὶ ταῦτα φησὶν ἤδη ὑπὸ τοῦ ἀκράτου πονήρως [g]) ἔχων, καὶ ὑποτραυλίζων γε-

b) κύλικα] κισσοχόην Aug. mira lectio. c) ἀποσμήχων] ἀποσμύχων Arg. d) ὡς] κἂν marg. A. 1. W. et Gorl. e) ὅ,τι περ] ἤ ὅ,τι περ conj. *Hemst.* min. nescio unde; fortassis e conj. quum in compluribus vett. post κύλικι plene sit distinctum. In Arg. contra plenior est post τότε δὴ interpunctio, non minus falsa. Veram rationem restituit *Hemst.* in ed. maj., uti et reperitur in B. 2. g) πονήρως] Sic in omnibus, quos vidi, libris, excepta *Hemst.* ed. min., ubi πονηρῶς. Vid. Indic.

tiam ac moderationem prae se fert; qui mane de virtute disserit, et eos, qui voluptate gaudent, graviter accusat, frugalitatem laudans: talis vir, ubi lautus a balneo ad coenam venit, et ei capaciorem calicem servulus porrexit, (meracius autem libenter bibit) quasi letheum poculum hauserit, ea omnia facit, quae plane cum illis matutinis sermonibus pugnant, convivis cibaria veluti milvus praeripiens, et sibi accumbentem cubito propellens, mentum caryca illitum habens, canum more incurvus sese cibis implens, quasi in patinis virtutem inventurum se sperans, lances digito indice sedulo detergens, ut nihil ex alliato quicquam relinquat. Iniquius partita obsonia semper querens, ut solus placentam aut aprum integrum sibi habeat; tum porro, (qui gulae et insatiabilis voracitatis fructus est) ebrius ac temulentus, non ad cantum usque et saltationem, sed ad convicia et iracundiam provehitur. Ibi,

λοῖος h)· εἶτα ἕμετος ἐπὶ τούτοις. καὶ τὸ τελευταῖον, ἀράμενοί τινες p. 172.
ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου τῆς αὐλητρίδος ἀμφοτέραις
ἐπειλημμένον· πλὴν ἀλλὰ καὶ νήφων οὐδενὶ τῶν πρωτείων i)
παραχωρήσειεν ἂν ψεύσματος ἕνεκα k), ἢ Θρασύττητος, ἢ φιλ-
αργυρίας. ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιορκεῖ προ-
χειρότατα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρο-
μαρτεῖ l)· καὶ ὅλως, πάνσοφον τὸ m) χρῆμα, καὶ πανταχόθεν
ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελές· οἰμώξεται τοιγαροῦν οὐκ εἰς
μακρὰν χρηστὸς ὤν. Τί τοῦτο; παπαὶ, χρόνιος ἡμῖν Θρα-
συκλῆς.

ΘΡΑΣ. Οὐ κατὰ ταὐτὰ, ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς τού- 56
τοις ἀφῖγμαι, ὥςπερ οἱ n) τὸν πλοῦτόν σου °) τεθηπότες, ἀρ-
γυρίου, καὶ χρυσίου, καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι συνδεδρα- p. 173.
μήκασι p), πολλὴν τὴν κολακείαν ἐπιδειξόμενοι q) πρὸς ἄν-

h) γελοῖος] γελοίως conj. *Hemst.*, quam *Schm.* recepit, et confirmari videri dicit cod. Aug. Vid. Adnot. i) πρωτείων] In plerisque vett. edd. πρωτείον. k) ἕνεκα] ἕνεκεν Aug. l) ἡ γοητεία — παρομαρτεῖ] inverso ordine: ἡ γοητεία παρομαρτεῖ, καὶ ἡ ἀναισχυντία προηγεῖται cod. 1428. quod, *Belino* probatum, recepit *Schmied.* Quidni vero potius sic: ἡ ἀναισχ. προηγ. καὶ ἡ γοητ. παρομ.? Sed hae merae argutiae. Optime enim praeit talem philosophiam glaucoma, et comitatur impudentia. m) τὸ] τι conj. *Fabr.* n) ὥςπερ οἱ] ὥςπερ οἱ vulgo. *Abreschium* emendantem οἱ secutus *Schmiederus.* o) σου] Ita *Hemst.* et *Schm.* e P. S. A. et B. 2. Priores σοι. p) συνδεδραμήκασι] συνδεδραμήκεσαν Aug. q) ἐπιδειξόμενοι] ἐπιδειξάμενοι Arg.

sumto in manum calice, multos sermones funditat. Tum enimvero de sobrietate et modestia agit, idque jam vino fere depositus, et ridicule balbutiens: post haec vomit. Ad postremum e triclinio a nonnullis effertur, tibicinam ambabus retinens manibus. Ceterum *etiam* cum siccus est, nemini homini palmam vel mendacii, vel audaciae, vel avaritiae concesserit; sed assentatorum longe princeps est, et pejerare non cunctatur: illum in quovis negotio anteit fallacia, juxta autem sequitur impudentia: denique homo plane sapiens, et undiquaque consummatus est, et varia quadam perfectione praestans. Quare dabo operam, ut tam bonus vir jam jam auferat hinc grande infortunium. Quid hoc? papae! tamdiu est, cum venire distulit Thrasycles?

Thras. Alia me causa ad te ut venirem compulit, quam quae hos omnes, qui

p. 173. δρα, οἷόν σε, ἁπλοϊκὸν, καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν. οἶσθα γὰρ ὡς μάζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον [r]), ἢ κάρδαμον, ἢ εἴποτε τρυφήην, ὀλίγον τῶν ἁλῶν· ποτὸν δὲ ἡ ἐννεάκρουνος. ὁ δὲ τρίβων οὗτος ἧς βούλει πορφυρίδος ἀμείνων. τὸ χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων [s]) μοι δοκεῖ. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐστάλην, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλάτατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημένος [t])· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον ἐς [u]) τὴν θά-
p. 174. λατταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν, οὐδὲν [x]) ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ ὄντα [y]), καὶ τὸν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾷν δυναμένῳ. μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ 'γαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπεμβὰς [z]) ὀλίγον πρὸ
57 τῆς κυματωγῆς [a]), ἐμοῦ ὁρῶντος μόνου. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει,

r) θύμον] θυμὸν in plurimis vett. s) ψηφίδων] ψήφων A. 2. t) γεγενημένος] γεγεννημένος *Hemst.* min. u) ἐς] *Schm.* e codd. 1428. et Aug. pro vulg. εἰς. x) οὐδὲν] οὐδὲ et mox ὄντι Aug. y) ὄντα] ὄντι Aug. J. Arg. In marg. A. 1. W. οὔτι notatum erat pro μέντοι, quod *Hemst.* accidisse credit describentis culpa, qui variationem illam ὄντι nec fideliter expresserit, et ad alienam voculam retulerit. z) ἐπεμβὰς] ἐπιβὰς J. marg. A. 1. W. a) κυματωγῆς] Sic *Fab.* et *Hemst.* et hinc *Schm.* e cod. Reg. pro vulg. κυματώδους γῆς, quod et codd. 1428. et Aug. exhibent.

divitiarum tuarum amore perculsi huc concurrerunt, auri atque argenti, et sumtuosarum coenarum spe, experiundi gratia, quid in te assentationibus suis possint, virum simplicem, et qui facultates tuas libenter aliis elargiris. Nosti enim, opinor, mazam satis mihi esse, ut recte coenem, caepe autem et nasturtium jucundissimum mihi esse opsonium, aut, si quando mihi melius esse volo, salis paululum: potus mihi ex Enneacruno, [ex Calliroë fonte] pallium autem hoc qualibet purpura carius est. Nam aurum mihi quidem haud pretiosius videtur iis lapillis, quibus plena sunt litora. Sed huc tui unius gratia me contuli, ne te divitiae, perniciosissima atque insidiosissima possessio, corrumpant, quae multis saepe gravissimas calamitates importarunt. Nam si mihi auscultabis, maxime illas in mare conjicies, quippe quas non desideret vir bonus, et qui philosophiae opes possit contemplari. Ne tamen, o Timon, eas in altum mittas, sed inguinum tenus aquam ingressus, paulo infra litoris crepidinem projicito, me uno

σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω κατὰ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ p. 174.
τῆς οἰκίας, καὶ [b]) μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ ἀφῇς [c]), διαδιδοὺς [d])
ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν, πέντε δραχμὰς, ᾧ δὲ, μνᾶν, ᾧ
δὲ, ἡμιτάλαντον [e]). εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, διμοιρίαν, ἢ
τριμοιρίαν φέρεσθαι δίκαιος· ἐμοὶ δὲ, (καίτοι οὐκ ἐμαυτοῦ
χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεταδῶ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις,)
ἱκανὸν εἰ ταύτην *) τὴν πήραν ἐμπλήσας παράσχοις [f]), οὐδὲ
ὅλους δύο μεδίμνους χωροῦσαν Αἰγινητικούς [g]). ὀλιγαρκῆ δὲ
καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν φιλοσοφοῦντα [h]), καὶ μηδὲν ὑπὲρ
τὴν πήραν φρονεῖν.

TIM. Ἐπαινῶ ταῦτά σου, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ γοῦν τῆς p. 175.
πήρας, εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴν κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων,
ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ [i]).

ΘΡΑΣ. Ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ
καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει.

b) καὶ] abest ab Aug. At non vult Thrasycles: *neque* (et non) *obolum* etc. sed: *et ne obolum quidem.* c) αὐτῷ ἀφῇς] Vulg. αὐτῷ ἀνῇς. In J. et marg. A. 1. W. αὐτῷ ἀνεὶς, quemadmodum etiam in Aug. et Gorl. Αὐτῷ habet *Hemst.* min., αὐτοῦ conj. *Marcil.* et *Abresch.* Vid. Adnot. d) διαδιδοὺς] διαδοὺς Aug. et Gorl. διδοὺς *Thom. M.* e) ἡμιτάλαντον] Ante *Hemst.* in prioribus edd. τάλαντον praeter J. cum qua consentiunt R. Schol. et *Thom. M.* Habent etiam margo A. 1. W. et A. 2. *) ταύτην] ταυτηνὶ *Schm.* e cod. 2957. f) παράσχοις] παράσχῃς Aug. g) Αἰγινητικούς] Αἰγινιτικούς A. 1. et 2. h) φιλοσοφοῦντα] φιλόσοφον J. et marg. A. 1. W. i) τῇ δικέλλῃ] τὴν δικέλλην (δίκελλαν) conj. *Hemst.*

videnti. Id vero si minus placet, eas ex aedibus alia quavis ratione, quantum potest, ejicito, neque tibi vel obolum relinquas, sed omnia egentibus distribuas huic minam, huic semitalentum. Si quis vero ex iis philosophus erit, duplam is aut triplam partem auferre debet: mihi autem, (quamquam non mea causa peto, sed ut amicis, si qui forte egebunt, largiar) abunde erit, si hanc peram aureis offertam mihi reddas, quae duos Aegineticos modios non prorsus capit: paucis enim esse contentum, et mediocritatem sequi, hominem philosophantem decet, neque supra peram suam sapere.

Tim. Isthuc recte, o Thrasycles: sed ante tibi caput implebo pugnis, auctarium hoc ligone addens, priusquam tibi peram impleo.

Thras. O democratia, et leges! in libera civitate ab

p. 175. *TIM.* *Τί ἀγανακτεῖς, ὦ 'γαθὲ Θρασύκλεις; μῶν* [k]) *παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον*
58 *τέτταρας. Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται· Βλεψίας ἐκεῖνος, καὶ Λάχης, καὶ Γνίφων, καὶ ὅλως, τὸ σύνταγμα τῶν ὀλωξομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι* [l]) *πεπονηκυῖαν, αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ πόῤῥωθεν αὐτούς;*

ΒΛΕΨ. [m]) *Μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ.*

TIM. *Ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.*

k) *μῶν*] *Τίμων* R. vocem dividit *T. Fab. τί; μῶν π.* Non placet repetita quaestio. l) *πάλαι*] *πολλὰ* conj. *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. qua minime opus. m) *ΒΛΕΨ.*] Sic Fr. P. S. A. B. 2. Arg. In ceteris nulla notatur persona. *Solan.* conj. *ΑΝΔΡΕΣ.* *Hemst.* et *Schm.* jure suo retinuerunt *Blepsiae* nomen.

homine sceleratissimo percutimur.

Tim. Quid conquereris, bone Thrasycles? an quod te inter admetiendum circumveni? atqui auctarii etiam loco adjiciam choenices quatuor. Sed quid hoc? multi concurrunt simul, Blepsias videlicet, et Lachies, et Gniphon, ac denique hominum legio, quos ego miris modis mulcabo. Quid itaque causae, quin petram hanc conscendam, et aliqua requie ligonem meum reficiam, quem jam tantopere exercui? ipse autem magna vi lapidum in unum collata, eos grandinis in morem feriam?

Bleps. Parce, quaeso, mittere, Timon: abimus enim.

Tim. At ego certe, sine cruore et vulneribus ne abeatis, faxo.

ΑΛΚΥΩΝ

p. 176.

ἢ περὶ Μεταμορφώσεως.

Argum. Colloquitur Socrates cum Chaerephonte de Halcyone, secundum fabulas in avem ejusdem nominis mutata. Quod qui fieri potuerit, mirantem amicum docet magister, multa esse in rerum natura et vita hominis, quae exiguas mentis humanae vires transscendant; abstinendum igitur modeste a certo judicio de talibus rebus ferendo, et acquiescendum in iis, quae inde deduci possint, utilibus ad vitam sapienter instituendam praeceptis. Halcyonem e. g. egregium esse amoris ac fidei maritalis exemplum, sedulo imitandum et ad posteros propagandum.

ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ΧΑΙΡ. Τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς. τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγγόμενον ζῶον; ἄφωνα γὰρ δὴ p. 177. τά γε καθ' ὕδατος διαιτώμενα.

1

ΣΩ. Θαλαττία τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις Ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνος καὶ πολύδακρυς· περὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος· φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου

HALCYON

seu de Transformatione.

CHAEREPHON, SOCRATES.

Chaer. Quae ista vox nos pepulit, o Socrates, eminus a litoribus, illoque promontorio? quam suavis auribus? quodnam est tandem animal illud vocem edens? etenim muta sunt, quae quidem in aqua degunt.

So. Maritima quaedam, o Chaerephon, avis, Halcyon vocata, luctu lacrimisque abundans, de qua sane vetus hominibus est conficta fabula. Ferunt, illam, cum mulier esset quondam, Aeoli Hellenis filii nata, maritum,

p. 178. τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα, κουρίδιον ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς τεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήϋκα τὸν Τραχίνιον, τὸν Ἑωσφόρου τοῦ ἀστέρος, καλοῦ πατρὸς καλὸν υἱόν· εἶτα δὴ πτερωθεῖσαν διά τινα δαιμονίαν βούλησιν, εἰς ὄρνιθος τρόπον περιπέτεσθαι τὰ πελάγη, ζητοῦσαν ἐκεῖνον, ἐπειδὴ πλαζομένη γῆν περὶ πᾶσαν οὐχ οἵα τ' ἦν εὑρεῖν.

2 ΧΑΙΡ. Ἀλκυὼν τοῦτ' ἔστιν, ὃ σὺ φῄς; οὐ πώποτε πρόσθεν ἠκηκόειν τῆς φωνῆς, ἀλλά μοι ξένη τις τῷ ὄντι a) προσέπεσε. γοώδη γοῦν ὡς ἀληθῶς τὸν ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον· πηλίκον δέ τι καὶ ἐστί, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ μέγα· μεγάλην μέντοι διὰ τὴν φιλανδρίαν εἴληφε παρὰ b) θεῶν τιμήν· ἐπὶ γὰρ τῇ c) τούτου νεοττείᾳ καὶ τὰς p. 179. Ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει, κατὰ χειμῶνα μέσον διαφερούσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἐστι καὶ ἡ τήμερον παντὸς d) μᾶλλον. οὐχ ὁρᾷς ὡς αἴθρια μὲν τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ;

a) τῷ ὄντι] τῳάντι A. 1. et 2. Sic etiam infra c. 3. eaedem. b) παρὰ] Sic F. in ceteris vett. περὶ. c) τῇ] δὴ lectio *H. Stephani* Thes. L. G. T. II. p. 1040. B. d) παντὸς] πάντων P. L. J. et inde marg. A. 1. W. et A. 2. παντὸς in ceteris.

qui virginem duxerat, suum fato functum luxisse desiderio consuetudinis, Ceycem Trachinium Lucifero prognatum, pulchri parentis filium pulchrum: deinde vero alis instructam divina voluntate in avis morem circumvolitare maria, quaerentem illum, quandoquidem oberratis terris omnibus non poterat invenire.

Chaer. Halcyon id est, quod tu dicis? nunquam ante audiveram ejus vocem, quae mihi insolens revera accidit. Flebilem ergo plane sonum emittit animal istud. Quali autem corporis est magnitudine, o Socrates?

So. Non magnum: attamen magnum ob singularem mariti amorem accepit a Diis praemium: cum enim nidulatur, halcyonios etiam, qui vocantur, dies mundus agit, hieme media praecipuos serenitate, quorum est etiam hodiernus hicce quam maxime. Nonne vides, ut serena sint superna, fluctibusque careat et tranquillum sit totum pelagus, consimile, ut ita dicam, speculo?

ΧΑΙΡ. Λέγεις ὀρθῶς. φαίνεται γὰρ Ἀλκυονὶς ἡ τήμερον p. 179.
ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν,
τῷ [e]) ποτε χρὴ πεισθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ
ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν;
παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον.

ΣΩ. Ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τε 3
καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ παντελῶς. δοκι-
μάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην ἄγνωστον οὖσαν,
καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον· πολλὰ οὖν φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν
εὐπόρων ἄπορα, καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα· συχνὰ μὲν καὶ p. 180.
δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν· τῷ ὄντι
γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων,
ἐπείτοι μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς [f]) ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς
τὸν πάντα αἰῶνα. τί δ' ἄν, ὦ 'γαθὲ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν
θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, πότερον δυνα-
τὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; ἑώρακας, Χαιρεφῶν, τρί-
την ἡμέραν ὅσος ἦν ὁ χειμών; καὶ ἐνθυμηθέντι γάρ τοι [g])

e) τῷ ποτε] πῶς πώποτε *Schm.* e cod. 2954. f) νεογιλὸς] νεογιλλὸς Schol. νεογνὸς C. g) τοι] τὸ Marg. A. 1. W. male, judice *Hemst.*

Chaer. Recte dicis: videtur enim halcyonius hodiernus esse dies; et heri utique talis erat. Sed per Deos, qua tandem re fidem oportet haberi iis, quae initio sunt dicta, o Socrates, ex avibus mulieres unquam exstitisse, aut aves ex mulieribus? nihil enim omnium est, quod minus fieri videatur posse.

So. O care Chaerephon, videmur equidem eorum, quae fieri possunt, quaeque non, hebeti prorsus acie quidam esse judices: exigimus enimvero ea secundum facultatem humanam, quae neque nosse, nec credere, nec cernere valet: multa proinde apparent nobis et factu facilium difficilia, et eorum, ad quae pertingere datur, ardua; haec quidem pleraque propter imperitiam, alia etiam non pauca ob infantiam mentis: re enim vera infans videtur esse omnis homo, etsi vel valde senex, quandoquidem exiguum plane, et infantiae instar, vitae spatium ad omne aevum. Quid autem, o bone, qui vires Deorum Geniorumque ignorant, dicere habeant, utrum talium rerum fieri aliquid possit, necne? Vidiati, Chaerephon, nudius tertius quan-

p. 180. δέος ἐπέλθοι καὶ τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς, ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη· ὑπέλαβεν ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν
4 καὶ δὴ [h]) συμπεσεῖσθαι. Μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις εὐδίας ἐγένετο, καὶ διέμεινεν αὕτη γε ἕως τοῦ νῦν· πότερον οὖν οἴει μεῖζόν [i]) τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι, τοιαύτην αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀνυποστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταθεῖναι, καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν*) τὸν ἅπαντα κόσμον,
ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλασθὲν εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; τὸ
p. 181. μὲν γὰρ τοιοῦτο, καὶ τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλάττειν ἐπιστάμενα πηλὸν, ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου μετασχηματίζει πολλὰς ἰδεῶν φύσεις. τῷ δαιμονίῳ δὲ [k]) μεγάλην καὶ οὐ συμβλητὴν ὑπεροχὴν ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις, εὐχερῆ τυχὸν [l]) ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, καὶ λεῖα· ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσαις ἄν;
5 ΧΑΙΡ. Τίς δ' ἀνθρώπων, ὦ Σώκρατες, νοῆσαι δύναιτ' ἄν, ἢ ὀνομάσαι τι τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν.

h) δὴ] ἤδη P. L. Marg. A. 1. W. i) μεῖζον] ἀμήχανον cod. 2954. *) ἀναγαγεῖν] ἀγαγεῖν cod. 2954. k) δὲ] Sic *Schm.* e cod. 2954. pro vulg. δή. Etiam B. 2. habet δὲ. l) τυχὸν] τύχοι conj. T. F. *Benedict.* prorsus aliena.

ta fuerit hiems: quin et animo repetentem metus invadat et ista fulmina ac tonitrua, ventorumque ingentes furores: existimasset aliquis, tellurem totam utique fuisse collapsuram. Paulo autem post mirifica quaedam exstitit compositi coeli serenitas (*quae quidem hucusque perduravit*). Jam tu utrum majus quiddam et operosius esse putas, ex isto turbine, qui vix subsisti poterat, ac confusione ad placatissimum nitorem mutatam coeli faciem referre, inque tranquilitatem revocare mundum universum, quam mulieris formam transmutatam in aviculam quandam facere? nam ad eum sane modum et pueruli inter nos, qui quidem fingere sciunt, luto cerave sumta, facile ex eadem saepe materiae mole fingunt refinguntque multas formarum naturas. Deo enimvero, magnam habenti virtutis praestantiam, neque omnino comparandam ad nosras agendi vires, ad manum esse credere par est omnia istiusmodi, atque in facili posita. At enim totum coelum quanto tandem temet ipso videatur majus, indicare tu possis?

Chaer. Quis autem hominum, o Socrates, intelligere queat, aut dicendo efferre

ΣΩ. Οὐκοῦν δὴ θεωροῦμεν ἀνθρώπων πρὸς m) ἀλλήλους p. 181.
συμβαλλομένων μεγάλας τινὰς ὑπεροχὰς ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας; ἡ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία, πρὸς τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς, ἢ δεκαταῖα, θαυμαστὴν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν δυνάμεώς τε, καὶ ἀδυναμίας, ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσι, καὶ ὅσα διὰ τῶν χειρῶν n) τούτων οὕτω πολυμηχάνων, καὶ ὅσα διὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦτα γὰρ τοῖς νέοις, ὡς ἂν εἶπον, παιδίοις, οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται. Καὶ τῆς ἰσχύος δὲ τῆς ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου τὸ μέγεθος, ἀμέτρη- p. 182.
τον ὅσην ἔχει o) τὴν ὑπεροχὴν πρὸς ἐκεῖνα. μυριάδας γὰρ τῶν τοιούτων εἰς ἀνὴρ πάνυ πολλὰς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς ἄπορος δήπου πάντων, καὶ ἀμήχανος ἐξαρχῆς παρακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ φύσιν. ὁπηνίκ' οὖν ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει, τί νομίσομεν τὸν σύμπαντα οὐρανὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι

m) πρὸς] εἰς πρὸς cod. 2954. unde *Jacobs.* in *Porson.* Adversa. conj. ὡς πρὸς. Vid. Adnot. n) χειρῶν] τειχῶν pleraeque vett. τυχῶν Schol. τεχνῶν J. V. 2. S. A. marg. A. 1. W. A. 2. χερῶν denique L. C. marg. cod. 2954. et hinc *Schm.*; probavit *Hemst.*, neque tamen recepit. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 633. conj. vel τεχνιτῶν, vel χειρῶν τούτων τῶν τεχνιτῶν. Vid. Adnot. o) ἔχει] Sic *Hemst.* et *Schm.* e B. 2. εἶχεν J. in reliquis ἔχειν.

tale quicquam? neque enim verbis illa consequi licet.

So. Nonne vero animadvertimus, hominum, inter sese si conferantur, magnum aliquod esse discrimen, quo alius alium superet, virium imbecillitatisque? nam virorum aetas ad pueros prorsus infantes, quinque, si lubet, a partu aut decem diebus, comparata admirabilem plane habet differentiam roboris et infirmitatis in omnibus propemodum per vitam actionibus, et iis, quaecunque manibus istis tam artificibus, et corpore et animo perficiunt: ita enim novellis, ut dixi, puerulis ne in mentem quidem venire videntur posse. Roboris autem unius viri adulti magnitudo immensum quantum illos supergreditur, adeo ut millia talium unus vir valde multa devicerit facillime: aetas enimvero penitus omnium indiga, quaeque nullis sibi machinis ipsa sufficiat, ab initio hominibus adest comes naturae lege. Quandoquidem ergo homo, ut patet, homini tantum interest, quid existimabimus omne simul coelum ad no-

p. 182. ἂν τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; πιθανὸν οὖν ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ [p]), καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ διάνοιαν, ἀνάλο-
7 γον διαφέρειν τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως. Σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις οὖσι, πόλλ' ἄττ' ἀδύνατα τῶν ἑτέροις πάνυ ῥᾳδίων. ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνῶναι [q]), ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις (γραμματικὸν τρό-
p. 183. πον [r]), ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, τοῦ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων, ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν. ἡ δὲ φύσις ἐν κηρίῳ σχεδὸν παραβάλλουσα [s]) ζῶον ἄπουν, καὶ ἄπτερον [t]), πόδας ὑποθεῖσα, καὶ πτερώσασα, ποικιλίᾳ τε φαιδρύνασα πολλῇ καὶ καλῇ καὶ παντοδαπῇ χρωμάτων, μέλιτταν σοφὴν ἀπέδειξε θείου μέλιτος ἐργάτιν· ἔκ τε ὠῶν ἀφώνων, καὶ ἀψύχων, πολλὰ γένη πλάττει πτηνῶν τε, καὶ πεζῶν, καὶ

p) τηλικοῦτον κ. τ. δ. αὐτοῦ] τηλικαύτην κ. τ. δ. αὐτὸς J. marg. A. 1. W. A. 2. mirum qui *Solano* probatum. q) ἀναγνῶναι] ex emendatione *Hemst.* et *Schaeferi* ad *Gregor. Cor.* p. 504. pro vulg. ἀναγνῶσαι. r) γραμματικὸν τρόπον] suspecta videntur. s) παραβάλλουσα] καταβάλλουσα conj. *Guyet.* παραλαβοῦσα *Solan.* t) ἄπτερον] ἄχειρον cod. 2954. non contemnenda lectio, arbitro quidem *Belino.*

stras vires illis visum iri, qui talia contemplari valent? probabile scilicet videbitur multis, quantum magnitudo mundi superat Socratis aut Chaerephontis speciem, tantum quoque potentiam ejus ac sapientiam atque intellectum pro ratione antecedere facultatum nostrarum dotes. Proinde tibi mihique ac multis aliis nostri similibus multa quidem impossibilia sunt eorum, quae aliis valde facilia: nam et tibias inflare artis expertibus, et legere aut scribere illiteratis multo magis arduum est, usque eo dum sint imperiti, quam facere mulieres ex avibus, aut aves ex mulieribus. Natura vero acceptum (*projectum*) in favo fere sine pedibus ac pennis animal, pedibus appositis atque alis, et varietate multa expoliens pulchraque et omnimoda colorum, apem sapientem produxit, divini mellis opificem: tum porro ex ovis mutis et inanimatis plura genera fingit alitum et terrestrium, aquaticorumque animalium, artibus quibusdam, ut veterum fert sententia, sacris aethe-

ἐνύδρων u) ζώων, ὡς λόγος, τέχναις τινῶν x) ἱεραῖς αἰθέρος p. 183.
μεγάλου προσχρωμένη. Τὰς οὖν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας 8
οὔσας, θνητοὶ καὶ σμικροὶ παντελῶς ὄντες, καὶ οὔτε τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν, οὔτ' αὖ y) τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀποροῦντες καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως οὐθ~ z) Ἀλκυόνων πέρι, οὔτ' Ἀηδόνων· κλέος δὲ μύθων, οἷον παρέδοσαν πατέρες, τοιοῦτο καὶ p. 184.
παισὶν ἐμοῖς, ὦ ὄρνι θρήνων a) μελῳδὲ, παραδώσω τῶν σῶν ὕμνων πέρι· καί σου τὸν εὐσεβῆ καὶ φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις ὑμνήσω, γυναιξί τ' ἐμαῖς, Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ λέγων b) τά τ' ἄλλα, πρὸς δὲ, καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. ἆρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον, ὦ Χαιρεφῶν;

ΧΑΙΡ. Πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες· καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα διπλασίαν ἔχει c) τὴν παράκλησιν πρὸς γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν.

u) ἐνύδρων] Sic e C. J. et A. 1. W. quod rectum putaverat *Hemst.*, non tamen recipiens pro vulg. ἀνύδρων. x) τινῶν] vox in mendo cubans, cujus nulla in libris variatio, nisi quod in B. 2. τιμῶν. Vid. Adnot. y) οὔτ' αὖ] Vulg. οὔτ' οὖν. B. 2. οὔτ' εἶναι. Cod. 2954. οὔτ' αὐτὰ σμ. Unde *Jacobs.* feliciter fecit οὔτ' αὖ τὰ σμικρὰ, nisi forte praestet οὔτ' αὐτὰ τὰ σμ. z) οὔθ'] Vulg. οὔτ' sequente Ἀλκ. spiritu leni, uti hoc nomen fere per omnem libellum scribitur. a) ὄρνι θρήνων] ὀρνιθοθήρων P. ὦ ὄρνι θρηνομέλῳδε conj. *Brod.* b) λέγων] λόγων in J. error est typorum. c) Πρέπει γοῦν — ἔχει] In sola P. Πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες, καὶ τὰ

ris magni ad tanti operis curam insuper usa. Cum ergo vires immortalium sint ingentes, nos mortales et pusilli plane, qui neque magna possumus perspicere, et ne parva quidem, in plerisque etiam, quae circa nos accidunt, haesitantes, non valeamus utique explorate quicquam statuere neque de Halcyonibus, nec de Lusciniis: famam autem fabulae, qualem tradiderunt parentes, talem et liberis meis, o ales lamentorum modulatrix, tradam, de tuis hymnis; tuumque pium et marito devinctum amorem saepe celebrabo, uxoribus meis Xanthippae et Myrto enarrans tum alia, tum praeterea, qualem honorem nacta fueris a Diis. Tu quoque, Chaerephon, simile quiddam quin facias, non refugies.

Chaer. Ita sane decet, o Socrates: habent nimirum a te dicta duplicem adhor-

p. 184. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀσπασαμένοις τὴν Ἀλκυόνα, προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ.

ΧΑΙΡ. Πάνυ μὲν ποιῶμεν οὕτως.

ὑπὸ σοῦ ρ. δ. ἔχειν etc. quod *Hemsterhusio* videtur pro emendatione *Bourdelotii* haberi posse.

tationem, quae mutae uxorum virorumque consuetudini conducat.

So. Ergo, salutata Halcyone, progredi jam ad asty tempus est e Phalerico.

Chaer. Nulla quidem in me est mora.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ p. 185.

ἢ Καύκασος.

Argum. Prometheus, modo Jovis jussu per Mercurium Caucaso a Vulcano affixus, dum ministri illi Jovis aquilam, quae jecur ipsi detondeat, exspectant, defensionem perorat sui, qua crimina tria in ipsum conjecta, de decepto videlicet Jove in distribuendis carnibus, de hominibus, inprimis feminis, effictis, de igne denique Diis surrepto hominibusque tradito, diluit ita, ut se non solum omni ex parte innocentem puniri, sed etiam insignibus praemiis dignum videri appareat. Argumenta caussae ad regulas et sub forma artis disposita, nec sine aliqua dicendi libertate prolata, ita, ut inprimis tyranni Deorum vitia et facinora nunc simpliciter petantur, nunc per ambages ad absurdum et ridiculum ducantur. Fundamento est *Aeschyli* fabula, inscripta *Προμηθεὺς δεσμώτης*, qua *Lucianus* pro ingenio, consilio et more suo satis feliciter utitur ad sanae mentis jura, per vulgarem istius aetatis Theologiam attentata et decurtata, tuenda et restituenda.

ΕΡΜΗΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΕΡΜ. Ὁ μὲν Καύκασος, ὦ Ἥφαιστε, οὗτος, ᾧ τὸν ἄθλιον Τιτᾶνα τουτονὶ προσηλῶσθαι δεήσει· περισκοπῶμεν δὲ ἤδη κρημνόν τινα ἐπιτήδειον, εἴ που τῆς χιόνος γυμνός ἐστιν, ὡς βεβαιότερον καταπαγείη τὰ δεσμά, καὶ οὗτος ἅπασι περιφανὴς εἴη κρεμάμενος. 1

PROMETHEUS

sive Caucasus.

MERCURIUS, VULCANUS, PROMETHEUS.

Merc. Caucasus quidem, o Vulcane, hicce, cui miserum Titanem istum clavis affigi oportebit: nos jam nunc circumspiciamus rupem aliquam opportunam, sicubi quae sit a nive nuda, ut firmius defigantur vincula, et hic omnibus conspicuus sit pendens.

p. 185. *ΗΦΑΙ. Περισκοπῶμεν, ὦ Ἑρμῆ· οὔτε γὰρ ταπεινὸν καὶ πρόσγειον ἐσταυρῶσθαι χρὴ, ὡς μὴ ἐπαμύνειεν* [a]) *αὐτῷ τὰ πλάσματα* [b]) *αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι, οὔτε μὴν κατὰ τὸ ἄκρον,*
p. 186. *(ἀφανὴς γὰρ ἂν εἴη τοῖς κάτω) ἀλλ' εἰ δοκεῖ, κατὰ μέσον ἐνταῦθά που ὑπὲρ τῆς φάραγγος ἀνεσταυρώσθω, ἐκπεταθεὶς τῷ χεῖρε ἀπὸ τουτουὶ πρὸς τὸ ἐναντίον.*

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις, ἀπόξυροί [c]) *τε γὰρ αἱ πέτραι, καὶ ἀπρόσβατοι, πανταχόθεν ἠρέμα ἐπινενευκυῖαι· καὶ τῷ ποδὶ στενὴν ταύτην* [d]) *ὁ κρημνὸς ἔχει τὴν ἐπίβασιν, ὡς ἀκροποδητί* [e]) *που μόλις ἑστάναι· καὶ ὅλως ἐπικαιρότατος ὁ σταυρὸς ἂν γένοιτο. μὴ μέλλε οὖν, ὦ Προμηθεῦ, ἀλλὰ ἀνάβαινε, καὶ πάρεχε σεαυτὸν καταπαγησόμενον πρὸς τὸ ὄρος.*

2 *ΠΡΟΜ. Ἀλλ' ὑμεῖς γοῦν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ Ἑρμῆ, κατελεήσατέ με παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχοῦντα.*

ΕΡΜ. Τοῦτ' ἔφης, ὦ Προμηθεῦ, (τὸ κατελεήσατε), ἀντὶ σοῦ [f]) *ἀνασκολοπισθῆναι αὐτίκα μάλα παρακούσαντας τοῦ*

a) *ἐπαμύνειεν*] Sic e Fl. *Solan.*, *Hemst.* et recentiores pro vulg. *ἐπαμύνειν*. Junt. et Ald. 2. *ἐπαμύνειν αὐτῷ δύνωνται*· idem in marg. A. 1. W. sed transversa linea inductum. b) *πλάσματα*] *πλαστὰ* Schol. c) *ἀπόξυροι*] Sic *Schm.* e codd. A. P. L. In prioribus edd. *ἀπότομοι*. d) *ταύτην*] *ταύτῃ* conj. *Hemst.* e) *ἀκροποδητὶ*] Sic emendavi vulgatum *ἀκροποδιτὶ*. In Junt. *ἄκρῳ ποδί*. f) *σοῦ*] Emendatio J. F. *Gron.* et *Hemst.* sed ab hoc non recepta. Ille etiam voluit *τὸ κατελεήσαντας*. Hic vero *τὸ κατελεήσατε* pro glossemate habuit.

Vulc. Circumspiciamus, Mercuri: neque enim in humili et terrae proximo loco cruci affigendus est, ne suppetias ipsi ferant, quos finxit, homines; neque etiam ad montis verticem; (fugiat enim visum eorum, qui insunt:) sed, si videtur, in medio isthic propemodum supra praecipitium suffixus haereat, dispansis manibus ab hac parte in adversam.

Merc. Recte dicis: nam praeruptae sunt hae cautes et inaccessae, undiquaque leniter inclinatae; et pedi angustum oppido praecipitium habet ponendo vestigio locum, ut summa planta vix alicubi consistere liceat: commodissima denique fuerit ista crux. Quin tu ergo sine mora, Prometheu, ascende, teque praebe defigendum ad montem.

Prom. At vos tamen, o Vulcane et Mercuri, miseremini mei, qui praeter meritum hoc infortunium habeo.

Mero. Hoc scilicet ajebas,

ἐπιτάγματος; ἢ οὐχ ἱκανὸς [g]) εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος καὶ p. 186.
ἄλλους ἂν χωρῆσαι δύο προσπατταλευθῆναι; ἀλλ' ὄρεγε τὴν
δεξιάν· σὺ δὲ, ὦ Ἥφαιστε, κατάκλειε, καὶ προσήλου, καὶ p. 187.
τὴν σφύραν ἐρρωμένως κατάφερε. δὸς καὶ τὴν ἑτέραν· κατει-
λήφθω εὖ μάλα καὶ αὕτη [h])· εὖ ἔχει. καταπτήσεται δὲ ἤδη
καὶ ὁ ἀετὸς ἀποκερῶν τὸ ἧπαρ, ὡς πάντα [i]) ἔχοις ἀντὶ τῆς
καλῆς καὶ εὐμηχάνου πλαστικῆς.

ΠΡΟΜ. Ὦ Κρόνε, καὶ Ἰαπετὲ, καὶ σὺ Γῆ μῆτερ, οἷα 3
πέπονθα ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν [k]) δεινὸν εἰργασμένος;

ΕΡΜ. Οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω, ὦ Προμηθεῦ, ὃς πρῶτα
μὲν τὴν νομὴν τῶν κρεῶν ἐγχειρισθεὶς, οὕτως ἄδικον ἐποιήσω,
καὶ ἀπατηλὴν, ὡς αὐτῷ [l]) μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι [m]),
τὸν Δία δὲ παραλογίσασθαι ὀστᾶ

. . . . καλύψας ἀργέτι δημῷ;

μέμνημαι Ἡσιόδου, νὴ Δί', οὕτως εἰπόντος. ἔπειτα δὲ τοὺς Hesiod. Theog.
ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε v. 541.

g) ἱκανὸς] Pleraeque edd. ἱκανῶς exceptis V. 2. S. A. *Hemst. Schm.* Ἱκανὸς emendatum in marg. A. 1. W. h) αὕτη] Sic e conj. *Jensii* Lectt. Lucc. p. 13. pro vulg. αὐτή. i) πάντα] ταῦτα conj. *Cleric.* k) οὐδὲν] οὐδὲ B. 2. l) αὐτῷ] *ipsi.* Sic in B. 2. A. 1. et 2. scriptum reperi. In reliquis omnibus αὐτῷ, etiam in *Hemst.* et *Schm.* Vid. ad Timon. c. 57. Simile mendum emendavi Tim. c. 8. cf. ibid. c. 10. verba: ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ τὸν Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ. m) ὑπεξελέσθαι] ἐξελέσθαι codd. 1428. et 2954.

o Prometheu, miserescite, ut tua vice jam nos statim in crucem agamur dicto non audientes: num (*annon*) idoneus esse tibi videtur Caucasus, qui alios etiam duos capiat sibi clavis affigendos? At tu porrige dextram: tu autem, Vulcane, include eam, additisque clavis malleum valide, quantum potes, adige. Et alteram praebe: haec etiam omnino bene revincta esto. Recte habet: devolabit jam mox quoque aquila detonsura jecur, ut nihil non habeas pro bella tua et solertissima fingendi arte.

Prom. Saturne, Japete, tuque Terra mater, qualia perpetior miser, qui nihil mali admisi!

Merc. Nihil tu mali admisisti, Prometheu, qui primum distributione carnium tibi concredita, tam injustam fecisti et fraudulentam, ut tibi quidem subdole partes optimas eximeres, Jovem autem circumvenires obtectis ossibus adipe candida: memini sane Hesiodi sic dicentis. Deinde homines effinxisti, ani-

p. 187. τὰς γυναῖκας· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ κλέψας, καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις. τοσαῦτα δεινὰ εἰργασμένος, φῂς μηδὲν ἀδικήσας δεδέσθαι.

p. 188. 4 Hom. Il. XIII, 775. ΠΡΟΜ. Ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σὺ κατὰ τὸν ποιητὴν ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι· ὃς τὰ τοιαῦτα προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτῷ [n]). εἰ γοῦν σχολή σοι, ἡδέως ἄν σοι καὶ δικαιολογησαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων, ὡς δείξαιμι ἄδικα ἐγνωκότα περὶ ἐμοῦ τὸν Δία· σὺ δὲ, (στωμύλος γὰρ εἶ, καὶ δικανικὸς), ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς δικαίαν τὴν ψῆφον ἔθετο, ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν, ἐπὶ τοῦ Καυκάσου, οἰκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις.

ΕΡΜ. Ἕωλον μὲν, ὦ Προμηθεῦ, τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ [o]), καὶ ἐς οὐδὲν δέον, ὅμως δ' οὖν λέγε· καὶ γὰρ ἄλλως περιμένειν ἀναγκαῖον, ἕστ' ἂν ὁ ἀετὸς καταπτῇ ἐπιμελησόμενός σου

p. 189. τοῦ ἥπατος· τὴν ἐν τῷ μέσῳ δὴ ταύτην σχολὴν καλῶς ἂν εἴη

n) ἐμαυτῷ] Sic e P. et marg. A. 1. W., quod alius iterum induxerat, dedimus, moniti etiam a *Schaefero* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 111. pro vulg. ἐμαυτόν. Modo τιμησαίμην ἂν *Vorst.* et *Constantin.* s. h. v. o) ἀγωνιῇ] ἀγωνικῇ A. 2. ἀγωνιεῖ Schol.

malia vaferrima, atque inprimis mulieres. Super omnia denique, pretiosissimam Deorum possessionem, ignem subreptum et illum ipsum dedisti hominibus. Tot mala cum perfeceris, vinctum te esse dicis nulla re patrata.

Prom. Et tu mihi videris, Mercuri, secundum poetam, inculpatum culpare, qui talia adversum me proferas, quorum ego causa victus in Prytaneo capiendi honore, siquidem ex merito jus redderetur, me dignum aestimassem. Quod si vacuum tibi tempus, libenter equidem apud te causam meam agam, ostendamque, injustam de me sententiam pronuntiasse Jovem: tu vero, (loquaculus enim es, et forensi calliditate praestans,) partes ejus tuere, et proba, juste calculum eum tulisse, quo damnatus sum ad crucem prope Caspias istas portas, in Caucaso, miserabilissimum spectaculum omnibus Scythis.

Merc. Inani quidem, o Prometheu, provocatione certabis, nullamque in rem: attamen dic: etenim tantisper manere necesse est, dum aquila devolet hepar tuum curatura. Quod autem interea vacui est temporis, optime fuerit factum, eo si

ἔχον p), εἰς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικήν, οἷος εἶ σὺ p. 189
πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις.

ΠΡΟΜ. Πρότερος οὖν, ὦ Ἑρμῆ, λέγε, καὶ ὅπως μου 5
ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς, μηδὲ καθυφῇς τι τῶν δικαίων τοῦ πατρός· σὲ δὲ, ὦ Ἥφαιστε, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε.

ΗΦΑΙ. Μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον ἀντὶ δικαστοῦ ἴσθι με ἔξων· ὃς τὸ πῦρ ὑφελόμενος, ψυχράν μοι τὴν κάμινον ἀπολέλοιπας.

ΠΡΟΜ. Οὐκοῦν διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν περὶ τῆς κλοπῆς ἤδη σύνειρε· ὁ Ἑρμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιΐαν καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσεται· ἄμφω δὲ τεχνῖται q), καὶ εἰπεῖν δεινοὶ ἐοίκατε εἶναι.

ΗΦΑΙ. Ὁ Ἑρμῆς καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐρεῖ· ἐγὼ γὰρ οὐ πρὸς λόγοις τοῖς δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ' ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τα πολλά· ὁ δὲ, ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ παρέργως μεμελέτηται αὐτῷ r).

ΠΡΟΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτε ᾠμην καὶ περὶ τῆς κλο- p. 190.

p) ἔχον] Ita recte J. A. 1. 2. H. 1. V. 2. B. 2. S. A. ἔχων F. P. ἔχειν et ἔχοντα C. *Schmiederus* cum *Hemst.* ἔχον. q) τεχνῖται] τεχνίται B. 2. A. 1. 2. contra legem et usum. r) τὰ τοιαῦτα — αὐτῷ] Ex P. ita notatum invenit *Hemst.* καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ π. μεμέλεται] καὶ τῶν τοιούτων etc. ex L. μεμελέτηται αὐτῷ] μεμελῆκ τῶν τοιούτων J. τῶν τοιούτων οὐ π. μεμέληται αὐτῷ. Sic etiam in A. 2., quamquam μεμέλητας typorum errore.

ad declamationem audiendam abutamur sophistae, qualis tu es astutissimus orationum artifex.

Prom. Prior ergo dic, Mercuri: utque me quam vehementissime accuses, nec quicquam tibi perire sinas eorum, quae pro jure patris dici possint. Te vero, Vulcane, judicem mihi lego.

Vulc. Nullam in partem: sed probe scito, me pro judice accusatorem tibi fore, qui igne subducto frigidum mihi fornacem reliquisti.

Prom. Quin ergo divisa inter vos actione tu de furto jam dissere: Mercurius autem et hominum creationem, et carnium distributionem incusabit: ambo enim artifices et dicendi peritissimi videmini esse.

Vulc. Pro me dicet Mercurius: nam ego a judicialium orationum studio longe absum, quippe circa caminum plerumque occupatus: hic vero rhetor est, ac talia non leviter ipsi sunt meditata.

Prom. Nunquam putaveram fore, ut de furto Mer-

p. 190. πῆς τὸν Ἑρμῆν ἐθελῆσαι ἂν εἰπεῖν, οὐδὲ ὀνειδιεῖν μοι τὸ τοιοῦτο, ὁμοτέχνῳ ὄντι. πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ τὸ τοιοῦτον [s]), ὦ Μαίας παῖ, ὑφίστασαι, καιρὸς ἤδη περαίνειν τὴν κατηγορίαν.

6 ΕΡΜ. Πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων, καὶ ἱκανῆς τινος παρασκευῆς, ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα· οὐχὶ δὲ [t]), ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων· ὅτι ἐπιτραπέντι σοι μοιράσαι τὰ κρέα, σαυτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας δὲ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, οὐδὲν δέον· καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ' ἡμῶν, ἐκόμισας παρ' αὐτούς. καί μοι δοκεῖς, ὦ βέλτιστε, μὴ συνιέναι ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις [u]) πάνυ φιλανθρώπου τοῦ Διὸς πεπειραμένος. εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτὰ, δεήσει καὶ διελέγχειν, καὶ ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν, καὶ πειρᾶσθαι ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ φῂς τοιαύτην πεποιῆσθαι τὴν νομὴν τῶν κρεῶν, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι, καὶ τὸ πῦρ κεκλοφέναι, ἱκανῶς κατηγόρηταί μοι· καὶ μακρότερα οὐκ ἂν εἴποιμι. λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον.

s) τὸ τοιοῦτον] ex emendatione *Hemst.*, qui idem etiam τοιοῦτος conjecerat pro τοιοῦτον sine articulo. t) Πάνυ γοῦν — οὐχὶ δὲ] In his malunt *Hemst.* ἔδει pro δεῖ, et νυνὶ δὲ pro οὐχὶ δέ. u) ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις] ἐπὶ τούτοις cod. 2954.

curius vellet dicere, mihique exprobraret tale quicquam in arte simili versato: attamen si vel hoc ipsum, o Majae fili, aggredi sustines, tempus jam est peragere accusationem.

Merc. Valde quidem, o Prometheu, longa opus sit oratione, et instructo quodam apparatu adversus ea, quae tu perpetrasti: nunc vero nonne satis est sola capita exponere tuorum criminum? quod, cum praefectus dividundis carnibus, tibimet ipsi pulcherrimas servares, deciperesque regem; quod homines effinxeris, quo nihil minus fieri debuerat; quod ignem suffuratus a nobis detulisti ad istos. Et mihi quidem videris, o optime, minime intelligere, in tanta criminum gravitate quam clementem et benignum Jovem fueris expertus. Quod si neges ista te fecisse, arguendus eris, et longa quaedam oratio extendenda, adnitendumque mihi, ut quam possum maxime declarem veritatem; sin concedis, talem te fecisse divisionem carnium, condendorum hominum inventum novasse, et ignem subduxisse, satis est mihi accu-

ΠΡΟΜ. Εἰ μὲν καὶ ταῦτα λῆρός ἐστιν, ἃ εἴρηκας, ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον· ἐγὼ δὲ καὶ ἐπείπερ ἱκανὰ φῂς εἶναι τὰ κατηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλύσασθαι τὰ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτον μὲν ἄκουσον τὰ περὶ τῶν κρεῶν. καίτοι, νὴ τὸν Οὐρανὸν [x]), καὶ νῦν λέγων ταῦτα, αἰσχύνομαι ὑπὲρ τοῦ Διὸς, εἰ οὕτω μικρολόγος καὶ μεμψίμοιρός ἐστι, ὃς διότι μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μερίδι εὗρεν, ἀνασκολοπισθησόμενον πέμπειν παλαιὸν οὕτω θεὸν, μήτε τῆς συμμαχίας μνημονεύσαντα, μήτε αὐτὸ τῆς ὀργῆς τὸ κεφάλαιον ὅ ἐστιν [y]) ἐννοήσαντα· καὶ ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι, καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται. Καίτοι τάς γε ἀπάτας, ὦ Ἑρμῆ, τὰς τοιαύτας συμποτικὰς οὔσας, οὐ χρὴ, οἶμαι, ἀπομνημονεύειν· ἀλλ' εἰ καί τι ἡμάρτηται μεταξὺ εὐωχουμένων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ [z]) καταλιπεῖν τὴν ὀργήν· ἐς δὲ τὸ αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἕωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέ- p. 191. 7 8

x) *Οὐρανὸν*] Vulgo *οὐρανὸν* minori initiali. y) *αὐτὸ — ὅ ἐστιν*] *αὖ τὸ — ἡλίκον ἐστὶν* P. L. posterius *ἡλίκον ἐστὶν* alios legere notatur in marg. A. 1. W. z) *ἐν τῷ συμποσίῳ*] pro glossemate resecanda putat *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 57. illiberalior hospes.

satum, nec, cur plura dicam, causa est: plane enim videar nugari.

Prom. Ista sintne nugae, quae dixisti, videbimus paulo post. Ego vero, quandoquidem sufficere ais, quae accusatorie sunt a te prolata, conabor, quantum potero, dissolvere crimina. Primumque audi de carnibus. Atque equidem, ita me juvet Coelus, nunc etiam ista referens pudore suffundor Jovis vicem, qui tam sordidi sit contractique animi, ac suspiciose querulus, ut, quia parvulum os in sua portione reperit, in crucem tollendum mittat vetustum adeo Deum, nihil amplius auxilii lati memor, neque adeo irae causa quantilla sit cogitans, et plane pueri esse illud, succensere atque indignari, nisi partem ipse majorem accipiat. Atqui versutias ejusmodi, Mercuri, conviviales non decet, opinor, memori mente reponere; sed, si quid etiam peccatum fuerit inter epulas, ludum putare, atque ibi in convivio depositam iram relinquere: verum ut in crastinum sub pectore recondas odium, et injuriae recorderis, atque hesternae rei memoriam conserves, apage, neque Deos hoc de-

p. 191. πον, οὔτε ἄλλως βασιλικόν. ἦν γοῦν ἀφέλῃ τις τῶν συμποσίων τὰς κομψείας [a]) ταύτας, ἀπάτην, καὶ σκώμματα, καὶ
p. 192. τὸ σιλλαίνειν [b]), καὶ ἐπιγελᾷν, τὸ καταλειπόμενόν [c]) ἐστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπὴ, σκυθρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα· ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνημονεύσειν [d]) εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ὦμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ πηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, καὶ πάνδεινα ἡγήσεσθαι πεπονθέναι, εἰ διανέμων τις κρέα, παιδιάν [e]) τινα ἔπαιζε,
9 πειρώμενος [f]) εἰ διαγνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἱρούμενος. Τίθει δὲ, ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἀπονενεμηκέναι τῷ Διΐ, τὴν δ' ὅλην ὑφηρῆσθαι [g])· τί οὖν [h]); διὰ τοῦτο ἐχρῆν, τὸ τοῦ λόγου, τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι, καὶ δεσμὰ, καὶ σταυροὺς, καὶ Καύκασον ὅλον ἐπινοεῖν, καὶ
p. 193. ἀετοὺς καταπέμπειν, καὶ τὸ ἦπαρ ἐκκόπτειν; ὅρα γὰρ μὴ πολ-

a) κομψείας] κομψὰς F. mendose. b) σιλλαίνειν] διασιλλαίνειν P. J. A. 2. c) καταλειπόμενον] Priores edd., referente *Hemst.*, καταλοιπόμενον. Equidem in B. 3. A. 1. et 2. inveni καταλιπόμενον, non multo illud melius. d) μνημονεύσειν] Ita e marg. A. 1. W. rescripsimus pro vulg. μνημονεύειν. In A. 2. μνημονεύεις fortasse pro μνημονεύσειν. e) παιδιὰν] praemittit κατὰ cod. 2954. f) πειρώμενος] πειρόμενος A. 1. et 2. g) ὑφηρῆσθαι] Sic *Hemst.* correxit vulg. ὑφηρεῖσθαι vitio grammatico laborantem lectionem. h) τί οὖν;] Distinxi haec a sqq. cum quibus vulgo una serie cohaerent. Ejus generis negligentia librariorum saepius fuit castiganda.

cet, nec praeterea regium est. Quod si quis abstulerit a conviviis festivitates eas, astum et jocos et subsannationes et irrisiones, nihil scilicet aliud erit reliquum, nisi ebrietas, satietasque et silentium, res tetricae et injucundae, quaeque minime compotationi conveniant. Quare nihil minus putaram, quam recordaturum esse Jovem postridie; nedum ut tantopere propterea indignaretur, seque gravem injuriam existimaret esse passum, si distribuens aliquis carnes ludum quendam luserit tentando, num, qui deligit, meliorem partem dignoscat. Pone vero, Mercuri, quod gravius est, non minorem me partem attribuisse Jovi, sed totam subripuisse: quid igitur? ideone oportebat, quod proverbio dicitur, terrae coelum misceri, vincula, cruces, totumque Caucasum adinvenire, et aquilas demittere, et jecur extundere? Ista vide ne magnam patefaciant

λὴν ταῦτα κατηγορῇ τοῦ ἀγανακτοῦντος αὐτοῦ μικροψυχίαν, p. 193.
καὶ ἀγέννειαν i) τῆς γνώμης, καὶ πρὸς ὀργὴν εὐχέρειαν. ἢ τί
γὰρ ἂν k) ἐποίησεν οὗτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλί-
γων ἕνεκα τηλικαῦτα ὀργίζεται l); Καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι 10
εὐγνωμονέστερον διάκεινται πρὸς τὰ τοιαῦτα, οὓς εἰκὸς ἦν καὶ
τὰ ἐς ὀργὴν ὀξυτέρους εἶναι τῶν θεῶν; ἀλλ' ὅμως ἐκείνων οὐκ
ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σταυροῦ ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα
ἕψων, καθεὶς τὸν δάκτυλον, τοῦ ζωμοῦ περιελιχμήσατο m), ἢ
ὀπτωμένων n) ἀποσπάσας τῶν κρεῶν κατερρόχθισεν· ἀλλὰ συγ-
γνώμην ἀπονέμουσιν αὐτοῖς. εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ
κονδύλους ἐνέτριψαν, ἢ καὶ κατὰ κόρρης ἐπάταξαν, ἀνεσκο- p. 194.
λοπίσθη δὲ οὐδεὶς παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. καὶ περὶ

i) ἀγέννειαν] „In Exc. P. sic legitur: καὶ ἀγέννοιαν (haec „scriptura F.) τῆς γνώμης) γρ. ἀγέλειαν. In L. ἀγέλειαν τῆς „γν.) ἐντέλειαν. Haec male descripta credo: debuerat, ni „fallor, dedisse, ἐντέλειαν καὶ ἀγέλειαν τῆς γν. Ἐντέλειαν vi„tio vetusti Codicis pro εὐτέλειαν, quod ipsum J. praebet lo„co τοῦ μικροψυχίαν· ἀγέλειαν pro ἀγένειαν." Haec *Hemsterhusius*. In A. 2. εὐτέλειαν καὶ ἀγένειαν. Restitui ἀγέννειαν, vestigia Exc. P. et F. et codicem 2954. secutus, et retinui optimam vocem μικροψυχίαν, cujus glossema esse videtur εὐτέλειαν. k) ἢ τί γὰρ ἄν] In plerisque, etiam *Hemst.* ἢ et γὰρ omissa. In A. 1. et 2. ἢ τί ἄν, in cod. 2954. plene sic, ut scripsimus. *Schm.* τί γὰρ ἄν. l) τηλικαῦτα ὀργίζεται] Sic *Graev.*, *Solan.* et *Hemst.* ex A. et Ms. Gr. pro vulg. τοιαῦτα ἐργάζεται, quod et Cod. 2954. habet. In marg. A. 1. W. adscripta, quam restituimus, lectio. m) περιελιχμήσατο] Ita recte A. C. L. J. A. 2. H. et hinc recentt. *Steph.* Thes. T. II. p. 673. Est autem ab περιλιχμᾶσθαι. Reliquae edd. περιελιχμ. vel περιεληκμ. ut B. 3. n) ὀπτωμένων] Sic J. V. 2. P. A. 2. *Hemst.* et recentt. In reliquis ὀπτομένων.

indignantis humilitatem animi ignobilem, et in ira concipienda levitatem. Quid enim hic designet, si totum bovem perdiderit, qui frustulorum carnis paucorum causa tantopere stomachetur? Contra homines quanto se praebent aequiores in istiusmodi rebus, quos credi poterat ad iram esse promtiores Diis? et tamen eorum nemo est, qui coquum cruce multarit, si carnes elixans immisso digito de jusculo degustarit, aut assatarum carnium quiddam avulsum deglutiverit; sed veniam dant ipsis: sin est, ut etiam valde irascantur, aut pugnos incutere solent, aut alapas in malam ingerere; nemoque hactenus apud eos in patibulum ire jussus ob tanta scilicet crimina. De carnibus ista sunt satis: quo-

p. 194. μὲν τῶν κρεῶν τοσαῦτα· αἰσχρὰ μὲν κἀμοὶ ἀπολογεῖσθαι· πολὺ
11 δὲ αἰσχίω κατηγορεῖν ἐκείνῳ. Περὶ δὲ τῆς πλαστικῆς, καὶ ὅτι
τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν. τοῦτο δὲ, ὦ
Ἑρμῆ, διττὴν ἔχον τὴν κατηγορίαν, οὐκ οἶδα καθ' ὁπότε-
ρον o) αἰτιᾶσθέ με· πότερα, ὡς οὐδὲ ὅλως ἐχρῆν τοὺς ἀνθρώ-
πους γεγονέναι, ἀλλ' ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν αὐτοὺς γῆν ἄλλως
ὄντας ἀνέργαστον, ἢ ὡς πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα
καὶ μὴ τοῦτον διεσχηματίσθαι τὸν τρόπον· ἐγὼ δὲ ὅμως ὑπὲρ
ἀμφοῖν ἐρῶ· καὶ πρῶτόν γε, ὡς οὐδεμία τοῖς θεοῖς ἀπὸ τούτου
βλάβη γεγένηται, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν βίον παραχθέντων, πει-
ράσομαι δεικνύειν· ἔπειτα δὲ, ὡς καὶ συμφέροντα καὶ ἀμείνω
ταῦτα αὐτοῖς παραπολὺ, ἢ εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε
12 τὴν γῆν μένειν p). Ἦν τοίνυν πάλαι (ῥᾷον γὰρ οὕτω δῆλον ἂν
γένοιτο εἴ τι ἠδίκησα ἐγὼ μετακοσμήσας, καὶ νεωτερίσας τὰ περὶ
p. 195. τοὺς ἀνθρώπους) τὸ θεῖον μόνον καὶ τὸ ἐπουράνιον γένος. ἡ
γῆ δὲ, ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, ὕλαις ἅπασα, καὶ ταύ-
ταις ἀνημέροις λάσιος· οὔτε δὲ βωμοὶ θεῶν, ἢ νεὼς, (πόθεν

o) καθ' ὁπότερον] Omnes excepta J. καθ' ὃ πρότερον. Confirmat P. vice τοῦ πρότερον in marg. A. 1. W. πότερον. In A. 2. καθ' ὁπότερον, et sic *Hemst.* et recentt. p) μένειν] εἶναι cod. 2954. adscripto μένειν.

rum ut turpis est mihi defensio, sic multo turpior ipsi accusatio. De arte fingendi autem, deque eo, quod homines fecerim, tempus jam dicere. Illud autem, Mercuri, cum duplicem habeat insimulationem, nescio equidem, quam in partem maxime me crimineminí: utrum, in totum non oportuisse homines fieri, meliusque fuisse, si conquievissent ac mansissent terra prorsus rudis atque inelaborata; an, eos quidem fingi debuisse, sed alium quendam, non hunc in modum, efformatos. At ego tamen de utroque dicam: et primum quidem, nullum omnino Diis ex eo damnum accidisse, quod homines in vitam sint producti, conabor ostendere; deinde, multum interesse, ut utilius hoc ipsis et melius sit, quam si terram desertam hominumque vacuam contigisset restare. Ergo erat olim (facilius enim sic palam fiat, an quid ego peccaverim alio ornatu inducto noveque fabricatis hominibus) divinum solum ac coeleste genus: tellus vero inculta quaedam res et informis, silvis tota iisque agrestibus horrida: neque erant arae Deorum, nec templum, (qui

δέ;) ἢ [q]) ἄγαλμα, ἢ ξόανον, ἢ τι [r]) ἄλλο τοιοῦτο, οἷα πολ- p. 195.
λὰ νῦν ἁπανταχόθι φαίνεται μετὰ πάσης ἐπιμελείας τιμώμενα· ἐγὼ δὲ, (ἀεὶ γάρ τι προβουλεύω εἰς τὸ κοινὸν, καὶ σκοπῶ ὅπως αὐξηθήσεται μὲν τὰ τῶν Θεῶν, ἐπιδώσει δὲ καὶ τἄλλα [s]) πάντα ἐς κόσμον, καὶ κάλλος,) ἐνενόησα, ὡς ἄμεινον εἴη, ὀλίγον ὅσον τοῦ πηλοῦ λαβύντα, ζῳά τινα συστήσασθαι, καὶ ἀναπλάσαι τὰς μορφὰς μὲν ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα· καὶ γὰρ ἐνδεῖν τι ὤμην τῷ θείῳ, μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου αὐτῷ, καὶ πρὸς ὃ ἔμελλεν ἡ ἐξέτασις γιγνομένη [t]) εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνειν αὐτό· θνητὸν μέντοι αὐτὸ εἶναι [u])· εὐμηχανώτατον δ' ἄλλως, 13
καὶ συνετώτατον, καὶ τοῦ βελτίονος αἰσθανόμενον. Καὶ δὴ, *Hesiod.*
κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, γαῖαν ὕδει φύρας [x]), καὶ διαμαλά- Op. et
ξας, ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέ- D. v. 61.
σας συνεπιλαβέσθαι [y]) μοι τοῦ ἔργου. ταῦτ' ἐστὶν ἃ μεγά- p. 196.
λα [z]) ἐγὼ τοὺς θεοὺς ᾠδίκηκα. καὶ τὸ ζημίωμα ὁρᾷς πηλίκον,

q) *πόθεν δέ; ἢ*] Sic, duce *Kistemakero* ad Thuc. p. 134. emendavi locum antea sic corruptum: *ἢ νεώς· πόθεν δὲ ἄγαλμα, ἢ* ξ. r) *ἤ τι*] In omnibus *ἤ τί*, praeter B. 3. ubi unice recte *ἤ τι ἄλλο τ.* s) *τἄλλα*] *τάλλα* in plerisque vett. etiam in *Hemst.* t) *γιγνομένη*] *γινομένη* cod. 2954. u) *εἶναι*] *ἐστὶ* conj. *Guyet.* x) *φύρας*] *φυράσας* marg. A. 1. W. sed postea deletum. y) *συνεπιλαβέσθαι*] Priores edd. excepta B. 1. *συνεπιβαλέσθαι.* Quod reddidit *Hemst.*, habet etiam margo A. 1. W. z) *ταῦτ' ἐστὶν ἃ μεγάλα*] *ταῦτ' ἐστὶ τὰ μεγάλα ἃ* conj. *Hemst.*

poterat enim?) nec statua, neque simulacrum, neque aliud quicquam ejusmodi, qualia multa jam ubique apparent summa cum cura in honore habita. Ego vero, (semper enim aliquid consulo in commune, mecumque agito, quomodo amplificentur res Deorum, ceteraque omnia incrementum capiant ornatus ac pulchritudinis,) in animum induxi optimum fore factum, si, parvula quadam luti parte accepta, animalia componerem atque effingerem specie nobismet ipsis assimilia: etenim ita statuebam, deficere quiddam naturam divinam, dum nihil exstat ipsi contrarium, ad quod instituta comparatione, illam esse beatiorem dilucide pateat: tum mortale illud esse volebam, artificiosissimum alioquin et prudentissimum, quodque melioris haberet sensum. Itaque, secundum poëtae dictum, aqua terrae mixta et permollita effinxi homines, Minervamque etiam advocavi, ut una mecum operi manum accommodaret. Isthaec

p. 196. εἰ ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα, καὶ τὸ τέως ἀκίνητον, εἰς κίνησιν ἤγαγον· καὶ, ὡς ἔοικε, τὸ ἀπ' ἐκείνου ἧττον θεοί εἰσιν οἱ θεοί, διότι καὶ ἐπὶ γῆς θνητὰ ζῶά τινα γεγένηται. οὕτω [a]) γὰρ καὶ ἀγανακτεῖ ὁ Ζεὺς ὥςπερ ἐλαττουμένων τῶν θεῶν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο δέδιε, μὴ καὶ οὗτοι ἀπόστασιν ἐπ' αὐτὸν [b]) βουλεύσωσι, καὶ πόλεμον ἐξενέγκωσι πρὸς τοὺς θεούς, ὥςπερ οἱ Γίγαντες. ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ οὐδὲν ἠδίκησθε πρὸς ἐμοῦ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῶν ἐμῶν ἔργων, δῆλον· ἢ σὺ δεῖξόν τι καὶ ἐν τὸ μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσο-
14 μαι, καὶ δίκαια ἔσομαι [c]) πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν. Ὅτι δὲ χρή-
p. 197. σιμα ταῦτα γεγένηται τοῖς θεοῖς, οὕτως ἂν μάθοις, εἰ ἐπιβλέψειας τὴν γῆν οὐκέτι αὐχμηρὰν καὶ ἀκαλλῆ [d]) οὖσαν, ἀλλὰ πόλεσι, καὶ γεωργίαις [e]), καὶ φυτοῖς ἡμέροις διακεκοσμημένην, καὶ τὴν θάλατταν πλεομένην, καὶ τὰς νήσους κατοικουμένας, ἅπανταχοῦ δὲ βωμοὺς, καὶ θυσίας, καὶ ναοὺς, καὶ
Arat. Ph. v. 2. 5. πανηγύρεις· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀν-

a) οὕτω] τοῦτο conj. *Hemst.* b) ἐπ' αὐτὸν] ἀπ' αὐτοῦ *Marcil.* et *Vorst.* edd. H. et A. c) ἔσομαι] εἴσομαι *Abresch.* conj. Lectt. Aristaen. p. 18. lusus ingenii. d) ἀκαλλῆ] ἀκαμῆ Schol. ἀκόσμητον cod. 2954. e) γεωργίαις] γεωργίοις conj. *Hemst.*

sunt scilicet, quae gravia in Deos admisi: tum detrimentum viden' quantum sit, qui e luto animalia confecerim, quodque hactenus erat immobile, in motum deduxerim: ex eo, ut videtur, tempore minus Dii sunt Dii, quia in terra quoque animantia quaedam mortalia exstiterint: quippe illud (*ita*) etiam Jupiter indignatur, quasi deteriore Dii essent conditione ab hominum ortu; nisi forte hoc veretur, ne et illi defectionis consilia adversum se ineant, bellumque inferant Diis, perinde ac Gigantes. At nihil vobis accidisse mali a me, Mercuri, meisque operibus, est manifestum: sin, ostende tu unum aliquod vel minimum, et conticescam, ac justa me perpessum a vobis fatebor. Quin contra haec in rem esse Deorum, ita maxime discas, si consideres terram non amplius horridam et pulchritudine spoliatam, sed urbibus, cultis agris, plantisque mitibus ornate distinctam, mare navigatum, insulas habitatas, ubique aras, sacrificia, templa, festorumque celebritates: Jovis autem plenae omnes viae, cun-

θρώπων ἀγοραί. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐμαυτῷ μόνῳ κτῆμα τοῦτο p. 197.
ἐπλασάμην, ἐπλεονέκτουν ἂν τῆς χρήσεως· νῦν δ' εἰς τὸ κοινὸν φέρων τέθεικα ὑμῖν αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ σοῦ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδεῖν ἁπανταχοῦ ἐστι, Προμηθέως δὲ, οὐδαμῶς. ὁρᾷς ὅπως τἀμαυτοῦ μόνα σκοπῶ, τὰ κοινὰ δὲ καταπροδίδωμι [f]), καὶ ἐλάττω ποιῶ. Ἔτι δέ μοι, 15
ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε ἐννόησον, εἴ τι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν, οἷον p. 198.
κτῆμα [g]), ἢ ποίημα, ὃ μηδεὶς ὄψεται, μηδὲ ἐπαινέσεται, ὁμοίως ἡδὺ καὶ τερπνὸν ἔσεσθαι τῷ ἔχοντι. πρὸς δή τί [h]) τοῦτ' ἔφην; ὅτι, μὴ γιγνομένων [i]) τῶν ἀνθρώπων, ἀμάρτυρον ἂν [k]) συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων· καὶ πλοῦτόν τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν, οὔτε ὑπ' ἄλλου τινὸς θαυμασθησόμενον, οὔτε ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίως τίμιον. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴχομεν πρὸς ὅ, τι ἔλαττον παραθῶμεν [m]) αὐτὸν, οὐδ' ἂν συνίεμεν ἡλίκα εὐδαι-

f) *καταπροδίδωμι*] *καταπροδίδομαι* B. 3. δὲ abest ab A. 2.
g) *Ἔτι δέ μοι — οἷον κτῆμα*] Sic emendavimus locum partim ducibus *Hemst.* et *Schm.* qui pro vulg. *Τίθει δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε· ἐννόησον*, e codd. P. ubi *ἐπὶ ἔτι δὲ* etc. et L. ubi *ἔτι δὲ*, sic scribendum censuerunt, uti edidimus. In edit. *Schm.* tamen aliter editum, ae voluerat ipse editor: *οἷον* scil. post *τόδε* positum, quod ante *κτῆμα* locum suum habere debebat. Deinde pro *ἀγαθὸν ἀμάρτυρον, ἢ κτῆμα* vestigia codd. P. et L. secuti reposuimus, *ἀγαθὸν, οἷον κτῆμα*, deletis vocibus *ἀμάρτυρον ἢ*. Vid. Adnot. h) *πρὸς δή τί*] Vulgo *πρὸς δή τι* contra leges linguae. i) *γιγνομένων*] *γενομένων Schm.* e cod. 2954. k) *ἂν*] vulgo omissum de meo inserui. m) *παραθῶμεν*] *παραθεωρῶμεν*

cta hominum fora. Quod si mihimet soli homines velut legitimam possessionem effinxissem, privatis usibus studere potuissem videri: nunc vobiscum communicatam in medium attuli. Imo, quod magis est, Jovis, Apollinis, et tua, Mercuri, templa videre nusquam non datur; Promethei nusquam. Viden', ut meis solius commodis invigilem, publica prodam et imminuam? Praeterea hoc quoque mihi, Mercuri, expende tecum, tibine videatur bonum aliquod (teste carens), seu possessum, sive arte laboratum sit, quod nemo videat, laudet nemo, similiter suave jucundumque fore habenti? Quorsum autem illud dixi? quia non factis hominibus testem habitura non erat pulchritudo universi: nimirum divitiis abundaremus, quae neque alii cuiquam essent in admiratione, nec nobismet ipsis perinde carae; nihil enim exstaret omnino, ad quod tanquam imperfectius

p. 198. μονοῦμεν, οὐχ ὁρῶντες ἀμοίρους τῶν ἡμετέρων τινάς. οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὸ μέγα δειχθείη ἂν μέγα, εἰ τῷ μικρῷ παραμε-
p. 199. τροῖτο· ὑμεῖς δὲ, τιμᾶν ἐπὶ τῷ πολιτεύματι τούτῳ δέον, ἀνε-σταυρώκατέ με, καὶ ταύτην μοι τὴν ἀμοιβὴν ἀποδεδώκατε
16 τοῦ βουλεύματος. Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες, φῄς, εἰσὶν n) ἐν αὐτοῖς, καὶ μοιχεύονσι, καὶ πολεμοῦσι, καὶ ἀδελφὰς γα-μοῦσι, καὶ πατράσιν ἐπιβουλεύουσι· παρ' ἡμῖν γὰρ οὐχὶ πολλὴ τούτων ἀφθονία; καὶ οὐ δήπου διὰ τοῦτο αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὸν Οὐρανὸν, καὶ τὴν Γῆν, ὅτι ἡμᾶς συνεστήσαντο· ἔτι o) καὶ τοῦτο ἴσως φαίης ἄν, ὅτι ἀνάγκη πολλὰ ἡμᾶς p) ἔχειν πράγματα ἐπιμελουμένους αὐτῶν. οὐκοῦν διά γε τοῦτο καὶ ὁ νομεὺς ἀχθέσθω ἐπὶ τῷ ἔχειν τὴν ἀγέλην, διότι ἀναγκαῖον αὐ-τῷ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῆς. καὶ εἰ ταύτῃ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ
p. 200. ἄλλως καὶ ἡ φροντὶς, οὐκ ἀτερπὴ q) ἔχουσά τινα διατριβήν.

cod. Schol. n) φῄς, εἰσὶν] Sic *Jens.* et *Schm.* e codd. *Brod.* pro vulg. φῄς εἶναι. *Hemst.* conj. φῄς, vel φήσεις, ἴσως. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 447. φῄς, vel φήσεις, οἶμαι. o) ἔτι] Sic *Hemst.* conj., uti et in marg. A. 1. W. notatum vidit. Receptum idem in A. 2. Vulg. ἐπεὶ, quod frustra defendit *Abresch.* l. c. cf. Prom. in Verb. c. 5. p) ἡμᾶς] ὑμᾶς marg. A. 1. W. q) καὶ εἰ ταύτῃ — ἀτερπὴ] Vulg. καὶ εἰ τούτῳ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως, καὶ ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπὴς ἔχουσά τινα δ. *Graev.* et *Hemst.* ἀτερπῆ pro ἀτερπής. *Schm.* edidit: καὶ, εἰ τούτῳ (maluit τοῦτο) γε ἐργῶδες, τοῦτο καὶ ἡδύ· ἄλλως καὶ ἡ φροντὶς ἀτερπὴς, ἔχουσά τινα διατριβήν. Vid. Adnot.

eas exigeremus; neque intelligeremus, quanta versemur in felicitate, nisi quosdam intueri daretur bonorum nostrorum expertes: sic enim demum magnum patefiat esse magnum, si ad parvi mensuram comparetur. Vos vero, quem decebat ob solers inventum honoribus afficere, in crucem sustulistis me, easque mihi vices reddidistis consilii. At maleficos esse quosdam ais in iis: adulteria committunt, bella gerunt, sorores ducunt, patribus insidiantur: quasi apud nos non magna sit vitiorum illorum copia: nec sane propterea quis culpaverit Coelum et Terram, quod nos condiderint. Hoc insuper fieri potest, ut dicas, necessum esse multis nos negotiis implicari, dum curamus illos. Eandem igitur ob causam pastor indignetur, quod gregem habeat, cujus sibi cura sit gerenda. Fuerit hoc ipsi laboriosum, at jucundum itidem: eaque sollicitudo non ingratam praebet occupationem. Nos autem quid ageremus,

τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν, οὐκ ἔχοντες ὧν r) προνοοῦμεν; ἠρ- p. 200.
γοῦμεν ἄν, καὶ τὸ νέκταρ ἐπίνομεν, καὶ τῆς ἀμβροσίας ἐνεφο-
ρούμεθα, οὐδὲν ποιοῦντες. Ὃ δὲ μάλιστά με πνίγει, τοῦτ' 17
ἐστίν· οἱ μεμφόμενοι τὴν ἀνθρωποποιΐαν, καὶ μάλιστα τὰς
γυναῖκας, ὅμως ἐρᾶτε αὐτῶν, καὶ οὐ διαλείπετε κατιόντες,
ἄρτι μὲν, ταῦροι, ἄρτι δὲ, σάτυροι καὶ κύκνοι γενόμενοι, καὶ
θεοὺς ἐξ αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀξιοῦντες. ἀλλ' ἐχρῆν, ἴσως
φήσεις, ἀναπεπλάσθαι s) τοὺς ἀνθρώπους, ἄλλον δέ τινα
τρόπον, ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ἐοικότας· καὶ τί ἄλλο παρά-
δειγμα τούτου ἄμεινον προεστησάμην, ὃ πάντως καλὸν
ἡπιστάμην; ἢ ἀσύνετον καὶ θηριῶδες ἔδει, καὶ ἄγριον
ἀπεργάζεσθαι τὸ ζῶον; καὶ πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν, ἢ τὰς ἄλ-
λας ὑμῖν t) τιμὰς ἀπένειμαν, οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι; ἀλλ'
ὑμεῖς ὅταν μὲν ὑμῖν τὰς ἑκατόμβας προσάγωσιν, οὐκ ὀκνεῖτε, p. 201.
κἂν ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν u) ἐλθεῖν δέοι, „μετ' ἀμύμονας Αἰθιο- Hom. Il.
πῆας·“ τὸν δὲ τῶν τιμῶν ὑμῖν καὶ τῶν θυσιῶν αἴτιον ἀνεσταυ- I, 423.
ρώκατε. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῦτα ἱκανά. Ἤδη 18
δὲ, εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὸ πῦρ μέτειμι, καὶ τὴν ἐπονείδιστον ταύτην

r) ὧν] ᾧ J. s) ἀναπεπλάσθαι] ἀναπεπλᾶσθαι B. 3. t) ὑμῖν] ἡμῖν B. 3. u) ὠκεανὸν] Vulg. Ὠκεανὸν. B. 3. ὠκ. minuscula initiali, recte.

non habentes, quibus prospiciamus? cessaremus scilicet, bibereturque nobis nectar, et ambrosia nos ingurgitaremus otiosi. Quod vero me maxime urit, hoc est: qui incusatis hominum fabricationem, et potissimum mulieres, ipsi tamen amatis eas, neque intermittitis in terram descendere, nunc in tauros, alias in satyros et cycnos versi, Deosque ex illis procreare non dedignamini. At nihil oberat, forte dices, quo minus homines effingérentur, sed alium quendam in modum, nec nobis similes. At quod aliud exemplar isto melius mihi proposuissem, quod omnino pulchrum sciebam? num rationis expers et ferum conveniebat, atque agreste elaborari animal? quomodo Diis sacrificassent, aliosque vobis honores tribuissent? et vos tamen, quando hecatombas offerunt, nullam moram facitis, etsi vel Occanus longo itinere sit petendus, ut visatis probissimos Aethiopas: me vero, honorum vobis et victimarum causam, in patibulum egistis. De hominibus quidem ista sufficiunt. Jam, si videtur, ad ignem transeo, ex-

p. 201. κλοπήν [x]). καὶ πρὸς θεῶν τοῦτό μοι ἀπόκριναι, μηδὲν ὀκνήσας· ἔσθ' ὅ, τι [y]) ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, ἐξ ὅτου καὶ παρ' ἀνθρώποις ἐστίν; οὐκ ἂν εἴποις. αὕτη γὰρ, οἶμαι, φύσις τουτουῖ τοῦ κτήματος [z]), οὐδέν τι ἔλαττον γίγνεται, εἰ καί τις ἄλλος αὐτοῦ μεταλάβοι· οὐ γὰρ ἀποσβέννυται ἐναυσαμένου [a]) τινός· φθόνος δὴ ἄντικρυς τὸ τοιοῦτο, ἀφ' ὧν μηδὲν ὑμεῖς ἠδίκησθε, τούτων κωλύειν μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις· καίτοι θεούς γε ὄντας, ἀγαθοὺς χρὴ εἶναι, καὶ
Homer. O. VIII, „δωτῆρας ἐάων [b])," καὶ ἔξω φθόνου παντὸς ἑστάναι· ὅπου
325. γε εἰ καὶ τὸ πᾶν τοῦτο πῦρ ὑφελόμενος κατεκόμισα εἰς τὴν
p. 202. γῆν, μηδ' ὅλως τι αὐτοῦ καταλιπών, οὐ μέγα ὑμᾶς ἠδίκουν· οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς δεῖσθε αὐτοῦ, μήτε ῥιγοῦντες, μήτε ἔψοντες
19 τὴν ἀμβροσίαν, μήτε φωτὸς ἐπιτεχνητοῦ δεόμενοι. Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ εἰς τὰ ἄλλα μὲν ἀναγκαίως χρῶνται τῷ πυρὶ, μά-

x) κλοπήν] κλεπήν B. 3. κλοπείν A. 2. κλοπήν A. 1. y) ἔσθ' ὅ, τι] Sic *Jens. Hemst.* et *Schm.* praeterquam quod accentus in ἔσθ' omissus, pro vulg. ἔσθ' ὅτι. Unde non est, quod cum *Graevio* scribas ἔσθ' ὅτε. z) τοῦ κτήματος] Cum *Schm.* adjeci comma in ceteris praeter Ald. utramque omissum. a) ἐναυσαμένου] ἐκναυσαμένου C. male, judice *Hemst.* b) δωτῆρας ἐάων] *Hemst.* haec notavit: „δοτῆρας ἐάων. Ita F. P. Ceterae, quod apud *Homerum* est, δωτῆρας ἐάων· formam vocum poëticam saepe *noster* mutat, „saepe retinet. Ἐάων scribendum sit, an ἑάων, lis est sub „judicibus Grammaticis." H. l. retinuisse par est: valet enim hic vatis auctoritas. In poëta autem ipso *Wolfius* reposuit ἑάων. *Schmiederus* secutus *Hemsterhusium.*

probratumque tantopere furtum. Per Deos ergo hoc mihi responde nihil moratus: estne quicquam istius ignis, quod amisimus, ex quo apud homines est? non dixeris: haec, opinor, natura ejus rei, nihil ut decrescat, etsi vel alius inde partem capiat; non enim exstinguitur, si quis ex eo lumen accenderit: invidia vero planissime est, ex quibus nullum ad vos damnum redeat, eorum prohibere ne usus impertiatur indigentibus: atqui Dii cum sitis, beneficos esse oportet, commodorumque largitores procul ab invidia remotos. [Hoccine vos aegre feratis,] ubi, si vel omnem hunc ignem subreptum detulissem in terram, nihilque omnino ex eo reliquissem, haud magna a me vobis injuria foret facta? neque enim vos eo indigetis, ut qui non frigeatis, nec ambrosiam coquatis, neque opus habeatis arte facta luce. Hominibus vero ignis usus est et ad alia pernecessarius,

λιστα δὲ εἰς τὰς θυσίας, ὅπως ἔχοιεν κνισσᾶν ἀγυιὰς, καὶ τοῦ p. 202.
λιβανωτοῦ θυμιᾶν, καὶ τὰ μηρία καίειν ἐπὶ τῶν βωμῶν. ὁρῶ
δὲ ὑμᾶς μάλιστα χαίροντας τῷ καπνῷ, καὶ τὴν εὐωχίαν ταύτην
ἡδίστην οἰομένους, ὁπόταν εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ κνίσσα γένηται
„ἑλισσομένη περὶ καπνῷ." ἐναντιωτάτη τοίνυν ἡ μέμψις ἂν *Hom.* Il.
γένοιτο αὕτη τῇ ὑμετέρᾳ c) ἐπιθυμίᾳ. θαυμάζω δὲ ὅπως οὐχὶ I, 317.
καὶ τὸν ἥλιον κεκωλύκατε καταλάμπειν αὐτούς· καίτοι πῦρ
οὗτός ἐστι πολὺ θειότερόν τε, καὶ πυρωδέστερον. ἢ κἀκεῖνον
αἰτιᾶσθε, ὡς σπαθῶντα ἡμῶν d) τὸ κτῆμα; εἴρηκα. σφὼ δὲ,
ὦ Ἑρμῆ καὶ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι e) δοκεῖ, δι-
ενθύνατε, καὶ διελέγχετε· κἀγὼ αὖθις ἀπολογήσομαι.

EPM. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Προμηθεῦ, πρὸς οὕτω γενναῖον p. 203.
σοφιστὴν ἁμιλλᾶσθαι· πλὴν ἀλλὰ ὤνησο f), διότι μὴ καὶ ὁ
Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. εὖ γὰρ οἶδα, ὡς ἓξ καὶ δέκα γύπας ἂν
ἐπέστησέ σοι τὰ ἔγκατα ἐξαιρήσοντας· οὕτω δεινῶς αὐτοῦ κατ-
ηγόρηκας, ἀπολογεῖσθαι δοκῶν. ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, πῶς
μάντις ὢν οὐ προεγίνωσκες οὕτω κολασθησόμενος.

c) ὑμετέρᾳ] ἡμετέρᾳ in plerisque vett. ὑμετέρᾳ in B. 2. unde et *Hemsterh.* et *Schm.* d) ἡμῶν] ὑμῶν conj. *Guyet.* non necessaria. e) εἰρῆσθαι] εἰρεῖσθαι A. 2. f) ὄνησο] ὄνησο *Brod.* et *Schol.* ut videtur.

et plurimum ad sacrificia, ut possint nidore vaporare vias, thus adolere, et lumbos hostiarum in aris: video sane, vos summopere delectari isto fumo, easque epulas putare suavissimas, quando nidor in coelum penetrat multo fumi volumine subvectus: adversetur ergo haec criminatio quam maxime vestro desiderio. Miror autem, quomodo nec solem vetueritis eos illustrare: atqui ignis hic est multo divinior et flagrantior: aut illumne etiam accusatis, quasi dissipantem propriam vobis possessionem? Dixi. Vos autem utrique, Mercuri et Vulcane, si quid minus recte dictum videatur, emendate et arguite; tumque ego iterum partes meas tuebor.

Merc. Facile non est, Prometheu, cum tam valido Sophista contendere. Ceterum gratulare tibi, quod Jupiter istam orationem tuam non inaudiverit: sexdecim enim, quod probe scio, vultures apposuisset tibi ad intestina eruenda; tam graviter ipsum objurgasti, dum causam tuam agere videris. Illud equidem miror, quo pacto, cum sis vates, non praesciveris, hoc te supplicio puniendum esse?

p. 203. ΠΡΟΜ. Ἠπιστάμην, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ταῦτα μὲν, καὶ ὅτι ἀπολυθήσομαι αὖθις οἶδα, καὶ ἤδη τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται σὸς φίλος οὐκ εἰς μακρὰν, κατατοξεύσων ὃν φῂς ἐπιπτήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν.

ΕΡΜ. Εἰ [g]) γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, ταῦτα, καὶ ἐπίδοιμί σε λελυμένον, καὶ κοινῇ σὺν ἡμῖν εὐωχούμενον, οὐ μέν τοι καὶ [h]) κρεανομοῦντά γε.

21 ΠΡΟΜ. Θάῤῥει· καὶ συνευωχήσομαι ὑμῖν, καὶ ὁ Ζεὺς λύσει με, οὐκ ἀντὶ μικρᾶς εὐδαιμονίας.

ΕΡΜ. Τίνος ταύτης; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς εἰπεῖν.

p. 204. ΠΡΟΜ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν; ἀλλ' οὐ χρὴ λέγειν. φυλάττειν γὰρ ἄμεινον τὸ ἀπόῤῥητον, ὡς μισθὸς εἴη, καὶ λύτρα μοι ἀντὶ τῆς καταδίκης.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ φύλαττε, ὦ Τιτὰν, εἰ τοῦτ' ἄμεινον. ἡμεῖς δὲ ἀπίωμεν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ γὰρ οὗτος ἤδη πλησίον ὁ ἀετός. ὑπόμενε οὖν καρτερῶς· εἴη δέ γε ἤδη σοι τὸν Θηβαῖον, ὃν φῂς, τοξότην ἐπιφανῆναι, ὡς παύσειέ σε ἀνατεμνόμενον [i]) ὑπὸ τοῦ ὀρνέου.

g) *Εἰ*] *Εἴ* cum accentu in plerisque, etiam in A. 1. et 2. *Hemst.* et *Bipont.* sine accentu in B. 3. et *Schm.* recte. Vide de particulis *εἰ γὰρ* ad *Viger.* de Idiott. *Zeunium* p. 503. et *Hermannum* p. 742. h) *καὶ*] Ita F. A. 1. 2. J. V. 2. S. A. *Hemst. Schm.* Reliquae fere *γάρ*. i) *ἀνατεμνόμενον*] Sic *Hemst.* legi voluit, et vere reperitur haec ipsa lectio in B. 3. pro vulg. *ἀνατεμόμενον*.

Prom. Noveram illud, Mercuri; et, me solvi debere in posterum, novi: et jam quis Thebis adveniet tuus amicus non longo temporis intervallo, sagittis confixurus eam, quam in me involaturam esse dicis, aquilam.

Merc. Ea, Prometheu, utinam eveniant, teque intuear solutum, et una nobiscum epulantem! sic tamen, ut carnes non distribuas.

Prom. Bono esto animo: et simul vobiscum epulabor, et Jupiter me vinculis solvet pro non exigua felicitate.

Merc. Quanam ista? eloqui ne graveris.

Prom. Nostin', o Mercuri, Thetin? Sed non expedit dicere: custodire praestat hoc arcanum, ut merces sit et pretium, quo me a poena redimam.

Merc. Quin tu tecum serva, o Titan, siquidem hoc melius est: nos autem abeamus, Vulcane; jam enim ecce, quae prope adest, aquilam. Tu vero sustine fortiter: atque utinam tibi jam Thebanus ille, quem dicis, sagittarius exoriatur, ut te liberet laceratum ab ista alite!

SCHOLIA

ET

ADNOTATIONES

SCHOLIA.

IN SOMNIUM.

Pag. 3. l. 1. 2. *ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ.*] *Οὕτως ἐν τῷ Πῶς δεῖ ἱστορίαν*, (c. 24.) *καὶ ἐν τῷ Λούκιος, ἢ Ὄνος* a), *περὶ πατρὸς αὐτοῦ καὶ πατρίδος· καὶ, ἐν τῷ τέλει τῆς Ἀπολογίας* (*A. μισθ.* c. 15.) *καὶ Ψευδομάντι·* (c. 55.) *Περὶ ἡθῶν αὐτοῦ ἐν τῷ Δικαστήρια· περὶ δὲ λέξεως καὶ λόγων αὐτοῦ ἐν τῷ Ζεῦξις, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεύς. Ὅρα καὶ περὶ Ἀσσυρίας θεοῦ* (c. 60.) *καὶ ἐν τῷ Ἁλιεὺς ἢ Ἀναβιοῦντες.* Collectanea Galei.

Ead. l. 22. *φοιτῶν*] *Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ φοιτᾷν· οὕτω καὶ τὸ γλύφων*, b) *ἀντὶ τοῦ γλύφειν.* C. G.

Pag. 4. l. 1. *διδάξαιτό με*] *Διδάσκομαί τινα, εἰς διδάσκαλον* c) *πέμπω μαθησόμενον.* V.

Pag. 6. l. 5. *Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός*] *Ἡσιόδου τοῦτο, καὶ Ἀριστοτέλους ἐν ἀ Προβλημ. καὶ Πολιτικῶν πέμπτῳ· αὐτὸς δὲ Λουκιανὸς ἐν Ἑρμοτίμῳ.* C. G.

Ead. l. 10. *ἀνολολύζων*] *ἄλλως γράφεται ἀναλύζων.* C. G.

---

a) *Λούκιος, ἢ Ὄνος*] In *Asino* frustra Lucianum quaeras: quae enim illic de patria parentibusque Scriptoris traduntur, non Luciano, sed Lucio Patrensi, conveniunt. *Solan.*

b) *γλύφων*] Respicit ista c. 3. *εἰ φαινοίμην γλύφων. Hemst.*

c) *εἰς διδάσκαλον*] Leg. *διδασκάλου. Solan.* Hoc quidem ad Atticam normam elegantius: sed et alterum *εἰς διδάσκαλον* vel *διδασκάλους φοιτᾷν*, praesertim recentiores, usurparunt, *Julian.* Misop. p. 551. A. *Diogen.* L. VI. 69. *Basil.* Hom. *πρὸς τοὺς νέους·* (quamquam *H. Stephano* Ep. ad Redinger. Commentario de L. A. Idiom. praemissa per ignorationem Atticae dialecti genitivus *διδασκάλου* in accusativum depravatus fuisse videatur apud Basilium) *Thom. M.* in *φοιτᾷν·* quamobrem vulgatae lectioni sua constat auctoritas: vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 20. 21. *Hoeschel.* ad Chrysost. *περὶ Ἱερ.* p. 500. nec tamen *H. Valesium* culpo, qui, cum apud *Evagr.* H. E. IV. c. 29. legeretur *εἰς χαμαιδιδασκάλους φοιτῶντα*, restituit e Ms. *χαμαιδιδασκάλου. Hemst.*

Pag. 7. l. 5. *ἐνύπνιον*] *τ. κατὰ ὕπνον.* C. G.

Pag. 9. l. 8. *μνήμην διέφυγεν*] *Ὁ τὰ* [d]) *σχήματα τῶν φανέντων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐντετυπωμένα φέρων, καὶ τὴν φωνὴν ἔναυλον, ἆρα τὴν ἔννοιαν τῶν εἰρημένων οὕτω ταχέως ἐξήμβλωκας; καινὸν τοῦτο.* V.

Ead. l. 16. *οὔτε φ. ἐπιδικάσιμος*] *ὁ τοῖς φίλοις ἐν τῷ δικάζεσθαι συνηγορῶν, καὶ τούτοις βοηθῶν ἐν ταῖς δίκαις.* V.

Pag. 10. l. 3. *λαγὼ βίον ζῶν*] *Ὁ λαγὼς* [e]), *ἐπὶ δειλίας αἰγίττεται. Φιλοστρ. δ. βίου Ἀπολλων.* C. G. *Παροιμία εἰς τοὺς δειλούς· δειλὸν γὰρ ἄγαν ζῶον ὁ λαγώς. Vorst.*

Ead. l. 4. *ἕρμαιον*] *τὸ ἀπροσδόκητον* [f]) *κέρδος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσι.* V. *Ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, κοινὸς Ἑρμῆς, ἐπὶ τῶν εὑρισκόντων τί· οἷον κοινὸν τὸ εὕρημα. Vorst.*

IN PROMETHEUM.

Pag. 18. l. 1. *τὸν Ἀττικὸν*] *Οἷον φησὶ, εἰ καὶ Ἀττικὸν με ἐπαινῶν εἶπας τὸν Σύρον καὶ ἐκ Σαμοσάτων· μυκτηρισμὸν γὰρ ἂν ἡγητέον, οὐκ ἔπαινον τοῦτο* [a]). V.

Pag. 23. l. 7. *μετεωρολέσχας*] *οἱ φλυαροῦντες τὰ μετέωρα.* V. *ἐν ταῖς Νεφέλαις* [b]) *Ἀριστοφάνης*, addit M.

---

d) *Ὁ τὰ*] Ita V. prave fuerat editum *ὅτι. Solan.*

e) *Ὁ λαγὼς*] In Galei Collectaneis quaedam ex veteri Codice sunt descripta, alia recentis et multo deterioris notae ab Italo homine, ut nonnullis indiciis deprehendisse mihi videor, adlita, mixtis inter Graeca, velut ludendi causa, Latinis: quae propterea, quia religio erat vetustis Scholiis inserere, in Adnotationibus contextui Lucianeo subjeci. Hoc ipsum quoque ex isto genere, sed Graece tamen scriptum; quae causa est, cur sedes mutare non jusserim. *Philostrati* locum quaerat, cui lubet; ego in Apollonii Vita, quod ad hoc proverbium faciat, de lepore quicquam me legisse non commemini. *Hemst.*

f) *τὸ ἀπροσδόκητον*] Haec totidem verbis leguntur in *Suida* et *Etymologo:* apud quem illud etiam, quod Vorstius adscripsit. *Hemst.*

a) *τοῦτο*] V. *τούτου.* Sed totum Scholion absurdum est: respicit enim auctor notam Atheniensium *εἰρώνειαν. Sol.*

b) *ἐν ταῖς Νεφέλαις*] Ex eadem *Aristophanis* fabula *μετεωρολέσχους* produxit *Suid.* in *Μετεωροκοπεῖς.* Ibi tamen hodie nulli reperiuntur *μετεωρολέσχαι*, sed *μετεωροφένακες* v. 332. *μετεωροσοφιστής* v. 359. Apud *Scholiasten* exstant ad v. 225. 330. *Hemst.*

Pag. 23. l. 12. ὁ διάλογος] ὥςπερ Ἀριστωνος *) Πλάτων. M.

IN NIGRINUM.

Pag. 25. l. 18. εὖ πράττειν] αἱ γάρ τοι τῶν παλαιῶν προρρήσεις, αἱ μὲν ἐωθιναὶ, χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπεριναὶ, ὑγίαινε. Aug.

Pag. 26. l. 1. εἰχόμην] ἀντὶ τοῦ ἔνοχος ἦν. V.

Pag. 27. l. 20. ἐπιτυχεῖν] Ὅρα τὸ ἐπιτυχεῖν κείμενον ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν [a]), καὶ δοτικῇ συντάσσεται. V.

Pag. 29. l. 1. ἀρχαῖον] ἀνόητον. V.

Pag. 31. l. 5. διαμνημονεύουσι] Ὅρα τὸ διαμνημονεύουσι, ὡς αἰτιατικῇ συνῆψεν. V.

Ead. l. 10. τοῖς ἐν ποσὶν] τοῖς πάθεσι τοῖς σύνεγγυς. Aug.

Ead. l. 13. ἀνατυλίττων] Σημειοῦ τὸ ἀνατυλίττων [b]) ἀντὶ τοῦ ἀνελίττων κείμενον. V.

Ead. l. 14. πυρσόν τινα] Πυρσοὶ, λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι [c]). V.

Pag. 32. l. 2. τὸν Κωμικὸν] Σημαίνει τὸ τοῦ Εὐπολίδου [d]). G. C.

Ead. l. 16. τοῦ δράματος] ἤγουν, τῆς κατασκευῆς τοῦ λόγου. Aug.

Pag. 33. l. 2. μέμνησο] Ὅρα σύνταξιν τοῦ μέμνησο. C. G.

Pag. 36. l. 3. θλίβων τοῖς οἰκέταις] ἀντὶ τοῦ, διὰ τοῦ πλήθους τῶν οἰκετῶν στενοχωρίαν ποιῶν. V.

Pag. 39. l. 17. προστιθέμενος] Ὅρα ὡς αἰτιατικῇ τὸ προστιθέμενος [e]) συνέταξε. V.

---

c) Ἀριστωνος] Adde ὁ Ἀριστ. ut Aristonis filius Plato. *Hemst.*

a) ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν] Supplevi ex V. Haec in G. C. etiam legi notaverat *M. du S. Hemst.*

b) ἀνατυλίττων] ἀνατυλίττω V. *Hemst.*

c) φρυκτωρίαι] Lege ex *Suida*: λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι· non φυκτορίαι, ut in Ms. vitiose habebatur. *Cler.* In ipso Cod. V. scriptum est φρυκτορίαι, et πυρσοὶ, non πυρσὸν, quod in E. A. legebatur. *Hemst.*

d) Εὐπολίδου] L. Εὐπόλιδος. *Hemst.*

e) προστιθέμενος] Absurdum scholion: recte in textu legitur προτιθέμ. *Solan.*

Pag. 40. l. 12. *ὑπερήφανον*] *ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται* [f]). C. G.

Pag. 44. l. 14. *μεταλαμβάνουσι*] *Ὅρα τὸ μεταλαμβάνουσι αἰτιατικῇ συντεταγμένον.* V.

Pag. 45. l. 15. *οὐδὲ ἐπιβῆναι*] *Ἀργῆς τοῦτο καὶ ῥαθύμου ψυχῆς καὶ μὴ εἰδυίας εἰς δέον χρῆσθαι τῷ κτήματι· ἢ γὰρ ἐχρὴν φιλοσοφοῦντα* [g]) *μηδὲ τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι, ἢ τῆς πατρόθεν ὑπούσης* [h]) *κτήσεως ἀπεσκευάσθαι τὸ ἀσχολίας παραίτιον, ἀλλὰ μὴ κεκτημένον ἐτώσιον ἄλλο* [i]) *ἄχθος περιφέρειν, ὡσπερεὶ* [k]) *φθονοῦντα τῆς τοῦ ἀγροῦ περισσῆς* [l]) *καλλιεργίας, καὶ τῆς ἐκ ταύτης τοῖς χρήζουσιν ὠφελείας· ὥσπερ οἶμαι καὶ ὁ Θηβαῖος Κράτης τοῖς ἄλλοις ἀφῆκε μηλόβοτον τὴν κατὰ ἀγροὺς* [m]) *κτῆσιν. ὥστε οὐ κατὰ Κράτητα Νιγρίνῳ τὸ φιλοσοφεῖν, οὐδὲ πρὸς ἔπαινον ἀδεκάστως* [n]) *κρίνειν ἐπισταμένῳ ἀνδρί.* V.

Ead. l. 16. *ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ εἶναι διωμολόγει*] *Λουκιανοῦ* [o]) *καὶ τοὐπίγραμμα,*

Ἀγρὸς [p]) *Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου·*
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον·
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτε [καὶ τὰ ἑξῆς]. V.

Pag. 46. l. 13. *ἀμέλλητον*] *ἤγουν, μὴ δεόμενον βραδυτῆτος.* Aug.

Pag. 48. l. 6. *προῖενται*] *ἀντὶ τοῦ λέγουσιν.* Aug.

Pag. 50. l. 5. *τῆς ἡδονῆς*] *περὶ ἡδονῆς, καὶ ἐφ' ὅσον*

---

f) *κεῖται*] De hoc scholio vid. infra *Hemsterhusii* Adnot. *Lehm.*

g) *φιλοσοφοῦντα*] Leg. *τὸν φιλόσοφ. Lehm.*

h) *ὑπούσης*] Leg. *ὑπαρχούσης. Solan.* Retineo: sic solent, praesertim recentiores: vid. *Eunap.* p. 34. v. 9. p. 82. v. 12. *Herodotum* imitantur: *βίος τε ἀρκέων ὑπῆν.* I. c. 31. Pro *τῆς πατρ.* male C. V. *τὰ· τῆς* ante *κτήσεως* abjiciendum. *Hemst.*

i) *ἄλλο*] Leg. *ἄλλως. Solan.* Proxime C. V. *ἄλλῳ. Hemst.*

k) *ὥσπερ οὐ*] Leg. *ὡσπερεί. Hemst. Schmied.* correxit. *Lehm.*

l) *περισσῆς*] In Ed. A. inserta hic erant verba textus: *περισσῆς.* (*καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου*) Insulse; unum est scholium. *Solan.*

m) *ἀγροὺς*] Reposui pro *Ἀργοὺς*, et modo *τοῦ ἀγροῦ* pro *ἀργοῦ*. Vitium pluribus adhuc locis insidens. In *Servio* ad Ecl. IV, 34. correxit *G. Voss.* ad *Valer. Flacc.* I, 310. *Hemst.*

n) *ἀδίκως*] Leg. *ἀδεκάστως. Solan.* Praeclaram emendationem adjuvat C. V. ubi utraque vox figura compendiaria scribitur. *Hemst.* Secutus *Schmied. Lehm.*

o) *Λουκιανοῦ*] Est inter Epigrammata Luciani inscriptum *εἰς τυχήν·* unde mendosissime descriptum emendavimus: sed et debuit post *ποτ'* addi *καὶ τὰ ἑξῆς*, *et caetera*, cum desit finis hexametri et totus pentameter. *Cler.* Addidit *Schmied. Lehm.*

p) *Ἀγρὸς*] In C. V. erat *ἄκος* et *γεύμην.* recte vero *πάλιν. Hemst.*

τις τὸν ἀπὸ ταύτης καρπὸν δρέπεται, καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου μηδ' ἐπὶ τεσσάρων δακτύλων μῆκος ἐκτεινομένου [q]). V.

Pag. 53. l. 3. ἐπιλίγδην] ἄχρι τοῦ ἐπιξέσαι μόνον. V.

IN JUDICIUM VOCALIUM.

Pag. 56. l. 18. καταίροντος] καταπλέοντος, κατερχομένου. V.

Pag. 57. l. 4. οὐκ ἀγαπῶν] οὐκ ἀρκούμενος. V.

Ead. l. 9. ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου] ἀντὶ τοῦ διηνεκῆ κεκτῆσθαι [a]) τὸν φόβον, μηδὲν πλεονεκτούσης τῆς ἀφοβίας, ἀλλ' ἐν ἴσῳ ταλαντευομένης τῷ φόβῳ. V. *Fr.* ὀρθότερον, ἐν ἴσῳ τῆς ψόφου [b]), ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἂν εἴη τὸ Σ ἢ ψόφος. C G.

Pag. 58. l. 8. κισήρεως] κίσηλις γὰρ φασί· γράφεται καὶ κεφαλαλγίας [c]). V.

Ead. l. 11. ἐν τῷ γναφείῳ] Κναφεῖον μὲν γὰρ φασί [d])· γνάφαλλα δὲ τὰ ἀποξυόμενα. V.

Ead. l. 13. μόγις] μόγις οἱ Ἀθηναῖοι· μόλις ἡ κοινή· V. Μόγις [e]), φησὶν Ἀττικιστὴς, ἀναλογώτερον διὰ τοῦ Γ γράφεται ἐπὶ τῶν μετὰ πόνων γινομένων· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς διὰ Λ ἐκφέρουσι καὶ γράφουσι. C. G.

Pag. 60. l. 8. Λυσίμαχος] Οὗτος γὰρ πρῶτος ἤρξατο τῆς

---

q) ἐκτινομένου] scriptum fuit, sed leg. ἐκτεινομένου. Confudit librarius hic sonum τοῦ *I* et *EI*. *Cler.*

a) κεκτῆσθαι] Pro κεκτεῖσθαι, quod nihil est, lege κεκτῆσθαι. Ceterum si hanc Scholiastae expositionem accipies, nihil requires illud supplementum, quod inculcant hic Marcilius et Bourdelotius, legentes, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα. *Jens.*

b) τῆς ψόφου] An voluit τῆς ψήφου et ψῆφος; non puto, legendumque potius τοῦ ψόφου. *Hemst.* Et sic dedit *Schmied.* Mihi vero non ita improbabile videtur, scribere Scholiasten voluisse τῆς ψήφου, ac deinde ψῆφος. *Lehm.*

c) κεφαλίδος] Exc. G. κεφαλαργίας. V. κεφαλαλγίας. *Solan.*

d) φασί· γνάφ.] Adde καὶ γνάφ. vel cum excerptore G. lege φαμέν· γνάφαλλα δέ. *Solan.* In Ed. A. γναφεῖον, et omissum δέ· utrumque restituit *Solan.* Γνάφαλα notaverat in suo libro *Matth.* *Sladus.* *Hemst.*

e) μόγις] Atticistes hic est *Helladius Besantinous*, cujus locum in Adnott. protuli; ex quo patet legendum esse διὰ τοῦ Γ γράφεται et Αἰολεῖς. *Hemst.* Antea fuerat διὰ τὸ Γ γράφει et Ἰώλεις. *Lehm.*

τοῦ σίγμα εἰς τὸ ταῦ μεταβολῆς, τέτταρα κατατολμήσας [f]) εἰπεῖν καὶ τήμερον. V.

Pag. 61. l. 8. ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων [g])] ἀντὶ τοῦ ἀποστερουμένῳ· ἢ ὅτι καὶ τὸ ἀφελέσθαι [h]) αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ὅμηρος· ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. V.

Pag. 63. l. 4. γρύζειν] γρύττειν γὰρ λέγεται. V.

Ead. l. 11. τὸ μέρος] ἀντὶ τοῦ ὅσον κατ' αὐτό. V.

IN TIMONEM.

Pag. 67. l. 3. ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος] ἀντὶ τοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον ψόφος ποιητικῶν ὀνομάτων [a]). V.

Ead. l. 15. θερμουργὸς] Θερμουργὸς ὁ παρακεκινημένος [b]) καὶ πάντολμος. V.

Ead. l. 16. ὑπὸ μανδραγόρα] παροιμία ἐπὶ [c]) τῶν ἀνειμένων καὶ ῥᾳθύμων, παρόσον οἱ τὸν μανδραγόραν φαγόντες ἀνήγερτοι ὑπνώττουσιν. V.

Pag. 68. l. 5. πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων] Εἴ ποτ' ἄλλοτε [d]) μάλιστα νῦν τούτων χρεία τῶν ἀποδυσπετημάτων. Καταλλήλως ἄγαν καὶ προσφυῶς ἑκάστῃ πληγῇ τὴν ἔκβασιν ἐπιφέρει. V.

---

f) κατατολμήσαι] Levis menda: lege κατατολμήσας, Lysimachus scilicet. *Jens.* Ita restituerant *Solanus*, et *Matth. Sladus. Hemst.*

g) τῶν συνέτων] Perperam in Scholiaste pro συνήθων ponitur συνέτων. Mox ubi ille Interpres τὸ ἀφαιρουμένῳ exponit, verba ejus ita concinnanda, ἀντὶ τοῦ ἀποστερουμένῳ· ἢ ὅτι καὶ τὸ ἀφελέσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ὅμηρος, ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. Vulgo ἀποστερούμενον et ἀφελέσται excusum et punctum post συντάσσεται omissum. *Jens.*

h) ἀφελέσθαι] ἀφελεῖ V. Homeri locus Il. *A*, 299. ubi nunc pro αὐτήν vulgo δόντες. *Solan.*

a) ποιητικῶν ὀνομ.] C. G. ποιητικὸς τῶν ὀνομ. *Solan.*

b) παρακεκινημένος] Blandiebatur παρακεκινδυνευμένος· sed non valde opus est hac mutatione. *Noster* de Calumn. n. t. cr. §. 5. ὑπόθερμον καὶ παρακεκινημένον. Vid. *Suid.* in Θερμὸς et Παράθερμος. *Hemst.*

c) ὑπὸ] Lege ἐπί. *Hemst.*

d) Εἴ ποτ' ἄλλοτε] Per haec *Scholiastes*, quisquis ille est, nequissimam aetatis suae conditionem perstringit, cujus gravia delicta nunc non minus atque olim iratum Jovem et fulmina vibrantem deposcant. Mox ἑκάστῃ πληγῇ sunt ὁ κεραυνὸς, ἡ αἰγὶς, ἡ βροντὴ, ἡ ἀστραπὴ etc. quibus statim ἡ ἔκβασις ἐπιφέρεται, ἐνεργὸς ἦν, ἐπεσείετο, ἐπαταγεῖτο, προηκοντίζετο etc. Quam hic πληγὴν, *ictum orationis* dixit *Quinctilianus. Hemst.*

Pag. 68. l. 14. *ἓν τι κιβώτιον*] *ὡς ἐπὶ τοῦ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς γέγονε.* V.

Pag. 69. l. 1. *τἀπίχειρα*] *μισθοὺς, τὰ διὰ τῶν χειρῶν κέρδη· τὰ ἐπίχειρα, τὰ ἐπιχειρήματα* e), *αἱ ἀνταποδόσεις.* V.

Ead. l. 6. *οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι*] *Ὁμοία ἡ σύνταξις αὕτη* f) *τῇ ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ Εὐαγγελίου Ματθαίου* g) *συγγραφῇ, τῇ οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀντὶ γὰρ τοῦ τινὲς τὸ οἱ δὲ κεῖται.* V.

Ead. l. 9. *ὡς βοηδρομήσαντες*] *ἀντὶ τοῦ μετὰ βοῆς δραμόντες.* V.

Ead. l. 14. *πόσοι Φαέθοντες*] *Τὴν ἐκπύρωσιν διὰ τοῦ Φαέθοντος ὑποδηλοῖ, ὥςπερ διὰ τοῦ Δευκαλίωνος τὸν κατακλυσμόν· δοκεῖ δέ μοι καὶ τὴν θείαν γραφὴν μὴ ἀνεπισήμαντον τῆς ἐκπυρώσεως διατελεῖν, ἀλλὰ διὰ Σοδόμων ὑποφαίνειν* h). V.

Pag. 71. l. 4. *ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμ.*] *ὑπὲρ γὰρ τὸν Ἐπιμενίδην. Ὁ Ἐπιμενίδης αὐτος Κρὴς* i) *ἦν χρησμολόγος, οὗ καὶ τὸ, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, λόγιον· λέγουσι δὲ ξ' ἔτη* k) *ὑπνώσαντα οὕτω μετὰ ταῦτα ἀναστῆναι παραλλάττοντα*

---

e) *τὰ ἐπιχειρήματα*] Interpretatio sane mala, si vulgari significatione capias: an apud recentiores unquam ea potestate, quae conveniat *τοῖς ἐπιχείροσι*, haec vox fuerit usurpata, mihi non constat. *Hemst.*

f) *ταύτη*] Exc. G. et V. *αὕτη. Solan.*

g) *Ματθαίου*] Locus exstat Matth. XXVIII, 17. *Et videntes eum adoraverunt, οἱ δὲ ἐδίστασαν.* Sic habent omnes Codd. Attamen Beza voluit emendari *οὐδὲ*, *neque*, tum propter alias rationes, tum quod, ut ait, rarum sit omnino illud *οἱ δὲ* isto significatu, hoc est, pro *quidam*. Verum et sic sumitur *οἱ* c. XXIV, 3. ut ex collato Marco apparet, nec adeo rarum est apud bonos scriptores: et quae mutationis aliae ab eo afferuntur rationes omnes in auras abeunt, si vertamus, *quidam vero dubitaverant*, uti observavit H. Grotius. *Cler.* Usus est hoc Scholiastae loco L. Bos Exerc. Phil. ad Matth. HEMST. Varias loci istius explicandi rationes collegit Kuinoel. in Comment. ad eum locum. Simplex verborum sententia haec mihi esse videtur: *Undecim discipuli eum conspicati adoraverunt; alii vero* (pro *ἄλλοι δὲ*, non pro *τινὲς δὲ*, quoniam sic praecedere debebat: *καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μὲν* etc.) *adhuc dubitabant* de vera Jesu ipsius praesentia, neque adeo adorabant. Intellige scilicet alios praeter illos undecim Jesu discipulos, fortasis septuaginta illis adnumerandos, de quibus *Lucae X*, 1. 17. Sic fere et *Kuinoelius. Lehm.*

h) *ὑποφαίνεται*] C. *ὑποφάνειν.* V. *ὑποφᾷ. Solan.*

i) *Κρῆς*] mutabam in *Κρὴς*, quamquam fieri potest, ut ipse Scholii auctor sic vitiose scripserit. Regulam videbis apud *Arcadium* de Accentibus p. 126. ed. Lips. *Lehm.*

k) *ξ' ἔτη*] Prave apud *Suid.* in *Ἐπιμενίδης*, et *Apostolium* C. VIII. n. 84. *τὰ δὲ ἓξ ἐκάθευδε.* Vide *Kusterum. Hemst.*

καὶ κεκινημένον τὴν διάνοιαν, καὶ εἰς χρησμολογίαν [l]) τὸ ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπιδεῖν. V.

Pag. 71. l. 5. ἀναῤῥιπίσας] ἀνακινήσας. V.

Ead. l. 6. ἐκ τῆς Οἴτης] Ἡ Οἴτη ἔστι μὲν Φωκίδος ὄρος ὑψηλὸν [m]), οὐ μέντοι [n]) καὶ πεφυκὸς φλόγας ἀνιέναι· πῶς οὖν τοῦτο λέγει νῦν; ἔοικέ μοι, διότι ἐκεῖ Ἡρακλῆς τὸ τελευταῖον κατ' ἰδίαν ἀξίωσιν ὑπὸ Φιλοκτήτου [o]) ὡλοκαυτώθη. V.

Ead. l. 11. πιναρὸς] ῥυπῶν. V.

Pag. 72. l. 2. τὰ Διάσια] ἑορτὴ Ἀθήνησι οὕτω καλουμένη [p]), ἣν εἰώθεσαν μετὰ στυγνότητος ἐπιτελεῖν, θύοντες Διὶ τῷ Μειλιχίῳ· ἔοικε δὲ καὶ τοὔνομα ταύτῃ ἀπὸ τοῦ διασιαίνειν [q]) τεθεῖσθαι. V. Διασιαίνειν δὲ τὸ ἀποτρέπεσθαι τῆς ἀνίας· ὅρα ἐν τῷ Ἰκαρομ. καὶ προστίθει τοῦτο τοῖς ἐκεῖ. C. G.

Pag. 75. l. 2. ἐς τὸ Ἀνάκειον] τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν Ἀνάκειον ἐκαλεῖτο. Ἄνακες γὰρ αὐτοὶ παρ' Ἕλλήνων ἐκαλοῦντο. V.

Ead. l. 16. ἐξεφόρει] ἀπήντλει, ἐξέφερε. C. G.

Pag. 76. l. 2. δικράνοις] Δίκρανα πτύα τινὰ οὐ συνεχῆ,

---

l) εἰς χρησμόλογον] V. εἰς χρησμολογίαν. C. G. πρὸς χρησμολογίαν. *Solan.*

m) ὄψηλον] Sedem accentui suam adsignabam, quod et *Schmiederus* jam fecerat. *Arcad.* de accentibus p. 55. Lips. *Lehm.*

λ

n) οὐ μὲν καὶ] V. μεν (μέντοι). *Solan.*

o) Φιλοκτήτου] C. Φιλοκτήμονος. *Solan.*

p) ἑορτῆς Ἀ. οὖ. καλουμένης] L. ἑορτὴ . . . καλουμένη· et sic V. *Solan.*

q) διασιαίνειν] Verbum nihili, quod ex Grammaticis veteribus male intellectis vel mendose scriptis arripuit: interpretatio in C. G. non melior. Διάσια volunt dici ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς (quibus Jovem *Μειλίχιον* adibant) τὰς ἄσας· ita *Suid.* ex *Aristoph. Schol.* ad Nub. 407. apud quem perverse legi ἄτας monuit *Kusterus:* idem vitium ex *Sapphus* Oda detersit *H. Stephan.* ad *Erotian.* p. 158. Brevius *Etymol.* παρὰ τὰς ἄσας τὰς ἀνίας. Non quaero, quam recte: sed hinc saltem patet, quam vocis originem probaverint. Debuerat ergo scripsisse noster Commentator, ἀπὸ τοῦ διωθεῖσθαι vel ἀποτρέπειν τὰς ἄσας, ἤγουν τὰς ἀνίας. Quod si ab ἀσαίνω compositum extitisset unquam διασαίνω, longe diversa foret ejus potestas. In Etymologo quoque vestigium aliquod hujus Grammaticorum inscitiae reperiri suspicor, Διασία οὖν, ἡ ἀποτρέπουσα τὰς ἄσας, eo accentu, quasi singulare femininum esset: tametsi fateor eam difficultatem posse tolli, modo scribas, Διάσια, intelligasque, ἑορτὴ ἡ ἀποτρέπουσα etc. sed citius inepti hominis adsumentum esse dixerim. De voce ἄσαι multa *Foes.* in Oeconom. Hippocr. Istius στυγνότητος (minus recte E. A. στυγνώτητος) *Hesychius* meminit, sed plane mutilus in Διάσια· tum scribe in C. G. ἀποτρ. τὰς ἀνίας. *Nostri* locus in Icarom. §. 24. Vide quae notavimus ad Schol. ad Dial. Mort. X, 9. *Hemst.*

ἀλλὰ διηρημένα, οἷς ἐφάπτονται τοῦ σωροῦ, ἢ κατὰ δύο [r]) ἢ κατὰ τρία· τούτοις δὲ καὶ λικμῶσιν ἐν ταῖς ἄλωσιν. V.

Pag. 76. l. 7. οἱ λάροι] ἀντὶ τοῦ εὐήθεις [s]). V. ἢ οἱ ἀδδηφάγοι. C. G.

Ead. l. 9. ἀγαπάτωσαν] ἀντὶ τοῦ ἀρκείσθωσαν. V.

Ead. l. 10. προϊέμενοι] ἀμεληταί [t]). V.

Pag. 77. l. 7. καὶ ἀποδράσεσθαι] ἀποδράσεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ, ἐξ αὐτῶν. V.

Pag. 78. l. 5. παιδότριψ] παιδοτρίβης, ἀλείπτης, διδάσκαλος, γυμνασπής. V.

Pag. 79. l. 12. σκόπει γὰρ, ὦ Ζεῦ] Παίζει πρὸς τοὺς ῥήτορας οὕτω συνεχῶς [u]) κεχρημένους· ἢ καὶ ἠθικὸν τοῦτο ποιεῖ καὶ ἁπλοϊκόν. V.

Pag. 80. l. 5. ἐπ' ἀρότῳ] ἐπὶ σπορᾷ. C. G.

Ead. l. 13. Θεσμοφόρῳ] Τῇ ἑστίᾳ· ἐπαρθενεύοντο γὰρ αἱ ἱέρειαι αὐτῆς πανταχοῦ. V.

Ead. l. 14. καὶ λαφυσσόμενος] ἀντὶ τοῦ, λαφύσσεσθαι καὶ ἐξαντλεῖσθαι παραχωρούμενος. V.

Pag. 81. l. 5. ἀφαιρούμενοι] Παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ, στερούμενοι. V.

Ead. l. 12. τοῦ ἐπιῤῥέοντος] τῆς ἐπιῤῥοῆς. V.

Ead. l. 16. εἰς τὸ ἅπαξ] ἀντὶ τοῦ, διόλου. V.

Pag. 82. l. 12. ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ] ὅτι καὶ τὸν συνέχον-

---

r) ἢ κατὰ δύο] Transpone: διηρημένα ἢ κ. δ. ἢ κ. τ. οἷς ἐφάπτονται. *Hemst.*

s) οἱ ἡδεῖς] Error ridiculus. Λαρὸς est *dulcis, suavis, expetendus.* Frequens apud *Homerum* inprimis et poëtas: inde illud vulgatum μέθυ λαρὸν *Apollon.* I, 456. 473. 659. ubi vid. Schol. v. 968. *Orph.* Arg. v. 1235. Haec noster ille putavit ad *Luciani* λάρους pertinere. Praeter alia vel accentus refragatur. *Cyrillus*, vel quisquis est, de Voc. acc. distinctis: Λαρὸς, οῦ, ὁ, *dulcis, acuitur.* Λάρος, λάρου, ὁ, *larus avis, penacuitur.* Paulo melius E. G. nam Suidas de laro vel gavia, ὄρνεόν ἐστιν ἁρπακτικὸν καὶ ἀδδηφάγον. *Hemst.* Prope abest, ut ipse mihi diffidam, qui perspicacissimum *Hemsterhusium* non animadvertisse videam, mendum latere in prioris interpretis scholio οἱ ἡδεῖς. Quodsi contuleris ea, quae ipse ex *Schol.* ad *Aristoph.* et *Eustathio* modo citavit, verba, in oculos incurrit, emendandum esse εὐήθεις. *Lehm.*

t) ἀμεληταὶ] Scribi jubebat *Solanus* ἀμελητὶ, hac addita nota: *Haec vox in textu praecedit* προϊέμενοι. Ego, quid sibi voluerit *Scholiastes*, haud sane video: forte omissa interpretatio in causa fuit, ut, quae conjungi debebant, separarentur. *Hemst.*

u) συνεχῶς] Nimirum vult, rhetoras a *Luciano* irrideri, quibus nihil inter declamandum in ore sit crebrius, quam ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ et πρὸς τοῦ Διός. Sed illa demum ratio, quae sequitur, vera est, et commode mentem *Luciani* exponit. *Hemst.*

τα [x]) τῆς κιγκλίδος μοχλὸν, ἣν ἀρτίως λάμναν [y]) φασὶ, ὕσπληγα καλεῖ. V.

Pag. 82. l. 16. πρίασθαι βροχον] βρόχον εἰς τὸ δι' ἀπορίας βίου ἀνάψαντας ἑαυτοὺς ἀπολῦσαι τοῦ ζῆν. V.

Pag. 83. l. 3. χρυσόχειρες] χρυσόχειρες ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιαυγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι' εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαν χειροπληθῶς τὸν χρυσὸν διασπείροντες [z]). V.

Ead. l. 6. ἀλλ' ὁ Πλούτων] Αἰνίττεται εἰς τοὺς ἀπὸ τῶν τελευτώντων πλουσίων διαδεχομένους τὸν κλῆρον. ταύτῃ [a]) τοι καὶ ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος φησὶν αὐτοῖς [b]) τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολήν. V.

Ead. l. 9. δέλτον] Δέλτον καλεῖ καὶ τὸ ἐν εἰλήσει [c]) βιβλίον. C. G.

Ead. l. 15. ἀφαιρεθῇ] τὸ ἀφαιρεθῇ καὶ τὰ ἑξῆς σχῆμα ἐστὶν ἰσοκατάληκτον παρὰ τοῖς ῥήτορσι λεγόμενον, ἢ καὶ πάρισον [d]). V.

Pag. 84. l. 6. ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου] Οἰκετικὰ ταῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς [e]) ὀνόματα. V.

Ead. l. 12. ἀπειρόκαλος] Σημειοῦ τὸ ἀπειρόκαλος πῶς ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ, ἄπειρος τοῦ καλοῦ. V.

Pag. 87. l. 7. οἶδα γοῦν τινας] Τὸ Θεόγνιδος διαπαίζει. V.

Pag. 88. l. 5. αὐτοπρόσωπον] ἀντὶ τοῦ, αὐτόχρημα. V.

Ead. l. 8. ἀμβλυώττοντες] ἀντὶ τοῦ, μὴ ἔχοντες, ἤτοι μὴ δυνάμενοι βλέπειν τοσαῦτα μεγέθη τῶν κακῶν· ἢ συνυπακου-

---

x) τὸν συνέχοντα] C. ὅτι κατὰ τ. σ. τοῦ κιγκλίδος. L. τῆς. *Solan.* Scribi debet, ὅτι καὶ τὸν συνέχοντα τῆς κ. etc. Editum fuit in Schol. *Καὶ τὸν συνέχ. τ. κ. μοχλὸν*, καὶ delevit *Solanus*, auctoritatem, ut puto, scripti libri secutus: alioquin nihil est, cur ejiciendum videatur, *Hemst.*

y) λάμναν] id est, *laminam*: sic σίτλαν situlam apud *Trallianum*. Ita recte *M. Sladus*. Retinui ὕσπληξ et ὕσπληγα formam scribendi consuetam in vetustis Codd. et Edd. Non aliter apud *Phrynich.* p. 12. et *Th. Magistrum* in v. *Hemst.* De forma et genere vocis ὕσπληγξ vel ὕσπληξ *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 71. sq. *Lehm.*

z) διασπείροντες] Sic legendum, non, ut editum, διασπείροντας. *Χρυσόχειρες, sive aureis annulis undique splendescentes, vel ob affluentissimam copiam, plena manu aurum profundentes. Jens.*

a) ταύτῃ] L. ταυτῇ pro ταύτῃ, φησὶν pro φασὶν, κρείττονα pro κρείττωνα. *Solan.* In his ταυτῇ temere a *Schm.* receptum. *Lehm.*

b) αὐτοῖς] αὐτοὺς V. *Solan.*

c) τὸν ἐν εἰλήσει] τὸ ἐνειληθὲν βιβλ. *Hemst.* Recepi τό· de verbis ἐν εἰλήσει tamen in incerto eram. *Lehm.*

d) ἢ καὶ πάρισον] ὃ καὶ παρ' ἴσον. C. G. *Solan.*

e) παλαιοῖς] παλαιοῖς correxit *Schm. Lehm.*

στέον τὴν εἰς πρόθεσιν, ἵν' ᾖ [f]) ἀμβλυώττοντες εἰς τὰ τηλικαῦτα, οἱονεὶ, σκοτοδινιῶντες, τὸ ἀκριβὲς τοῦ βλέπειν ἀπολωλεκότες. V.

Pag. 89. l. 7. λαθὼν ὁ τύφος] Τύφος διὰ τὸ οἱονεὶ ἐκκεκαυμένον χωρίον ἐξηρημῶσθαι [g]) τὸν ἑαλωκότα τῷ πάθει τούτῳ τῶν βελτίστων φρενῶν, καὶ μηδ' ὁποῖ εἶναι συμφερόντως αὐτῷ ἐπιστάμενον, παρ' ὃ καὶ τύφος εἴρηται τὸ πάθος· τύφω γὰρ [h]) τὸ φλέγω καὶ καίω φασί· συνδρομος γὰρ τούτῳ καὶ ἡ ἄνοια· ἀνοηταίνουσι γὰρ οἱ τῷ τύφῳ σεσαγηνευμένοι τῷ μηδ' εἰδέναι ἔχειν ὅ,τι χρήσονται [i]) ἑαυτοῖς. Ἐπὶ τούτοις ἡ ἄκαιρος ἐπεισέρχεται μεγα-

---

f) ἵν' ᾖ] ἐν ᾗ C. ἵν' ᾖ V. *Solan.*

g) ἐξηρᾶσθαι] C. ἐξηρημῶσθαι. V. ἐξηρηθμῶσθαι. *Solan.*

h) τύφω γὰρ] Ὁ prioris ed. mutaverat in τὸ *Solanus*, induxeratque *φασί*. Si absit a scripto C. legendum est τ. γὰρ ὃ φ. καὶ κ. *Hemst.*

i) τῷ μὴ δεῖ δένε ἔχειν οἱ χρήσονται] Verba profecto inquinatissima in posteriori parte. Τῷ μὴ δεῖ δένε ἔχειν quid aliud, quam turpe verborum monstrum? Doctissimus *Clericus*, primus horum Scholiorum editor, *Videtur*, inquit, *legendum* ἃ μὴ δεῖ ἔχειν, *ut sensus sit: Qui volunt habere, quae non oportet, eos importuna invadit superbia.* Quid ergo τοῖς, οἱ χρήσονται ἑαυτοῖς fiet? Sed et ἐπεισέρχεται statim legendum fuit. Non piget nostram hic conferre symbolam. Ita nempe haec ultima legenda putem: Σύνδρομος γὰρ τούτῳ (τύφῳ) καὶ ἡ ἄνοια· ἀνοηταίνουσι γαρ οἱ τῷ τύφῳ σεσαγηνευμένοι τῷ μηδ' εἰδέναι ἔχειν, ὅ,τι χρήσονται ἑαυτοῖς. Ἐπὶ τούτοις ἡ ἄκαιρος ἐπεισέρχεται μεγαλοψυχία etc. Vides, quam ferme nihil mutem, vestigiis modo corruptae scripturae inhaerens. Expono autem: *Huic* fastui *adjuncta est desipientia. Namque quos fastus constrictos tenet* (qui fastu fascinati sunt) *desipiunt eo, quod nesciunt*, (sive, *quod scientiam non habent*, vel, *quod scire nequeunt*) *quemadmodum sese gesturi sint. In hos intempestiva insuper se insinuat magnanimitas, nata ex divitiarum abundantia.* Ἔχειν εἰδέναι eodem modo *Scholiastes* hic dicit, quo infra in Hermotimo §. 7. ipse *Lucianus*: ὡς πάντα, χρῆν ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; *unde scis, propterea esse omnia subeunda?* Ibid. §. 27. Οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν. *Neque tamen scio* (vel *scire possum*) *num vera dicat.* §. 38. καὶ εὑρόντες, ἔχοιτε εἰδέναι, ὡς ἐκεῖνο ἦν τὸ ἀπολωλός; *et ubi invenissetis, sciretisne, illud esse ipsum, quod amissum fuerat?* Porro pro οἱ χρήσονται ἑαυτοῖς, unius literae beneficio emendatius reposui ὅ,τι χρήσονται ἑαυτοῖς. Sic Noster in Scyth. §. 3. οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. In Imagg. §. 5. Ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ὅ,τι καὶ χρήσεται αὐταῖς. *Isocrates* in Panath. p. 281. D. Ἀπορεῖν ἔφασκεν ὅτι χρήσηται τοῖς παροῦσι. Emendatius scribes, ὅ,τι χρήσηται τ. π. Quae post haec apud eundem *Scholiasten* sequuntur, non minus spurca, et lectori crucem figentia, alius Oedipus expediat. *Jens.* Malim μηδ' εἰδέναι ὅ,τι. C. G. τῷ μηδ' εἰδέναι ἔχει ἤ. *Solan.* Pro οἱ *Solanus* ἤ· praetuli *J. Jensii* ὅ,τι. *M. Sladus* διὰ τὸ μηδένα ἔχειν· minus recte. *Hemst.*

λοψυχία [k]) τῇ ἀπὸ τοῦ πλούτου περιττότητι τὸ δῆθεν ὑποδυομένη φιλάνθρωπον. ἀλλά γε δὴ καὶ μαλακία συνέστιον αὑτοῖς ἐκβιάζεται τιθέναι ἑαυτὴν, τὴν θρύψιν τε καὶ θηλύτητα διὰ τὴν εὐπορίαν προβαλλομένη. Σύμμαχοι ταύταις λοιπὸν ὕβρις τε καὶ ἀπάτη, τῆς μὲν τὸ τῶν ἄλλων διὰ τὸν πλοῦτον ὑπερφρονεῖν ἐχούσης, τῆς δὲ τὸ παράλογον τῆς οἰκήσεως κρατύνειν ἀναπειθούσης, καὶ ὡς καλῷ καὶ σωτηρίῳ τούτῳ προσανακεῖσθαι. V.

Pag. 90. l. 5. ἀλλὰ μεταξὺ] Ἀτελὴς ὁ λόγος, αὐτῷ τῷ τοῦ δράματος ἔθει· πολλὰ τοιαῦτα (ἐν) τῇ κωμῳδίᾳ. C. G.

Ead. l. 11. ἐπισκήψας] ἐντειλάμενος. V.

Pag. 91. l. 2. Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι] Ὑπέρβολος οὗτος, ὡς Ἀνδροτίων φησίν, Ἀντιφάνους ἦν Περιθοίδης, ὃν ὠστρακίσθαι [l]) διὰ φαυλότητα. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ λυχνοποιὸς ἦν,

---

k) μεγαλαυχία] Prave antea legebatur μεγαλοψυχία. Vide textum Lucianeum. *Solan.* Obtemperavi doctiss. *Solano.* Attamen prope mihi persuadeo, invenisse *Scholiasten* in corrupto *Luciani* Codice μεγαλοψυχία, quam *liberalitatem* intellexit: ea cum per se sit valde laudabilis, cavere voluit adjecto ἡ ἄκαιρος, ne quis in meliorem partem acciperet. Idem ex eo patet, quod τὸ φιλάνθρωπον ὑποδύεσθαι dicatur: hoc ad μεγαλοψυχίαν illo, quem dixi, sensu sumtam optime, ad μεγαλαυχίαν minime convenit. Sequentia vero, quae viris eruditissimis tam spurce foedata, et Oedipo quodam indigere visa sunt, solius fere distinctionis ope sanari possunt atque in integrum restitui: τῇ ἀπὸ τοῦ πλούτου περιττότητι τὸ δῆθεν ὑποδυομένη φιλάνθρωπον. ἀλλά γε δὴ καὶ μαλακία συνέστιον αὑτοῖς (ἑαυτοῖς scripserat *Solanus*) ἐκβιάζεται τιθέναι ἑαυτὴν, τὴν θρύψιν τε καὶ θηλύτητα διὰ τὴν εὐπορίαν προβαλλομένη. Mox sensus erit dilucidior, si interseras, τῆς μὲν τὸ τῶν ἄλλων διὰ τὸν πλοῦτον ὑπερφρονεῖν ἐχούσης. Facile autem apparet, ab aliquo lectore semidocto, qualium in his Scholiis non raro sunt vestigia, declamatorie nec castigatissime esse scripta. *Hemst.* Ex vero conjecit magnus Vir de voce μεγαλοψυχία, quam vere in textu Lucianeo a God. Gorl. exhiberi, *Schmiederus* tradidit in Addendis ad T. I. suae edit., alteri Tomo praemissis p. XXVIII. Uti vero illuc minime convenit haec inventa lectio, ita ea certe *Scholiastae* restituenda videbatur, idque eo promtius feci, quo minus cetera ejusdem verba, ut etiam *Hemsterhusius* observavit, cum lectione μεγαλαυχία conspirant. *Lehm.*

l) ὃς ὠστρακίσθαι] Legendum ὠστράκισται. Quid sit ὀστρακίζεσθαι, dudum ostenderunt Eruditi. *Jens.* V. ὃν ὠστράκισθαι. Exc. G. ὃν ὠστρακίσθαι. C. περιθνδ. ὃν καὶ ὠστρακίσθαι. *Solan.* Dedi lectionem C. V. restituerat *Solan.* ὃς ὠστρακίσθη. Haec autem optimae sunt inprimis notae, atque ex vetusto quodam vel Aristophanis vel alterius Comici Scholiaste depromta. Commentatorem nostrum de Hyperbolo testem citat *J. Wasse* ad *Thuc.* p. 548. n. 42. Quod e G. adfert *Solanus* Περιθνδ. integrandum est Περιθοίδης· hoc demo ortus Hyperbolus, ut docuit *J. Meurs.* de Pop. Att. in Περιθοίδαι· quare Scholion sic potest suppleri: Ἀντιφάνους ἦν Περιθοίδης, ὃν ὠστρ. etc. *Hemst.*

καὶ ἐλυχνοπώλει [m]), ὡς Ἀνδροκίδης ἱστορεῖ, ὃς καὶ ξένον αὐτὸν εἶναι καὶ βάρβαρον βούλεται· ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τὸ ἔθος τοῦ ὀστρακισμοῦ κατελύθη, ὡς Θεόφραστος [n]) ἐν τῷ περὶ Νόμων λέγει· Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδαρέῳ Φρύγα [o]) αὐτὸν εἶναι εἰς τὸ βάρβαρον σκώπτων φησί. Κρατῖνος δὲ ἐν Ὥραις ὡς προσελθόντος [p]) νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ Ἀριστοφάνης Σφηξὶ, καὶ Εὔπολις Πόλεσι· Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς ἐν Τπερβόλῳ [q]) Λύδον αὐτὸν φησὶν εἶναι . . . . . ἄλλως· ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ Χρέμητος [r]), ὡς Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ Δημαγωγῶν· Θεόπομπος δὲ πάλιν ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν ἐν Σάμῳ φησὶν ἐπιβουλευθέντα ὑπὸ τῶν Ἀθήνηθεν ἐχθρῶν ἀναιρεθῆναι, τὸ δὲ νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βληθὲν ῥιφῆναι [s]) εἰς τὸ πέλαγος.

Ὁ δὲ Κλέων δημαγωγὸς ἦν Ἀθηναίων προστὰς αὐτῶν ἕπτα ἔτη, ὃς πρῶτος δημηγορῶν ἀνέκραγεν ἐπὶ βήματος καὶ ἐλοιδορήσατο, θρασὺς ὢν οὕτως, ὥστε, καθὼς Θεόπομπος ἱστορεῖ, συνελθόντων Ἀθηναίων παρελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν στέφανον ἔχοντα, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς ἀναβαλέσθαι τὸν σύλλογον, τυγχάνειν γὰρ

---

m) καὶ ἐλυχνοπώλει, ὡς Ἀνδ.] Lacunam prioris Editionis ex C. supplevimus, in quibus mox Ἀνδροκίδης legebatur: sed nihil mutavimus. Vid. *Schol. Aristoph.* ad Vesp. p. 1001. ad Pac. v. 680. *Solan.*

n) ὡς Θεόφραστος] Haec omnia in impr. manca ex C. et supplevimus et refinximus. *Solan.*

o) Φρύγα] Prior Editio: κατελύθη, καὶ Φρύγα αὐτὸν εἶναι, Φρύγα (in V. extat φασὶ, sed scribendi compendio, quod qui descripsit adsecutus non fuit, nonnihil obscuratum) εἰς τὸ βάρβαρον σκώπτοντες. *Hemst.*

p) παρελθόντος] προσελθόντος· hoc enim postulat τῷ βήματι· παρελθεῖν ἐπὶ τὸ βῆμα pariter usitatum. *Hemst.*

q) Τπερβόλῳ] Fabulae nomen ab hoc ipso Hyperbolo: quod non animadversum in Scriptorum Indice, quos nominat *Athenaeus*, alios itidem in errorem traxit: recte *J. Meurs.* in Att. Biblioth. recenset etiam *Suid.* in Πλάτων Ἀθηναῖος, κωμικός. Ejusdem generis inter ejus comoedias Pisander et Cleophon. Quum autem Lydum dixit Hyperbolum, nihil aliud significare voluit, quam mancipium vile servis parentibus natum; quemadmodum *Polyzelus* Φρύγα vocaverat: tales enim Lydi et Phryges, notissima servorum nomina. *Hemst.*

r) Χρέμητος] Χρέμιδος *Schol. Aristoph.* ad Pac. v. 680. Rectius puto, quod noster Scholiastes habet. Atqui modo ex Androtione notatur, Antiphanis eum fuisse filium: suspicari licet, Antiphanem jocosa Comoediae libertate transformatum abiisse in Chremetem; quod Theopompum fallere potuit: nam Androtioni major est in rebus patriis habenda fides. Mox lege ἐν δ. Φιλιππικῶν. *Solan.*

s) ῥιφῆναι] Exc. G. ῥιφῆναι et C. *Solan.* Neque aliter in V. scriptum est: idcirco reposui. *Hemst.* Et ego cum *Schm. Lehm.*

αὐτὸν θύοντα, καὶ ξένους ἑστιῶν μέλλοντα, καὶ διαλῦσαι τὴν ἐκκλησίαν. Λωροδόκος δὲ εἰς ὑπερβολὴν t) *ὑπῆρχεν· καὶ τοῦτο δηλοῖ αὐτοῦ ἡ γραφεῖσα ὑπ' αὐτοῦ* u) *Μιτυληναίοις ἐπιστολή· ὕστερον δὲ Μιτυλήνης ἁλούσης ὑπὸ Πάχητος τοῦ στρατηγοῦ, τὴν μὲν ἔμπροσθεν ἡμέραν συμπεῖσαι τὸν δῆμον, ὡς χρὴ Λεσβίων ἁπάντων πλὴν Μηθυμναίων τοὺς μὲν ἡβῶντας ἀποκτεῖναι, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσασθαι, καὶ τὸ ψήφισμα τοῦτο ἀποστεῖλαι ἐπὶ τῆς Παράλου· τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιούσης ἐλθόντων ὡς αὐτὸν τῶν ἐπιδημούντων Ἀθήνῃσι Λεσβίων, καὶ δέκα ταλάντοις αὐτὸν ἀργυρίου μετελθόντων, μεταπεῖσαι πάλιν τὸν δῆμον, καὶ τριήρη πάλιν ἄλλην ἀποστεῖλαι ἀναιροῦσαν τὸ ψήφισμα· οὕτω Θουκυδίδης* x). *Ἐπέστη δὲ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνῃ, ὡς Φιλόχορος καὶ Ἀριστοφάνης, προσθεὶς ἄρχοντα Εὔθυνον καὶ Ἀριστοτέλης* y)· *Ἀριστοφάνης δὲ καὶ περιζωσάμενον αὐτὸν λέγει δημηγορῆσαι, εἰς τὴν θρασύτητα αὐτοῦ ἀποσκώπτων· τὰ δὲ ὑπὸ τὴν ὄψιν ἦν ἀργαλέος, καὶ μάλιστα τὰς ὀφρῦς· εἶχε δὲ καὶ φωνὴν μεγάλην· βυρσοδέψην* z)

---

t) *ὑπερβολὴν*] *ὑπέρβολον* V. prave. *Solan.*

u) *ὑπ' αὐτοῦ*] *ἀπ' αὐτοῦ* V. *Solan.*

x) *Θουκυδίδης*] Lib. III. c. 36. et sequ. cujus verba nonnulla Scholiastes expressit. *Hemst.*

y) *Ἀριστοτέλης δὲ*] Sic Exc. G. et V. In Impr. *Ἀριστοφάνης καὶ περιζωσάμενον. Solan.* Extat in V. tale scripturae compendium *Ἀριστοτλ'.* quomodo philosophi nomen plerumque solet in membranis exhiberi, et mox vitiose *δημηγορήσας.* In his plura sunt corrupta et alieno loco posita: illud *ἀποσκώπτων* Aristophani melius quam Aristoteli conveniat: veluti modo *προσθεὶς ἄρχοντα Εὔθυνον* aptius post *Φιλόχορος* interserantur: Philochorum enim notum est historiam Atticam per Archontes digestam literis mandasse; quanquam ne sic quidem haec verba difficultate vacent: nam ejus anni, quo Cleon obstitit, ne pax cum Lacedaemoniis iniretur, archon fuit Stratocles, non Euthynus, nisi forte *ἐπιλαχὼν*, et subsortitione Stratocli defuncto suffectus: eam rationem credi potest habuisse *Scholiastes*, cur de Philochoro moneret, illum huic anno, secus atque alii, non Stratoclem, sed Euthynum inscripsisse summum magistratum. Quare melius erit, si mutatis quarundam vocum sedibus ita legamus: *ὡς Φιλόχορος προσθεὶς ἄρχ. Εὔθ. καὶ Ἀριστοτέλης·* (in *Ἀθηναίων πολιτείᾳ* nimirum) *Ἀριστοφάνης δὲ καὶ περιζ.* Hoc postremum adnotavit etiam *Scholiastes* ad *Aeschin.* Or. in Tim. Mss. *Λέγεται δὲ Κλέων ὁ δημαγωγὸς παραβὰς τὸ ἐξ ἤθους σχῆμα* (scilicet *τὸ ἐντὸς ἔχειν τὴν χεῖρα λέγοντα*) *περιζωσάμενος δημηγορεῖν.* Verum haec a nobis alio loco, ubi magis erit commodum, ad examen accuratius revocabuntur. *Hemst.*

z) *βυρσοδέψιν*] *Βυρσοδέψην* corrigendum: neque enim Cleon fuit femina, nec *σκωπτικῶς* eum hoc femineo nomine fuisse appellatum, quoquam modo liquet. *Aristophanes* certe in Equit. hunc *βυρσοδέψην* nominat. *Jens.*

δὲ αὐτὸν λέγεσθαι ἢ ὡς βυρσοδέψου υἱὸν, ἢ ὡς αὐτοῦ ἔτι παιδὸς τὸ ἐπιτήδευμα μεταχειρισαμένου· ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ ἐπὶ μανίᾳ [a]). Ἐξέπλευσε δὲ καὶ στρατηγὸς ἐπ' Ἀμφίπολιν, ἔνθα καὶ ἐτελεύτα νικηθεὶς ὑπὸ Βρασίδου ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου [b]). V. C.

Pag. 92. l. 11. ἀγαθὸν σύνεργον] Σημειοῦ τὸ, ἀγαθὸν σύνεργον πρὸς τὴν πενίαν θηλυκοῦ οὖσαν γένους ἀποδοθὲν αὐτὸ ἀρσενικὸν ὄν. V.

Pag. 96. l. 8. ἀνέξομαι γάρ σε] Σκόπει, πῶς ἐνήλλαξε τὴν σύνταξιν, οὐκ ἐς τὸ ἀνέξομαι ἀποδοὺς τὴν πτῶσιν, ἀλλ' αἰτιατικὴν ἐπενέγκας [c]), οἷον ὀλίγα λέγοντά σε. Ἴσως δὲ τὸ ἀνέξομαι ἀντὶ τοῦ εἰςδέξομαι [d]) ἢ παραχωρήσω προσελήφθη. V.

Pag. 98. l. 12. ὑποστήσομαι] ἀποστήσομαι. G.

Ead. l. 15. φίλοι Κορύβαντες] Οὐ μάτην τοὺς Κορύβαντας ἐπὶ τῇ ἐκπλήξει ἐμβοᾶται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ παραδόξῳ καὶ μανιώδει δῆθεν τῷ συγκυρήματι [e]). V.

Pag. 99. l. 3. ἐπίσημον] κεχαραγμένον. G.

Ead. l. 13. ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ] Ἐπὶ ταῖς ἐσχατιαῖς γὰρ καὶ τοῖς ἐρημοτέροις τῶν χωρίων εἰώθεσαν Ἕλληνες τὸν Πᾶνα ἱδρύεσθαι [f]). V.

Pag. 100. l. 3. ἢ Ἐλέου βωμὸς] Ἵδρυτο γὰρ παρ' Ἀθη-

---

a) μανίας] Lege μανίᾳ· *Plutarch.* T. II. p. 855. B. historici malignum animum hoc indicio deprehendi statuit, si δυσχερεστάτοις ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἐπιεικεστέρων παρόντων utatur; veluti quando Θρασύτητα καὶ μανίαν Κλέωνος μᾶλλον ἢ κονφολογίαν dicit. Cleonis κονφολογίαν perstringit *Thucyd.* IV, 27. sed idem quoque c. 39. καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη. *Hemst.*

b) Ἀμεινίου] Consentit Schol. Aristoph. ad Nub. v. 552. *Androtion* tamen, eodem teste, scriptum reliquerat, interiisse Cleonem Archonte Alcaeo, qui Aminiam excepit: hoc *Diodorus* firmat, multum in istius pugnae narratione discrepans a *Thucydide* V. c. 10. *Hemst.*

c) ἐπενέγκας] Ita scripsi pro ἀπενέγκας. Inepti hominis observatio, cui tanquam usitatius obversabatur ἀνέχεσθαι genitivo junctum: quid enim aliud sibi velit ἐνήλλαξε τὴν σύνταξιν, exputare nequeo. *Hemst.*

d) εἰςδέξομαι] *Solanus* reposuit προσδέξομαι, et pro παραχωρῆσαι prioris editionis παραχωρήσω· posterius etiam vidit *M. Sladus*: prius an Codici debeatur, ignoro. *Hemst.*

e) τῷ συγκρούματι] V. συγκυρήματι. C. τῶν συγκυρημένων. *Solan. Hesych.* Συγκύρημα, συντύχημα. Suspectum μανιώδει· an σπανίῳ τινι δῆθεν τῷ σ. quamquam respicere potuit ad Corybantas, qui furorem immittere credebantur. *Hemst.*

f) ἱδρύεσθαι] *Solanus* ἱδρύσθαι· ego vulgatum retinui. *Hemst.*

ναίοις Ἐλέου βωμὸς, ἐπὶ συμπάθειαν καὶ φιλανθρωπίαν αὐτοὺς παρακαλῶν. V.

Pag. 100. l. 8. ἀποφρὰς ἢ ἡμέρα] Ἔστι τοῦ Λουκιανοῦ ἐπιγραφόμενος οὕτω λόγος [g]). Ἦσαν παρ' Ἕλλησιν ἡμέραι ἀπραξίαν εἰσηγούμεναι παντὸς καὶ ἀργίαν, ἃς ἀποφράδας ἐκάλουν. ἐν ταύταις οὐ δὲ προσεῖπεν· ἄν τις τινὰ, οὐδὲ καθάπαξ φίλος ἐπεμίγνυτο [h]) φίλῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερὰ ἀχρημάτιστα ἦν αὐτοῖς· ἐτελεῖτο δὲ ταῦτα αὐτοῖς κατὰ τὸν Φευρουάριον [i]) μῆνα, ὅτε καὶ ἐνήγιζον τοῖς καταχθονίοις· καὶ πᾶς οὗτος ὁ μὴν ἀνεῖτο τοῖς κατοιχομένοις μετὰ στυγνότητος πάντων προϊόντων ἕτερον [k]) τρόπον, ὃν καὶ τὰ Διάσια στυγνάζοντες ἦγον Ἀθηναῖοι. Ἐντεῦθεν καὶ πάντα τινὰ τὸν ἀπαίσιον ἀποφράδα ἐκάλουν, οἱονεὶ ὃν μηδὲ φράσαι [l]) τὶς, μηδὲ προσειπεῖν ἄξιον νομίσαι δι' ὑπερβάλλουσαν κακίαν. V.

Pag. 102. l. 6. ἢ τόγε τοιοῦτον παρανομήσωμεν] ἀντὶ τοῦ, ἢ τοῦτο μόνον παρανομήσωμεν, ἢ ἀντὶ τοῦ, βραχὺ ἢ ὀλίγον παρανομήσωμεν [m]). V.

Pag. 103. l. 14. ἴσχαιμον] ἐπέχον τὸ αἷμα. V.

Pag. 105. l. 10. κατέαγα τοῦ κρανίου] Καὶ τοῦτο Ἀττικόν· αὐτοὶ γὰρ ἀεὶ ἐπὶ μέρους εἰώθασι λέγειν, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου· οὕτως οὖν καὶ κατέαγα τοῦ κρανίου. V.

Pag. 106. l. 1. διανέμειν τὸ θεωρητικὸν [n])] Ἐσπούδαζε τὸ ἀρχαῖον [o]) ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις περὶ τὰ θεωρεῖα, καὶ μάλιστα περὶ τὰς θέας τῶν Διονυσίων διὰ τὴν τραγῳδίαν ἐπὶ πλεῖστον

---

g) Ἔστι — λόγος] Haec interponi jussit *Solanus*, procul dubio ex G. Exc. vel C. depromta. *Hemst.*

h) ἐπεμίγνυτο] Prius edebatur ἐπιμίγνυτο. *Hemst.*

i) Φευρουάριον] *Matth. Sladus* Φεβρουάριον· sed nota recentiorum forma scribendi, quam corrupta pronuntiatio invexit. Mox auctius *Solanus*, τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. De Februarii mensis lustrationibus *Plutarch.* Rom. p. 31. A. Quaest. Rom. p. 280. B. *Hemst.*

k) ἕτερον] Corruptam hanc vocem censeo. *Solan.* Quid si ἐνέρων τρόπον; *inferorum more: inferos imitati: sic* ἐνερόχρωτες, *pallidi.* Confer de Diasiis *Hesych.* in v. *Hemst.*

l) ὃ δὲ φράσαι] Exc. G. et V. ὃν μηδὲ φρ. *Solan.* Idem *Matth. Slado* venerat in mentem. *Hemst.*

m) ἢ ἀντὶ τοῦ — παρανομήσωσιν] Haec addidit *Solanus*. *Hemst.*

n) θεωρητικὸν] Pro θεωρητικὸν legitur in *Luciano* θεωρικὸν, et quidem melius, ut apparet ex *Suida*, et notis *Barlaei* et *Bourdelotii*. *Cler.*

o) Ἐσπουδάζετο ἀρχαῖον] Divisi voces male conjunctas, ne Graecae linguae genio vis fieret. *Hemst.*

ἀξιώματος προβᾶσαν [p]) ποιητῶν ἀρεταῖς καὶ χορηγῶν φιλοτιμίαις· μήπω δὲ τοῦ θεάτρου [q]) διὰ λίθων κατεσκευασμένου, καὶ συρρεόντων τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν θέαν, καὶ νυκτὸς τοὺς τόπους καταλαμβανόντων, ὀχλήσεις τε ἐγίγνοντο καὶ μάχαι καὶ πληγαί. ἔδοξεν [r]) οὖν τοὺς τόπους μισθοῦν, ἵνα ἕκαστος ἔχων τὸν οἰκεῖον τόπον μὴ ἐνοχλοῖτο φυλάττων καὶ προκαταλαμβάνων, μήτε μὲν ὑστερῶν ἀποστεροῖτο τῆς θέας. Ἐπειδὴ δὲ ἠλαττοῦντο οἱ πένητες τῶν πλουσίων πολλοῦ καὶ ἑτοίμου μισθουμένων, τὸ εἰς τοῦτο ἀνάλωμα ἡ πόλις παρεῖχεν ἐκ τῶν κοινῶν ἑκάστῳ. Δραχμὴ δὲ ἦν τὸ διδόμενον, καὶ οὔτε πλέον ἐξῆν δοῦναι δραχμῆς, οὔτε ἔλαττον, ὡς μήτε οἱ πλούσιοι διὰ τὸν χρυσὸν πλεονεκτοῖεν, μήτε [s]) οἱ πένητες διὰ πενίαν βιάζοιντο. Ἔοικεν οὖν ὁ ὑποκείμενος κόλαξ Δημέας τὴν τοιαύτην ἐγχειρισθῆναι παρ' Ἀθηναίων διανομήν· εἰκότως δὴ νῦν [t]) παρὰ τοῦ Τίμωνος ἀποπέμπεται, ὡς αἰτήσαντος αὐτοῦ τότε [u]) τὴν θεωρικὴν δραχμὴν καὶ ἀλαζόνως παροραθέντος. V.

Pag. 107. l. 7. καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ φυλὰς] Δικαστήριον Ἀθήνησιν ἡ Ἡλιαία εἰς ὕπαιθρον προκαθημένων τῶν δικαστῶν· παρ' ὃ καὶ Ἡλιαία ἐκαλεῖτο, παρὰ τὸ ἡλιοῦσθαι τοὺς ἐκεῖ ἀθροιζομένους. V.

Ead. l. 9. κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ] κεραυνὸν μὲν, ὡς ἴσον δῆθεν τῷ Διΐ· ἀκτῖνας δὲ, ὡς τῷ Ἀπόλλωνι. V.

Ead. l. 14. ἀγχιστεὺς] Ἀγχιστεὺς καὶ ἀγχιστεία [x]) ἡ

---

p) προβᾶσαν] Ante legebatur προβάσασαν· quod Graecia non agnoscit. *Hemst.*

q) μήπω δὲ τοῦ θεάτρου καταλαμβανόντων] Hiat oratio: versus unus librarii culpa videtur intercidisse, quod vulnus hunc in modum resarcio: μήπω δὲ τοῦ θεάτρου οἰκοδομηθέντος, πολλαὶ τῶν τὰς θέας, vel τοὺς τόπους, καταλαμβανόντων ὀχλ. etc. Aliter etiam haec expleri possunt, si quis *Etymologum* et *Suidam* adhibeat: sed, quod dedi, accommodatissimum puto. *Hemst. Abreschius* quoque lacunam conatus explere Dilucc. Thuc. p. 792. Sed vere locum restituit *Bastius* Ep. Crit. p. 68. e cod. ipso Vat. ita, uti jam verba dedimus. In eodem cod. idem *Bast.* mox pro ἐγένοντο invenit ἐγίγνοντο, quod et nos recepimus. *Lehm.*

r) ἔδοξεν] Ita scripsi pro ἔδοξαν. *Hemst.*

s) μήτε] Antea μηδέ. *Lehm.*

t) δὴ νῦν) Ante legebatur τῇ νῦν. *Hemst.* Unde *Hemst.* fecit τοίνυν, quod et *Schmiederus* accepit. Equidem praestantius habebam δὴ νῦν, ut νῦν jam opponatur sequenti τότε, quod et ipsum sine idonea caussa ab *Hemst.* tentari puto. *Lehm.*

u) τότε] Reponi malo ποτε. *Hemst.* Et sic edidit *Schmiederus.* At τότε est *tum, quum Demeae illa distributio drachmarum demandata erat;* quod ipsum tempus modo definitum a Scholiasta. *Lehm.*

x) ἀγχιστεὺς] Exc. G. ἀγχιστεία. *Solan.* Ita correxerat etiam *M. Sladus.* Ceterum haec omnia verbis iisdem sunt translata e *Suida*

συγγένεια, καὶ ἀγχιστεῖς οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω [y]) τοῦ τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς μόνοι. οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες τοῖς οἰκείοις οἰκεῖοι λέγονται. V.

Pag. 108. l. 16. τὸν ὀπισθόδομον ὀρύξας [z])] Ὡς ἱερόσυλον διαβάλλων ταῦτα φησί· ὁ γὰρ ὀπισθόδομος ἱερόν· τὸ ὄπισθεν δὲ τοῦ ἀδύτου οὕτως ἐλέγετο. V.

Pag. 109. l. 11. βρενθύεσθαι] διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι [a]), ἢ προσποιεῖσθαι, ὀργίζεσθαι· καὶ βρενθύεται, ἐπαίρεται. Βρένθος δὲ εἶδος μύρου, ᾧ χριόμεναι αἱ γυναῖκες μέγα φρονοῦσι. V.

Ead. l. 14. καὶ Σωφρονίσκος] Οἷον τοῦτο πέπαιχεν [b]) ἀπὸ τοῦ Σωφρονίσκου παρῳδήσας. V.

Pag. 110. l. 6. καρύκης] βρῶμα Λύδιον [c]) ἐξ αἵματος ἡ καρύκη. V.

Ead. l. 10. τοῦ μυττωτοῦ] Μυττωτὸς τρίμμα ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν συντεθειμένον· ἐκάλουν δὲ καί τι [d]) ὑπότριμμα διὰ σκορόδων, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. Ἔοικε δὲ νῦν μυττωτὸν τὸν ἀπὸ τῶν κρεῶν ἐν τῷ ζωμῷ γλοῖον καλεῖν, ὃς τοῦ ζωμοῦ ἐκλελοιπότος τῷ τρυβλίῳ [e]) περικάθηται. V.

Pag. 111. l. 6. καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται] Οὐδὲ Ζεῦ-

---

in Ἀγχιστεὺς, nisi quod ἐγγυτάτω τελευτήσαντος, ubi τοῦ hinc est restituendum, et συγγενεῖς μόνον, et τοῖς οἴκοις, quae utraque hic pejus leguntur. Mutari autem non debet ἐγγυτάτω· sic οἱ ἀνωτάτω, κατωτάτω etc. *Hemst.*

y) ἐγγυτάτω] L. ἐγγύτατοι. *Solan.*

z) ὀρύξας] L. ut in textu est διορύξας. *Solan.*

a) διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι] Haec *Suidae* debentur in Βρενθύεσθαι. Ante ὀργίζεσθαι comma fuit in ed. A. secus atque oportebat: est enim, *iram, speciem irati prae se ferre. Hemst.* Retinuit tamen illud comma et ipse in ed. sua; neque id injuria, opinor. Vid. ad Diall. Mortt. X, 8. *Lehm.*

b) οἷον τοῦτο π.] Prava lectio Scholio huic ansam dedit. Socratem intelligit Sophronisci filium. *Solan.* Distingue Οἷον· τοῦτο πέπαιχεν. Intelligi voluit Scholiastes οἷον Σωφρονίσκος, tanquam Sophroniscus aliquis. *Hemst.*

c) βρῶμα Λύδιον] Ex *Suida* in Καρύκη, et *Hesychio*, in quibus tamen multo plura. *Hemst.*

d) καί τι] Interposuit *Solanus*, et mox νῦν. *Aristophanis* locus in Pac. v. 272. *Hemst.*

e) τριβλίῳ] Emenda τρυβλίῳ. *Jens.* Si tanti est monere, idem visum fuit *M. Slado* et *Solano*, qui praeterea pro περικάθηται ex V. et C. notavit παρακάθηται. *Hemst.*

ξις, ἢ καὶ [f]) *Παῤῥάσιος οὕτως ἡμῖν διὰ φαρμάκων φιλοσόφων γοητείαν καὶ τερατείαν* [g]) *γράψας διετυπώσατο, ὡς οὗτος* [h]) *ἀπαραλλάκτως διὰ τοῦ προκειμένου Θρασυκλέους θρασύτητά τε καὶ μιαρίαν ἠθῶν ψευδοσόφων ἀνδρῶν, ὡς ἐπὶ πίνακος, ἐναργῶς τῷ λόγῳ ἀπηκριβώσατο.* V.

Pag. 112. l. 4. *ἐννεάκρουνος*] *Κρήνη τις Ἀθήνησι Καλλιρόη καλουμένη πρότερον.* V.

Pag. 114. l. 1. *παρακέκρουσμαί σε*] *ἠπάτων* [i]) *σε ἐν οἷς ἔλεγον περὶ τοῦ πλούτου.* V.

IN HALCYONEM.

Pag. 115. l. 1. *Ἀλκυὼν ὄρνις μέγεθος μὲν ἴση στρουθῷ μικρῷ, χροιὰν δὲ ποικίλη* [a]) *· ἔστι γὰρ ἀναμὶξ χλωρὰ, κυανῆ, ὑποπόρφυρος· ῥάμφος ἔχουσα λεπτὸν, ἐπιμηκὲς, χλωρόν. Διαιτᾶται δὲ παρὰ τοὺς τοῦ Σικελικοῦ πελάγους αἰγιαλοὺς, πέντε μόνα κυΐσκουσα ὠά. ἐκ βελόνης τε τοῦ ἰχθύος τῶν ἀκανθῶν ἐπιπλεκομένων ὑπ' αὐτῆς ὡς ἱστοῦ πήγνυσι* [b]) *τὴν καλιὰν παρὰ μόνων ἀνθρώπων φθείρεσθαι δυναμένην, ὑπ' ἄλλου δέ τινος τὸ παράπαν οὔ. Ἔστι δὲ σικύᾳ τὸ σχῆμα ὁμοία ἰατρικῇ, ὡς εἶναι τὸ κύτος κοιλότερον αὐτῆς, τὸ στόμιον δὲ στενόν τε καὶ οὕτω κρύφιον, ὡς μόνῃ ταύτῃ εἶναι καὶ εἰσιτητὸν καὶ γνώριμον· ἐν παντὶ μὲν τῷ οἰκείῳ ἄῤῥενι μιγνυμένη καιρῷ, ἐν*

---

f) *ἢ καὶ*] Notaverat *Solanus* οὐδὲ, neque tamen addiderat, unde sumtum sit. Mihi satis facit *ἢ καὶ*. *Hemst.*

g) *δ. φ. φιλόσοφον γοητείαις καὶ τερατείαις*] Id vult Graeculus commentator, philosophorum veneficia et praestigias exemplo Thrasyclis bellius effingi, quam coloribus fieri posset a Zeuxide vel Parrhasio: sed lege et tria tolle menda, *δ. φ φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας γρ. Jens.* L. *φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας.* C. *φιλοσόφων γοητείαν καὶ τερατείαν. Solan.* Hoc sequendum duxi. *Hemst.*

h) *οὗτος*] Ita pro *οὕτως* emendavit *Solanus.* *Ἀπαραλλάκτως* intellige, *quam simillime*, vel, quemadmodum apud veteres nonnunquam usurpari solet, *eum in modum, ut superari non possit. Hemst.*

i) *ἠπαίτων*] Quid sit *ἠπαίτων*, ignoro. Lege *ἠπάτων*, *decipiebam. Jens.* Lege *ἠπάτων*· sed reliqua hujus Scholii absurda sunt: agitur enim de pugnis. *Solan.*

---

a) *ποικίλην*] Lege *ποικίλη*. Haec ex variis auctoribus collata; vide *Aristot. περὶ Z. I. IX. c. 14. Hemst.*

b) *πηγνύσα*] *πήγνυσι*. Modo pro *ἐκ βλένης* legendum est *ἐκ βελόνης*, quemadmodum ex *Aristot.* liquet. *Hemst.*

χειμῶνι [c]) δὲ νεοττεύουσα μέσῳ, ὡς ἑπτὰ ἡμέραις ἐργάζεσθαι τὴν παλιὰν, ἑπτὰ δὲ τίκτειν καὶ τρέφειν τοὺς νεοττούς. Τὴν δὲ ἡμέραν τοῦ τοκετοῦ φασιν ἱερὰν. σπανίως δὲ φαίνεται, καὶ τότε κατὰ τὸν Πλειάδος δύσεως καιρόν· ἐπικαθεζομένη τε ταῖς πέτραις [d]) ᾄδει τι μέλος λιγυρόν, ὅτε δὴ καὶ τὸ πέλαγός ἐστιν ἀκύμαντον [e]) καθάπαξ καὶ νήνεμον. Τῆς δὲ ἁλκυόνος ἡ μὲν μείζων ἄφωνος, ἡ δὲ ἐλάττων ᾠδική. πᾶσαι δὲ οὕτως ἀνδροκόμοι πεφύκασιν, ὡς τῶν ἀῤῥένων γηρασκόντων ὑποπτᾶσθαί τε καὶ διαφέρειν αὐτούς, ἢ ἐκεῖνοι βούλοιντο· ἐπαποθνήσκειν τε τούτοις τὰς οἰκείας θηλείας ἐκ τοῦ ἀβρώτους τε καὶ ἀπότους διατελεῖν μετὰ τῶν ἀῤῥένων τελευτήν· καλοῦνται δὲ κηῦκες, ὧν μόνον [f]) εἴ τις ἀκούσειε τὴν φωνήν, σημεῖον ἔχει πανάληθες, ὡς φασιν, ὡς μετὰ βραχύν τινα χρόνον τεθνήξεται. G.

Pag. 117. l. 10. *ἀνέφικτα*] ἀδύνατα καταληφθῆναι. V.

Ead. l. 13. *καὶ νεογιλλὸς*] ἀντὶ τοῦ νεογνὸς, νεογέννητος, νεογενὴς [g]). V. C.

Pag. 119. l. 7. *τυχῶν*] γράφεται, τειχῶν. G.

Pag. 121. l. 10. *γυναιξὶν τ' ἐμαῖς*] ὅτι δύο γυναῖκας εἶχεν Σωκράτης Ξανθίππην καὶ Μυρτώ. V.

Pag. 122. l. 2. *ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ*] Φάληρον δῆμος Αἰαντίδος. G. Φάληρος λιμὴν [h]) ἀοίδιμος Ἀθήνῃσιν. V.

---

c) *ἐν χειμῶνι*] Vid. *Aristot.* Hist. Anim. V. c. 8. *Solan.*

d) *τῶν πετρῶν*] ταῖς πέτραις· nisi majus vitium lateat. *Hemst.*

e) *λιγυρόν — ἀκύμαντον*] Olim sic: λιγυρόν. Ὅτε δὴ καὶ τὸ πέλαγος δὲ ἀκύμαντον καθάπαξ καὶ νήνεμον. *Abreschius* Lectt. Aristaenn. p. 196. conjecerat *πέλαγος διακύμαντον*. Sed veram lectionem, receptam illam, debemus Codici Par. N. 1817. quo *Platonis* opera continentur. *Lehm.*

f) *ὧν μόνων* etc.] Scribe: *ὧν μόνον εἴ τις ἀκ. τ. φ. σ. ἔχει* (olim ἔχειν) πάν. quanquam *μόνων* retineri potest. *Hemst.*

g) *νεογέννητος, νεογ.*] Has utrasque voces adjecit *Solanus* monens praeterea reponi debere *νεογιλός*. *Hemst.*

h) *λειμῶν*] Scripsit *Vorstius*, scribere saltem debuit, *λιμήν*. *Solanus*

IN PROMETHEUM.

Pag. 124. l. 3. *τὰ πλαστὰ αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι*] *Τὸν Προμηθέα γὰρ λέγουσιν Ἕλληνες τοὺς ἀνθρώπους* [a]) *δημιουργῆσαι.* V.

Ead. l. 7. *ἀπότομοί τε γὰρ*] *Ἀποτετμημέναι* [b]), *μηδεμίαν ἔχουσαι διάβασιν.* V.

Pag. 125. l. 8. *Ὦ Κρόνε καὶ Ἰαπετὲ*] *Ὁ μὲν Κρόνος πατὴρ ἦν τοῦ Διός· ὁ δὲ Ἰαπετὸς ἀδελφὸς Προμηθέως· ἦσαν δὲ τῶν διωχθέντων ὑπὸ Διὸς θεῶν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς καλεῖ.* V.

Ead. l. 11. *ἐγχειρισθεὶς*] *ἐμπιστευθείς.* V.

Pag. 126. l. 4. *ἐτιμησάμην ἂν*] *ἄξιον ἂν ἐμαυτὸν ἔλεγον. Πρυτανεῖον δέ ἐστιν, ἐν ᾧ οἱ πρῶτοι συνήγοντο τῶν βουλευτῶν, ὅθεν καὶ τῆς σιτήσεως* [a]) *ἀπέλαυον· τοὺς δέ τι μέγα εἰργασμένους τῶν πολιτικῶν καλῶς ταύτῃ τῇ δωρεᾷ οἱ πάλαι ἐτίμων.* V.

Ead. l. 13. *ἔωλον*] *ψυχρὰν καὶ ἀνωφελῆ* [c]). V.

Ibid. τὴν ἔφεσιν ἀγωνιεῖ] *Ἔφεσίς ἐστιν ἡ ἀπὸ δικαστηρίου εἰς ἄλλο δικαστήριον μετάβασις, ἣν καλοῦσιν ἔκκλητον· φησὶ δὲ ὅτι ἀνωφελής σοι ἐστὶν ἡ ἔφεσις· μετὰ γὰρ τὴν ψῆφον τοῦ Διὸς οὐδὲν ποιῆσαι ἄλλο δυνάμεθα. Ἔφεσιν δὲ οἱ δικανικοί φασιν, ἡνίκα ὁ κρινόμενος μεῖζον δικαστήριον ἐξαιτεῖται* [d]). V.

Pag. 130. l. 3. *σιλλαίνειν*] *Σιλλαίνειν ἐπὶ σκωμμάτων, κατὰ τροπὴν* [e]) *τοῦ τ εἰς σ τιλλαίνειν τινές· τίλλειν δὲ ἐστὶ τὸ σκώ-*

---

a) *αὐτοὺς*] Leg. *ἀνθρώπους*· et sic C. abb. et V. *ἀνοῦς*. *Solan.* Idem notaverat pro *πλαστὰ* corrigendum esse *πλάσματα*· mihi varia videtur, sed pejor lectio. *Hemst.*

b) *ἀποτέτμηται*] L. *ἀποτέτμηνται*. C. abb. *ἀποτετμημέναι* et V. *Solan.*

c) *καὶ θεῶν*] *θεῶν*, *καὶ* V. uti conjeceram. *Solan.*

d) *τὰς σιτήσεις*] Lege *τῆς σιτήσεως ἀπέλαυον*, et mox *καλῶς* pro *καλῶν*. Post *ταύτῃ Solanus* addebat *τῇ*. *Hemst.*

e) *ψυχρὸν καὶ ἀνωφελές*] Lege *ψυχρὰν καὶ ἀνωφελῆ*. *Solan.*

f) *ἐξαιτῆται*] Lege *ἐξαιτεῖται*. Soni *τοῦ H* et *EI* confusi fuerunt. *Cler.*

g) *τόπον*] *Τροπὴν* emendavit *Solanus:* itaque restituendum esse satis patet ex *Etymol.* in *Σίλλοι*· huic enim priora istius scholii debentur, unde simul liquebit, quam inepte *τιλλαίνειν τινές* hic ponatur. Posteriora *Suidae* in *Σιλλαίνει*· apud eum pro *ἡ ἀκολασία*, quod nihil ad explicationem vocis *σίλλος* pertinet, recte legi-

πτειν. Δηλοῖ δὲ καὶ χλευαστικὸν ποίημα, παρὰ τὸ διασείειν τοὺς ἵλλους, καὶ διασύρειν τῷ σχήματι τῶν ὀφθαλμῶν· ἵλλοι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παρὰ τὸ εἱλεῖσθαι ἐν αὐτοῖς τὰς κόρας. Ἄλλως. Σιλλαίνειν, μυλλαίνειν, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτειν καὶ μυλλίζειν· σίλλος γὰρ ὁ μῖμος καὶ ὁ μῶμος καὶ ἡ ἀκολασία καὶ ὁ χλευασμός. Καὶ ὁ ταῦτα γράφων σιλλογράφος. V.

Pag. 131. l. 2. ἀγένειαν] *Γρ.* εὐτέλειαν. G.

ead. l. 10. ἢ κονδύλους] Κόνδυλος [h]) παρὰ τὴν κάμψιν τῶν δακτύλων, οἱονεὶ κάνδυλοι ὄντες· περὶ αὐτοὺς γὰρ ἡ κάμψις τῶν δακτύλων ἐγγίνεται. Ἢ κένδυλός τις ὤν, εἰς τὰ κενὰ δυόμενος τῶν ῥαπιζομένων· κενὰ γὰρ σαρκῶν τὰ μέρη ταῦτα. V.

Pag. 133. l. 9. ἡ ἐξέτασις] ἀντὶ τοῦ, ἡ παράθεσις· τοῦ θείου [i]) δηλονότι. V.

Ead. l. 14. ταῦτ' ἐστὶ] Βαρύτατος [k]) ὁ λόγος. V.

Pag. 134. l. 12. ἀκαλλῆ] [l]) *Γρ.* ἀκαμῆ, ἀντὶ τοῦ, ἀκατέργαστον, ἀπεριποίητον. G.

ibid. ἀκαμῆ· οὖσαν] Γράφεται καὶ ἀκαλλῆ, ἀντὶ τοῦ, ἀκατασκεύαστον, ἀπεριποίητον, ἀκατέργαστον. V. ἀκόσμητον. G.

Ead. l. 16. μεσταὶ δὲ Διὸς] Ἀράτου. G.

Pag. 135. l. 5. ὁρᾷς ὅπως [m])] κατ' εἰρωνείαν· καὶ τοῦτο βαρύτητος εἰρωνεία. V. θεοὺς ἠδίκηκα] βαρύτατος ὁ λόγος. G.

---

tur ἡ κακολογία· tum praeterea, ὁ ταῦτα γράφων σιλλογράφος (pro σιλλογραφεῖ), quomodo *Matthaeus* etiam *Sladus* reposuerat. *Hemst.*

h) Κόνδυλος] Haec, quae totidem paene verbis leguntur in *Etymologo*, inde corrigenda sunt: παρὰ (pro περὶ) τ. κ. τ. δ. οἱονεὶ κάνδυλοι (pro κόνδυλοι)· tum, ἢ κένδυλός (pro κόνδ.) τις ὢν εἰς τὰ κενὰ δυόμενος (pro δόμενος) etc. quae itidem in Exc. G. rectius ponebantur. Restituere facile erat, si quis modo ad futilissimas Grammaticulorum originationes attenderet. *Hemst.*

i) τοῦ θείου] L. τὸ θεῖον. C. abb. τοῦ θεοῦ. *Solan.* Culpa descriptoris *Eὐδαιμονέστερον* hic praeponi suspicor, vocesque istas esse jungendas cum praecedenti adnotatione: ἀντὶ τοῦ, ἡ παράθεσις· τοῦ θείου δηλονότι. *Hemst.*

k) Βαρύτητος] L. *Βαρύτατος ὁ λ.* Vid. Schol. ad p. 135. l. 5. ibique not. *m. Hemst.*

l) ἀνύχμηρὰν] Praefigendum est ἀκαλλῆ. *Hemst.*

m) ὁρᾷς ὅπως] In Ed. Amst. haec *Luciani* fuerunt praenotata, Μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος] κατ' εἰρώνειαν etc. mutavit doctiss. *Solanus:* quam ob causam, mihi non plane liquet. Quae autem subjecit idem ex G. ita sunt constituenda: θεοὺς ἠδίκηκα] βαρύτατος ὁ λόγος, referrique debent ad ea *Luciani* verba c. 13. *Hemst.* Omisit haec *Schmiederus*, haud dubie propterea, quod supra ad verba ταῦτ' ἐστὶ idem adnotatum fuerat in V. *Lehm.*

Pag. 135. l. 14. παραθῶμεν αὐτὸν n)] ἀντὶ τοῦ ἐξετάζοιμεν, συγκρίνοιμεν, παραβάλλοιμεν. γράφεται δὲ καὶ παραθεωρῶμεν. V.

Pag. 136. l. 2. δειχθείη ἂν μέγα] Γρ. δόξη ἂν μέγα. G.

Ead. l. 14. διατριβὴν] Ἡ διατριβὴ o) ἐνταῦθα τὴν ἄνεσιν σημαίνει καὶ τὴν κατὰ σχολὴν ἀπόλαυσιν. V.

Pag. 137. l. 6. ἄρτι μὲν ταῦροι] Ταῦτα πάντα ὁ Ζεὺς γέγονε, δι' Εὐρώπην ταῦρος, δι' Ἀντιόπην σάτυρος, διὰ Λήδαν p) κύκνος. V. Ἔστι καὶ ἐπίγραμμα περὶ τούτου. G.

Ead. l. 10. ὃ πάντως καλὸν] Λείπει q), ἀλλ' ἢ, ἵν' ᾖ, ἀλλ' ἢ ὃ πάντων. Cod. 2954.

Pag. 138. l. 6. ἐναυσαμένου τινὸς] ἅψαντος. V.

Ead. l. 9. ἐάων] τῶν ἀγαθῶν. V.

Pag. 139. l. 1. κνισσᾶν] θυμιᾶν. V. ἀντὶ τοῦ θύειν. G.

Ead. l. 13. ὤνησο] εὐφράνθητι, ὠφέλησο. r) V.

Ead. l. 14. οἶδα ὡς ἓξ καὶ δέκα] Ἓξ καὶ δέκα· τὸ ξ' Ἀττικῶς ἐφυλάχθη· αὐτοὶ γὰρ ἐπὶ τῆς s) τῶν ἀριθμῶν συνθέσεως τὰ τέλη φυλάττουσι τῶν ἁπλῶν. V.

Pag. 140. l. 10. οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν] Λέγουσιν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρασθεὶς Θέτιδος ἐδίωκε φθεῖραι βουλόμενος· ὡς δὲ ἐγένοντο κατὰ τὸν Προμηθέα, ὁ Προμηθεὺς εἰς τὸν Δία ἔφη, ὅτι, ἐὰν συγγένῃ τῇ Θέτιδι, ὁ ἐξ αὐτῆς γενόμενος ἀναιρήσει t) σε, ὡς ἀνεῖλες σὺ τὸν πατέρα σοῦ Κρόνον· καὶ αἰσθόμενος ὁ Ζεὺς, ὅτι ἀληθῆ εἶπεν, τὴν μὲν Θέτιν ἔζευξε τῷ Πηλεῖ, τὸν Προμηθέα δὲ δι' Ἡρακλέους τῶν δεσμῶν ἔλυσεν. V.

---

n) παραθῶμεν αὐτὸ] Scribe αὐτὸν, ut in textu. *Solan.*

o) Ἡ διατριβὴ] Pessime enarrat hanc vocem. *Solan.* Mihi secus videtur, ut notavi ad ipsum *Lucianum*. *Hemst.*

p) Λύδαν] Sonus τοῦ Τ cum sono τοῦ Η confusus: scriptum enim est Λύδαν pro Λήδαν. *Solan.* Correxerat etiam *M. Sladus*. *Hemst.*

q) Λείπει] Errat Scholiastes. Pertinet ὃ ad τούτου. *Lehm.*

r) ὠφέλησο] Corrupte. *Solan.* Credo legendum ὠφέλησο· hoc verbo Grammatici plurimum uti solent ad alterum explicandum. Legit autem, legere saltem se putavit ὄνησο. *Hemst.*

s) τοῖς] τῆς recte reposuit *Solanus*. *Hemst.*

t) ἀναρεῖ] ἀναιρεῖ. V. *Solan.* Potius ἀναιρήσει σε. Modo εἰς τὸν Δ. pro πρὸς stribligo est recentiorum. *Hemst.*

ADNOTATIONES

IN SOMNIUM.

Pag. 3. l. 1. *ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ. Δ.*) Sic titulum auctori meritissimo fecimus, meliores editiones secuti. Mss. duo e regis Christianissimi Bibliotheca, quos beneficio viri clarissimi *Nicolai Rigaltii* videre contigit, nec titulum nec ordinem agnoscunt. A postrema etiam *editione Basiliensi* duae postremae voces aberant. Bourdelotius. Mixta cum sint opera *Luciani*, in suas quaeque classes olim distributa fuisse omnia, credibile est; quae nullo nunc ordine, neque temporum, neque rerum habita ratione, uti a majoribus edita sunt, a me quoque traduntur. Istarum classium praecipua, *Dialogi:* qui titulus ab iis, qui, post inventam artem typographicam, *Lucianum* primi ediderunt, omnibus praefixus mansit. De ordine opusculorum in praefatione a me dicetur. Solanus.

ΛΟΥΚ. Σ. Δ.) Hunc titulum reperio in *Editis.* Solan. In A. 2. addita leguntur: *ΚΑΙ ΑΛΛΑ ΠΟΛΛΑ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ.* Lehm.

Ead. l. 4. *Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου*) Non dubium est, quin *προσλαλιὰν* istam voluerit *Lucianus* operibus suis praefigi. Nec tamen persuasum habeo, scribendi exordium eam illi fuisse. De ordine, quem in his Dialogis servandum putavimus, dictum est in Praefatione nostra ad Lectorem. Bourd. Est λαλιὰ, vel *προσλαλιὰ*, ut patet in fine, ubi ait, *οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα.* Marcilius. Scriptum est hoc Somnium a *Luciano* post primas in Graeciam, Italiam et Galliam peregrinationes, cum, in patriam redux, eloquentiae specimen editurus, se suasque fortunas ostentare suis voluit; ne sibi, foris tam claro, domi noceret generis nota humilitas; eademque opera tenuioris fortunae adolescentulos ad res magnas suo exemplo exstimularet. Solan.

Ead. l. 22. *Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτ.*) Habet a *Platone*, in quo totus est, et a *Xenophonte*, cujus est assiduus imitator, apud quos *εἰς τοὺς διδασκάλους φοιτῶν.* Sic in *Hermotimo*,

sive de Sectis: *παρὰ τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα.* Sic *de Merc. Cond.* et passim alibi. Inde *φοιτηταὶ, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. Hesych. Suid. Poll.* Diligens lector monendus est, *Lucianum* saepissime loquendi modos eosdem, easdem paroemias, et citationes usurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam florida et variegata scriptura? Quod igitur semel monuerimus, illud sequentibus sufficiat. Ea satis constans ratio videbitur, cur paululum in his principiis immorandum. Bourd. *Εἰς διδασκάλου* solent illi scriptores usurpare, non *εἰς διδασκάλους* et sic *Nost. Hermot.* §. 82. et *Amorr.* §. 44. Solan. Verum et *εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν* ap. *Xenophont. Cyrop.* I, 2, 6., ut apud *Nostrum* de Saltat. c. 25. et Parasit. c. 13. ubi leg. *εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες.* Lehm.

Ead. l. 23. *Τὴν ἡλ. πρόςηβος*) Idem est prope finem hujus scripti *ἀντίπαις*, ut *Jungerm.* annotavit ad *Polluc.* II., 9. n. 51. Vocem, quia rarius occurrat, nudam nullaque auctoritate fultam destituunt Lexicographi; habet *Xenoph.* Cyrop. I. p. 8. v. 29. *Clearchus* apud *Athen.* XII. p. 548. B. *γυμνὴ παιδίσκη πρόςηβος. Dionys. Hal.* A. R. II. p. 125. v. 41. *πρόςηβος κοῦρος*, et *παῖδες πρόςηβοί τε καὶ τοῦ πομπεύειν ἔχοντες ἡλικίαν*, VII. pag. 457. v. 47. quos *impuberes* in pompis solemnibus Latini dicunt. *Aelian.* V. H. III, 32. *παῖς ὢν οὔπω πρόςηβος. Liban.* T. II. p. 156. D. 263. C. de Juliano: *ἤδη δὲ πρόςηβος ἦν. Glossae: Πρόςηβος, proximus pubertati:* formula loquendi ex Romano jure sumta, quales ibi multae: L. 111. D. *de Reg. Jur.* et §. 18. *Instit. de Obl. quae ex del.* retinuit ergo Latinas voces *Theophilus*: hinc integrandae, quod et eruditiss. *Schultingium* fecisse video, Glossae verb. Jur. *Πρώξιμος πουβερτάτι, ὁ ἐγγὺς ἐφηβότητος*· sic enim illi vocabulo veteribus ignoto *τὴν τοῦ ἐφήβου*, vel *τὴν ἐφηβείαν* vocant: *vicinum pubertati, Servius* etiam dixit ad *Virgil.* Ecl. VIII, 39. quae ex antiquo Jurisconsulto videntur descripta. *Πρὸς τὴν ἥβην προσάγειν* apud *Hippocratem* est Aph. S. III. Hemst. Significatur igitur hac voce aetas puerilis, juvenili proxima, quatuordecim, quindecimve annorum; ubi pueri jam in eo sunt, ut ad certum quoddam genus vitae publicae sese applicent, e scholis ludimagistrorum dimissi. Eandem fere Cyri aetatem *Xenophon* innuit l. c. Cyrop. I, 4, 4. verbis: *Ὡς δὲ προῆγεν ὁ χρόνος αὐτὸν, σὺν τῷ μεγέθει, εἰς ὥραν τοῦ πρόςηβον γενέσθαι* etc. et aliis verbis idem scriptor eandem Herculis aetatem describit Memorr. II, 1, 21. *ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο.* Sed *πρωθήβης*, quam vocem *Belinus* pro *πρόςηβος* nostro *Luciani* loco intrudere voluit, apud *Homerum* significat hominem *admodum adolescentem*, qui juvenilem aeta-

tem, etsi nuperrime, ingressus est. Vide modo Odyss. I, 432. VIII, 262. et Iliad. VIII, 518. Quod quam parum huc quadret, jam quilibet, opinor, intelliget. Locus autem Diall. Mortt. V. fin., ad quem *Belinus* provocat, nihil prorsus huc facit; neque, qui addi poterat, de Dea Syr. c. 35. LEHM.

Ead. l. 23. Ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο) Egregie congruunt illa *Libanii* T. I. p. 804. A. Ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συνεβουλευόμην τοῖς ἐπιτηδείοις, ἥν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον· qualia sunt in eo permulta, si quis ad *Lucianum* diligentius conferre velit. Cum autem ludum literarium reliquerit noster ἤδη πρόσηβος ὤν, annum egisse quartum et decimum manifestum est; quo scilicet expleto puberes fiebant, ut Stoicos secuti Proculejani tradiderunt, observante *Merillio* Obs. I, 22. id enim aetatis studiis liberalibus vacabant pueri, ut intelligi potest ex L. 21. §. 5. D. de Ann. Leg. et Fideic. Ceterum verti poterat initium hujus libelli, quod me monuit etiam vir eruditionis elegantissimae *Jo. Matth. Gesnerus*, paulo melius hunc in modum: *Tantum quod desieram ludum literarium frequentare pubertati jam proximus, cum pater deliberabat cum amicis, quid me tandem docerct:* ubi *docere* sumendum est ea potestate, qua respondet Graeco διδάξασθαι· L. 12. D. de Leg. et Fideic. *ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit;* et mox: *statuet, quod potissimum artificium heres docere eum sumtibus suis debeat.* Neque aliter in principio vitae Terentii *Donatus: A quo, ob ingenium et formam, non institutus modo liberaliter, sed et mature manumissus est.* HEMST. E regione horum verborum in margine *Ald. 2. Schaef.* haec a vetusta manu adnotata lego: *In eligendo vitae genere, habenda est inprimis fortunae suae et conditionis ratio.* LEHM.

Pag. 4. l. 3. Τύχης δεῖσθαι λ.) *Jac. Mycillus,* interpres hujus λαλιᾶς, auctoris mentem saepissime frustratur: *et egere quodam fortunae splendore.* Sic de Merc. Cond. BOURD. *Aristot.* Pol. IV. c. 11. πρὸς παιδείαν, ἢ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς· neque ineleganter *Artemid.* IV, 69. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος· Λαμπρὰν τύχην non aliter hic intellige, quam λαμπρὰν οὐσίαν apud *Alciphronem* I, 38. p. 182. *opes splendidas et lautas. Idem* I, 8. p. 30. τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἐστιν ἄπορα, καὶ βίος κομιδῇ στενός. ubi *Berglerus* Lucianeum illud, quod sequitur, adnotare non neglexit. HEMST.

Ibid. Τὰ δὲ ἡμ.) *Facultates autem nostras.* BROD.

Ead. l. 4. Ταχεῖάν τινα τὴν ἐπ.) Secundam voculam omisit *ed. Fl.* sola: ceterae cum *Codd. Mss.* tenant, quibus haud invitus accedo. Solemnis Atticorum in τὶς pleonasmi *H. Stepha-*

nus exempla dedit plena manu App. de D. A. p. 80. *Nost.* in Nigr. §. 33. Hemst. *Char.* c. 4. 11. et 15. et alibi saepius. Verum neque pleonasmum haberi velim hanc dicendi rationem, neque omnino sic explicari, ut fecit *Weiskius* de Pleonasmm. p. 79. sqq. Loquitur sic Attica modestia et urbanitas, ut respondeat Latino *satis.* Lehm.

Ead. l. 5. *Τέχνην τῶν βαναύσων*) Generaliter pro qualibet mechanica: *ἁπλῶς* tamen *βαναυσία, πᾶσα τέχνη*, ut vult *Hesych. Suid.* vox est Peloponnesiaca. In Peloponneso *βαῦνος κάμινον ἢ ἑστίαν δηλοῖ· Interpr.* Aristoph. Poll. Bourd. *Βάναυσος πᾶς τυγχίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ τοὺς βαύνους αὔειν, τουτέστι τὰς καμίνους καίειν· καταβέβηκε δὲ ἡ λέξις εἰς πάντα χειροτέχνην.* Vorst. Ex *Etymologo* sumta in v. *Βάναυσος.* Hemst. Dicebantur igitur *βάναυσοι* (olim forte *βαύναυσοι*, vel *βάυνασοι*) ii, qui igne utuntur ad conficienda opera, cujus generis sunt fabri ferrarii, aerarii, etc. Unde apud *Nostrum* de Sacriff. c. 6. Vulcanus dicitur *βάναυσος, καὶ χαλκεὺς, καὶ πυρίτης.* Deinde occurrit omnino de opificibus; qui quamlibet artem sordidam tractant, artificibus sellulariis, oppositis iis, qui eruditioni, *τῇ παιδείᾳ*, h. e. artibus liberalioribus, operam dant, ut h. l. et §. 9. Ceterum artes quoque ipsas sordidas et illiberales, s. mechanicas, nonnunquam a veteribus vocatas fuisse *βαναύσους τέχνας*, passim observarunt viri docti, ut *Jensius* Lectt. Luciann. p. 89. *Fischerus* Indic. Aeschin., alii. Lehm.

Ead. l. 6. *Μηκέτι οἰκόσιτος*) In Mss. et aliis editionibus quoties occurrunt duae vocales in duabus dictionibus, prior semper eliditur, quod semel monitum volui. Bourd.

Ead. l. 7. *Οὐκ εἰς μακρ.*) Brevi, non multum post tempus. Brod. Somn. s. Gall. c. 19. et saepius. Lehm.

Ead. l. 8. *Τὸ γιγν.*) *Τὸν γιγνόμενον μισθόν.* Brod. Artis proventum. *Budaeus* vertit *justam mercedem.* Bourd. i. e. *μισθόν.* Vorst. Vid. de Merc. Cond. cap. 23. et Toxar. cap. 18. Solan. *Quod mercedis ex opera locata nascitur*: quam latinam locutionem Graecae formulae comparatione *J. Fr. Gronovius* illustrat de P. V. p. 252. *Budaeus* C. L. G. p. 84. interpretatur, *justam mercedem.* Illa vis aliis in locis apta, hic neutiquam: res est manifesta e *Luciani* Tox. ubi Agathocles, ut amicum Diniam tueretur, in insula Gyaro purpurariis operam addicebat, *καὶ τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων ἔτρεφε τὸν Δεινίαν.* Hemst.

Ead. l. 10. *Καὶ πρόχ. ἔχ. τ. χορ.*) *Quae paratam opem ferret: quae promtas praeberet suppetias.* Ea repetit passim. Bourdelotius.

Ead. l. 14. Ἑρμογ. etc. καὶ λιθ.) Ἑρμογλύφος, ἑρμογλυφεὺς, qui statuas sive hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia: λιθοξόος, λιθογλύπτης, λιθογλύφος, qui e lapidibus id praestat. *Th. Magister* in Dict. Att. Ecl. improbat vocem λιθοξόος, ut minus Atticam. Ait, ἑρμογλύφος καὶ ἑρμογλυφεὺς, οὐ λιθοξόος etc. Pari ratione, qua hic agit *Th. Magister*, posset quis improbare ἑρμογλύφος et ἑρμογλυφεὺς, ut voces minus Atticas, ac probare τὸ λιθοξόος. Quid enim? an non continuo post priora *Luciani* ab *Thoma* nostro producta verba sequitur λιθοξόος; cur hoc magis quam illa improbari meretur? quin aliquoties τὸ λιθοξόος in hoc brevi dialogo habet *Noster:* iterum §. 7. ὅ, τε γὰρ πάππος σου λιθοξόος ἦν, et §. 9. ἀγαθὰ ποιῇ λιθοξόος γενόμενος. Jensius. *Belinus: graveur en pierres.* Mox explicatur verbis λίθων ἐργάτης καὶ συναρμοστής. Lehm.

Ibid. Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις) Non dubito, quin legendum sit εὐδόκιμος. Sic enim loqui amant Graeci: voces ἐν τοῖς μάλιστα, quae nihil aliud designant, quam *cumprimis, maxime,* ponunt inter duos similes casus, quorum alter est nominis substantivi, alter adjectivi. *Aelian.* V. H. I, 31. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος· *lex, quae maxime servatur. Idem* XIV, 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι, *Alexander Pheraeorum tyrannus quammaxime truculentus fuit. Lucian.* noster in Gallo (c. 24. ubi vid. adnot. *Lehm.*): Ἐν τοῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἄξιος. *Plutarch.* in Coriolano p. 223: Ἄππιος μὲν οὖν Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι. *Idem* in eodem p. 232: Ἦν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν. Et in Iside et Osir. p. 364: Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν. *Dionys. Halic.* lib. I. p. 49: τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. *Idem* pro eo dicit ἐν τοῖς πάνυ. lib. I. p. 15: Τοῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μέγα τε καὶ ἀρχαῖον. *Herodot.* dixit eodem sensu, ὅμοια τὰ μάλιστα, ut alibi ostendimus. L. Bos. *Obs. Crit. c. V. p.* 18. Contra Codices scriptos et edd. omnes verissimam emendationem probo *L. Bos*, ἐν τοῖς μ. εὐδόκιμος. Origo vitii a librariorum inscitia, qui post ἐν τοῖς illud εὐδόκιμος alio casu positum pati non potuerunt, praesertim quod crederent, cum hoc ipso vocabulo conjungi debere μάλιστα. Graeci solent, inprimis Attici, ἐν τοῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδόκιμος, ἄριστος, ἀρχαῖος· ubi perspicuum est intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμοις οὖσιν εὐδόκιμος, ut bene docuit *H. Stephanus* App. de D. A. p. 181. 182. *Thucyd.* VIII, 90. ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ. ubi nulla est causa, cur H. *Stephanus* miretur, quid

venerit in mentem Enarratori Thucydidis, ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις· hoc enim voluit, qui revera loci Thucydidei sensus est, *vir inter vehementissimos, et a longo jam tempore infestus plebi:* quemadmodum in *Plutarchi Coriol.* Appius Claudius αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι, id est, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, *praecipuus inter eos, qui vehementissime plebem oderant.* Egregius *Platonis* locus sub initium Symposii, quique optime, quomodo locutio suppleri debeat, ostendit: Aristodemus Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε· in Crit. p. 38. E. καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναίων σε, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα· intellige, ταύταις ταῖς αἰτίαις ἐνεξομένοις. mox: ὅτι ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὡμολογηκὼς τυγχάνω· similia, si quis desideret, reperiuntur apud *Dionys. Hal.* A. R. I. p. 53. v. 3. *Muson.* apud *Stob.* p. 166. v. 16. *Aelian.* V. H. II, 38. XIV, 44. *Dion. Cassium,* imitatorem veterum diligentissimum, XLIV. pag. 244. C. 249. A. Neque adjectivis tantum, sed et verbis apponitur. *Dionys. Hal.* de Comp. Verb. pag. 51. v. 36. ὃν (Demosthenem) ἐν τοῖς μάλιστα οἶμαι τὴν πόιητικὴν ἐκμεμάχθαι. *Plutarch. Pyrrh.* p. 391. B. καὶ διετέλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα καὶ χρώμενος. *Noster* in Pseudol. §. 14. τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τοὔνομα διετέλεσεν. Haec qui perpenderit, facile mihi largietur, corruptum *Eunapii* locum in *Chrys.* pag. 194. sic esse corrigendum, δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις, ταῖς φιλονεικίαις ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐκτραχύνεσθαι· a quorum mente *Hadr. Junius* prorsus aberravit. Nec dispar est ratio in similibus aliis, quae istorum adverbiorum indolem imitantur. *Plato* Crit. p. 32. C. ἦν (ἀγγελίαν) ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι· *quem nuntium equidem, ut mihi videor, inprimis,* vel, *ut qui maxime feram aegerrime:* credat aliquis explendum esse, ἐν τοῖς βαρύτατα φερομένοις· sed idem, si contulerit priora, minime dubitabit, quin rectius intelligatur, ἐν τοῖς β. φέρουσι vel ἐνεγκοῦσι. *Thucydid.* VII, 71. ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον· in quo *H. Stephanus* itidem obhaesit. Jonibus autem forma non multum diversa placuit, εὐδόκιμος ὅμοια τοῖς μάλιστα, vel, τῷ μ. *Herodot.* VII, 116. ἀνὴρ δόκιμος ὅμοια τῷ μάλιστα· parique modo cap. 141. quibus in locis equidem, quae ratio *L. Bos* impulerit Obss. Misc. p. 57. ut contra fidem *Edd.* legeret ὅμοια τὰ μάλιστα, nequaquam intelligo; repugnat enim ista scriptura non minus Graecae linguae ingenio, quam ipsi *Herodoto* III. c. 8. σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. c. 57. θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι. ubi intelligendum est, πλούσιος ὅμ. etc. Ad hoc exemplum *Thucydides* quam proxime, veteris Ἀτθίδος,

quae cum Jonica dialecto fere tota congruebat, unica norma I, 25. Corcyraei χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις. *H. Stephanus* hic parum extricat, nullaque parte lectorem adjutum dimittit: atqui in talibus ὅμοια ponatur, an ὁμοίως, nihil interest; *Herodot.* III, 68. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων· qui locus ad Thucydideam structuram aptissime quadrat: neque aliter *Pausanias*, qui studiose obsoletam quandam orationis compositionem sectatur, II. p. 199. Arriphon Λυκίων τοῖς μάλιστα ὁμοίως δόκιμος· X. p. 825. de Herophila Sibylla, ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρισκον· atque ita scribendum judico, deleto ἐν VII. p. 591. ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἔστιν ἀρχαῖον· pro ἐν τοῖς μ. et X. p. 836. forte ὅμοια pro ὁμοίᾳ, quemadmodum IV. p. 364. Ὅμοιον similiter apud Thucydidem exstat VII, 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν ὅμοιον τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ etc. φονικώτατόν ἐστι· at Scholiastes cum vetustis Codd. ὅμοια, quam lectionem praeferendam esse nullus dubito: vid. *Dion. Cass.* XLIX. pag. 404. D. Porro, ut operam hanc absolvamus, pari virtute dicitur, εὐδόκιμος ἐν ὀλίγοις, quemadmodum ποταμὸς ἐν ὀλίγοισι μέγας apud *Herodot.* IV. c. 52. πομπὴν ὀνομαστὴν ἐν ὀλίγαις γενομένην, *Heliodor.* II. p. 127. πλούσιος ἐν ὀλίγοις apud *Long.* IV. pag. 123. et τὰ πολεμικὰ συνετὸς ἐν ὀλίγοις, quam Vaticani Codicis lectionem secutus est jure merito *Hudsonus* in *Dionys. Hal.* A. R. IV. p. 237. v. 19. eaedem membranae *H. Stephani* acumen approbant, hunc loquendi florem *Dionysio* restituentis Sched. V. c. 27. *Interpretem Aeliani* de Anim. X. c. 50. haec formula fefellit, male a praecedentibus, ad quae pertinebat, divulsa: πατρὶς εὐδαιμονιζομένη καὶ ζηλωτὴ δοκοῦσα ἐν ὀλίγαις· illud ἐν ὀλίγαις sequentibus adjunctum reddidit, *paucos post dies*, cum debuisset, *invidendis opibus inter paucas beata*; sic enim et Latini loquuntur. *Liv.* XXIII. cap 44. *pugna memorabilis inter paucas*; apud quem saepius occurrit. Hemst. Simillimum mendum apud *Suidam* in Μεσομήδης Κρὴς, λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. Lege: καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλος. Idem *in Addendis*. In talibus non conjungenda esse verba ἐν τοῖς μάλιστα, sed μάλιστα potius ad sequens Adjectivum referri debere, diligentissime demonstravit *Reizius* in egregio libello de inclinat. accent. p. 17. sqq. Quibus nonnulla, nec illa vilipendenda, addiderunt *Wolf.* ad hunc Reizii locum, et *Hermann.* ad Viger. p. 765. Lehm.

Pag. 5. *l.* 1. Δίδασκε) Διδάσκου *Thom. Mag.* in Διδάσκομαι· atque ita margo ed. Ald. 1. Wesselingii. Probavit hanc lectionem

Pricaeus sic proferens ad *Pauli* Ep. II. ad Timoth. II, 15. Utrumvis rectum. Idem. Neque omnino improbavit διδάσκου idem *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. p. 4. Verum pace summi viri dixerim, διδάσκεσθαι recte quidem dici potest respondere Latino *docere*, sed eatenus tantum, quatenus *docere* passim de eo occurrit, qui alterum doceri aliquid jubet curatve, quod Graecis est διδάσκεσθαι in Medio. Idque docent exempla ista, quae ipse *Hemsterh.* supra attulit p. 168. Ergo διδάσκεσθαι in Medio recte quidem dicitur parens, qui filium instituendum curat, ut in initio hujus libelli, dicuntur etiam alii, qui eatenus quasi parentum vice funguntur. Sed de magistro ipso, qui doceat, hoc Medium nusquam usurpari puto. Ceterum totum *Thomae* praeceptum de voce διδάσκομαι bono Grammatico indignum. Confundit pessime Medium et Passivum. Neque hoc possum jam, occasione oblata, monere, Futuri vim activam significari forma Medii διδάξεσθαι. Clarissimus locus est in Cronosol. c. 12. Unde infra § 10. διδάξομαί σε est *docebo te*, nil aliud. Lehm.

Pag. 5. l. 3. *Δύναται γὰρ καὶ τοῦτο*) Meo judicio melius erit mutari distinctionem: *δύναται γὰρ, καὶ τοῦτο φύσεώς γε* etc. Felices filii profectus sibi amicisque pater spondet, neque dubitat, quin in formando ad statuariam Luciano opera minime sit peritura. Formula quaedam legitima, *δύνασαι γὰρ, δύναται γάρ. Callimach.* H. in Apoll. v. 29. *Τὸν χορὸν ὦ πόλλων* etc. *Τιμήσει· δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διΐ δεξιὸς ἦσται.* in Del. v. 226. Latinis haud minus usitatum. *Valer. Flacc.* I, 13.

— *versam proles tua pandet Idumen,*
(*Namque potest*) *Solymo et nigrantem pulvere fratrem.*

ibi plura notat *N. Heinsius*, et *Adr. Behot.* Apoph. III. c. 20. Hemst. In editione mea hujus Somnii, scholarum usui accommodata, interpunxeram verba sic: *δύναται γὰρ, καὶ τοῦτο, φύσεώς γε* etc. et propter caussas quidem, quas in nota illic subjeci, satis, ut opinabar, et perspicuas, et graves. Sed *censor*, qui huic editioni meae contigit, *Halensis* (Allgem. Liter. Zeit. Ergänz. Bl. N. 102. Sept. 1820.) veterem disponendarum vocum rationem: *δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε* etc. ingeniose quidem, neque tamen ultra veritatis speciem, defendendam suscepit, ita, ut verbis *ἐργάτην λίθων, συναρμοστὴν, καὶ ἑρμογλ.* tres gradus artis significari, atque jam *καὶ τοῦτο* ad postremum, tamquam supremum illorum, referendum censeret, hoc sensu: *valet enim hoc quoque*, scil. *ἑρμογλυφέα εἶναι.* Non possum adsentiri. Nam ut gradus illos patienter feram, tamen et usus hujus formulae Lucianeus, et sententiae ipsius interna vis ac natura, quo minus cum *Cen-*

sore doctissimo faciam, me prohibent. *Δύναται γὰρ*, quam formulam e *Callimacho* jam probavit *Hemsterhusius*, etiam apud *Lucianum* semper parenthetice et, si vis, elliptice usurpatur ita, ut proxime antecedens, vel etiam sequens, actio mente sit cogitanda. Imagg. c. 12. in verbis: *ἢ καὶ λώϊον, δύνασαι γὰρ, καί τινα εἰκόνα γραψάμενος τῆς ψυχῆς ἐπίδειξον, ὡς μὴ* etc. *δύνασαι γὰρ* est *vales enim*, hoc scil., quod jam dicturus sum; neque additur *τοῦτο*, vel *καὶ τοῦτο*, quamquam simile quid supplendum. Similiter Rhet. praec. c. 24. *Ἦν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς (δύνασαι δέ· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς βαρύ)* etc. Et in nostro loco *δύναται γὰρ* est: *valet enim*, hoc scil., quod modo dicebam, artem lapidum sive caedendorum, sive concinnandorum, sive denique efformandorum; h. e. omnino artem lapidariam discendam per omnes gradus. Quod in sqq. pater inprimis artem Hermarum fingendorum intelligit, id sane par erat fieri, quod hic ipse tum temporis summus erat artis lapidariae gradus. Neque tamen necessario inde sequitur, in verbis *δύναται γὰρ* solam hanc artem *ἑρμογλυφικὴν*, separatam illam ab ante commemoratis, a quibus tum fere separata non erat, intelligendam esse. Ne autem verba *καὶ τοῦτο* cum sqq. arctius conjungerentur, commate posito, quod omiserunt *Hemst.* et *Schmied.*, ea sejunxi. LEHM.

Ead. l. 4. *Δεξιῶς*) *Anglic.* et *Mss.* δεξιᾶς, minus Attice. BOURD. In Codd. A. R. P. et L. δεξιᾶς· at Vat. 1. δεξιῶς. Vide supra hoc ipso capite, et Tox. c. 44. Diall. Mer. VI, 4. *οὐ πάνυ μορφῆς εὐφυῶς ἔχοντες*· adde et Imagg. cap. 11. ubi in Impr. quidem legitur *μορφῆς εὖ ἠκούσας*· ego vero cum eo, qui in Cod. L. id adscripsit, *ἐχούσας* malim: sed vide, quae illic in eam rem a me aliisque ultro citroque sunt allata. SOLAN. Nihil est, quod in hac phrasi desideres: similiter enim dicitur, ac *φύσεως εὖ ἔχων*. *Julian.* apud *Cyrill.* pag. 229. E. *Zosim.* I. p. 12. verum conspirantes in δεξιᾶς plerique *Codd.* vitii suspicionem movent. Quid si a *Luciano* fuerit? *φύσεως τυχὼν δεξιᾶς*· quomodo Archytas apud *Stob.* p. 44. v. 24. *φύσεως εὐστόχω τε καὶ μναμονικᾶς καὶ φιλοπόνω τυχών*· nescio quis apud *Suidam* in *Πάριον*· *φύσεώς τε δεξιᾶς τετυχηκώς*· vel, *φύσεως λαχὼν δεξιᾶς*, ut *Democritus*, teste *Dione Chrysost.* p. 553. B. *Ὁμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης*· et de hoc ipso Dione *Synesius*, *ὁ δὲ λαχὼν φύσεως θείας*· neutrum sane tam longe ab *ἔχων* distat, quin, prima litera per vetustatem evanescente, facile potuerit in illam vocem abire. Commode quoque *φύσις δεξιά*· *Malchus* apud *Suidam* in *Παμπρέπιος*· *Φύσει πρὸς ἅπαντα δεξιᾷ χρησάμενος*· et *δεξιὸς τὴν φύσιν* in v. *Γενέθλιος*.

Hemst. Nec δεξιῶς tentandum, quod plurimi et optimi libri habent, neque adeo ἔχων, quod cuncti. Est ἔχειν cum Adverbio, quod conditionem indicat, simul cum Genitivo nominis, respectum significantis, quo illam conditionem sumi velis. Supra ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχε. cf. *Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 344. Alia exempla praebebunt e *Xenophonte* quidem Lex. *Sturz.* s. v. ἔχειν §. 31. ex *Aeliano* Ind. *Kuehn.* s. h. v., e *Luciano* modo praebuit *Solanus*, aliunde etiam *Fischer.* ad *Weller.* T. IV. p. 85. sq. cf. etiam *Hemst.* ad Ep. Nigr. *Lobeck.* ad Phryn. p. 280. Lehm.

Ead. l. 5. Ὑπὸ τῶν δ.) Lege ἀπό. Brod. Angl. ἀπό. Bourd. Ἀπὸ, an ὑπὸ, praeferendum sit, dubitat *Abresch.* Dilucc. Thucydd. p. 626. Legit autem, nescio unde, ἀφείθην. *Schmiederus*, quatuor edd. vett. secutus scripsit ἀπὸ, provocans ad locum plane absimilem Diall. Mortt. XIX, 1. Unice recte legi ὑπὸ, probavi in edit. mea ad h. l. „Nam dicit auctor" haec sunt verba mea, „se dimissum a magistris, h. e. magistros ipsum dimisisse, una et altera vice; neque vero hoc vult, se dimissum e manibus, oculisve, h. e. e potestate vel disciplina, magistrorum." Haec non videtur cepisse *Censor* ille *Halensis*, qui ὑπὸ quidem mecum tuetur, idem autem interpretatur: *quum enim a praeceptoribus (e schola) dimissus essem*, etc. longe sane a vero aberrans. Quodsi enim ὑπὸ legitur, uti etiamnum mihi videtur legendum esse, non potest alia esse sententia, quam haec: *quoties enim dimissus eram a praeceptoribus, fingebam mihi* etc. Fiebant enim haec a puero, adhuc scholam frequentante: quod nisi esset statuendum, quomodo, obsecro, factum crederes, ut pro his ineptiis puerilibus plagas a praeceptoribus acciperet, e quorum scilicet disciplina jam esset dimissus? Ὁπότε autem cum Optativo esse *quoties, quando*, neque vero *quum*, (*da*) res est hodie notissima, et, si vis, praeter locum ejusdem libelli §. 6. ὁπότε ξέοι τοὺς λίθους, sexcenta alia docent. Stat itaque sententia. *Una et altera vice*, hoc censori dictum esto, est uno alterove die, quod nos dicimus: eins und das andre Mal, *passim, subinde.* Lehm.

Ead. l. 7. Ἀνέπλαττον) Ex hoc puerilis lusus oblectamento, si supra aetatem procedere videretur, indolis majora promittentis omen capiebant. Locus est in *Aristoph.* Nub. v. 875. tam similis, ut *Lucianus* imitatus fuisse videatur. *Schol.* ad v. 879. βούλεται δὲ αὐτὸν ὡς ἐκ παιδὸς ἀποδεῖξαι εὐφυᾶ, καὶ γλύφειν ἀστείως δυνάμενον. Vid. *Gataker.* ad M. Antonin. VII. §. 23. Hemst.

Ibid. Εἰκότως) *Ad veram imaginem, πρὸς τὴν εἰκόνα.* Non

enim εἰκότως ibi vulgariam recipit interpretationem, cum nullus sensus elici possit. Bourd. Quidni? Descendit εἰκότως proxime ab εἴκειν, vel ἐοικέναι, estque propria vi sua *probabiliter, verosimiliter*, ergo h. l. *naturae convenienter.* Ad vocem εἰκὼν respicere cum *Bourdelotio* non licet. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐν βραχεῖ) Χρόνῳ addi non solet. Brod. Est enim Neutrum, ut nostrum *in kurzem*, ubi ineptum foret cogitare vocem *Zeit*. Lehm.

Ead. l. 11. Ἐπιτήδειος — ἡμ.) *Dies apta*, quae opponitur *diei parum auspicatae*, ἀποφράδι, de qua *Lucian.* in Pseudol. Cler.

Ead. l. 12. Παρεδεδόμην) Praefero παρεδιδόμην. Hemst. Flagitante sensu recepi Imperfectum. *Tradebatur* avunculo, non *traditus erat*, eo die, qui primus faustus videretur. Lehm.

Ead. l. 13. Οὐκ ἀτερπῆ] Observatum in marg. *Ald.* 2. *Sch. Incipientibus omnia perplacent, praesertim pueris.* Lehm.

Pag. 6. l. 4. Πλακὸς) Tabulam lapideam intelligit *Soping.* ad *Hesych.* in Πλάξ. Sic Mosis tabulae legis πλακὲς λίθιναι. Locutionem καθικέσθαι πλακὸς, totumque locum illustrat *A. Dounaeus* ad *Chrysost.* p. 578. Hemst.

Ibid. Τὸ κοινὸν) *Quod vulgo dicitur.* Brod.

Ead. l. 5. Ἀρχ. δέ τοι ἤ.) Hemistichium est *Hesiodi*, citante *Luciano* in Hermot. Illud *Horat.* in Ep. lib. I. ad Lollium ad hunc modum expressit: *Dimidium facti, qui bene coepit, habet.* Cognatus. Hesiodeum illud repetit in Hermotimo et alibi. Bourd. Proverbium hoc *Lucianus* Hesiodo tribuit *Hermot.* c. 3. cujus auctoritatem *Scholiastes* aliique non cunctanter sunt secuti. Verum neque in *Hesiodo* hodierno legitur, neque omnino Hesiodeum esse, acute nuper conjecit *Alb. Fabricius* in notis ad pag. 85. *vitae Procli.* Putat enim confundi hoc adagium cum alio illo trito, πλέον ἥμισυ παντὸς, quod hodieque in *Hesiodo* legitur, et a *Platone* alicubi meminimus allatum. (*ed. Bas.* 534.) Et sane in alio illo *Platonis*, quem affert, loco, *de Legg.* VI. ed. Lugd. pag. 614. D. ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργου etc. ut et in *vita Procli*, *proverbium* quidem audit, sed *Hesiodeum* esse minime dicitur. *Suidas* etiam sine auctoris nomine habet. *Galenus* etiam de *Semine* l. I. p. m. 229. l. 10. τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς, ὡς ὁ κοινὸς λόγος· deinde ad *Platonis* locum ea de re alludit. Nam quod *Scholiastes* Aristotelem videtur adducere testem, nihili est, cum in *Problem.* I. frustra ista verba quaeras; *Polit.* autem V. de *Hesiodo* auctore nihil habeat. ἡ δ' ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. Adde et *Eth. Nicom.* I. p. m. 4. lib. 6.

ubi, δοκεῖ οὖν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. De *Hesiodo* ne γρὺ quidem. *Jamblichus* disertis verbis *Pythagorae* auctori tribuit N. 162. ἀπόφθεγμα Πυθαγόρου αὐτοῦ. Latine reddidit *Horat. Ep.* I, 2, 40. *Dimidium facti, qui coepit, habet.* Locus *Platonis*, de quo supra, exstat *de Legg.* III. p. 690. G. ed. Lugd. Idem *Plato* Polit. B. ed. Ald. p. 27. A. aliter effert: οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. Solan. *Hesiodo* qui tribueret, antiquiorem *Luciano* neminem inveni: sed infra *Lucianum Hierocles* etiam Hipp. II. p. 172. Ἡσίοδος μὲν ἥμισυ τοῦ παντός φησιν εἶναι τὴν ἀρχήν. *Diogenian.* C. II. n. 97. Ἀρχὴ ἥμισυ παντός· ἐπὶ τῶν εἴς τι προκοπτόντων· παρῆκται δὲ ἐκ τῆς Ἡσιόδου· vel scribendum ἐκ τῶν Ἡσ. vel haec, quod potius credo, mutilata sunt; suspicor autem hunc ad modum in integrum restitui posse: παρῆκται δὲ ἐκ τῆς Ἡσ. παροιμίας, πλέον ἥμισυ παντός· ut significare voluerit, istam paroemiam ad Hesiodei dicti, quod itidem proverbii locum obtinuit, exemplar fuisse expressam: hoc suadet usus verbi παράγεσθαι vel παρῆχθαι pro *deduci, derivari.* Nulla primi auctoris apud veteres mentio. *Polyb.* V. c. 32. Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι φάσκοντες· ita nimirum solent laudare τοὺς ἀρχαίους, cum proverbia, vetustissimae sapientiae reliquias, proferunt, neque pluribus in locis aliud est quidquam κατὰ τοὺς ἀρχαίους, ὡς οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι, quam, *ut vetus habet proverbium. Demetr.* περὶ Ἑρμ. § 122. καὶ τὴν παροιμίαν ἐποιήσαμεν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός, ὡς ἐοικυῖαν τούτῳ τῷ σμικρῷ κακῷ· (nondum constitui, utrum malim, ἐποίσομεν an ἐποικειώσομεν· ἐποιήσαμεν certe vitiosum.) Saepius idem adagium non totidem verbis, sed eleganter orationi intermixtum aliis etiam rebus aptatur. *Dionys. Halic.* de Ant. Orat. p. 129. v. 9. καίτοι μέρος γε τοῦ παντὸς ἥμισυ ἀρχὴ λέγεταί τε καὶ ἔστιν. *Aristot.* Probl. S. X. pag. 75. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον· ἥμισυ γάρ· τὸ δὲ σπέρμα ἀρχή. *Ovidium* huc respexisse A. A. 1, 610.

Fac tantum incipias, sponte disertus eris,

observavit *N. Heinsius. Marini* locum in Vit. *Procli* c. 34. descripsit *Suid.* in Ἀρχὴ, ἡ μὲν φυσικὴ etc. Porro videndi sunt praeter *Erasmum* in *Principium dimidium totius, Elias Vinetus* ad *Auson.* Ep 81. et *And. Schottus* ad Prov. *Suidae* c. III. n. 64. Hemst. Multum sane differt, quod *Hesiodus* habet Ἔργ. v. 40. πλέον ἥμισυ παντός, licet vocibus adsonantibus. Videtur mihi error esse *Luciani* (ex Hermot. c. 3.) ut ad *Scholiasten* hujus loci, ita etiam ad alios posteriores scriptores, *Hieroclem, Diogenianum*, e. a. propagatus. Negligentiam vero

Luciani in adferendis potissimum vel rebus, vel scriptoribus, antiquis admissam, non pauca arguunt loca, de quibus suo tempore. LEHM.

Ead. l. 7. *Σκυτάλην*) De hac voce, ejusque varia acceptione, copiose Grammatici. In *Cod. Flor.* et *edit. Basil.* male *σκυτάλλην*. BOURD.

Ead. l. 8. *Κατήρξατο*) Ut hic locus recte intelligatur, vocis *κατάρχομαι* sensus adstruendus est, quem lexica non satis diserte notarunt. De ritibus proprie usurpatur, qui victimae mactationem antecedunt. vid. *Schol. Eurip.* ad v. 40. Iphig. in Taur. *Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισι μέλει. κατάρχομαι*, inquit *Scholiastes*, *οὐλοχύτας, τοῦτ' ἐστὶ προθύματά τινα, ὡς ἔθος ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ἐξ οὐλῶν, ἤγουν κριθῶν ἁλσὶ μεμιγμένων, οἱονεί τινας ἀπαρχὰς ἐπιχέω τοῖς βωμοῖς*. Eo sensu usurpat *Noster* Tox. cap. 6. Hic idem valet, quod *τὰ προτέλεια* etc. de Merc. Cond. c. 14. SOLAN. Omnino *κατάρχεσθαί τινος* est *incipere, inchoare aliquid*. Inprimis de sacrificiis dicitur, et denotat *victimam immolandam ritibus quibusdam solennibus consecrare*. Jocose *Lucianus* se sistit hostiam, avunculum popam, qui ipsum *κατήρξατο οὐ πρόῳς*, i. e. haud leniter *inauguraverit, initiaverit, exceperit, salutaverit*, feriendo scilicet ac percutiendo. *Wieland.* non illepide: einen unfreundlichen Willkommen geben. *Belinus*, quum reprehendit Latinam interpretationem: *me initiavit*, non percepisse eam videtur, quod et alias ei accidit. LEHM.

Ead. l. 9. *Τὰ πρ. τῆς τ.*) Poterat interponi *μοὶ εἶναι τὰ πρ.* vel *μοὶ εἶναι πρ.* sed nihil opus videtur. Eleganter in hac voce transferenda Graeci luxuriant, praesertim recentiores: nam veteres illi, castigatae sobriaeque orationis legibus adstricti, parcius. In *Sophili* fabula *Phylarcho* apud *Athen.* III. p. 100. A. parasitus, dum prima mensae fercula imponuntur, bene sibi fore ominatur, *τὰ προοίμια*, inquiens, *ὁρῶ*. et *Alexis* p. 107. B. *Strab.* I. p. 35. B. *φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος· τὸ προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον*· quod propius ad *Nostrum* accedit, *ὁ ἐν προοιμίοις τῆς τέχνης*, apud *Liban.* Or. XXVIII. p. 619. A. paria reperies et verecunde translata in *Maxim. Tyr.* D. IX. p. 94. *Aristid.* T. III. p. 305. 309. *Philostr.* de V. S. II. pag. 579. ne plura, quod facile foret, congeram. *Juven.* imitatur III, 288.

miserae cognosce prooemia rixae.

Declamatorem illum vix fero, qui *Palaephati* caput 47. de Hyacintho in florem verso concinnavit: *λέγουσι δ' ὅτι καὶ τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον*. Nec sane me multum capit audax *Basilii Seleuc.* figura in Vit. Thecl. p. 8.

Ἰκόνιον πόλις τῆς Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη· Constantin. Porph. de Them. I. p. 34. *τὰ δὲ ἄνω καὶ μεσόγαια τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσὶ προοίμια·* quod genus similia nescio equidem, an veteres illi eloquentiae naturali cultu nitentis auctores licere sibi voluerint. Praeterea *Lucianus*, ut arbitror, solennem hujus vocis in sacris usum spectavit; eoque magis, quod praecedat indidem petitum *κατήρξατο·* nam *προοίμια* sunt praeludia hymnorum, qui victimis in aram impositis decantabantur. Pari modo *Julian.* Or. II. p. 66. D. *τὸν ἐκ τοιούτων προοιμίων καὶ προνομίων ἀρξάμενον.* quae utraque junxit etiam *Synes. Calv.* Enc. p. 66. D. Hemst.

Ead. l. 10. *Συνεχ. ἀναλύζων*) Emendo *ἀνολολύζων.* Brod. *Mss.* et. *Angl. ἀνολύζων:* de qua voce dico ad lib. 10. *Heliod.* Bourd. In P. L. et Coll. G. *ἀναλύζων.* Sed genuina est vulgata. Sic Diall. merr. XI, 1. *ὀλολύζων ὥςπερ βρέφος.* et Deor. Diall. XII, 1. V. *Eurip.* Troad. 1000. Utitur tamen eo sensu verbo simplici *λύζω* de Mort. Peregr. cap. 6. Solan. Utra lectio palmam mereatur, *ἀνολολύζων*, an *ἀναλύζων*, (pro quo *Bourdelotium* vitio scripsisse *ἀνολύζων*, paene credo) dijudicare promtum non est. Olim de faustis acclamationibus et ululatibus, quos mulieres ad sacra vel furore divino percitae ingeminabant, *ὀλολύζειν*, *ὀλολυγμὸν* et *ὀλολυγὴν* proprie posuerunt: *Poll.* I, 28. in *Euripidae* Medea v. 1173. ancilla anus, cum Glaucam Creontis filiam infelicis doni veneno contactam in solium incidere solutis membris vidisset, *ἀνωλόλυξεν*, quippe

. . . . . *δόξασά που*
Ἢ Πανὸς ὀργὰς, ἤ τινος θεῶν μολεῖν·

sed animadversa saevientis mali labe, quae a furore divinitus immisso multum aberat, *Εἶτ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μέγαν Κώκυτον*, *pro sacro ululatu in flebiles ejulatus prorupit:* quod ideo monere visum fuit, ne quis per errorem hunc locum in contrariam plane sententiam, quod factum memini, capiendum existimaret: similiter Iph. in T. v. 1337. certe, nisi in rebus laetis, *ὀλολύζειν* apud veteres vix reperias usurpatum: vide *Euripid.* El. v. 691. idque praeter *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. c. XXI. et Equit. *Aristoph.* v. 613. docuit *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Del. v. 258. H. in Pall. L. v. 139. attamen ad fletus et lamentationem traducta sunt a posterioribus haec vocabula, eorumque potestas tam prope ad *λύζειν* accessit, ut saepius ad id verbum explicandum adhibuerint Grammatici: vid. *Hesych.* in *Ἀνγμὸς*, *Suid.* in *Ἀναλύζουσα*, *Ἀνγκαλνουσα*, *Ἀνγμός. Schol.* Aristoph. ad Acharn. v. 690. *Λύζει*) *ἐὰν διὰ* (vel *μετὰ*, ut *Suid.* habet) *τοῦ ζ ὀλολύζει· ἐὰν δὲ χωρὶς*

τοῦ ζ ἀλύει, τουτέστιν, ἀδημονεῖ. *Λύζει, ποιὰν φωνὴν τραχεῖαν ἀφίησιν, ἢ λυγμῷ συνέχεται.* ubi probe separandae sunt adnotationes binae, prima vetustioris *Scholiastae* diversam in *Aristophane* lectionem consignantis, *Εἶτα λύζει* et *Εἶτ' ἀλύει*, (nam ut *λύει* vice *τοῦ ἀλύει* unquam fuerit positum pro *ἀδημονεῖ*, quamquam in *Hesychio* sic quoque legatur, non inducor, ut credam) recentioris altera, vulgatam, et, meo quidem judicio, deteriorem scripturam exponentis; quod minus intellectum tenebras objecit *H. Stephano* Ind. Thes. in *Λύζω*, et *Foesio* Oecon. Hipp. in *Λύζειν*. Hinc patet, quam facili errore potuerit altera vox in alterius locum immigrare. Neque tamen diffiteor, praeferendum mihi videri *ἀναλύζων* propter illud *συνεχὲς, crebros singultus ducens*, vel, ut cum *Val. Flacco* dicam III, 338. *crebris quatiens singultibus ora.* Vid. *Petron.* c. 91. p. 440. *Philo περὶ Πρ. πρὸς Γ'*, p. 1019. B. *ὁ δὲ μόλις μὲν, ἀναλύζων δὲ ὅμως κεκομμένῳ τῷ πνεύματι φησίν·* antea mentionem fecerat *δακρύων ἀθρόας φορᾶς*. Similiter *ταῦτα λέγων ὁ Ἰώσηπος* (de B. J. VI. c. 2. §. 2.) *μετ' ὀδυρμοῦ καὶ δακρύων λυγμῷ τὴν φωνὴν ἀνεκόπη*, vel potius (cur enim respuamus auctoritatem *Msst.*?) *ἐνεκόπη*. *Stat.* Theb. VII, 360. *Dicentis maduere genae — vocisque repens singultus apertum Intercepit iter:* nec minus eleganter *Pedo Albin.* ad Liv. v. 120.

Tandem, ubi per lacrimas licuit, sic flebilis orsa est,
Singultu medios impediente sonos.

cujus generis innumera congregare nihil attinet. *Lucianus* etiam in Peregr. (c. 6.) *ἐδάκρυε μάλα γελοίως*, et mox, *ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξύ. Hesych. Ἀναλύζων, ἀνανύττων· nisi potius scripsit ἀναλύττων*, inquit *H. Stephan.* in Thes. Ind. hoc si verum, nam nonnihil addubito, in *Λυγμὸς* itidem pro *ἀνανυγμὸς* restituendum erit *ἀναλυγμός·* at non vereor affirmare, verbum illud Hesychio reddi debere in *Ἀσταλύζειν, ἀναβλύζειν, κλαίειν·* et *Ἀστυλάζει, λυπεῖ μετὰ κλαυθμοῦ*. utrobique scribe, *ἀναλύζειν, λύζει·* neutrum pervidere potuit *Barnesius* ad *Anacr.* Od. 56. p. 196. *Glossae* quidem *Cyrilli: Ἀποβλύζω, λύζω, singulto:* sed hic quomodo defendi possit et declarari ex formula poëtarum, *singultare animas, sanguinem*, facile video; in *Hesychio*, non item. Pari virtute dici *ἀναφέρειν*, ostendit *Galenus* in Gl. Hipp. *δηλοῖ ποτὲ καὶ τὸ ὑπολύζειν ἀναπνέοντα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ· καὶ ἀναφέρειν ὥσπερ παιδία τὰ πεπαυμένα, κλαίοντά τε καὶ εἰς τὰς ῥῖνας ἀνέλκοντα τὸ πνεῦμα.* haec commode faciunt ad singultus Luciani verberati: quod clarius patebit, si rescribas *πεπαιμένα* vel *πεπαισμένα*. tantillum vitium cum *Foesius* in *Ἀναφέρειν* non animadvertisset, prava versione incrustavit: idem apud *Hesy-*

chium eruditos fefellit in *Κροτητά*. Egregie *Propertius* illud *ἀναπνεῖν ὑπολύζοντα* expressit: *Surget et invitis spiritus in lacrimis*, I. Eleg. XVI, 32. *Ἀνγδὴν κλαίειν* est apud *Sophoclem* Oedip. Colon. v. 1618. Hemst. Ergo magis tamen inclinat *Hemsterhusius* ad lectionem *ἀναλύζων*, quam ceteroquin etiam *Ald. 2.* exhibet, et *Schmiederus* quoque et *Matthiae* receperunt. Nihilo minus persuasum habeo, genuinum esse *ἀνολολύζων*. Proprie *ὀλολύζειν* est *ὄλωλα κράζειν*, i. e. *prae dolore clamorem tollere, vociferari, ululare*, quod ex hoc Graeco originem duxit. Haec est propria vis, verum addo audacter etiam antiqua, certe Homerica. Vid. modo Odyss. III, 450. IV, 767. et alia loca, ubi de laetis exclamationibus cum *Hemsterhusio* et celeberrimo *Schneidero* (Lexic. Gr.) ne cogitari quidem potest. Jam quum constet *Lucianum* nostrum saepenumero vel inscium uti Homericis; quum hic ipse Diall. Merr. XI, 1. de puella usus sit verbis, cum nostro loco apprime convenientibus: *οὐ διαλέλοιπας ὀλολύζων* (vel *ἀνολολύζων*, ut *Schm.*) *ὥσπερ βρέφος*, unde simul patet, nihil offensionis habere *συνεχὲς ἀνολολύζων*· quum denique facile pateat, lectionem *ἀναλύζων* vel ex glossemate, vel, quod praetulerim, ex vitiosa scriptura *ἀνολύζων*, cujus vestigium *Bourdelotius* prodidit, oriri potuisse: mihi quidem certum est, scripsisse auctorem *ἀνολολύζων*. Ceterum de muliebri ejulatu proprie dici *ὀλολύζειν*, auctor est *Suidas*: *ὀλολυζέτω· θρηνείτω· κυρίως ἐπὶ γυναικῶν*. Sed quidni etiam de puerili? Lehm.

Pag. 6. l. 10. *Δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπόπλεως*) *Τοὺς ὀφθαλμοὺς* aberant ab uno Ms. Bourd. Quod sequitur deinceps, *διηγοῦμαι τὴν σκυτάλην*, e vitae communis sermone repetitum. *Narro baculum*, h. e. *de baculo, quid mihi de baculo acciderit*, die Geschichte mit der Peitsche. Necyom. c. 4. *ὁ δέ τις — ἐπιῤῥαψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη, καὶ τὸν ἱδρῶτα* (i. e. *τὸ περὶ τοῦ ἱδρῶτος*) *καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν*. Lehm.

Ead. l. 12. *Πολλήν τινα ὠμ.*) Vix est, ut non putemus excidisse, *καὶ κατ. πολλήν τινα τοῦ θείου τὴν ὠμ.* hoc, nisi fallor, postulant *ἔδρασε* et *αὐτόν*. Mox illud *ἐννοῶν*, succedens post *κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς*, mihi non probatur: *ἔννοια* potius vigilanti convenit. *Long.* II. p. 39. *ἀγρυπνία ἔχουσα καὶ ἔννοιαν τῶν γεγενεμένων, καὶ κατάμεμψιν* (assentior *Rhodomanno* et *Jungermanno* sic emendantibus: *Mollius* aberrat) *τῶν παραλελειμμένων*. melius quadraret *ἐνυπνιάζων* vel *ὀνειροπολῶν*, quemadmodum in *Liban.* Decl. XXXVII. pag. 807. B. *περὶ μὲν πρῶτον ὕπνον κατέδαρθον· ἔπειτα ὀνειροπολήσας τὴν*

δωρεὰν, ἀνηγέρθην· sed haec a vulgata lectione nimis recedunt. Hemt. *Πολλήν τινα τοῦ θείου τὴν ὠμ.* edendum curavit *Matthiae.* Mihi quidem *Lucianus* consulto omisisse videtur *τοῦ θείου*, quia haec pueri narratio affectus, doloris scilicet et odii in avunculum, plenissima fuit. Tum vero non solemus accuratissime ad artem et regulam singula vel disponere, vel exponere; omittimus etiam, quae tum per se intelliguntur, tum odiosa sunt commemoratu. Accusabat autem tum misellus homuncio avunculi crudelitatem, sic forte exclamans: *ὦ πολλῆς τῆς ὠμότητος· ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν* etc. non nominans eum, quem parentes vel sic agnoscere possent. Probata haec *Censori Hal.* Infra § 14. facile intelligitur in *ἐνετρίψατο* Subjectum ex antecedenti *ἡ σκυτάλη*, neque consultum foret cum eodem *Hemsterhusio* pro *εὐθὺς* legere *ὁ θεῖος*. Articulum vero *τὴν* ante *ὠμότητα* jam restituendum esse putabam, indigitatum illum ab *Hemst.* Sic locutus *Lucianus.* Vid. p. 169. Jam vero quod ad sequentem vocem *ἐννοῶν* attinet, nec mihi probaretur illa, si *κατέδαρθον* stricte esset reddendum *obdormivi.* Sed *καταδαρθεῖν* saepe nihil aliud esse, quam *κατακεῖσθαι*, vel *κατακλίνεσθαι*, *quiescendi ergo cubare, cubitum ire,* abunde demonstratum ab *Abreschio* Dilucc. Thucc. p 626. sq. et *Kistemakero* ad Thucyd. p. 131. Sic bene omnia cohaerent. Nocte ingruente cubitum it puer oculis adhuc lacrymosis, totam noctem (h. e. primum vigilando, tum utcunque dormitando) cogitabundus; repetens scil. mente, quae paulo ante evenerant, et moliens nova consilia de futuro tempore: e quibus quidem diversis et vagis cogitationibus tandem illud somnium formatum, quod auctor modo narraturus est. *Censor Hal.* aut *ἐννοῶν* capi vult *somnians*, quod quidem probari non potest, aut, quod minus ipsi arridet, cum *Hemst.* corrigi vult, modo ne substituatur *ὀνειροπολῶν*, quippe quod a vulgatae lectionis forma nimium recedat. Lehm.

Pag. 6. l. 14. *Ἀγαναχτησαμένης*) Restitue *ἀναχτησαμένης*. Brod. *Thomas Mag.* in *Ἠγαναχτησάμην*. Neminem fore credo, cui *Brodaei* conjectura blandiatur. Hemst.

Pag. 7. l. 3. *Φιληκόων*) *Φιλήκοος* non debet verti *auscultandi cupidus*, sed *literatus* vel *studiosus literarum*, qui sic dicitur, quod sit assuetus audire docentem, et libenter eruditis sermonibus aurem praebeat. Hinc *φιληκοΐα*, *discendi studium.* Cler. Unde jure mirabitur quisque *φιλήκοος*, qui fieri potuerit, ut *Belino* in verbis *φιληκόων ἀκροατῶν* Pleonasmus aliquis inesse videretur. Lehm.

Ead. l. 5. *Θεῖός μοι* etc.) Agamemnonis verba, Iliad.

B, v. 56. Bourd. Tritus usu veterum versiculus: ab eo orationem Ἀσκληπιάδας exorsus est *Aristid.* T. I. p. 73. εὐφήμως dicebant θεῖον ὄνειρον. *Aristoph.* Ran. v. 1379. Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω. Hemst.

Ead. l. 7. Ἐναργὴς) Indicium hoc est somnii divinitus missi: nam cetera somnia minus vivida esse credebantur. Cler.

Ead. l. 10. Ἔναυλος) Hac dictione passim utitur. ἔναυλος ὁ ἐντὸς τῆς αὐλῆς. ὅθεν ὁ λόγος ἔναυλος ὁ ἐντὸς ὢν τῆς ἀκοῆς· atque hanc vocem sic capit, dum ait σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, etc. Bourd. In Galei Coll. adscriptum, *insonans*: quomodo *Boëth.* C. Ph. II, Pr. 3. *Itaque cum haec auribus insonare desierint.* Quam *Bourdelotius*, eandem notavit vocis interpretationem *Vorstius*: sumta sunt ex *Eustath.* ad Iliad. Φ. p. 1236. v. 52. quem *Phavorinus* descripsit. Hemst.

Ibid. Δύο γυναῖκες) Hoc Luciani somnium, seu visio, convenit cum Prodici Cei Sophistae figmento, quo induxit Voluptatem et Virtutem in solitudine Herculi adhuc puero apparuisse, ut, utram vellet, sibi comitem vitae assumeret. Hujus Prodici σύγγραμμα περὶ Ἡρακλέους *Xenophon* lib. Memor. II. citat. Meminit ejusdem *Quinctil.* IX, 2. *Cicero* de Off. I. et ad L. Luceium Epp. lib. V. Nec dissimilis est Christi doctrina de arcta et lata porta *Matth.* VII. et Pythagorae de litera bicorni, de qua praeter Virgilii carmen videndus est *Lactant.* lib. VI. c. 3. 4. Hesiodium bivium exponit etiam *Plato* in Protag. et de LL. IV. nos in libro nostrarum Mythologiarum secundo Herculem Prodicium. *Silius* porro *Italicus* XV. Xenophontis figmentum ab Hercule ad Scipionem transtulit. Cogn. Totius narrationis sive τοῦ ἐννυπνίου exordium sumtum e *Prodici* Philosophi Hercule. *Suid.* in Prod. aliique multi. Verum figmentum illud non *Prodico*, sed *Xenophonti*, quidam adscripserunt, ut *Cic.* epist. 12. lib. V. ad Fam. *Scholiast.* Homeri ad 14. Odyss. *Lucianus* hac προσλαλιᾷ §. 17. Male hoc illi. *Prodicus* enim hujus auctor primus, ut patet apud ipsum *Xenophontem.* post primum auctorem alii illud ipsum tetigere, ut *Max. Tyr.* serm. 4. *Themist. Euphrad.* Orat. 3. D. *Basil.* Orat. ad Nepot. Bourd. Imitatio Herculis *Prodici.* de quo vide *Xenoph.* Memorr. II. p. 429. ed. St. *Cic.* Off. I, 32. *Ovid.* III. Amor. 1. *Sil. Ital.* XV. *Basil.* De leg. Gr. lib. (Grot. ed. 91.). Solan. Quin ex Hercule Prodici delitigantium inter se Ἑρμογλυφικῆς et Παιδείας hanc imaginem *Lucianus* conceperit, dubitat nemo, passimque eruditi viri notarunt, *Dausqu.* et *Drakenborch.* ad Sil. Ital. XV, 20. *J. Barnes.*

V. Eurip. §. 12. ad *Homer.* Od. N. 288. *J. A. Fabric.* B. G. II. c. 23. et 41. Quid sibi velit *Bourdelotius*, cum Lucianum inter eos ponit, qui fabulam Herculis non Prodico, sed Xenophonti tribuerint, nullus capio. Hemst. *Belinus* etiam conferri jubet *Aristoph.* Nub. A. III. S. 3. et *Aeschyl.* Pers. v. 179. Omnino lectu dignus est *G. A. Cubaei* libellus: Xenophontis Hercules Prodicius et Silii Italici Scipio perpetua nota illustrati, praemissa de Prodico dissertatione. Lips. 1797. Lehm.

Pag. 6. l. 11. *Βιαίως καὶ καρτερῶς*) Sic jungi solita in *Xenophonte* et *Platone.* Bouad.

Ead. l. 14. *Ὅλον εἶχέ με*) Sic in Epist. amator. *Philost.* Idem.

Ead. l. 16. *Τῶν ἀλλοτρίων*) *Ἀγαθῶν.* Brod. H. l. potius *κτημάτων*, ut Diall. Mortt. VI, 3. Paulo aliter ibid. XXX, 3. ubi adduntur *τὰ ἀγαθά.* Lehm.

Ead. l. 18. *Τῷ χεῖρε*) Sic in omnibus et *Mss.* et *edit.* sic passim, ut infra, *τῷ χεῖρε, τῷ τέχνα*, et similia in *Platone.* Bouad. Vid. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 316. Lehm.

Ibid. Τύλων ἀναπ.) Ut solent, quibus a rustico aliove gravi opere, fabriliumque instrumentorum tractatione manus occalluerunt: huic hominum generi vitam ingloriam, qui Musis operantur, adscribunt. Divites ac potentes in Hieronis persona *Theocritus* hortatur Ecl. XVI, 32. ut in poëtas faciles sint et largi, ne *ἀκλεεῖς* ad Acherontem plorent, *Ὤρεί τις μαχέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας. Dion Chrysostomus* p. 410. B. *ἐν ταῖς χερσὶ τύλους ἔχοντα.* Hemsterh.

Pag. 8. l. 2. *Κόσμιος τὴν ἀναβολήν*) Ut post passim, *κοσμιώτερος τὴν ἀναβολήν.* Bourd.

Ead. l. 7. *Τῷ θ. ἀμφοτέρω. καὶ μ.*) Tollo distinctionem omnium edd. *καὶ τῷ θείω ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον.* quod fieri jubet verbi numerus dualis: *εὐδοκιμεῖν* ad avunculum utrumque pertinet, non item ad avum maternum, qui statuarius quidem, sed artis laude inferior. Illud *καὶ μάλα*, quasi novam periodum ordiri deberet, turbavit librarios. *Thucyd.* VIII, 1. *καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ ἐποίουν ταῦτα.* Hemst. Vix commemoratu digna, quae *Abreschius* Dilucc. Thucc. p. 740. de his verbis distinguendis somniat. Lehm.

Ead. l. 10. *Θρέψῃ γεννικῶς*) Male verterunt, *generose educaberis:* hoc voluit Lucianus, *aleris firmo cibo*, unde validos humeros laborique aptos nanciscaris: nam delicatae dapes, quibus isti nutriuntur, robur corporis enervant. *Γεννικὸς* et *γενναῖος*, illud rarius, hoc frequentissimum, pari sunt propemodum potestate: primum saepe videas degeneras-

se in γενικὸς; quae tamen distingui debere et ratio linguae docet, et recte monuit *H. Stephanus* in Thes. *Hesych. Γεννικῶς, ἰσχυρῶς, γενναίως*· prave *Suidas Γενικῶς*· *Lucian.* Pseudom. §. 55. *Dionys. Halic.* Vet. Scr. Cens. p. 124. v. 13. *γενικὰ καὶ μεγαλοφυῆ τῶν προσώπων ἤθη καὶ πάθη*· lege, *γεννικά*· frustra est *Sylburg. fortasse γενναῖα malet aliquis pro γενικά*· reponendum enim et pag. 175. v. 4. *γεννικώτερον*· idem remedium apud *Suidam* placet in *Πρόκωπος*, ubi *Porto* suspicanti *γενναῖα Kusterus* adstipulatur: hoc tamen in loco *Suidae* si quis *μανικὸν* potius habuerit, haud equidem adversabor; quemadmodum in *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 98. *ὀφθαλμὸς μανικὸν βλέπων*. Non aliter apud *Platonem* scribendum est in Theaet. p. 107. E. *Γεννικὸν λέγεις τὸν ἄνδρα*· *Phrynichum* Ecl. p. 42. *γεννικώτατον μάρτυρα*, ubi *Nunnesius, nobilissimum testem*, quasi unquam ea virtus esset in *γενικός*. Porro Atticorum est *θρέψη* pro *τραφήσῃ*. *Plato* de Rep. II. p. 600. E. VIII. p. 726. D. *Libanius*: *πόθεν ὁ ἀριστεὺς θρέψεται;* Hemst. Etiam *Lucian.* Char. c. 14. pro vulg. *γενικῶς* legendum esse *γεννικῶς*, omnium jam est vere eruditorum virorum sententia. Lehm.

Ibid. Τοὺς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς) Ut in Deor. et Mortuor. dialog. et in Contempl. Bourd.

Ead. l. 12. *Ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδ.*) De Sophistarum peregrinationibus vide *Cresoll.* A. G. X, 87. sed, qui ibi laudatur, *A. Gellius* de Philosophis erraticis loquitur. Solan. Attico more pro *ἀπελεύσῃ*· quod ne quis usurpet, cui castigatioris stili sit cura, sedulo cavet *Phrynich.* p. 10. *Thom. M.* in *Ἄπεισιν* et *Ἰών*. *Plato* Apol. p. 23. C. *οὐκ εὐθὺς ἀφήσω αὐτὸν, οὐδὲ ἄπειμι*. Utitur hoc *Luciani* loco *Kusterus* ad *Aristoph.* Plut. v. 70. Vide *H. Stephani*, qui jampridem haec copiosius fuerat persecutus, App. de D. A. p. 139. Hemst.

Ead. l. 13. *Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις*) Longe alia lectio concipitur ex Mss. et Angl. Cod. *οἱ δὲ ἐπὶ λόγοις*, (id est, qui partes *τῆς παιδείας* tuentur) *οὐκ ἐπὶ ἔργοις ἐπαινέσονταί σε, ἀλλ' ἐπὶ λόγοις*. Recepta lectio facilior, haec durior. *πάντες* abest a Mss. Bourd. Pater adscripsit notam *Bourdelotii*, mentem suam de ea non aperiens. Sane vulgata jocum et salem *Luciani*, et bonum sensum non habet. Cui enim dicere licuit, *neque ob orationem laudabunt te omnes*, ut *Benedictus* vertit, aut, ut apertius *Micyllus*, sed abundantius quam Graeca patiuntur, *neque etiam ob verba et orationem modo laudabunt te omnes?* ad quod ipsum vides tendere *Bourdelotium*. Quem illum omnes laudant? Sed nec judicium *Bourdelotii* probum est, dum censet receptam lectionem faciliorem, eam, quae in Mss. est, duriorem: nam contrarium verum est. Quid

enim facilius et gratius hac lectione, *οἱ δὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε*, omissa voce *πάντες*, quam non habent scripti libri? Sensus est, *pauci vero quidam* (sic per contemtum doctos et facundos viros vocat *οἱ δὲ*, ne nominare quidem dignata) *ob studia laudabunt te*, nisi quod etiam Graeca vox *λόγοις* invidiam quandam et contemtum majorem prae se fert, fabulas quoque et narratiunculas et nugas denotans. *Ἐπαινεῖσθαι ἐπί τινι* passim in *Luciano* obvium. GRONOV. Recte animadvertit *J. Gronovius*, non posse haec aliter Latine exprimi, quam, *neque propter verba laudabunt te omnes*. Sine dubio opponuntur *λόγοι ἔργοις*, *verba operibus*. Sed cum prior dicat Statuaria, Eloquentia etiamnum tacente, tota res exprimi debuit. Omnino ergo existimarim, omissa fuisse verba haec, *ἀλλ' ἐπ' ἔργοις*. Cum librarius scripsisset ad vocem *λόγοις*, oculosque a libro amovisset, repeteretque scriptionem, deceptus syllaba *γοις*, omissis tribus voculis, quasi eas jam descripsisset, transiliit ad eam, quae proxime sequebatur, vocem *ἔργοις*. Lege ergo, *οὐδὲ ἐπὶ λόγοις, ἀλλ' ἐπ' ἔργοις ἐπαιν.* etc. *non propter verba*, ut solent oratores, qui rivalem meam sequuntur, *sed propter opera laudabunt te omnes*. Eo clare respicit Eloquentia hisce verbis, quae ostendunt Statuariam ea dixisse, quae exposuimus: *Εἰ δὲ καὶ Φειδίας ἢ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ* ΕΞΕΡΓΑΣΑΙΟ, *τὴν μὲν τέχνην* ΑΠΑΝΤΕΣ ΕΠΑΙΝΕΣΟΝΤΑΙ etc. Scio laudari Mss. Codices, qui pro *οὐδὲ* habeant *οἱ δὲ*, et omittant etiam *πάντες*· sed haec confutat orationis series, et videntur esse *παραδιορθώσεις* Grammatici, lacunam hic esse non intelligentis. De ejusmodi omissionibus egimus in Arte Critica P. III. sect. I. c. 5. CLER. *Ἐπὶ λόγοις* [*ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις*] *ἐπ.*) Sic edi ex conjectura curavimus, cum in editis antea legeretur, *οὐδ' ἐπὶ λόγοις ἐπ. σ. π.* nullo aut perobscuro sensu. Praeivit emendationi nostrae scriptura Codicis *Bourdelotii*, cujus notam praemisi; in Pol. tamen est *οἴδε*. Ne quis autem hoc exemplo audaciae me insimulet, quod mea pro Lucianeis obtrudam, sciat in paucissimis iisque fere desperatis locis id factum, neque usquam quicquam contra fidem Codicum seu impressorum seu manuscriptorum scientem prudentemque, non monito lectore, mutatum. De *ἐπὶ λόγοις* vid. c. 7. *ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμῶν*. et Philops. c. 6. *ἐπὶ τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζεσθαι*. SOLAN. Turbatum hic fuit in Codd. Mss. eam ob rem, ut puto, quod quae primum ad illustrandam sententiam margini fuerant adpicta, postmodum ipsum *Luciani* contextum invaserint. Summo opere contendunt eruditiss. viri, ut inseratur, tanquam necessarium ad mentem *Luciani*, *ἀλλ' ἐπ' ἔργοις*· vulgatam

lectionem, quam princeps ed. Fl. fidelissima sane, nec minus Junt. tuentur, ut moverem, impetrare a me non potui. Oratio est morata, quae, sicut in dramaticis usu venit, ipso gestu vultuque ad irridendum composito juvari debet: *me si praetuleris*, inquit, *non peregrinabere procul patria et propinquis, neque ob orationes* (*quae adversariae meae λῆροι sunt καὶ φλήναφοι*) *cuncti te laudabunt.* In his quid jure desiderari possit, equidem non video: ista *ἐπὶ λόγοις* per se posita, quiddam invidiosum habent, quod evanescit, simulatque assutum fuerit *ἀλλ' ἐπὶ ἔργοις. Ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις* exstat in Lexiph. c. 22. *οἱ δὲ* pro *οὐδὲ* notavit etiam ignota manus ad oram ed. A. W. patrocinatur huic lecioni *J. Gronovius*: ego nihil aliud dicam, nisi me non assentiri. Hemst.

Ibid. Μὴ μυσαχθῇς) In Flor. Cod. *μυσαχθεὶς*, male. hanc vocem alibi interpretatus sum. Bourd.

Ead. l. 14. *Τοῦ σώματος τὸ εὐτ.*) Imo vero *σχήματος*, *vestis ornatus*: nemini enim suum ipsius corpus vile est. Vertendum ergo, *ne abhorreas a vili ornatu*, aut, *a sorde vestium.* Cler. Subscribo *J. Clerico*: quemadmodum jungitur hic *τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρὸν*, eodem modo paulo ante *σχῆμα* et *ἀναβολή*· tum c. 13. quod emendationi probandae solum sufficit, *χιτώνιον πιναρὸν καὶ σχῆμα δουλοπρεπές*· quod quid aliud est, quam *τοῦ σχήματος τὸ εὐτελές*; contra *σχῆμα εὐπρεπὲς* viri literis expoliti, eodem §. vid. Tim. §. 54. *Σχῆμα* vero corporis habitus: qui, si liberalis, ingenium bene natum prodit; si vilis et indecorus, turpe atque abjectum. Saepius hae voces commutantur: bene merebor de Heraclide Pontico, eumque obesi corporis, quod simili vitio debet, mole liberabo. *Diogen.* L. V, 86. *οὗτος ἐσθῆτί τε μαλακῇ ἐχρῆτο, καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα. Interpr. tumentique fuit corpore*: ut apud *Aelian.* V. H. XIII, 1. p. 787. *τὸ ὑπέρογκον τοῦ σώματος* commemoratur: at tu lege potius, *τὸ σχῆμα, specie corporis erat magnifica, et quasi ad pompam composita*: quocirca non *Ποντικὸν*, unde domo erat, sed *Πομπικὸν* Attici dixerunt. Quod porro sequitur apud *Diogenem*, opinionem nostram firmat: *πρᾷός τε ἦν τὸ βάδισμα καὶ σεμνός.* junguntur saepe *σχῆμα* et *βάδισμα. Xenoph.* Socr. Ap. p. 411. v. 21. *Aristoph.* Vesp. v. 1165. *Diog. L.* VII, 22. Hemst. *Τὸ εὐτελὲς τοῦ σώματος* significat h. l. squalorem comae, et calcis manuum, antea §. 6. ab auctore commemoratos. Intactam igitur velim vulgatam. Lehm.

Ibid. Τὸ εὐτελὲς) *Vilitatem.* Hanc vocem saepe interpretati sunt viri doctissimi. Cetera hujus concionatricis habes in Piscat. Bourd.

Ead. l. 15. *Φειδίας ἔδειξε τὸν Δία*) Olympicum, ut patet

postea, et apud *Jul. Imper.* in epist. Bourd. Vidi, qui daret, *fecit Jovem,* allato pari verborum *ἀποδεικνῦναι* et *ἀποφαίνειν* usu: hoc procul a vi locutionis abest. Tu cape: *tantam simulacro dignitatem addidit, ut Jovem ipsum mortalibus ostendisse videretur. Δεικνῦναι* pictorum est, fictorumve, qui expressissima similitudine imagines animant. *Noster* in Imag. §. 7. *τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὁ Ἀπελλῆς δειξάτω κατὰ τὴν Παγκάστην.* Piscat. §. 38. *ἔδειξε τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς τὰ πάντα προσεοικότας·* vide locum. Eadem mens *Senecae* Contr. V, 36. p. 387. *Non vidit Phidias Jovem* etc. *dignus tamen illa arte animus et concepit Deos et exhibuit: ἔδειξε.* Simillimum illud *Plotini* Enn. V. libr. VIII. p. 542. E. ubi, qualis idea sit intelligenda pulchri, multis disputat. *Ἔπειτα* (l. *Ἔπλασεν*) *ὁ Φειδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν* (addendum omnino videtur *νῷ*) *οἷος ἂν γένοιτο, εἰ ἡμῖν ὁ Ζεὺς δι' ὀμμάτων ἐθέλοι φανῆναι.* vide *Damasc.* apud *Suid.* in *Ἰάκωβος ἰατρός. Liv.* XLV. c. 28. *Olympiae et alia quidem spectanda visa, et Jovem velut praesentem intuens motus animo est:* in his, quod gravem historicum decebat, magnificum est orationis pondus: quanto jejunius, idque minime mirandum est, *Valer. Max.* III, 7. ext. §. 4. *vultum Jovis propemodum ex ipso coelo petitum eboris lineamentis amplexus.* Sed cogitate *Quinctilian.* I. O. XII. c. 10. p. 1087. *cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptae religioni videtur; adeo majestas operis Deum aequavit.* Cujus laudis amplissimum sane praeconium cumulasse videri potest *Propert.* III, 7. v. 15. *Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno,* modo lectio sit proba; quod nunc quidem exquirere non lubet. Scurra noster illam hominum opinionem de Phidia tam honorificam palam irridet de Sacr. §. 11. qui in templum ingrediuntur, non jam Indicum ebur amplius se videre putant, neque erutum e Thraciae venis aurum, *ἀλλὰ τὸν Κρόνον καὶ Ῥέας ἐς τὴν γῆν ὑπὸ Φειδίου μετῳκισμένον.* Porro notum est, quos *Homeri* versus, ut dignam Jove majestatem repraesentaret, animo secutus fuisse Phidias tradatur: eam ob rem de utroque perinde dictum, *ὁ τὰς τῶν θεῶν εἰκόνας ἢ μόνος ἰδὼν, ἢ μόνος δείξας Strab.* VIII. p. 543. operae pretium erit Apollonii disputationem in *Philostrato* contulisse de V. A. T. VI. p. 256. Vere ergo scripsit, atque eleganter *Schol. Homer.* ad Od. *Δ*, 612. Phidiam *καταπλεῖσαι εἰς τὸν Δία τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης.* De Polycleto *Maxim. Tyr.* XXVI. p. 266. Juno, *οἵαν Πολύκλειτος Ἀργείοις ἔδειξε λευκώλενον* etc. credas ipsi fuisse in mente *Parmenionis* Epigramma *Anthol.* IV. c. 12. Ep. 65. Eosdem, qui *Luciano* memorantur, artifices conjunxit etiam *Dionys. Halic. περὶ*

Θουκ. χαρ. p. 224. *Juven.* VIII, 102. de quibus vide *Fr. Junium* in Catal. HEMST.

Ead. l. 6. *Τὸν Δία*) *Jovem Olympium.* BROD. Jovis Olympici statuam, quae inter VII orbis miracula habita est. de qua videndus *Pausan.* El. I. p. 156. *Noster* Quom. Hist. Conscr. c. 27. pro Imagg. c. 14. de Mort. Per. c. 6. *Clem. Alex.* p. 19. B. *τὸν μὲν οὖν Ὀλυμπιάσι Δία, καὶ τὴν Ἀθήνησιν Πολιάδα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατασκευάσαι Φειδίαν, παντὶ που σαφές.* SOLAN.

Ibid. Πολύκλ. τὴν Ἥραν) De qua nos in Epigrammata Graeca. BROD. Sc. *Argivam.* patet apud *Plin.* de horum duorum operibus. Auctor libri de mundo, *Cic.* Tuscul. 1. *Plinius* cap. 8. lib. 34. *Val. Max.* cap. 15. lib. 8. BOURDELOTIUS. *Bourdelotius, Argivam Junonem. Basilius* de Leg. Gr. libr. Grot. ed. 107. B. Myronis vacca, Praxitelis Venus. SOLAN. Adde de Junone Polycleti *Pausan.* Corinthh. c. 14.; de Praxitelis Venere *Eund.* in multis locis, et *Nostrum* Amorr. c. 11. sq.; de Myronis vacca *Cic.* Verr. IV, 43. In hanc eandem nota sunt *Ausonii* undecim Epigrammata. LEHM.

Pag. 9. l. 1. *Ἐθαυμάσθη*) Mss. *ἐθαυμαστώθη*. BOURD.

Ead. l. 2. *Μετὰ τῶν θεῶν*) Pictores inter Deos referuntur apud *Ciceronem* Tusculan. J. FAYUS. Vid. Amorr. cap. 16. de phrasi ipsa vid. *Jamblich.* n. 30. et *Porphyr.* n. 20. SOLAN. Mira haec, et pugnantia cum totius antiquitatis Graecae et ingenio, et historia. Nec in *Cicerone* in ejusmodi hyperbolen incidas, nec etiam in *Luciano*, dummodo recte eos capias. H. l. nil dicitur, nisi hoc: *Dum homines genibus flexis statuas deorum adorant, simul etiam ipsos artifices quodammodo adorant*, qui quidem has deorum imagines, divino spiritu afflati, oculis mortalium repraesentaverint, atque adeo animos eorum ad colenda et adoranda numina excitaverint. Satis profecto pulchra et vero sublimis sententia, quam si etiam sublimiorem arbitrio facias, vide, ne portentosa evadat. LEHM.

Ead. l. 3. *Πῶς μὲν οὐ κλεινὸς — γένοιο;*] Negligentiae insimulat *Belinus* maximam partem editorum, quod hanc enuntiationem interrogative capiant, atque adeo sententiam auctoris obscurent. Significare potius voculam *πῶς* admirationem: *Comme tu serois célèbre!* Quam tacuisse consultum erat! Cogitavit bonus vir *ὡς*, quod sic exclamative usurpatur, quum *πῶς* per se sit interrogativum. Haec inscitia. Sed jam quanta ipsius censoris negligentia! Non legitur *πῶς γένοιο*; sed *πῶς οὐ γένοιο*; *Πῶς οὐ* autem est *quidni?* LEHM.

Ead. l. 5. *Πλείονα διαπταίουσα*) Hunc locum imitatus est

Julian. Imp. οὐ προσπταίων, οὐ διισσολογῶν, οὐκ ἐφιστάμενος ἐφ' ᾧ τὴν ἀνάμνησιν ἀθροίσαι σὺν χρόνῳ. BOURD.

Ead. l. 6. *Καὶ βαρβαρίζουσα, πάμπολλα εἶπεν*) Hic quoque adscripsit pater Mss. lectionem *πάντοθεν*, quae longe melior, etsi aliud videatur *Bourdelotio:* mutetur modo distinctio sic, *καὶ βαρβαρίζουσα πάντοθεν, εἶπεν ἡ τέχνη, in quacunque sermonis parte barbarizans.* Nihil est *pleraque dicere.* GRONOV.

Ibid. Πάμπολλα) Angl. et Mss. *πάντοθεν.* Sed *πάμπολλα* Lucianicum est: atque ipsa hac dictione passim utitur. BOURD. *Πάντοθεν* praeter Ms. *Bourdelotii* et A. P. L. et ed. Junt. Reliquae *πάμπολλα*, quod minus placet. SOLAN. Ferri poterat, *βαρβαρίζουσα πάμπολλα, plurima barbare locuta*, exemplisque pluribus affirmari: sed mos fuit gerendus plerisque libris, cum quibus judicium eruditorum hominum consentit. *πάντοθεν* in Nigr. §. 19. 31. etc. HEMST. Accedit et auctoritas Ald. 2., quae et ipsa habet *πάντοθεν*, quum prior habeat *πάμπολλα*, quamquam in utraque vitiose post *βαρβαρίζουσα* comma positum. LEHM.

Ibid. Μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα] Saepe accidit *Belino*, ubi *Hemsterhusianam* interpretationem reprehendit, ut eam non perceperit. Sic etiam h. l. culpat versionem: *perquam sane sedulo composita*, quasi ea non bene congruant cum vitiis, paulo ante commemoratis. Imo ad verba insunt haec Graecis, contra: *elle parloit avec vivacité*, longissime absunt. Nam primum *συνείρειν*, proprie *connectere, una serie continuare*, apud nostrum scriptorem imprimis de orationibus incurrit, in quibus singula verba ad periodos, et periodi singulae ad universam orationem bene maleve componuntur; vel cum Accusativo objecti, ut Nigrin. c. 8. *τὰ μὲν* (nonnullas orationis partes, h. e. partim) *ἀτάκτως συνείρων, ἐνίοτε δὲ καὶ* etc. cf. Jup. Trag. c. 6. et 14. Pseudol c. 6. vel absolute sine casu, ubi est *continua oratione declamare, disserere*, ut Prom. s. Cauc. c. 5. *σὺ μὲν περὶ τῆς κλοπῆς ἤδη σύνειρε.* Atque sic patet etiam h. l. *συνείρειν* intelligendum esse. Sed *μάλα σπουδῇ* non est *admodum diligenter, exacte ad artis regulas*, sed *valde studiose, operose, sedulo, magna cum virium intentione.* Sensus itaque est: *ita loquebatur ars, ut admodum operose multa deinceps, et una serie, declamaret.* Atque hunc optime reddit versio Latina. LEHM.

Ead. l. 8. *Τὴν μνήμην διέφυγεν.*] *Scholiastae* putidam observationem facile, opinor, refellet, quicunque veteres cum grano salis legere consuevit. LEHM.

Pag. 9. l. 11. *Εἰς τέλος*) Recte ibi Latinus interpres *εἰς τέλος, ad plenum. Virg.* lib. 2. Georg. *Huc ager ille malus,*

dulcesque a fontibus undae Ad plenum calcentur. Bourd. *Ad plenum. Virgil.* II. Georg. 224. sic διὰ τέλους. *Euripid.* Herc. fur. Οἱ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς. Solan. Id. Iphig. Aul. 161. Θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 479. Lehm.

Ead. l. 12. *Αὐτὴ*) Pro αὐτὴ mutato spiritu et accentu legerim αὕτη. id namque δεικτικώτερον. *Etenim quanta sis consecuturus bona, statuarius factus, illa* (Ἑρμογλυφικὴ) *ante me exposuit.* Idem fecerim in Deor. Dial. Ir. et Nept. Ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστι· vulgo αὐτὴ legitur: quod cum *ipsa* notet, convenit isti loco, ut ex toto praecedentium contextu clarum est. Recte autem id observatum in Contempl. §. 13. Τώμυρις ἐκείνη ἐστὶ· καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου αὕτη, εἰς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος, et in Revivisc. §. 16. Τίνες δέ εἰσι; . . . ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, σωφροσύνη δὲ ἐκείνη . . . ἡ ἀμυδρὰ δὲ αὕτη. At male iterum in Prometh. Δὸς καὶ τὴν ἑτέραν (χεῖρα) κατειλήφθω εὖ μάλα καὶ αὐτή· sed scribendum αὕτη· quod perspicuum est. Pro αὕτη apud Aeschylum in hoc Prometheo v. 61. legitur ἥδε· nam cum Vulcanus alterum Promethei brachium vinxisset, ait Κράτος, Καὶ τήνδε (ὠλένην) νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς. Jens. *Jensius* αὕτη. Et in hac quidem voce, ut recte observat, saepissime peccatur. Solan. Nondum persuaserunt mihi vel *Jensius*, vel *Censor* meus Hal., de necessitate emendationis αὕτη. Desiderarine Subjectum, ubi αὐτὴ legatur? Tum vero hercle desiderabitur etiam in illo αὐτὸς ἔφα· desiderabitur in multis aliis ejusdem generis enuntiationibus, ubi αὐτὸς, vel αὐτὴ, quisnam sit, facile e nexu verborum, vel e sono, vultuve, loquentis patet. Sua cuique loco est natura. Etsi *Jensio* facile concedam Marinn. Diall. X, 1. legendum esse, ut et ego edi olim curavi, ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν, et *Schaefero* lubenter largiar (Meletemm. p. 78.) item Diall. Marr. VI, 3. lectionem αὕτη σοὶ πλησίον, alteri αὐτὴ praeferendam, nec non Fugitiv. c. 3. probandum: ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ πρόσεισιν, non αὐτὴ· tamen inde, quod passim pro αὕτη librarii falso scripserunt αὐτὴ, non sequitur, et hic id factum esse. Nostro certe loco frigere mihi videtur αὕτη, contra αὐτὴ vim habere maximam, quandoquidem Doctrina in eo orationis momentum posuit, quod *ipsa* Statuaria commoda et emolumenta, quae ex ipsius consuetudine nascitura essent; h. e. vilia et humilia, enarraverit. Sub *ipsa* vero illa neminem, nisi dominam ac praesidem lapicidarum, intelligi debere, tum ex antecedenti voce λιθοξόος, tum ex vultu et gestu perorantis, facile a Luciano puero —

nam ad hunc, non ad lectorem proxime, vel Criticum suum, loquebatur, — cognosci potuit. Ergo quantopere laetabar, probatum Censori meo fuisse de loco §. 4. καὶ κατηγόρουν — ἔδρασε judicium meum, tantopere mirabar, hanc simillimam profecto crisin in h. l. eidem improbari potuisse. *Matthiae* secutus est *Jensium*. LEHM.

Ead. l. 13. *Τῷ σώματι πονῶν*) Sallustiana phrasi, inquit *J. Fr. Gronovius* Obs. II, 7. p. 260. *opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant.* Hunc *Luciani* locum descripsit totum et interpretatus est *Herald.* An. in Salmasii Obs. ad I. A. et R. II. c. 22. §. 3. ubi multa de βαναύσοις. Idem ad *Martial.* I. Ep. 10. formulam loquendi ταπεινὸς τὴν γνώμην obiter illustrat. HEMST.

Ead. l. 16. *Τὴν πρόοδον*) Alii Codices, *τὴν πρόςοδον*. BROD. *Ἐντιμὶς τὴν πρόςοδον* legit *Micyllus*, non *πρόοδον*. COGN. *Ἐντιμὶς* scriptum typorum errore pro *εὐτελής*: repetendum tamen fuit, ut pateret inconsiderata *Bourdelotii* festinatio. HEMST. *Τὴν πρόοδον* recte in omnibus et Mss. et impressis. *Jacob. Micyll.* nihilominus vult legi *ἐντιμὶς τὴν πρόςοδον*. BOURD. Recte Fr. et S. *πρόςοδον*. Reliquae *πρόοδον*, quod omnino repudiavimus. SOLAN. Non video, quid inter *ὀλίγα καὶ ἀγεννῆ λαμβάνων*, et *εὐτελὴς τὴν πρόςοδον* intersit, nec *Lucianum* credo tam fuisse sermonis inopem, ut scribendi nitorem inani *ταυτολογίᾳ* corrumperet: quam ob causam ex primis edd. revocare placuit *πρόοδον*, cujus locutionis vim et ambitum per partes mox persequitur: rem alio loco exponam. *Heraldus* vertit: *vilis in hominum congressu, denique cujus amicitiam nemo admodum expetat, aut tueri laboret*; utrumque non optime: *ἐπιδικάσιμος* optime, me judice, *J. Fr. Gronovius*, *amicis advocatus*, quam rarissimae vocis potestatem hoc in loco sententiae ratio requirit. eadem *H. Stephano* adversatur Thes. T. I. p. 1013. scribenti: *Ego ἐπιδικάσιμον τοῖς φίλοις appellari puto, qui propensus est ad adjudicandum sua sententia amicis quod petunt.* HEMST.

Ibid. *Οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος*) *Micyllus, neque amicis expetibilis. Benedictus, nec amicis in foro auxiliaris*, rectius. Rectissime adscripsit pater *amicis advocatus*. GRON. *Πρόοδος* est *progressus, exitus domo, et εὐτελὴς τὴν πρόοδον homovilis, quod ad progressum ejus attinet; qui solus, non comitante magna multitudine, foras prodit.* Respicitur ad patronos Romanos, qui fere, magna clientum caterva stipati, palam se ostendere solebant. Vid. Necyom. c. 12. Locutionem *ἐπιδικάσιμος τοῖς φίλοις* explicavit et *Abresch.* Dilucc. Thucc. p. 55. et 819. sq. eodem fere modo, quo *Gronovius* pater. Quum op-

ponatur φοβερὸς ἐχθροῖς, intelligendus est is, *qui amicis in foro advocati officio fungi scit, qui consilio et re adesse callet amicis reis, promtus ac peritus amicorum reorum defensor.* *Matthiae* fere ad *Micylli* rationem: um den man sich streitet, den Jeder für sich haben will. LEHM.

Pag. 10. l. 2. Ἐκ τοῦ π. δ. εἷς) *Unus e vulgi faece.* BROD.

Ead. l. 3. Λαγὼ β. ξ.) *Erasmus* in Proverb. *Leporis vita.* BROD. *Demosth.* de Cor. λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πλημμήσεσθαι προσδοκῶν. Paroem. λαγὼ βίον ζῆν λέγονται οἱ ἐν συνεχεῖ φόβῳ καθιστάμενοι καὶ ἀκηδιάζοντες. Ex hoc proverbio illud natum, λαγωῶν δειλότερος, de quo *Lucianus* Pisc. et saepe alibi. *D. Anast.* in Epist. de hujus animalis metu. *Arist.* c. 1. lib. I. hist. anim. et in Physiogn. *Varr. Horat. Oppian. Aelian. Apul. Jul. Poll. Sidon.* Neque ineleganter *Q. Cornificius* poëta apud *Eusebium* in Chron. milites fugaces vocavit *galeatos lepores.* Horum proverbiorum origo est, quam profert *Herodot.* in Thal. ὅτι ὁ λαγὼς ὑπὸ πάντων θηρεύεται καὶ θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου. Hinc metus leporis apud *Auson.*

At lepus, In me omnis terrae pelagique ruina est,
Forsitan et coeli, si canis astra tenet. BOURD.

Demosth. de Coron. 191. C. λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πλημμήσεσθαι προσδοκῶν, ἐφ' οἷς σαυτῷ συνήδεις ἀδικοῦντι. SOLAN. *Demosthenis* locus de Cor. p. 516. *D. Erasmum* non fugit in *Leporis vita:* manifesto *Galenus* imitatur περὶ τοῦ Ἱρσγ. ubi, quae genuinum medicum pericula maneant, enarrat: τὰ μὲν ἀπολογούμενον, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα λαγὼ βίον ζῆν, ἀεὶ τρέμοντα καὶ τι πείσεσθαι προσδοκῶντα. *Liban.* Ep. LXXVIII. p. 251. καταφρονοῦντα μὲν τῶν πολλὰ κεκτημένων, λαγὼ δὲ βίον ζώντων. Ad eos spectat, qui aliis obnoxii et humiles in perpetuo timore vivunt, nec suis se opibus et virtute ab alieno nutu pendentes tutari possunt; quorsum etiam refertur elegans illud, τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. Ab animalium moribus istius generis plura Graeci ad homines transferunt. Χαραδριοῦ τινα βίον διαζῆν. *Plat.* in Gorg. λάφου βίον ζῆν. *Aelian.* Ep. 18. sic σκώληκος βίος. Adde *Pallad.* de V. *Joh. Chrysost.* p. 216. HEMST.

Ead. l. 4. Ἕρμαιον) *Mercuriale Horat.* Sat. II, 3. VORST. *Phaedr.* F. 87. SOLAN.

Ead. l. 6. Οὐκ ἔστι δὲ) Eleganter haec *Plutarch.* in Pericle statim ab initio. BOURD. Si ad rationem temporum hic respiciatur, videtur postulari ἔσται, non ἐστί. Sed Graeci, in hac loquendi forma, ἐστὶ de quolibet fere tempore usurpant: sicut enim hic pro futuro, ita pro praeterito vel imperfecto ponit *Noster* in Herodoto c. 2. ἤδη οὖν ἅπαντες

αὐτὸν ἤδεσαν, πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. καὶ οὗτ ἐστιν ὅς, τις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος. In Demonacte c. 10. καὶ διὰ τοῦτο φίλος ἦν ἅπασι, καὶ οὔκ ἐστιν ὅν, τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζε. In aliis quoque casibus Graeci alia pro aliis tempora adhibent. Sic in Deor. dialogis D. IX. de Jove cum fulmine ad Semelen accedente, ὡς δ' ἐπείσθη, καὶ ἦκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνόν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος· καὶ ἡ Σεμέλη διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός· sensus requirit διεφθείρετο. Alia exempla, alibi collecta, huc transferre supersedeo. Achilles apud *Homer.* Iliad. A, 163. Οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὅππot' Ἀχαιοὶ Τρώων ἐκπέρσωσ' εὐναιόμενον πτολιέθρον· debuit ἔξω. JENS. Consentit *Plutarch.* V. Pericl. p. 153. A. οὐδεὶς εὐφυὴς νέος ἢ τὸν ἐν Πίσῃ θεασάμενος Δία γενέσθαι Φειδίας ἐπεθύμησεν, ἢ τὴν Ἥραν τὴν ἐν Ἄργει, Πολύκλειτος· quae sequuntur, an Lucianum item habitura sint adstipulatorem, haud scio: οὐδ' Ἀνακρέων ἢ Φιλήμων ἢ Ἀρχίλοχος ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασι. HEMST.

Ead. l. 7. Οἷος γὰρ ἂν ἦς) *Summus quantum voles statuarius.* BROD.

Ead. l. 8. Βάναυσος) *Sedentarius Plauto* in Aul. III, 5, 39. FAY.

Ibid. Χειρώναξ) Χειρῶν ἄναξ, μόναις ταῖς χερσὶ δεσπόζων. Aliter *Hesych.* BOURD.

Ead. l. 10. Ἀπαγγέλλουσα) Aliud exemplar, ἀπαγγελῶ et ἀποφανῶ. BROD. Mss. et Angl. ἀπαγγελῶ. Id. Cod. pro ἀποφαίνουσα, ἀποφανῶ. BOURD.

Ead. l. 12. Τὴν ψ. ὅπερ σοι κυρ. etc.) Videntur hic interpretes mentem Luciani parum intellexisse, quando verterunt, *animum, quae tui pars est praecipua, multis ac praeclaris ornamentis exornabo.* Negare quidem nolumus, κύριον sc. μέρος significare *partem praecipuam,* neque etiam, animum esse partem hominis praecipuam: sed existimamus, illud hic loci ab auctoris intentione alienum esse, qui haec verba, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, non referre voluit ad animum, sed ad commodum, quod hic proponit, ita quidem: *Deinde (id quod tibi praecipuum est praeter cetera) animum tuum multis atque praeclaris ornamentis exornabo.* VITRINGA. Aberrant quidem interpretes ab hac lectione, ut animadvertit *Hor. Vitringa,* cujus explicationi videtur auctor accedere *Budaeus* C. L. G. p. 43. non tamen a Luciani mente: pollicetur enim Eruditio, se animum, quae pars ejus sit longe praestantissima, omnibus virtutis ornamentis condecoraturam; quod utique multo conducibilius foret, quam si solum corpus ad vilis artificii labores instrueretur. Scribendum igitur ὅπερ

σοῦ κυριώτατον, Platonica loquendi formula: hujus enim scholae philosophi Pythagoram secuti docebant, τὸ κυριώτατον καὶ ἡγεμονικώτατον ἀνθρώπου μέρος εἶναι τὴν ψυχήν, quae propterea excoli debeat inprimis et ornari. *Noster* in de Merc. Cond. §. 19. τὸ κυριώτατον τὴν ψυχὴν τὴν ἑμαυτοῦ. Mox σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ· ita junxit *Paulus* ad Tit. II, 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς, ut notatum *L. Bos* ad eum locum. HEMST. Non hoc vult dea: *quae quidem praecipua est pars tui, s. naturae tuae.* Tum scribendum, opinor, erat ὅπερ τὸ κυριώτατόν σου (μέρος) ἐστί, cum Articulo, ut in loco de Merc. Cond. At dedit auctor Dativum, sic quidem interpretandum: *quod quidem tibi est*, s. *quod quidem habes, possides, praecipuum, pretiosissimum,* dein vorzüglichstes, edelstes Gut. LEHM.

Ead. l. 16. Ἀκήρατος κόσμος) Sic passim alibi. sic *Julian.* in Epist. dixit ἀκήρατον χρυσὸν *defaecatum*, ἀκηράσιον, ἀκήραιον, ἄφθορον, ἄφθαρτον, καθαρὸν, θεῖον, ἁγνόν. BOURD.

Pag. 11. l. 1. Γενέσθαι δέον) Suspectus mihi locus. Utitur tamen etiam in Tim. c. 28. τῷ N. τὸ δέον παραινέσεως ἄν. In plurali frequenter, τὰ δέοντα λέγειν· *Demostheni* familiaris dictio, ut 179. A. τὰ δέοντα πρᾶξαι. *Thucyd.* l, 70. C. SOLAN.

Ibid. Τὰ δέοντα πρ.) Nihil est in sensu, quod magnopere reprehendas: *et quae fieri expediant, mecum prospicies:* scilicet illam facultatem, qua quis exercitato in exemplis memoriae prioris ingenio futura sollerter praevideat, per eruditionem colligere licet. Inter alia naturam Alexandri hoc signo describit *Arrian.* VII. c. 28. ξυνιδεῖν δὲ τὸ δέον ἔτι ἐν ἀφανεῖ ὂν δεινότατος· apud *Liban.* T. I. p. 804. B. πλεῖστον ἀφεστώτων τοῦ τὰ δέοντα εἰδέναι. Nec tamen nonnihil offendunt tam propinqua νῦν γενέσθαι δέον et τὰ δέοντα· quare malim equidem τὰ μέλλοντα, unde facile fieri potuit, ut decepta librarii manus isto proximo δέον iterum deflexerit in δέοντα. Opportune vero sibi succedunt, οὔτε παλαιὸν οὐδὲν, οὔτε νῦν etc. ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα, quomodo simul non parum juvatur τὸ προόψει. Pro omnium autem rerum complexu ponuntur τὰ παρελθόντα, τά τε ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα. *Liban.* Or. XXXI. p. 644. D. et *Empedocles* apud *Apul.* de mundo: Πάνθ' ὅσα ἦν, ὅσα τ' ἐστὶν, ἰδ' ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω. quorum scientia primum divinae naturae tribuitur, pervidenti πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ut *Hippocrates* ait de Carn. in initio, *Orac.* apud *Diogen. L.* I, 33. *Xenoph.* Symp. p. 517. v. 42. deinde Apollini — *per me quod eritque fuitque Estque patet: Ovid.* Met. I. et Musis ab *Hesiod.* Theog. v. 38. iisdemque verbis vatibus ab *Homer.* Il. A, 70. sed saepius viris etiam prudentibus atque eruditis: de

Themistocle *Thucyd.* I. c. 138. *τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής·* mox: *τό, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα·* quod *Arrianus*, cum Alexandrum describeret, aemulatus est: de eodem propius ad *Lucianum Aristides* T. III. p. 321. A. *καὶ μὴν τῷ μὲν εὑρίσκειν τὰ δέοντα, καὶ προορᾶν, καὶ μηδαμοῦ τῶν πραγμάτων ψευσθῆναι, ἀλλ' ἄμεινον τῶν μαντέων τὸ μέλλον προλέγειν, σοφίας εἰκότως δόξαν ἠνέγκατο·* ex quibus verbis erit forte, qui vulgatae Luciani scripturae patrocinium petat. Hemst. Quamquam per se optime haberet *τὰ δέοντα*, loci tamen natura, et perspicuitas *τοῦ μερισμοῦ*, requirere videntur *τὰ μέλλοντα*. Facile autem mendum oriri potuisse, clare ostendit *Hemst.* Accedit jam denique auctoritas cod. Vat. 87. qui *τὰ μέλλοντα* exhibet, teste *Bastio* ad *Gregor. Cor.* p. 86. Schaef. His omnibus conjunctis non poteram jam, quin ab eo, quod olim de h. l. tuli, judicio recederem. Lehm.

Ead. l. 4. *Ὁ τοῦ δεῖνος*) *Hic hujus filius hominis infimae ac tenuis sortis.* Brod.

Ibid. *Ὁ βουλευσ. τι*) Litera detrita est: lege *ὁ βουλευσάμενος ἔτι*, quod sententiam multum ornat: *Tu, qui adhuc deliberas, neque utrum sectari velis decrevisti:* hactenus enim auditor tantum *Lucianus*. *Ὁ τοῦ δεῖνος*, filius hominis ignoti, nullaque re praeclara commendabilis. Dictum vero *ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμεῖν*, ut *ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις γνωρίζεσθαι*, pro Laps. §. 16. quod si scriptum foret *ἐν τοῖς ἀρ. εὐδ.* hoc quidem loco mutatum nollem: *inter optimos celebratus:* paulo post, *προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις*. Toxaris *τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων* in Scyth. §. 4. Hemst. Mox §. 13. *τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν*. cf. Prometh. c. 4., ubi *αὐτοῖς* pro Neutro habendum, ut h. l. *ἀρίστοις*. De verbis *ὁ βουλευσάμενός τι περὶ τῆς ἀγ.* etc. in miro errore versatus *Hemsterh.*, in quem etiam posteriores nonnulli interpretes seducti. Scilicet *βουλεύεσθαι περί τινος* semper apud *Lucianum* est *consilium capere, constituere, decernere*, nunquam *deliberare*. Infra §. 16. patrem Luciani admonuit, *οἷα μικροῦ δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσατο*. Diall. Mortt. IX, 3. *πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων;* Lexiph. fin. *ἄριστα βεβουλευμένος περὶ σοῦ ἔσῃ*. Quae si non sufficiunt loca, alia praebebit Glossar. Verte itaque: *tu, qui jam quodammodo decrevisti, consilium cepisti, de tam humili arte,* eo scil., quod aufugisti verberantem magistrum. Nam *τι* illud indicat, nondum certum esse, quam firmum sit hoc adolescentuli consilium. Et dubium eum adhuc haesisse, quid faciendum sibi videretur, ostendit omnis Somnii ratio. *Censor Hal.* Hemsterhusii explicationem et emendationem probat, objectioni-

bus hisce meis partim non satis respectis, partim non recte intellectis. *Langius* in Animadvv. ad *Lucianum*, Halae a. 1795. editis, τι quidem retineri vult, neque tamen vocis βουλευσάμενος vim accurate perspexit. LEHM.

Ead. l. 8. *Λαμπρὰν*) Vid. *Oct. Ferrar.* P. II. de R. V. lib. IV. c. 13. HEMST. Pro *πάνυ δὲ λαμπρὰν ἐφόρει* in Aug. legitur: *πάνυ γὰρ λαμπρὰν ἐφ.* non minus falso, quam Diall. Marr. VII, 1. pro *κύει δὲ ἤδη* in duobus codd. Pariss. reperitur *κύει γὰρ ἤδη*, quam spuriam lectionem damnare potius, quam amplecti, debebat *Schmiederus*. Etiam alibi particula δὲ perperam in γὰρ mutata est, ubi parem vim habere visa esset. Exempla nonnulla vid. in *Sturz.* Lex. Xenoph. s. δὲ §. 4. Veruntamen non consentio cum iis Grammaticis, qui omnino statuunt, δὲ nonnunquam pro γὰρ poni, ut *Viger.* de Idiott. p. 543. Zeun., sed potius cum iis facio, qui etiam tum, quum ita esse videatur, δὲ propriam vim suam obtinere contendunt, ut *Weisk.* ad *Xenophont.* Hipp. IX, 2. Nam δὲ tum ellipsin quandam habet, hanc fere: ut *vero* plena sit, vel perspicua, mea oratio, scito etc., quod oblique, ac brevius, bene redditur *nam*, quamquam etiam Latini, et nostrates quoque ipsi, adversativa particula utuntur, eodem sensu. Diall. Deor. III. Jupiter ad Mercurium: *καταπτάμενος ἐς τὴν Νέμεαν — ἐκεῖ δέ που ὁ Ἄργος βουκολεῖ* — etc. Diall. Marr. II. 2. *ἐπεὶ γὰρ* (alii δὲ) *ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα — πέτρα δὲ ἔστι μοι παμμεγέθης* — etc. Ibid. V, 1. *ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας — ἐδυνήθη δὲ ῥᾳδίως* etc. Diall. Merett. IX, 2. ubi pro vulg. *ἥξει γὰρ* e cod. Paris. *Schmiederus* correxit *ἥξει δὲ* etc. cf. Diall. Deor. XX, 1. LEHM.

Ead. l. 11. *Τὰ γνωρίσματα*) Dixerunt viri clariss. hac de re, dico ad *Heliod.* BOURD.

Ibid. Τὸν πλησίον) *Prope adstantem.* BROD.

Ead. l. 12. *Δείξει σε τῷ δακτύλῳ*) *Arrian.* Epict. c. 1. lib. III. Viri clariss. *Theod. Marcil. Des. Herald. δακτυλοδεικτεῖσθαι.* BOURD. Nihil antiquius potiusve priscis fuisse videtur, atque eo pervenire, ut digito non infami sed indice tanquam exemplum imitationis dignum demonstrarentur. Fuit autem illa demonstratio duplex, in honorem et infamiam. in honorem legas apud *Horatium* Carm. l. IV. Od. 3.

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito praetereuntium.

Plinius junior lib. VI. Epist. 6. *solebat tamen vixdum adolescentulo mihi pater ejus cum magna laude monstrari.* Et lib. IX. epist. 13. *Cui Rufinus, demonstrans me, vides hunc?* in ignominiam vero apud *Ovidium* lib. III. Amor. Eleg. 6.

Quid moror? en digitis designor adultera vulgi. ALMELOVEEN. *Pers.* Sat. I.

Pulchrum est digito monstrari, et dicier, hic est. Horat. IV, 5. SOLAN.

Ibid. Οὗτος ἐκεῖνος) Hic ille est Lucianus, insignis orator. *Persius: At pulchrum digito monstrari, et dicier, hic est.* BROD. Digito monstrari, et dicier, hic est, aliquando pulchrum; ut illud, *Ecce agnus Dei*: et ὁ αὐτός ἐστι Δημοσθένης· et quod de Telamone memoratur, ob cujus os, ait *Cicero*, Graji ora obvertebant sua: et *Persius* Sat. I. *At pulchrum est digito monstrari, et dicier, Hic est:* aliquando contumeliosum est, ut illud, *Ecce somniator venit. Lucian.* in Harmon. In turba insignem esse, digitoque demonstrari. COGN. Sic in Harmonid. et alibi. BOURD. Inprimis Anachars. c. 36. LEHM.

Ead. l. 13. Ἂν δέ τι etc.) Sophistae ea aetate legationibus saepe fungebantur. Vid. *Spanhem.* de U. et P. N. pag. 708. SOLAN. Ut olim vulgabantur verba: Ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους ᾖ καὶ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, aliquid incommodi habent ac jejuni. Unde *Schmiederus*, nescio an versione Latina duce, ᾖ in ᾖ mutari, καὶ vero prius plane ejici, malebat. Quam felicem emendationem, olim mihi minus probatam, nunc eo promtius recipiendam duxi, quum persuaserim mihi, quam facile librarii errore vulgatum oriri potuerit, quumque praeterea eam videam duorum Criticorum consensu commendari, alterius, Censoris editionis Schmied. T. 1. in Ephemeridd. Jenens. a. 1800. N. 122., alterius, Censoris Hal. editionis meae Somnii, supra laudati. Fortassis tamen, ne quid celem, etiam prius ᾖ ipsum delendum videatur. LEHM.

Ead. l. 14. Καταλαμβάνῃ) In malam partem usurpant Graeci de periculis et casibus, qui inopinati repentino impetu superveniunt: in *Thucydide* satis frequens, apud quem ideo legendum est IV, 31. εἰ καταλαμβάνοι ἀναχώρησις βιαιοτέρα, non βεβαιοτέρα, quod vocabulum cum ista verbi potestate consistere nequit. *Demosth.* in Aristog. p. 846. B. ὅταν τις κίνδυνος τηλικοῦτος καταλαμβάνῃ τὴν πόλιν· *Pisistr.* vel qui nomen ejus mentitur, apud *Diogen. L.* I, 53. ἦν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ· *Dion Chrys.* p. 47. B. 530. D. ἂν μή τις μείζων ἀνάγκη καταλάβῃ· *Galen.* περὶ τοῦ Προγ. αὕτη μὲν οὖν κοινὴ τῶν τεχνῶν ἁπασῶν δυστυχία κατείληφε τὸν νῦν βίον, *oppressit aetatem nostram et corripuit.* Vid. *Aelian.* V. H. II, 4. *Julian.* Or. I. p. 34. Nisi fugisset haec potestas priores Interpp. non monuissem. HEMST.

Ead. l. 15. Κεχηνότες) Ut in Nigr. Timo. Charont. et passim. BOURD.

Ibid. Θαυμάζοντες καὶ εὐδαιμονίζοντές σε) Mss. θαυμάζονταί σε τῆς δυνάμεως. Impressa lectione alibi saepe utitur. Bourd.

Pag. 12. l. 2. Ἀθάνατοι) In transitu fabulas hominum in Deos relatorum traducit: vera, quae in hominem cadat, immortalitas, virtute et eruditione comparatur, quam sibi *Lucianus*, non vanus augur, promittit. Eleganter *Diodor. Sic.* sub initium libri primi scribit, principes viros inflammari τῷ διὰ τῆς δόξης ἀθανατισμῷ, quem fructum capiunt τὰς ἀρετὰς αὐτῶν τῆς ἱστορίας ἀπαθανατιζούσης. istius loci paraphrasin paene dedit *Agath.* in Prooem. Vid. eundem *Diodorum* XV. p. 458. B. Hemst. *Cic.* Tusc. Dispp. L. I. c. 15. *nescio quomodo, inhaeret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis, altissimisque animis et exsistit maxime, et apparet facillime. quo quidem demto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus et periculis viveret?* De hac virtutis ac memoriae, non naturae, — quae ab h. l. prorsus aliena est, — immortalitate egregie, quamquam passim subtilius, quam verius, *Herderus* noster agit in Zerstreut. Blätt. Fasc. IV. p. 147. sq. Lehm.

Ead. l. 4. Τοῖς παιδευομένοις) Πεπαιδευμένοις, ἀμφιλογίας vitandae causa. Marcil.

Ead. l. 5. Τὸν Δημοσθ.) *Aphthonius* in Chria: Τὸν Δημοσθένους ὅρα μοὶ βίον, παντὸς μὲν ὄντα φιλοπονώτερον ῥήτορος· γεγονότα δὲ παντὸς εὐκλεέστερον. Cogn.

Ead. l. 6. Τίνος υἱὸν ὄντα) Μαχαιροποιοῦ δηλονότι, quod tamen falsum esse docui. Brod. Demosthenis patrem, si de patre haec intelligas, nimis deprimit: *Plutarchus* enim ex *Theopompo* (qui, ut ex *Suida* constat, Demosthenis aequalis) longe aliter de eo in ejus vita. Δημοσθένης, inquit, ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος· ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιός, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. Sed ad matrem respicit *Lucianus*, de qua statim addit *Plutarchus*: ἃ δ' Αἰσχίνης ὁ Ῥήτωρ εἴρηκε περὶ τῆς μητρὸς, ὡς ἐκ Γύλωνός τινος ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντος ἐξ ἄστεος ἐγεγόνει, καὶ βαρβάρου γυναικὸς, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν εἴτ' ἀληθῶς εἴρηκεν, εἴτε βλασφημῶν καὶ καταψευδόμενος. Certe *Valerius Maximus*, ignotum fuisse ipsius Demosthenis seculo, qualis fuerit, tradidit III, 4. Solan. *J. Brodaeus* significat *Miscell.* IV. c. 26. ubi de Demosthene pluribus exponit: vide porro *Andr. Schottum* in Vit. Demosth. ad A. I. Hemst.

Ead. l. 7. Τὸν Αἰσχίνην) *Plin. Diog. Laërt.* Auctor vitae Aeschinis. Bourd.

Ibid. Ὡς τυμπανιστρίας) *Τοὺς θιάσους μετὰ τυμπάνου τελούσης.* Hoc *Demosthen.* de Corona Aeschini improperat. Brod. *Τύμπανον* intelligendum, quod Galli nunc vocant, *un tambour de Basque;* hoc est, exiguum, et quod saltantes manibus pulsabant. Figuram ejus cernere licet in elegantissima gemma, quae exprimitur in Opusculis *J. Scaligeri* p. 575. et quam *Is. Casaubonus* de Sat. Poës. I. p. 67. repraesentavit. Ejusmodi autem mulieres, ut et tibicinae ac fidicinae, servae erant aut libertae, et pleraeque omnes meretrices. Quae optime omnium tympanum pulsabant, Syrae erant: tympanum enim Orientalium fuit inventum: vide quae notavimus ad Genes. XXXI, 27. Nomen matri Aeschinis erat *Glaucothea,* ut testatur *Plutarchus* in ejus vita. Cavendum, ne hunc Aeschinem, Demostheni parem, Atrometi filium, misceamus cum Socratico Aeschine, Charini filio, cujus vitam scripsit *Diogenes Laërtius:* quod moneo, quia eum errorem erravit *J. Bourdelotius* in Notis ad hunc Luciani libellum. Quin et amicus noster *H. Wetstenius,* in pulcherrima editione *Diogenis Laërtii;* vitae Socratici Aeschinis praefixit imaginem oratoris Aeschinis e marmore ducis Etruriae. Cler. *Suidas* Leucotheam pro Glaucothea vocat, (vid. *Plutarch.* 1543.) sed pro *τυμπανιστρίᾳ* is *τελέστριαν* dicit. Vid. *Demosthen.* pro Cor. 170. B. C. et 194. unde Noster habet, ubi Glaucotheam a filio dictam ait, quam omnes Empusae nomine norant. De Philippi in eum favore videndus *Aelian.* V. H. VIII, 11. Adde, si lubet, *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 64. et *Philostr.* p. 506. cum Notis. Solan.

Ibid. Ἀλλ' ὅπως) Legendum ὅμως. Brod. Ex P. et ed. *J.* restituimus pro aliarum ὅμως, quod frigidius visum. *Philostr.* p. 507. *τῶν δ' ἐς Φίλιππον ὁρώντων ὁ Κ. Αἰσχίνης.* Solan. Retinui ὅμως. Sensus est: Vides Aeschinem illum, qui tympanistriae filius erat: nec tamen obfuit illi generis humilitas, quin Philippus eum observaret et coleret. Ὅπως locum tueri poterat, siquidem abfuisset ἀλλὰ, hoc ordine structurae: *ὁρᾷς τὸν Α. ὅπως αὐτὸν ὁ Φ. ἐθ. vides, quantopere Aeschinem illum observaverit Philippus.* Ad marginem ed. *A. W.* notatum erat ὡς pro ὅπως· frustra. De Aeschinis matre, quae piatrix moto tympano lustrationes obibat, opportunior erit dicendi locus. *Τυμπανίστριαν* vocat *Lucianus* post *Demosthenem,* quod *A. Schottum* non praeteriit in Vit. Demosth. neque aliter *Tzetz.* ad *Hesiod.* p. 2. *ὁ τῆς τυμπανιστρίας Αἰσχίνης·* quae satis refellunt errorem *Olearii* ad *Philostr.* de V. S. I, 18. vice *τυμπανιστρίας* in Oratorum principe *τελέστριαν* potius legen-

dum esse conjectantis: eo nimirum prolapsus est, quoniam, quae τυμπανίστρια diceretur, ignorabat. Hemst.

Ead. l. 8. Δι' ἐμὲ) Διὰ τὴν Ῥητορικὴν καὶ παιδείαν. Brod.

Ibid. Σωκράτης) Fuit Socrates Sophronisci lapidarii filius, qui etiam serviisse et sculpsisse lapides dicitur. Asserunt quidam, Gratias vestitas, quae sunt in arce, illius opus esse: unde et *Timon* illum in Sillis, *Laërtio* teste, sculptorem lapidum dixerit. Cogn. Serius, quam *Noster*, statuariae valedixisse *Socrates* videtur, cujus opus fuisse ajunt Gratias, quae Athenis in arce amictae conspiciebantur. *Diog. Laërt.* 37. F. *Aristoph.* Schol. Nub. V. *Paus.* Att. IX. p. m. 87. *Plin.* XXXVI, 5. et *Aul. Gellius* IV, 919. Solan. Phaenareta (perperam Phanerete apud *Cassiodor.* ad Psalm. 72.) obstetrix, primum, ut quidem videtur, Sophronisco marmorario nupta, Socratem, deinde Chaeredemo Patroclem peperit. *Plato* Euthyd. p. 207. uterque statuariam artem didicerunt: de Socrate res certa est; vide *Fr. Junii* Catal. Artif. et *Menag.* ad *Diogen.* L. II, 19. *Dion Chrysost.* p. 558. D. Socrates ἐμάνθανε λιθοξόος τὴν τοῦ πατρὸς τέχνην. De Patrocle suspicor tantum: *Plin.* H. N. XXXVII, 8. scribit Ol. XCV. inter alios floruisse Patroclem; quem equidem ab isto Socratis fratre ὁμομητρίῳ, quia temporis ratio satis congruit, non esse diversum opinor: alius est sine controversia Patrocles, cujus *Pausan.* meminit VI. p. 457. Ceterum qua re λιθοξόοι differant et ἑρμογλύφοι, quoniam viri docti non satis enucleate definiunt, paucis exponendum videtur. Ἑρμογλύφος proprie, qui statuas Mercuriales sive Ἑρμᾶς sculpit, cujusmodi rudiore opificio confectae ad Atheniensibus, ut notissimum est, ad fores apponi solebant. Pythagorei eos, qui mercede philosophiam discipulis impertiebantur, χείρους τῶν ἑρμογλύφων καὶ ἐπιδιφρίων τιχνιτῶν ἀποφαίνουσι. τοὺς μὲν γὰρ ἐκδομένου τινὸς Ἑρμῆν, ζητεῖν εἰς τὴν διάθεσιν τῆς μορφῆς ξύλον ἐπιτήδειον etc. *Jamblich.* de V. P. S. 245. ubi adagium illud nobile respici, ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆν οὐ γίνεσθαι, manifestum est. Ab hoc principio deinceps in latiorem significandi ditionem, quae statuariam artem universam complectebatur, ea vox pervenit: hinc ἑρμογλυφεῖα, *statuariorum officinae* in *Plat.* Conv. p. 1202. A. quem locum *Julianus* expressit Or. VI. p. 187. Verum λιθοξόος, qui lapides ac marmora radendo polit, ut apte coagmentari possint: id enim ξέειν λίθους c. 5. et ξεσθέντες λίθοι *Liban.* Decl. XIV. p. 418. D. nec dubitandi locum relinquit *Noster*, quando pro λιθοξόῳ ponit λίθων ἐργάτην καὶ ξυναρμοστήν. ideoque *Proclus Diad.* III. p. 250. eodem ordine numerat, quo

ναυπηγὸς, τέκτων, ξυλοσχιστὴς etc. Horum itaque munus praecipuum non erat statuas perficere, sed marmora lapidesque expolire: nec tamen non saepissime contigit, ut, quia utraque ars in eadem versabatur materia, unus homo utramque exerceret; quod in avunculo *Luciani* clarum est: idcirco minime mirandum, si ad statuarios vocabulum hoc saepissime pertineat: οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησι πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπείκαζον, teste *Clem.* Protr. p. 35. D. Socratis pater *Diogeni L.* λιθουργὸς, *Dioni Chrys.* et *Maximo Tyrio* λιθοξόος, ἑρμογλύφος *Theoni* Progymn. c. 8. p. 105. Socrates ipse λαοξόος *Timoni Phliasio*: sed egregius inprimis *Cyrilli* locus contra *Julian.* VI. p. 207. 208. et, quem testem producit, *Porphyrii*; ubi nunc λιθουργὸς, mox ἑρμογλύφος, tum δημιουργὸς uterque appellatur, diciturque Socrates εἰργάσθαι σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθοτομικὴν, et, πατρῴᾳ τέχνῃ χρῆσθαι τῇ λατυπικῇ. Jam vero qui proprie λιθουργοὶ, quae λιθουργικὴ, optime docet *Suidas*, vel is potius, quem descripsit in V. *Manetho* vocat Λαοτόμους τε πέτρης σκληρώδεος IV. 335. sic enim ibi legendum: et tamen Phidias apud *Aristot.* Eth. Nic. VI. c. 7. tantus artifex λιθουργὸς σοφὸς, ubi *Paraphrastes Andronicus* addere non dubitavit, ὅτι ἄριστός ἐστι τὴν λιθουργικήν. *Moeris* adnotat, Λιθουργοὺς *Thucydidem* dixisse, (locus est IV, 69.) *Antiphontem* λιθοκόπους· recte igitur *Hesych.* Λιθουργὸς, λιθοκόπος, λιθογλύπτης. Sed haec latius persequi vetat instituti ratio: praetermittendus tamen non est *Plutarchi* locus pro Nobil. p. 217. Ἡ δὲ Σωκράτους ἀδοξία μαίας καὶ ἑρμογλύφου παρὸς οὐκ ἦν εὐγενεστέρα τῆς Σαρδαναπάλου δόξης; Ex his simul intelligi potest, quo jure *Thomas Mag.* probans ἑρμογλύφος et ἑρμογλυφεὺς, λιθοξόον rejiciat. Hemst.

Ead. l. 9. Ὑπὸ τῇ Ἑρμ.) *Laërtius* in Socrate: Δοῦρις δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν, καὶ ἐργάσασθαι λίθους. *Valerius* non Socratem, sed ejus patrem Sophroniscum, marmoriarium fuisse perhibet. Brod.

Ead. l. 11. Ἀφεὶς δὲ αὐτοὺς τηλικ.) His videtur mendum inesse; *Jacobs.* in *Porson.* Adverss. vult ἀφεὶς δὲ αὖ τοὺς τηλικ. Sic respondeant haec verbis §. 10. in. ἦν δ' ἐμοὶ πείθῃ. Similiter αὖ Char. c. 16. εἴμαρται — κληρονομῆσαι τοῦτον μὲν ἐκείνου — ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου. Nihilo minus αὐτοὺς mihi videtur a Luciano profectum, excidisse autem deinceps τούς. Lehm.

Pag. 13. l. 2. Ἀνακύπτων) Cod. Angl. ἀνανήφων. Bourd. P. *Fl.* et *J.* ἀνανήφων. Utrum utri praestet, ex Mss. definiendum est; utrumque enim aptum. Solan. Ἀνανήφειν ponitur de iis, qui ad sanam et sobriam mentem redeunt: quae pote-

stas cum aliena sit a *Luciani* mente, totiusque orationis contextu, nihil est causae, cur scriptorum Codd. primarumque edd. auctoritate moveamur. Ἀνακύπτειν contra *emergere et recto capite sese erigere*, quod animi generosioris est, indignam se conditionem aspernantis: hoc ipsum postulant ταπεινὸς, ac cetera, quae praecedunt. *Plato* in Phaedr. p. 1223. E. ψυχὴ ὑπεριδοῦσα ἃ νῦν εἶναι φαμὲν, καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὄντως ὄν· plura dabit *Budaeus* C. L. G. pag. 71. Idem et ἀνανεύειν *Dioni Chrys.* Or. IV, pag. 71. *Isidor. Pelus.* I. Ep. 275. quod eleganter *J. Potter.* ad *Clem. Protr.* p. 49. n. 4. restituit *Origeni* contra Cels. p. 334. opponitur τῷ κάτω νενευκέναι εἰς τὸ ἔργον, ut modo dixit Noster, *obstipo capite ac demisso operi intentum esse.* Ad mentem et animi sensus utraque transferri solent. *Tatian.* ad Graec. §. 22. et 26. p. 61. locutione Platonica: τὰς γνώμας αὐτῶν παρατρέπουσι κάτω νενευκυίας, ὅπως μεταρσιοῦσθαι ἐξαδυνατῶσι. *Hierocl.* in A. C. p. 208. *Noster* in de Merc. Cond. (c. 23.) θητεύσεις κάτω νενευκώς. *Platonem* confer de Rep. IX, p. 738. A. Adhibuit ea verba *Lucianus* hoc in loco, quae utramque vim propriam et translatam venuste contineant. Porro his usus est *Herald.* de Rer. Judic. Auct. I, p. 65. Hemst. Conjecturam meam ἀνανεύων, nuper in medium prolatam, quam scripturam in ἀνανήφων per Reuchlinianam pronuntiandi rationem transiisse suspicabar, jam et ipse facile repudio, quum ἀνανεύειν apud Nostrum alio prorsus sensu adhibitum occurrat, quippe oppositum verbo ἐπινεύειν, neque vero τῷ κάτω νενευκέναι. Vid. Necyom. c. 4. adv. Indoct. c. 5. Lehm.

Ead. l. 3. Τὰ μὲν ἔργα) Sic Socrates apud *Diogen. Laërt.* II, 33. ἔλεγέ τε θαυμάζειν τῶν τὰς λιθίνους εἰκόνας κατασκευαζομένων, τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατος ἔσται· αὑτῶν δ' ἀμελεῖν, ὡς μὴ ὁμοίους τῷ λίθῳ φαίνεσθαι. *Clem. Alex.* p. 24. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ὅπως ποτὲ ὁ ἀνδριὰς ὅτι μάλιστα ὡραιότατος τεταίνηται, προσκαρτερεῖτε, ὅπως δὲ αὐτοὶ μὴ ὅμοιοι δι' ἀναισθησίαν τοῖς ἀνδριάσιν ἀποτελεσθῆτε, οὐ φροντίζετε. Solan.

Ead. l. 10. Ἡ σκυτάλη) *Flagra, verbera.* Brod.

Ead. l. 11. Ἐνετρίψατο) Quis? an ἡ Ἑρμογλυφική; si vulgatam lectionem probamus, alia videtur intelligi posse nulla, cui non inscite tribuat, quod ab avunculo fuerat factum. Alias facili mutatione legi posset: καὶ ὅτι πληγὰς ὁ θεῖος οὐκ ὀλίγας etc. Hemst. Habet narratio colorem lepidi joci, atque adeo tribuitur flagello, quod avunculo erat tribuendum. Et εὐθὺς habet vim suam: *statim* in initio novi mei curriculi. Desideraretur meo judicio gravissima vox, si legere vellemus

ὁ θεῖος. Sic nescio quid languoris acciperet oratio. cff. quae dixi ad verba §. 4. πολλήν τινα ὠμότητα etc. LEHM.

Ibid. Ἀπολειφθεῖσα) *Fl.* et *J.* ἀπολιφθεῖσα. SOLAN.

Ead. l. 13. Ἐνέπριε) Docta manus ad marginem ed. A. 1. συνέπριε· priscam lectionem mutari nihil est opus: utrumque bonum συμπρίειν et ἐμπρίειν τοὺς ὀδόντας. Vide *Suid.* in Ἐμπρίσαντες et Κατατείνας ἐρῶ· quemadmodum συμβρύκειν vel συμβρύξαι τοὺς ὀδόντας. *Jambl.* de V. P. S. 194. et ἐμβρύξαι. Διαπρίειν alibi *Noster* habet, et πρίεσθαι τοὺς ὀδόντας D. M. XII. HEMST.

Ead. l. 15. Θαυματοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι) Dixi ad illud *Petron.* c. 104. — *Somnia quae mentes ludunt.* BOURD.

Ead. l. 16. Τῆς δὲ τῆς) Fuit cum crederem legendum τῆς δὲ σῆς. sed sic etiam usurpatur elegantissime. SOLAN. Scribendum τῆςδε τῆς, ut in utraque Ald. LEHM.

Pag. 14. l. 1. Καὶ ἐλθὲ ἤδη) Multum abest, ut damnem. *Noster* de Sacrif. §. 8. φέρε δὲ ἤδη. Nec tamen hoc loco non praetulero, καὶ ἐλθὲ δή, quod in istis adhortandi formulis, ἄγε δή, ἴθι δή, δεῦρο δή, fere perpetuum ab *Aristophane*, *Luciano*, spectatissimisque scriptoribus frequentatur. Hoc idem *Sylburgium* movit, Graecae linguae scientissimum, ut in *Dionysio Hal.* A. R. VI. p. 391. pro ἄπιτε ἤδη rectius putaret ἄπιτε δή. Vid. *Thom.* in Φέρε. Ἐπιβαίνειν τοῦ ὀχήματος ex hoc loco profert *Scheffer.* de R. V. I. p. 232. praetermittens proximum illud ἀνέρχεσθαι, quod multo rarius occurrit. HEMST. Non satis caussae videbatur esse, cur mutaretur ἤδη, quum praesertim omnes libri in hoc consentiant. Temporis est h. l. ἤδη *quin veni jam*, so komm denn nun, ut Charon. c. 21. fin. ἀλλὰ κατίωμεν ἤδη. LEHM.

Ead. l. 3. Πηγάσῳ ἐ.) E nummis exhibet *Spanhemius* in eximio de U. et P. Num. opere p. 272. ed. postremae, et *Gryphas* intelligit. SOLAN.

Ibid. Ὅπως ἴδῃς) Mss. et Angl. εἴδῃς· toleranda lectio, aliter tamen ceterae edd. atque aliter legit Interp. BOURD.

Ead. l. 6. Ἄ. π. τὰς ἑσπερίας πόλεις) Corrige, τὰς τῆς ἑσπέρας πόλεις. BROD. Ἄχρι πρὸς ἑσπέραν, πόλεις) Angl. πρὸς τὰς ἑσπέρι πόλεις. Mss. πρὸς ἑσπερίας. BOURD. Ex iis, quae apponit *Bourdelotius*, non potest esse dubium, quin legi debeat ἄχρι πρὸς τὰ ἑσπέρια πόλεις, etc. GRON. *Gronovii* conjectura non improbabilis. *Hesych.* Ἑσπέρια, δυτικὰ μέρη· quod *Berkelius* observavit ad *Stephan.* in Ἑσπερία. Saepe *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 47. ἑσπέρια τῆς γῆς· V. p. 219. Idem tamen VII. p. 282. τὴν Κελτῶν ἑσπέραν. Neque tamen ulla

nobis ratio constat, cur vulgata lectio videretur mutanda. Hemst.

Ead. l. 7. Ὁ Τριπτόλεμος) Cum Triptolemo, sationis inventore, qui nova reperta vitaeque humanae utilissima disseminant, comparari solent. *Paetus* ad *Artaxerx.* inter Epist. Hipp. II. Hippocrates διασπείρων πανταχόθεν, ὥςπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τῆς Δήμητρος σπέρματα, τὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ βοηθήματα. Vid. *Athen.* V. p. 203. C. Huic Paulus Christianae religionis consitor et propagator confertur a multis Patrum aperte: consideratius in re sacra fabuloso nomine abstinere voluit *Isidor. Pelus.* III. Ep. 176. ὁ δὲ Παῦλος, ὥςπερ ὑπόπτερος γεωργὸς, πᾶσαν σχεδὸν ἐπέδραμε τὴν οἰκουμένην etc. τοῖς ἀνηκόοις ἐνσπείρων τὸ θεῖον κήρυγμα. Significat etiam Triptolemi currus mirificam quandam itineris celeritatem, ut apud *Ovid.* Tr. III, 8. neque aliter *Amm. Marcellin.* XXII, 2. *Utque solet fama novitates augere, properabat exinde sublimior.* Julianus, *ut quodam Triptolemi curru* etc. Alias poëtae sibi currus vindicant, quibus vel sublimes ignota prioribus via ferantur, vel celebres per ora hominum et publicas laudes procedant. *Pindarus* illo, quo solet, spiritu: Οἱ πάλαι φῶτες, οἱ χρυσαμπύκων Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον Pyth. I, 102. Vid. *Aristid.* T. III. p. 669. *Manil.* II, 58, 138. quem locum egregie sanavit *J. Fr. Gronovius* Obs. II, 5. p. 242. ibi *Choerili* veteris versus opportunos produxit *Jos. Scaliger*, nec non ad *Euseb.* p. 101. in quorum ultimo legendum profecto, νεοζυγὲς ἅρμα ἐλάσαι, vel ἐλάσσαι, non πελάσαι. hoc *Scaligerum* et *D. Heinsium* de S. H. II. p. 270. fugisse miror, non item *Muretum* V. L. XII, 14. et *Sam. Petit.* Obs. II. c. 2. Huc pertinent illae *Ciceronis* quadrigae poëticae II. ad Quint. Ep. 15. Porro *famae gloriaeque volucres currus* in poëtis notissimi: nec *Philostratus* sprevit V. S. II. p. 596. de Ptolemaeo Sophista: ἀλλ' ὥςπερ ἐπὶ λαμπροῦ ὀχήματος τῆς φήμης πορευόμενος διήει τὰ ἄστη. Illud autem *Callimachi* longe tenerrimum est, cum Hipponicum significare vellet gratiis omnibus instructissimum, Ep. L. ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς. Artificiosa vero modestia *Lucianus* se non meminisse scribit, quale esset illud, quod in terram seminaret: satis enim auditoribus patebat, eruditos intelligi fructus ingenii, quibus magnam sibi famam pepererat. Hemst. Epigramma venustissimum, cujus a me facta fuit mentio, non est, nec per temporis rerumque memoratarum rationem esse potest, *Callimachi.* Bacchylidem aut Simonidem vetus Codex, teste *Rich. Bentlejo*, auctorem praescribit. Simonidi sine dubio tribuendum, si *Stephanum* sequimur in Ἀκαμάντιον· nam quod

sit, καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης, id in hoc ipso Epigrammate reperitur. IDEM *in Addendis.*

Ibid. Ἀποσπείρων τινὲς) Repone, ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν, *aliquid in terram spargens:* nota est omnibus Triptolemi fabula. BROD.

Ead. l. 13. Ἐνδεδυκότα) οὐκ ἔτι τὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐνδεδυκότα. sic *Thom. M.* in Ἐνδεδυκώς. HEMST. Quod autem *Thomas* omisit αὐτὴν, inde non puto concludi posse, illud in hujus Grammatici Luciano non lectum fuisse; quod eredidisse videtur *Schmiederus.* Sed omisit Grammaticus consulto hanc vocem, quoniam, si addidisset, etiam sequentia ἣν εἶχον etc. addenda fuissent. Brevitatis igitur caussa omisit, neque vero, quod in ipsius exemplari non lectum fuisset. LEHM.

Ead. l. 14. Καταλαβοῦσα καὶ τὸν πατέρα) Alia lectio in Mss. καταβαλοῦσα καὶ τὴν ἐκείνην ἐσθῆτα. Recepta lectio in margine regii Cod. adscripta est. BOURD.

Ibid. Τὸν πατέρα) De reditu illo fusius in Alex. c. 56. unde patet, quousque pater ei obviam venerit. SOLAN.

Pag. 15. l. 1. Καί τι καὶ) Lege, καί τοι καί. atque ita video posuisse *Jac. Tollium* ad *Longin.* p. 181. Ἐβουλεύσαντο defendi posse non nego: melior tamen, et ad ea, quae supra sunt narrata, convenientior C. R. lectio, quam secutus sum. HEMST. Quamqam confirmari videatur *Hemsterhusii* conjectura eo, quod Aug. cod. habet καί τοι καὶ, nihilo tamen magis adduci poteram, ut relinquerem vulgatam, optime se habentem. Quid, quod non minus mihi h. l. καί τι καὶ ὑπέμνησεν salvum esse videtur, quam in Fugit. c. 27. μᾶλλον δὲ καὶ προσίασι, καί τι καὶ ἔρεσθαι θέλουσιν, quae nemini unquam fuere suspecta. Τι absolute positum, ut Diall. Marr. XV, 1. ἐπέπνευσα δέ τι καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς, Charon. c. 8. συγκαμεῖν δέ τι καὶ σὲ δεῖ. Necyom. c. 10. ὑλάκτησε μέν τι (non τοι) ὁ Κέρβερος. Prom. c. 3. συνειργάζετο δέ τι (non τοι) καὶ ἡ Ἀθηνᾶ, et saepius, h. l. eleganter mitigat admonitionis acerbitatem, quemadmodum per totam narrationem pia quaedam filii in patrem modestia conspicitur. Verba sic intellige: *quin etiam aliquam* (eine kleine) *admonitionem addidit de iis, quae, parum abfuerit, quin de me decrevisset.* LEHM.

Ead. l. 2. Ἐβουλεύσαντο) In Mss. ἐβουλεύσατο. ut hoc referatur ad patrem. BOURD.

Ead. l. 3. Ἐμοὶ δοκεῖν] Sic dedi, etiam invito Censore Hal., ex usu Luciano familiari, licet non ubique a librariis observato. Consentientibus libris sic legitur Ver. Hist. I, c. 7. de Luct. c. 5. Necyom. c. 10. et 17. Charon. c. 11. extr., ubi tamen *Schmiederus,* codicis Paris. et editionis Junt.

auctoritatem et *Abreschii* Dilucc. Thucc. p. 5. vagum judicium secutus, lectionem μοι δοκεῖ recepit. De Dom. c. 17. vix dubium esse potest, quin recte scripserit *Reitz.* ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖ. In Philops. denique c. 25. recte *Solanus* malle Πλούτων, ἐμοὶ δοκεῖν, et de Dea Syr. init. et c. 29. *Reitzius* δοκέειν δέ μοι ex Herodotea ratione restituisse videtur. Uberius de hac exquisitiori Graecitate exposuit *Fr. Wolfg. Reitz.* ad Viger. p. 732. sq. ed. Herm. Lehm.

Ead. l. 5. Δικανικὸν) Forense dixit, vel quod duae personae inter se decertent: vel quod forenses causae multis clepsydris perorentur. Notat autem prolixam et ineptam orationem, quam etiam hibernum somnium vocavit, quod hieme noctes sint longiores, et proinde longiora somnia. Cogn.

Ibid. Χειμερινὸς ὄνειρος) Vide *Erasm.* in Chil. Vorst.

Ead. l. 6. Ὅτι μήκ.) *J. G. Graevius* ad Prom. s. Cauc. ὅτε scribi jubet; quod recepissem utique, si vel unus addixisset Codex: nunc lectione vulgata nos oportet esse contentos: *hibernum somnium*: *nam longissimae sunt noctes. Polyd. Vergilius, Cognatum* secutus, ex his paroemiam effinxit, *Somnium hibernum*, et cur *dicanicum* diceretur, explicare fuit conatus: utrumque male: nam et tali proverbio libenter caremus, et alia longe est causa, cur ἐνύπνιον δικανικὸν vocaverit, *somnium absurdum et auribus grave*, qualia nimirum multa causidici deblaterare solent. Parum distat illud *Platonis* in Apol. p. 25. *A.* ἐρῶ δὲ ὑμῖν φορτικὰ μέν, καὶ δικανικά, ἀληθῆ δέ. Theaet. p. 128. E. Simili modo apud *Lucianum* saepe occurrere, notavit *Herald.* An. in *Salm.* Obs. ad I. A. et R. VI. c. 10. §. 9. Hemst. Non dubitabam cum *Matthiae* emendationem *Graevii* recipere. Manca enim oratio est, si legitur ὅτι. Desideratur temporis notatio. Sed ὅτε est *quo tempore*, scil. *hiemali*, quod quidem facile e praecedenti χειμερινὸς deducitur. Non minus certa est *Pelleti* medela, quam loco Anachars. c. 16. adhiberi vult, legens: ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους, ὅτεπερ (vulg. ὅτιπερ) τὸ πυρωδέστατόν ἐστι τοῦ ἀστέρος etc. Lehm.

Ibid. Αἱ νύκτες) Hinc *Platonis* Comici fabula, cujus titulus *Nox longa*, laudata *Polluci* VI, 33. Solan.

Ibid. Τριέσπερος) Facete, ut solet: τριέσπερον vocat Herculem ab trinoctio illo, quod traditur in eo concipiendo insumtum. Nota est fabula trinoctii concubitus Jovis et Alcmenae vel ex *Plauto*, vel ex ipso *Luciano* in Dial. Merc. et Solis. Cogn. Haec ait per allusionem ad *Lycophronem* in Alexandra statim initio, ubi de Hercule sic: Αἰ αἰ τάλαινα θηλαμὼν κεκαυμένη Καὶ πρόσθε μὲν πεύκῃσιν οὐλαμηφόροις Τριεσπέρου λέοντος —. Quem Herculem τριέσπερον λέοντα dixit, ut

interpretatur *Tzetzes*, vel quod plures noctes impendit Jupiter in ejus generationem, vel quod per tres dies mansit in ventre ceti, ut Hesionem liberaret. PALM. Agnosces etiam *Lucianum* in Gall. §. 12. τριέσπερον ἂν ἡδέως ἔτι εἶδον τὸν ὄνειρον. Apud *Schol.* Homer. ad Il. Ξ, 323. Hercules τριέσπερος, et in Ara *Dosiadae* II. *Lycophroni* v. 33. τριέσπερος λέων, ubi vide *Tzetz.* et *J. Meurs. Gregor. Nazianz.* Stel. I, p. 42. τὸν Βουθοίναν παρήσομεν αὐτοῖς καὶ τὸν Τριέσπερον τὸν καὶ γεννώμενον οὕτω καὶ γεννῶντα μεγαλοπρεπῶς. Scriptor Christianus, nescio quis, apud *Suid.* in Ἰωβ parum concinne: Οὐ κατὰ τὸν Ἡρακλέους μῦθον καὶ τὴν Ἀδμήτου Ἄλκηστιν, ἣν ὁ καλλίνικός τε καὶ τριέσπερος ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσασαν ἤγειρε· hinc apud *Alciphr.* p. 356. ἡ Ἡρακλέους τριέσπερος, ubi nonnulla *Bergle-rus.* In historia Jonae originem fabulae ponit *Cyrillus* Comm. in Jon. quam subtilitatem Ecclesiae patri nullus invideo: tanto minus, quod continuatarum noctium numerus haud sane constet: magnos quidem auctores, ut vidimus, habet trinoctium; quibus accedant *Orpheus*, aut is potius, qui Orphei subiit personam, Argon. v. 118. versibus elegantissimis, et *Lucan.* apud *Lactant.* ad *Stat.* Theb. IX, 424. sed nonnulli binas tantum noctes, (vid. *Passerat.* ad *Propert.* II, 18. v. 25. *Muncker.* ad *Hygin.* F. XXIX.) novem alii conjungunt, *Clem.* Protr. p. 20. D. et *Potter.* illi brevius, quam par erat, contracto temporis spatio, ternarii numeri perfectionem, quam in hoc etiam negotio spectari voluit *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VIII, 75. temere violant: hi multo sane melius Herculis honori consulunt, cujus tanta fuerit fortitudinis excellentia, ut in eum formandum solidas novem noctes impendere Jupiter debuerit: nam si verum est, quod *Diodorus* IV, p. 151. D. historica gravitate confirmat, τὸν γὰρ Δία μισγόμενον Ἀλκμήνῃ τριπλασίαν τὴν νύκτα ποιῆσαι, καὶ τῷ πλήθει τοῦ πρὸς τὴν παιδοποιΐαν ἀναλωθέντος χρόνου προσημῆναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ γεννηθησομένου ῥώμης, si hoc, inquam, verum est, tanto magis eadem ratio in novenario noctium numero valebit. Jam neminem fore puto, qui vim istius μεγαλοπρεπῶς apud *Nazianzenum* non sapiat. HEMST. Pro vulg. ὥςπερ ex Aug. cod. reposui οἷός περ. Sic Noster supra §. 6. τιτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ θεῖος. Diall. Deor. IV, 1. ὅπως εἰδῇς οὐκέτι ῥάμφος — ἔχοντα — οἷος ἐφαινόμην σοι. LEHM.

Ead. l. 9. Ἕωλος γὰρ ἡ ψ.) Bona notavit, hoc etiam loco prolato, *H. Stephan.* Ind. Thes. in v. Ἕωλος, et *Jungerm.* ad *Poll.* I, 65, n. 38. HEMST.

Ead. l. 10. Τροκριτὰς)) Hinc cum similibus aliis adnotavit *Budaeus* C. L. G. p. 776. Displicent ὀνείρων τινῶν ὑπο-

κριτάς τινας· alterutrum, si nitorem loquendi consulas, sufficerit: nec sane in ed. Fl. primum illud τινῶν exstat, quod in posteriores omnes unde fuerit invectum, mihi non liquet: quamquam in Exc. Cod. *Regin. Poli* reperiam adscriptum, per me tamen licet exturbetur. Hemst. Abest etiam a codd. Gorl. et Aug. Lehm.

Ead. l. 11. Ὁ Ξενοφῶν) Videtur somnium hoc intelligere, quod est lib. III. Anab. quo vidit *Xenophon* per quietem domum suam paternam fulmine totam collucere. Cogn.

Ibid. Ὡς ἐδόκει) Tutatur se *Lucianus* exemplo atque auctoritate *Xenophontis*, et ejus praesertim somnii narratione, quod, desperatis Graecorum militum rebus, ereptis jam sibi per fraudem ducibus, ea ipsa, qua visum est, nocte commilitonibus narrat, Anab. III. initio fere. Verba autem, quibus id agit hic *Lucianus*, subobscura et depravata etiam videntur. Nam cum ait, οὐκ ὦ ἀγαθὲ, non negat, quod novissime ab auditore objici sibi finxerat; sed vocem ληρῆσαι respicit aut ξωλος ψυχρολογία, quasi dicat, *nequaquam, o bone, nugae sunt pueriles; nisi forte nugatum etiam Xenophontem putas, cum somnia sibi visa narrat, tum domi, jam profecturo, tum alia.* Obscuritas inde oritur, quod ληρῆσαι, quod repeti debuit, omissum est in hunc modum: οὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. π. δ. τ. ε. ἐλήρησε, ὡς ἐδόκει αὐτῷ. Deinde somnium non unum indicat. Trajectio est itaque insignis, *Luciano* tamen non infrequens: nam scribi debuit, οὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. ποτε, ὡς ἐδόκει αὐτῷ τὸ ἐ. δ. V. *Euripid.* p. 401. B. ἔδοξα. Ut autem verba se habent, excidisse puto articulum τὸ ante τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ. Similes trajectiones apud hunc vide Diall. Mortt. XXI. et XXII. Sed et hoc monendus est lector, aut male locutum *Lucianum*, aut memoria lapsum, cum scribit ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ. Somnium enim illud non *domi* profecturus vidit, sed *in reditu* Graecorum. Erroris occasionem praebuit, quod in somnio paternam domum fulgure coruscantem sibi videre visus est Xenophon. Nullum enim in toto opere somnium narrat sibi domi visum. Solan. Satis est ad fidem vitii faciendam, quod in hoc loco illa expedita stili Lucianei facilitas desideretur. Dum meliorum Codd. opem exspectamus, nam in nostris nihil est quicquam subsidii, ita conjecto, periisse descriptoris negligentia (quod quam crebro vetustis in membranis, etiam emendatissimis, fiat, experti non ignorant) versum unum, quem si ex Xenophonte revocare licet, sensus saltem et oratio tolerabilis exibit: οὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. π. δ. τὸ ἐν. ὡς ἐδόκει αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα (ἴστε γὰρ) οὐχ ὡς ὑπόκρισιν τὴν ὁ. οὐ. φλ. ἐ. αὐτὰ δ. quae

sic interpretor: *neque enim Xenophon aliquando somnium enarrans, quo videbatur ipsi facto tonitru fulmen in paternam cecidisse domum, et cetera (nostis enim) veluti scenicam actionem hoc visum, aut ipse de industria nugaturus ista referebat* etc. illud ὡς ἐδόκει αὐτῷ plane videtur postulare partem istam a nobis intersertam, praecipue si *Xenophontis* verba perpendas Cyr. Exp. III. p. 175. μικρὸν δ' ὕπνου λαχών, εἶδεν ὄναρ· ἔδοξεν αὐτῷ βροντῆς γ. etc. Haec nostra, simul ac meliora quis dederit, lituram debent. Ceterum vereor, ne duo *Xenophontis* somnia diversa confuderit *Lucianus*: hoc certe, cujus modo meminimus, apud suos commilitones exposuisse non legitur, sed aliud lib. IV. p. 191. cum Chirisopho communicavit, idque etiam in magna rerum desperatione. HEMST. Illud somnium h. l. significari, quod narrat *Xenophon* Anab. III, 1, 11. (ed. Weisk.), certissimum est, nec serio a quoquam in dubitationem vocari potest. At insunt loco, quae offendant. Primum, quod dicit auctor, *Xenophontem* narrasse somnium suum nescio quibus; quod certe non disertis verbis a *Xenophonte* commemoratur. Sed tenendum, *Lucianum* h. l. memoriter pro more suo referre factum, et lapsum esse memoria, ut saepius alibi. Exempla hujus generis sive licentiae, sive negligentiae, *Lucianeae* plura suis locis taxata, ut suprà c. 3. de proverbio illo, quod dicit auctor Hermot. c. 3., Hesiodeo, de Scipione, Hannibalis adversario Diall. Mortt. XII. fin. etc. Meminerat autem *Lucianus, Xenophontem* in illa nocte, in qua somnium viderit, convocare Proxeni lochagos, bisque dicere, se nec dormire, nec decubare, amplius posse, quippe videntem, in quam misera ipsi conditione essent (§. 15.); et hanc cogitationem mens *Luciani* conjunxit cum hac: *Xenophontem* forte etiam narrasse somnium suum. Sic facile error *Luciani* explicari potest, difficilius vero excusabitur. Sed aliud est, quo offendaris h. l., quod verba ipsa, uti vulgo leguntur: ὡς ἐδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκ. κ. τ. ἀ. — ἔ. γ. — οὐχ ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν etc. corrupta esse videntur. Quid enim sibi vult particula καὶ post αὐτῷ; Et ante ὑπόκρισιν haud dubie ὡς excidit, quod necessario requirit cum Graecitas omnino, tum totius loci ingenium. Itaque eatenus facile ac libenter secutus sum *Hemsterhusii* subtile judicium, qui καὶ ejiciendum, ὡς inserendum, statuit. Quod autem idem Criticus etiam plura verba e *Xenophonte* textui addere vult, hac quidem ratione: ὡς ἐδόκει αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν ἐν τῇ π. οἰκ. etc., id miror usque eo arrisisse doctissimo *Matthiae*, ut ea adeo in textum recipere non dubitaverit. In *Xenophonte* reperitur: πεσεῖν εἰς τὴν πατρ. οἰκ. Quo-

modo itaque defendi poterit πεσεῖν ἐν τ. π. οἰκ.? Minime vero. Non ipsissima verba *Xenophontis* recitat auctor, sed laudat rem memoriter suis qualibuscumque verbis, innuens modo id, quod auditoribus suis jam notum esse significat verbis: καὶ τὰ ἄλλα, ἴστε γάρ. Errat autem *Lucianus* in citandis verbis eo, quod incipit verbis ἐν τῇ πατρ. οἰκ., quum in *Xenoph.* legatur εἰς τὴν πατρ. οἰκ. Sed etiam sic facile compleri potest sententia, et effici eadem, quam dedit *Xenophon.* Neque opus est statuere, in extenso *Xenophontis* verba ab auctore relata fuisse. *Schmiederus*, ad quem nunc devenimus, legendum conjecit: ὡς ἐδ. αὐτῷ καιομένη ἡ πατρῴα οἰκία. At vero haec nimium recedunt et ab iis verbis, quibus *Xenophon* usus est, et a vulg. lectione ipsa, et vero etiam a Graecae linguae indole. Nam uti bene dicitur φαίνεταί μοι καιομένη οἰκία, ita minus bene dicas δοκεῖ μοι καιομένη ἡ οἰκία, pro καίεσθαι δοκεῖ. Denique T. F. *Benedictum*, Rectorem scholae Annaebergensis meritissimum, video in Programmate scholastico, *de quibusdam Luciani locis* a. 1814. Torgaviae conscripto, cetera omnia, quae vulgo leguntur, probare, in uno vero vocabulo ὑπόκρισιν haerere. Totum igitur locum putat bene habere, si modo legatur οὐχ ὑποκριτῇ, qua voce respondeatur antecedenti interrogationi: μὴ ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; At, ut taceam cetera ulcera, ab *Hemsterhusio* detecta, sic non tangi, nedum sanari, et per se vox ὑποκριτῇ parum habet probabilitatis, si credas eam ex ὑπόκρισιν ortam, et vero etiam jejunum praebet sensum. Longe verosimilius est, excidisse aliquando ὡς, quoniam mox eadem vox sequitur, ita, ut altera facile omitti potuerit. Recte autem observat vir doctus, respici verbis οὐχ ὡς ὑπόκρισιν ad illos ὀνείρων ὑποκριτάς, quod ne ab *Hemsterhusio* quidem observatum video. Aliam viam ingressus *Langius* in Animadvv. ad *Lucian.* p. 7. sq. verba αὐτῷ — ἄλλα pro glossemate haberi posse censet. Sed quale hoc glossema foret, si verba sic sejuncta legeres? et qualis textus, si haberes verba: ὡς ἐδόκει — ἴστε γάρ —? Neutrum profecto sine altero intelligi posset. Bene autem idem observat, somnii Xenophontei διήγησιν non ita esse capiendam, quasi commilitonibus illud narrasset; sed quatenus cum lectoribus illud communicaverit *Xenophon.* Lehm.

Pag. 16. l. 4. Ἐθελοκακεῖ) Mss. et Basil. et Flor. ἐθελοκολακεῖ. male. Bourd. Adducit *Budaeus* C. L. G. pag. 25. Hemst. In sqq. cod. Paris. exhibet πρὸς τὴν ἧττω ἀποκλ., ubi *Belinus* supplet ὁδόν. Sed praestat τὰ ἧττω, respondens praecedenti τὰ βελτίω. Lehm.

Ead. l. 6. Ἑαυτοῦ) Scripsi ἑαυτῷ. alterum illud Graeci sermonis norma respuebat: προτύπωμα ἑαυτῷ προτιθέναι Σωκράτην *Simplic.* in *Epictet.* p. 283. παράδειγμα προστήσασθαι Noster habet in Prom. s. Cauc. Hemst. Observat *Schmiederus* in Add. ad T. I., insertis T. II., p. XXVI. „In fine hujus libri, qui ultimus est in tertio Aug. continuo additur: Ἐπίγραμμα, ὃ ἐπέγραψε Λουκιανὸς ἐν στήλῃ βηρύλλου λίθου πρὸς τῷ λιμένι τῆς τῶν μακάρων νήσου, ποιηθὲν αὐτῷ παρ' Ὁμήρου·

Λουκιανὸς τάδε πάντα φίλος μακάρεσσι θεοῖσιν
Εἰδέ τε καὶ πάλιν ἦλθεν ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Cf. *Luc.* Ver. Hist. lib. II. c. 28." Lehm.

IN PROMETHEUM.

Pag. 17. l. 1. Πρὸς) Post annum *Luciani* quadragesimum scripta est haec oratio, qua fautores quosdam suos, solam in ejus scriptis novitatem laudantes, monet, non tam novitate exempli, quo Comoediam cum Dialogo conjunxerat, laudem se captasse, quam ex ipsis salibus, ac totius operis concinnitate ac forma. Ejusdem argumenti aetatisque forte est Zeuxis. Post Dialogos scriptus A. 2. Solan. Hiccine libellus? imo reperi ibi eo, quo consuevit, loco. Lehm.

Ead. l. 13. Προμηθέα) Hanc vocem interpretor ad lib. 5. *Heliod.* partem priorem hujus dialogi interpretatur *Athen.* lib. 7. *Scalig.* ad *Euseb.* Bourd.

Ead. l. 15. Οὐδὲ] Sic mutavi vulg. οὐ δ', vel propterea, ne, si separentur particulae, δὲ ad praecedentia εἰ μὲν referri possit. Deinde non requiritur *non vero*, sed *neque.* B. 2. οὐδὲ recte exhibet. Lehm.

Ead. l. 17. Βάρβαρός τις παραμικρὸν) Legendum βόρβορός τις. *Erasm.* in Adagio: *Barbarus e trivio.* Brod. Mirum, omnes editiones habuisse βάρβαρος, cum de menda viri docti monuissent: repetit illud *Lucianus* passim. Bourd. Sic *Plato* de Rep. VII. ed. Lugd. p. 488. B. καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι, de anima tenebris ignorantiae immersa. In Mss. tantum O. et W. et plerisque impressis βάρβαρος legitur. Sed Coll. et J. ed. veram scripturam adserunt, quam conjectura etiam adsecutus est *Benedictus.* In Cod. W. notatam eam vocem puto, cum ei versui in margine nota haec [—·—] sit

adscripta. Solan. *Βόρβορος* eo differt a *πηλῷ*, quod et male oleat, et nulli sit usui; cum contra *πηλὸς*, *terra liquore affuso subacta*, ad fingendum sit idoneus: a *Platone* in Theaet. p. 109. C. memoratur *πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν*· hoc Latinis *lutum*, illud *coenum*; quam vocabulorum istorum in utraque lingua proprietatem recte Glossae veteres observant: eadem in translationibus inde ductis distincta facile patet. De *βόρβορος* et *βορβορώδης* vide *H. Junii* Adagia in *Coeni agitator*. Nihilominus fieri nonnunquam potest, ut in eandem propemodum significationem conveniant: *Aristoph.* in Vesp. v. 248. 257. 259. Hemst. Voci *βόρβορος* accedit etiam auctoritas A. 2. Lehm.

Ead. l. 19. *Ἐπευφημίζεις*) Male in omnibus editionibus *ἐπιφημίζεις*. Alia lectio melior, de qua dico alibi. Bourd. *Ἐπιφημίζεις*) *Ominibus* hic nullus locus; aptissima contra *clogiorum* magnificorum mentio. Hinc est, quod hanc scripturam secuti sumus, M. etiam Codice firmatam. *Demosth.* pag. m. 329. A. *χρῆ . . . . πάνθ' ὅσα τις πράττει τοὺς Θεοὺς ἐπιφημίζων, τοιαῦτα φαίνεσθαι, οἷα μηδ' ἂν ἐπ' ἀνθρώπου πραχθέντα πονηρὰ φανείη.* ubi Schol. *ὁ πράττων ἐπὶ ὀνόματι τῶν θεῶν τί.* optime. Adde *Athenag.* p. 52. C. D. *Clem. Alex.* p. 17. A. et 18. A. et *Basil.* p. ed. Bas. 411. C. Vid. tamen II. A, 22. Solan. Gratiam facimus *Bourdelotio*, judici Graecarum venustatum non peritissimo, praeposterae correctionis: nota sunt *ἐπευφημεῖν*, et diversa potestate *εὐφημίζειν*· probandum fuerat *ἐπευφημίζειν*, idque ea virtute, quam locus hic postulat. Meliora docuit *Budaeus* C. L. G. p. 593. bene Lucianei loci sensum interpretatus: *Titanum principis titulo et nomine insignis et ornas.* Restituendum *Pausaniae* I. p. 90. ubi vulgatur *ἐπευφήμησαν*· tu lege, *ἐπεφήμισαν*, scilicet *τῇ τῶν κυάμων σπορᾷ.* ut p. 100. et saepius: *compertum autem nihil*, inquit, *habeo dicere, primusne hic Cyamites fabas severit, an huic invento heroëm quendam Cyamitae titulo donatum inscripserint.* Sic *Aristid.* T. I. p. 450. B. *τούτοις* (frumenti sationi) *Κέλεός τε καὶ Μετάνειρα καὶ Τριπτόλεμος ἐπιφημίζονται.* male vertit *Canterus*, ut et p. 331. A. nec multo rectius in Epistolis *Libanii*, quas *J. Chr. Wolfio*, egregie de literis merenti, debemus, p. 114. *οἷς τε πράττεις, ἐκεῖνον ἐπιφημίζεις, quae ipse geris, illi attribuis: quasi ab illo gesta praedicas.* Aliorum exemplis adde *Philon. Jud.* L. ad C. pag. 1011. E. 1016. A. *Pollux* IX, 95. 112. Hemst. Philopatr. c. 26. *μήπου θεὸς ὑμᾶς ἐς κόρακας βάλοι, διὰ τὸ τῇ πατρίδι ἐπαρᾶσθαι, καὶ λόγους κιβδήλους ἐπιφημίζειν*, ubi post *κιβδήλους* excidisse videtur *αὐτῷ*, quod

incommode suppleri vult *Gesnerus*. Prorsus alio sensu, nempe Homerico (H. I, 22.), dicuntur Scythae ἐπευφημοῦντες Toxar. c. 42. LEHM.

Ibid. Εἰρωνείαν καὶ μυκτῆρα) Copiose *Is. Casaub.* ad *Theophr.* Charact. in subsannationem Atticam. Id. *Lucianus* de Gymnas. εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. Sic postea ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων. *Eunap*, in *Liban.* ipse saepissime sic χλευασμός, ἁλισμός, ἐμπαιγμός, et similia Atticor. de quibus interp. *Aristoph.* BOURD. Ἀθηναῖοι εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. Vid. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. VORST.

Pag. 18. l. 1. Μυκτῆρα) *Nasum: ironias. Erasm.* in Proverbio, *Naso suspendere.* BROD. Utuntur hoc loco *J. Brod.* Misc. IV. c. 32. *H. Stephanus* App. de D. A. p. 245. et *Is. Casaubon.* ad *Theophr.* Ch. Eth. c. I. HEMST.

Ibid. Ἀττικὸν) Omnium enim Graecorum dicacissimi et facetissimi habiti sunt Attici. BROD.

Ead. l. 2. Προμήθεια] Adludit ad nomen *Prometheï.* LEHM.

Ead. l. 4. Τοῦ Καυκ.) Ubi deligatus Prometheus a vultore manditur. BROD.

Ead. l. 6. Τοὺς ἀγῶνας) Nam declamatorum orationes *umbratilem pugnam* vocat *Cicero.* BROD. Imperite *Belinus* notat in verbis ξὺν ἀληθείᾳ τοὺς ἀγῶνας ποιούμενοι inesse aliquam ambiguitatem; posse enim haec certamina etiam cogitari *contre la vérité.* Quod quidem ejus generis est, ut facile apud nos a tirone quolibet refutari possit. LEHM.

Ibid. Ζῶντα οὖν) Haud dubie ἑλληνικώτερον Ms. Wittiana ζῶά γ' οὖν etc. JENS. Non placent ζῶα et ἔργα sic conjuncta LEHM.

Ead. l. 7. Ἔμψυχα) Vide omnino Leosthenis de Demosthene dictum, a *Nostro* adlatum Demosth. Enc. c. 14. unde desumtum hoc credo. SOLAN.

Ead. l. 9. Πλὴν εἰ μὴ διαλλ.) In versione Lat. hoc modo: *Nisi si sic dirimatis, vos ex luto non fingere, sed aurea plerisque vestris figmenta esse.* Tu potius sic redde: *Nisi in eo tantum differtis* (a Prometheo sc.) *quod non ex luto fingitis, sed quod aurea vestrum plerisque sunt figmenta.* Sic pro Imag. §. 21. Ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσι. *Sed hac re etiam non exigua a se invicem differunt:* et alibi. *Xiphilin.* Nerone p. 189. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐκ τοῦ ὁμοίου πάντα ἔπραττον, ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ διήλλασσον. *Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumque discrepabant in eo* etc. *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 19. Jure *L. Bos Benedictum* castigavit: is, verbis tantum mutatis, errorem *Micylli* fuerat secutus: sed jamdudum sententiam hujus

loci viderat *Budaeus* C. L. G. p. 239. Mox scribo, ὅτι μὴ ἐκ πηλοῦ· nihil enim juvat otiosum illud δ'. [Scripsit auctor fortasse ὅτι μὴ ἐκ βορβόρου, μηδ' ἐκ π. Nam uti vulgatur h. l. μηδὲ, etiamsi cum *Abreschio* Dilucc. Thuc. p. 612. pro καὶ μὴ sumas, subsistere non potest. Lehm.] Merito *Noster* probatis causarum patronis χρυσᾶ τὰ πλάσματα tribuit: tunc enim temporis haec ducebatur ad magnas divitias via compendiosa. *Damascius* apud *Suidam* in Σεβηριανός· δίκας λέγειν καὶ χρηματίζεσθαι τὸν ἐπιμίσθιον τοῦτον χρηματισμόν· et in Σαλούστιος· ἡ πολυήρατος δικανική, nimirum ob opes, quas promittebat. Haec illa sunt *forensia lucra*, quae se contemsisse, deserto patrocinia tractandi studio, *Julius Firmicus* gloriatur Praef. lib. IV. Math. *Manetho*, modo ne falso nomine, quod suspicor, aetatem mentiatur, commemorat II, 259. Ῥητῆρας μύθωντε, καὶ εἰν ἀγορῇσιν ἀρίστους Νείκεα τ' ἰθύνειν, καὶ τειρομένοισιν ἀρήγειν. Ἔντε δίκας πολίεσσιν ἐριδμαίνοντες ἔπεσσιν, Ὧν ἄπο πλοῦτον ἀπειρέσιον καὶ χρήματ' ἄγειραν· e penultimo versu maculam obiter eluamus: tali structura, καὶ ἐρ. δίκας ἔπ. ἐν πόλεσι, qualemcunque sententiam extundere sibi visus est *J. Gronovius*; et sane illud ἐν πολίεσσι satis frequens v. 238. 233. et 224. Θητοὺς ἄλλοισι καὶ ἐν πολίεσσιν ἀγητοὺς Τεύχει etc. hanc enim esse veram corruptissimi loci medicinam nullus dubito: sed cum scribit, *judicia vocibus irritantes*, ego quidem, quid sibi velit, non adsequor: vertisset saltem, *causas agentes*; quamquam ἐριδμαίνειν δίκας insolens sit, et plane inauditum. Posses itaque non absurde, Ἔντε δίκαις πολέεσσιν etc. verum, ut quidem arbitror, poëtae manus fuit Ἔντε δικαςπολίησιν ἐρ. etc. vitii genus in *Manethone* frequens θυμέλεσσι, πενίεσσι, σοφίεσσι, pro θυμέλησι, πενίησι, σοφίησι. Fama tamen eorum, qui in foro versabantur, valde laborabat, quasi per fraudes summamque aliorum injuriam divitias congererent: audi *Synesium* Ep. 100. p. 240. C. Ἑτέρως δὲ οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν ταῖς καθ' ὑμᾶς ἀγοραῖς μὴ πάντα μιγνύντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γινόμενον· et Ep. 147. pag. 286. B. Hic si testis videatur parum idoneus, quippe iniquior, quod pluribus in locis non dissimulat, isti vitae instituto, vide, an potius *Maternum* probes, *quem patrocinia tractantem tenuerunt causarum conflictationes, et caninae contentionis jurgiosa certamina: is se forensium certaminum depugnationibus liberatum, exutum etiam quodammodo invidiae laqueis* gaudet, *improbis et perfidis hominibus crassa livoris et rapiendi, imo potius latrocinandi* (indicare nimirum voluit, non plus una litera verbum hoc a *patrocinando* distare) *potestate permissa*. Hemst.

Ead. l. 14. Τοῖς κορυπλάθοις) Vide *Ez. Spanhemium* ad

Juliani Caes. Preuves des Rem. p. 107. ubi perperam hic locus ex Halcyone *Luciani* profertur. IDEM.

Ead. l. 15. *Δεῖγμα*) Suspicabar legendum esse *δῆγμα*. Sed nunc nihil muto. SOLAN.

Ead. l. 16. *Ὥστε μοι*) Ex O. et M. illud *μοὶ* restituimus, pro quo in impressis *με*, mendose. SOLAN. Praeter Codd. illud *μοὶ* revocari postulat non minus Graeci sermonis indoles, quam ipse *Lucianus*, in Nigr. §. 37. *ἐπήει δ' οὖν μοι λέγειν·* (Diall. Deor. XXI, 2. *ἐπήει μοι γελᾶν·* Somn. §. 17. *τί δ' οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ ληρῆσαι ταῦτα*; cf. Somn. s. Gall. c. 18. LEHM.) *Diogenian.* apud *Euseb.* P. E. VI. p. 264. A. *ὥστε μοι θαυμάζειν ἔπεισι. Cleomed. K. Θ.* II. pag. 89. *τῷ Ὁμηρικῷ θερσίτῃ ἔπεισί μοι αὐτὸν ἀπεικάζειν.* p. 87. *ὥστ' οὐδ' ἐπῆει αὐτῷ ἐκεῖνο. Plutarch.* Ages. p. 603. D. 616. F. parem habet et notionem et structuram *ἐπέρχεσθαι.* in Amor. §. 23. *Demosth.* Olynth. I. pag. 1. B. Ep. II. *ἐπέρχεταί μοι παῤῥησιάζεσθαι·* in Macart. p. 1028. B. *διαπράττεσθαι ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ τούτοις. Strabo* XIII. p. 891. B. *αἰτίαι, δι' ἃς τοῖς Ἰλιεῦσιν ἐπῆλθε τοὺς μὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ μή. Alciphr.* III. Ep. 12. *Plutarch.* Nic. pag. 527. E. plenius *Dion Chrys.* pag. 466. B. *σπουδὴ δέ μοι ἐπελήλυθεν παραῖσαι*, Liviana locutione, *subiit animum impetus.* Haec simul probant in Jud. Voc. §. 2. legendum esse, *δέος δὲ οὐ μικρόν μοι* etc. *ἐπέρχεται*, non *με*. Utroque casu gaudent *εἰσέρχεσθαι* et *εἰσιέναι*. Vid. *Priscian.* XVIII. p. 1178. *Thom. Mag.* in *Εἰσήει. Platonis*, quae proferunt, loca reperies in Phaed. pag. 44. F. 45. A. de Rep. I. pag. 573. E. Idem de LL. VIII. p. 910. C. *εἰσῆλθε δέ με, οἷον εἰκός, φοβηθῆναι.* Lys. p. 506. E. Ceterum haec tota periodus usque ad *τὰ πράγματα* quomodo cum iis, quae praecedunt et consequuntur, apte cohaereat, mihi non satis est apertum: quid enim huc facit, si Cleon ab Eupolide vocitetur *Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα*, nisi ut planum, his demtis, sententiae cursum interrumpat? quare concinnius immitti posset supra post *προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν*, ubi nox *προμήθεια* partem illam hic tam abrupte positam paene flagitat; verum ea conditione, ut ista, *ὡς ἐ. ἰκ. εἰ μὴ π. σ. γ. ἔ. μηδὲ κ. ἄξια τοῦ K.* superioribus, *βόρβορός τις παραμικρόν*, adjungantur. Haec uti pro certis non vendito, sic paucos tamen arbitror fore, qui tali ratione non fateantur totam orationis seriem multo melius procedere. Offendit etiam, *οἶσθα περὶ αὐτοῦ·* praeferrem, *οἶσθα γὰρ αὐτό*, vel potius Platonicum illud, *οἶσθά που καὶ αὐτός*. Tum lepore quidem Comico, sed acerbo simul, Cleon dicitur *Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα*, quasi post rem gestam verus Epimetheus consiliis abundaret, opportuno videlicet tempore nihil sapi-

ens. Hanc praeposteram ineundi consilii rationem Atheniensibus objicit *Demosthen.* Phil. IV. p. 99. F. *Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι· ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. Scholiastae* credo, *Eupolin* esse patrem hujus jambi, affirmanti: eum etiam *κωμικὸν* simpliciter vocat *Lucian.* in Nigr. §. 7. Hemst. Quem dicat *Hemsterhusius Scholiasten*, qui *Eupolin* affirmet hujus jambici versus patrem esse, non video equidem; conjicio autem *Scholiasten* ad Nigrini locum laudatum. Verum ut ibi largiar *comicum* poetam esse *Eupolin*, ita h. l. nescio, quidni potius *Aristophanem* citemus, a quo tum Cleonis insignem inconsiderantiam et jactantiam maxime fabulis derisam fuisse, tum etiam *Lucianum* quam plurima suorum repetiisse constet. Quin etiam infra §. 6. non obscure significatur *Aristophanes.* Verba *οἶσθα περὶ αὐτοῦ*, in parenthesi a me seposita, et mihi videntur corrupta, quoniam colore carent Lucianeo. Mihi quidem *Lucianus* scripsisse videtur: *οἶσθα γάρ: Αὐτὸς* (omisso *Κλέων*, quod nomen ex interpretamento, opinor, fluxit) *Προμηθεύς* etc. Sic supra Somn. c. 17. ubi *Xenophontis* verba citantur, additur: *καὶ τὰ ἄλλα* (*ἴστε γάρ*), et simili ratione saepius. Neque tamen certae medelae vestigium in libris inveni. Quod denique ad transpositionem illam locorum duplicem attinet, qua *Hemsterhusius* putat majorem effectum iri sententiarum concinnitatem, lubens ego et in his cum *Wielandio* et agnosco, et admiror, hujus ingenii magnum acumen; fateor etiam, miro casu accidisse, ut et sic, ut *Hemsterhusius* vult, *Lucianus* eleganter scribere potuisset. Sed idem nego tam violentae mutationis necessitatem. Est paullo liberior, (neque tamen vagus,) sententiarum se invicem excipientium cursus et nexus, qualis esse solet in Lucianeis orationibus ac recitationibus. Videamus de iis modo, quae maxime offensioni fuerunt Critico. Dicit Lucianus: „Vos quidem caussarum actores maximo jure *Promethei* dici potestis, quippe qui opera exhibeatis vere animata ac spiritus plena; nos autem vere lutea fabricamus, motu omni et anima destituta, mere ludicra, quae nonnisi oblectationi inserviant, ut puellarum pupae. Itaque non possum non credere, te acerba aliqua ironia in me usum esse, quum me diceres *Prometheum*; eadem ironia, qua Comicus in noto illo versu Cleonem *Promethei* nomine ornavit; eadem, qua omnino Attici etiam figulos, aliosque luti fictores, olim *Prometheos* appellare solebant.“ Sic bene, credo, haec procedunt, modone verbis *μετὰ τὰ πράγματα*, quod fecisse videtur *Hemster-*

lusius, major quaedam vis tribuatur. Addita maxime, ut compellationis ironia perspiceretur. LEHM.

Pag. 19. l. 1. Ὁ Κωμικὸς) *Aristophanes.* BROD.

Ead. l. 3. Κλέων Προμηθεύς) *Aristophan.* vers. Ἱππ. De eo idem *Aristoph.* in Pac. et *Thucyd.* BOURD. *Aristophanis* esse videtur; sed in fabula a *Bourdelotio* indicata frustra haec verba quaesiveris. Neque usquam in superstitibus ejus fabulis reperio. SOLAN.

Ibid. Μετὰ τὰ πράγματα) Rebus peractis, quique sero, nec nisi confecto negotio sapit. Ex Comico quopiam citat hunc versiculum dictum in Cleonem. C[illegible]GN.

Ead. l. 4. Ἰπνοπ.] Scribe ἰπνοποιούς, pro ἰπνοποιούς, qui furnos facit; quod non monerem, nisi omnes editiones hanc mendam pervasisse viderem. GRAEV.

Ead. l. 5. Προμηθέας) *Juvenal.* IV, 133.: *Debetur magnus patinae subitusque Prometheus: Satyrice*, inquit Schol. *figulus:* imo Attice: nec mirum, figulos ita vocatos, cum Tragici ipsum Prometheum vulgi fictilis auctorem dixerint πηλουργόν. Eleganter *Dion. Chrysost.* Or. XXXVII. p. 466. C. ἄδην Προμηθέος, ἄδην πηλοῦ. Hunc *Nostri* locum usurpavit *Brodaeus* ad Anth. IV. c. 5. Ep. 7. *H. Stephan.* App. de D. A. p. 196. positis *Luciani* verbis addit: *ubi infinitivus* εἶναι *mendose scribi videtur, et* καὶ *in ejus locum substitui debere.* HEMST.

Ead. l. 6. Καὶ) Ita *P. S. Coll.* et L. recte. *J.* ἢ καί. Reliquae εἶναι et ipse Ox. vitiose. SOLAN. Ald. 2. ἢ καὶ, unice recte. LEHM.

Ead. l. 7. Βούλεται) *Fr. Luisinus* Par. III. c. 4. *et si tibi hoc indicare debet Prometheus:* obscuriuscule, nec satis convenienter, quamquam de ipsa hac loquendi formula non male ceteroqui commentetur. *Platoni* frequens: βούλεται μὲν οὐδὲν ἧττον ὁ νόμος εἶναι τοῦ ὄντος εὕρεσις· in Min. p. 565. B. *Aristid.* T. III. p. 421. C. καὶ εἰ μὲν τοῦτο καὶ ἡ παροιμία βούλεται δηλοῦν. HEMST. Diall. Mort. XXVIII, 2. οὐχ ὁρῶ, τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα. Hermot. c. 15. οὐ συνίημι ὅ, τι σοι τοῦτο βούλεται. Conviv. c. 14. ἠρώτα τὸν Ἀριστaίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ τοιαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες. LEHM.

Ead. l. 11. Παραμυθούμενος) Paullo reconditiorem verbi venustatem non adsecuti sunt interpretes: tu cape, *mollius, in meliorem partem interpretatus*, quod scilicet duriuscule dictum videri poterat, atque adeo ipsum illud *Luciani*, quod paullo post sequitur, πρὸς τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος. Vim illam, quae fluit a propria potestate τοῦ παραμυθεῖσθαι, *mitioribus verbis flectere*, declaravit *Budaeus* C. L. G. pag. 680. 681. nec non *Is. Casaubon.* ad *Strab.* I. p. 63. n. 4. Saepe *Wolfius* in *Ul-*

piano non intellexit: cum *Demosth.* pro Cor. p. 477. E. scripsisset κλέμμα μὲν Φιλίππου, ita notat: παραμυθεῖται τὰς συμφορὰς, κλέμμα λέγων, ἀλλ' οὐ κατόρθωμα· *calamitates opportuna voce mollit tegitque, furtum Philippi dicens, non factum prudens atque egregium.* Similem in modum θεραπεύειν τὸ σκληρὸν τοῦ λόγου apud *Schol. Pindar.* ad. Ol. B. 162. *phrasin duriorem commodo epitheto mitigare.* HEMST.

Ead. l. 12. Ἐπαινεῖν) Ante Salmuriensem omnes ἐπαινῶν· pro quo non absurde *Benedictus* Infinitivum praetulit. Aliud remedium, veteri lectione servata, quodque mihi magis etiam arridet, in promptu est: οὐ ταῦτα εἴκασέ σε τῷ Πρ. ἀλλὰ τ. κ. τ. ἐπαινῶν. Posses quoque: οὐ ταῦτα εἴκασαι τῷ Πρ. ἀλλὰ τὸ κ. τ. ἐπαινῶν· non eam in partem, quam dixisti, cum Prometheo comparatus es, sed ille scilicet, qui te Προμηθέα ἐν λόγοις vocavit, novitatem inventionis laudat etc. Cum nullum sit in hoc loco librorum veterum auxilium, reduxi priorem scripturam: cujus vice quin, quod maxime placuerit, quisque restituat, non intercedo. HEMST. Suspectum omnino ἐπαινῶν. Mallem, hac voce ejecta: οὐ ταῦτα εἴκασαι τῷ Προμ., ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο, καὶ μὴ etc. LEHM.

Pag. 20. l. 1. Τέως ἐννοήσας) *Benedictus, suo marte commentus.* Non cepit vim et elegantiam. Verte *hactenus comm.* GRONOV. Pravam distinctionem, quae planissimae sententiae nitorem obfuscabat, mutavi. Id licet saepius a me factum, semper tamen admonere operae non fuit. HEMST.

Ead. l. 4. Συνειργάζετο — ἡ Ἀθηνᾶ) Omnia, in quibus mentis ἀκμὴ καὶ τὸ θειότερον τῆς ψυχῆς deprehenditur, Minervae solent adscribi. BOURD. Melius Ms. συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ. JENS.

Ead. l. 6. Πρός τε τὸ εὐφ. etc.) Aut delendum τε, aut lacunae signum addendum post καὶ hoc modo: *cum in optimam partem interpretatus dictum, tum etiam* * * *Et fortasse hic est sensus:* τὸ εἰρημένον καὶ * * * καὶ ἴσως αὐτὸς ὁ νοῦς. Nam post τε sequi debet *καί.* GRONOV. Scribi jubet norma linguae Graecae πρός γε· tantilla mutatio omnem lacunae suspicionem demit. Τοι et τι saepe in Codd. alterum alterius occupavit locum: illud malebam in Somn. §. 16. hic prae vulgata Wittiani libri auctoritatem sperno. Minerva Prometheo fuit in fingendis hominibus adjutrix, idque jussu Jovis: *Stephan.* in Ἰκόνιον· ubi *Luciani* locus hic a *Berkelio* prolatus: quin Minervae auxilio in coelum escendit, adhibita facula ad rotam Solis, ignem furaturus, teste *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VI, 42. HEMST.

Ead. l. 8. Ἀρχαιότερον) Si quis pertendat, video satis, quemadmodum defendi possit: mihi tamen persuasum est, vix

potuisse *Lucianum* aliter scribere, quam ἀρχέτυπον, vocem in hac re propriam, et jam modo sic usurpatam. Imag. §. 15. εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη· et quod huic simillimum exstat §. 17. εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς· at nihil accedit propius, quam illud *Lucilii* apud *Atil. Fortunat.* in Art. p. 2686. *Veteres lege, id est, ut ait Lucilius, Archetypa, unde haec sunt omnia nata.* sic τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχετύπων κατεσκευασμένα. *Dionys. Halic.* Ind. de *Dinarcho. Onesicritus*, teste *Diogen. L.* VI, 84. operum argumentis *Xenophontem* aemulatus, stili quoque genere proximus accedit, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Ceterum hanc de scriptis suis hominum opinionem saepius indignatur, et qua virtute maxime censeri velit, docet *Lucianus*: vid. Zeuxin. Hemst. Quodsi ἀρχέτυπον dicamus *Lucianum* scribere debuisse pro ἀρχαιότερον, quidni etiam ἀπόγραφον, quod et ipsum in hac re proprium est, vel etiam e Zeux. c. 3. ἀντίγραφον, pro ἀπόγονον; Imo vero neutrum mutandum. Ἀρχαιότερον et per se bene habet, et consulto videtur electum, ut referretur ad praecedens καινοποιεῖν. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀλλὰ εἰ μὴ χαρίεντα φαίνοιτο) Fortean *Luciani* stilo fuit, ἀλλὰ εἰ μὴν καὶ χαριέν τι. Marcil. Χάριεν P. et ed. J. recte. Praeter *Salm.* et quae eam secuta est *A.* omnes χαρίεντα cum ipsis Mss. Ox. et M. praeferunt. Coll. χαριέν τι. Solan. Memorabilis est in h. l. constantia scripturae χάριεν, quum in ceteris, quae notavi, locis omnibus legatur παροξυτόνως, ut vix credere possim, aliter h. l. scribendum esse. Cf. Diall. Mortt. XXII, 3. Ver. hist. I, 2. Zeux. c. 2. Jov. Trag. c. 26. de Mort. Peregr. c. 26. *Suidas* sic distinguit: χάριεν προπαροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ χαριέντως· χαρίεν δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπιχαροῦς· dubito, an recte. Lehm.

Ead. l. 11. Αὐτῷ) Emendationem *Jensii* in textum recepimus, quamvis omnes editi et Ox. Ms. habeant αὐτό. De reliqua phrasi vide Sat. Ep. I. c. 2. Solan. Typorum, opinor, vitio legitur apud *Jensium* αὐτῷ· ὠφελεῖν quidem utrumque recipit casum, sed accusativum frequentissime: *Thom. Mag.* in Ὠφελεῖ σε. Particula γὰρ incommode posita: melius transferri potest, οὐδὲ γὰρ ἂν ὠφ. αὐτὸ παρά γ' ἐμοὶ etc. quod et *Clerico* venisse in mentem video: γ' ἐμοὶ certe sine controversia rectum est: nam γοῦν *Brodaeo* et *Marcilio* probatum talem orationis ordinem postularet, παρὰ γοῦν ἐμοὶ, vel παρ' ἐμοὶ γοῦν ἡ καιν. οὐδ' ἂν (seu οὐδὲν) ὠφ. αὐτὸ, μὴ οὐχὶ etc. Hemst. Vitium plenioris interpunctionis, quae post αὐτὸ in edd. vett. reperitur, originem dedit alteri vitio

γὰρ et οὖν pro genuino γοῦν. *Hemsterhusii* dubitationem removet locus, a *Solano* laudatus, Sat. Ep. c. 20. πολλὰ τοιαῦτα, παρὰ γοῦν ἡμῖν τοῖς πένησι. Alia quidem praepositio, eadem vero ratio Charon. c. 9. οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. LEHM.

Ibid. Παρὸν ἐμοὶ) Lege παρὰ γοῦν ἐμοί. BROD. Παρὰ γοῦν ἐμοὶ, *apud me quidem.* MARCIL. Aut delendum γὰρ, aut loco movendum: οὐδὲ γὰρ ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ παρ' ἐμοὶ ἡ καινότης· *neque enim quicquam ei prodesset apud me novitas.* CLER. Pro γὰρ *Marcilius* γοῦν. atque ita legendum, monuerat jam *Brodaeus* IX. Miscellan. c. 5. Aliquid sane eo ipso affertur; sed ita hic locus, sublata prava distinctione, legendus videtur: Οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτῷ παρά γε ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ ἐπιτετρίφθαι ἄμορφον ὄν. *Neque sane prodesset illi novitas apud me quidem, quo minus contereretur, si esset deforme.* Vides sensum planissimum, imo ipsam, si eam consideres, *Luciani* mentem; quam quoque vulgata versio est adsecuta, quare ea sumus contenti. JENS. Ed. J. γοῦν rectius; suspicor tamen scriptum fuisse tantum παρὰ γ' ἐμοί. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὡς πολὺ ἀμορφότερα) Vult *Lucianus*, deformiora ea esse, quibus accidit, ut cum novitate displiceant. BOURD.

Ibid. Μετὰ τοῦ ξένου) Μετὰ τῆς καινότητος. BROD.

Ead. l. 15. Αὐτὰ πεποιθότα) Αὐτὸ πεπονθότα. Ex sequentibus patescit. MARCIL. Alii Cod. ταὐτὸ πεπονθότα. BROD. *Marcilii* emendationem, confirmantibus collectaneis G. necessario admisimus, pro πεποιθότα (quod in omnibus, quas quidem videre licuit, edd. et ipsis Mss. Ox. et M. legitur) πεπονθότα reponentis. SOLAN. Vellem *Brodaeus* veteres illos Codd., quos nonnunquam laudat, accuratius paullo designasset. Ferri quidem potest, ταὐτὸ πεπονθότα, nimirum τὸ ἄμορφον, quibus accidit, ut deformia sint, adjuncta insuper inventionis novae peregrinitate, quà fiat, ut multo etiam videantur inelegantiora: nec tamen dissimulare volo, quid mihi blandiatur maxime: legendum hariolabar, τὰ μόνου τοῦ ξένου ἀντιποιηθέντα, *quae solam sibi novitatem vindicant, nihilque, quo placeant, aliud habent.* hoc, nisi fallor, ad *Luciani* mentem apte quadrat. Si quid ad veterum exemplar male sit compositum, ac venustate careat, id quidem ineptum et ἄμορφον· verumtamen quae sola nituntur inusitata quadam novitate, neque χάριτος et εὐρυθμίας ullam habent commendationem, illa sane multo deformiora. Haec potestas est in ἀντιποεῖσθαι. *Plutarch.* Symp. II. p. 637. D. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ σπέρμα μὲν ἄλλως γέ πως ἀρχῆς τινος ἀντιποιεῖ-

ται. *Synes.* Ep. 116. δεῖ γὰρ ἀντιποιηθέντα σοῦ πρότερον etc. *Clem.* Paed. II. pag. 208. D. φιλοκοσμίαν σώματος ἀντιποιουμένην. Vid. *Suid.* in *Ἀντιποιηθέντα.* Hemst. Nunc lectionem, quam ferri posse dixi, conjecturae meae praepono: eoque magis, quod illam in partem inclinare se significaverit praestantissimus *Gesnerus.* Idem *in Addendis.* Quae *Abreschius* profert Dilucc. Thucc. p. 699., argutiora sunt; neque magis huc facit locus, ab eo laudatus, Zeux. c. 12., quam quem aequo jure addere poterat, Jov. Trag. c. 18. Vult autem vel τὰ μετὰ τοῦ ξένου οὐ τῷ αὐτῷ (nempe τῷ χαρίεντι) πεποιθότα, vel οὐκ αὐτῷ, vel etiam τὰ μὴ μετὰ τοῦ ξένου πεποιθότα, *nisi simul formositate sese commendent.* Ξένον eleganter a *Nostro* usurpatur ita, ut denotet, *quidquid insolitum* est, *inusitatum, inauditum, novum.* Quae enim aliunde in civitatem patriamve terram veniunt, res hominesve, rariores esse minusque frequenter offendi solent, quam domestica quaevis. Convenienter itaque Charon. c. 13. πένης ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων Asiatico regi dicitur videri ξένον πρᾶγμα esse. Ne tamen cum hoc confunde τὸ βάρβαρον, quod et ipsum in his scriptis passim occurrit. Vid. *Jacobs.* ad *Agath.* Epigr. 1, 8. Lehm.

Ibid. Πτολεμαίος) Ptolemaeorum insigne fuit in vestigandis rarioribus naturae miraculis studium: si quae animalia reperirentur invisitata, Alexandriam ad eos mitti solebant. Philadelphum praesertim, propter corporis infirmitatem φιλιστορούντα, ab hac sedulae curiositatis laude commendat *Strab.* XVII. p. 1138. B. *Aelian.* de Anim. III, 34. VI, 10. XVII, 8. *Agatharchides* initio lib. I. refert Πτολεμαῖον τὸν μετὰ τὸν Πάγου πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συστήσασθαι· ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων· id *Photius* miratur, quandoquidem diu ante Porus adversus Alexandrum elephantos in aciem eduxerit: nos minime, quibus ex dicto *Strabonis* loco atque Adulitano monumento satis constat, quemadmodum *Agatharchides* sit intelligendus. Ad Ptolemaeos et Syriae reges eidem studio deditos pertinere puto, quae canit *Manil.* I, 41. Κάμηλον Βακτριανὴν memorat *Lucianus:* nam duo camelorum genera, Bactriani et Arabici, qui quomodo differant docet *Aristot.* Hist. *A.* atque ex eo *Plin.* H. N. VIII, 18. Hemst. Erravit *Wielandius*, seductus, opinor, hac *Hemsterhusii* adnotatione, quod Ptolemaeum Lagi eundem credidit fuisse cum eo, qui Philadelphus dictus fuerit. Confudit sic patrem celeberrimum cum celeberrimo filio. Lehm.

Pag. 21. l. 8. *Ἀναθορόντες*) Vox poëtica. Hermot. c. 71. ἐκθορεῖν. reperitur tamen etiam apud *Plutarch. Vorstius*, scho-

lii loco, ἀναπηδῶντες. Solan. *Hesychio* debetur, quod scholii vice *Vorstius* apposuit: neque aliter exponunt *Suid. Schol. Euripid.* ad Orest. v. 1416. Eorum saepe, qui stupefacti sunt et subito casu perculsi, repentinos impetus atque exsiliendi vehementiam significat. Habent *Plato*, aliique veterum, sed parcius: recentiores frequentant. *Heliodor.* I. p. 5. ἡ μὲν τῆς πέτρας ἀνέθορεν· et pluribus in locis: itidem *Achill. Tat.* IV. p. 341. ἀνέθορεν ὑπ' ἐκπλήξεως. p. 343. etc. *Dion Cass.* p. 625. B. ἐξ ἀνδριάντος τινὸς καπνὸς πολὺς ἀνέθορεν· *Apollod.* I. p. 11. rariore forma *Aelian.* de Anim. XI, 32. ἐκ τοῦ λέχους ἀνεθόρνυτο. et XVII, 46. ὑποθορνύμενοι· quamquam hoc de libidine venerea ponatur: ut ἐπιθόρνυσθαι in Amor. §. 22. utrisque carent Lexica. Similiter ἐκθορεῖν apud *Nostrum. Philostr.* V. A. c. 5. *Appian.* de B. C. III. p. 938. ἐκ τῆς εὐνῆς ἄζωστος ἐς αὐτοὺς ἐξέθορε· de infantibus usurpatur, cum ex utero in lucem erumpunt: falsus *Hippocr.* Ep. ad Damag. ἐκ μητρώων γὰρ λύθρων τοιοῦτος ἐξέθορεν· *Callimach.* H. in Del. v. 255. idem est προθορεῖν, ἐκπροθορεῖν. *Maneth.* VI, 33. 100. *Prosilire* Latinis. *Arnob.* II. p. 70. *Feminarum ex genitalibus prosilirent.* Hemst. *Vorstii* Scholion ἀναπηδῶντες possit etiam ex *Luciano* ipso desumtum videri Zeux. c. 2. Lehm.

Ead. l. 14. Ἡ καινότης) Antea illam vocavit τὸ ξένον. Bourd.

Ead. l. 16. Καὶ τὸν ἄνθρωπον] Duplex hominis istius bicoloris mentio, tanquam absurda et *Luciani* ingenio parum digna, movit *Jacobsium* in Epistola Critica ad Nic. Schow, adjecta Animadversionibus ad Eurip. p. 240., ut conjiceret scripsisse *Nostrum* καὶ τὸ ἄτοπον, vel κ. τὸ ἄμορφον. Postea *Idem* in *Person.* Adverss. commendat καὶ τὸ ἀλλόκοτον. Addi et alia possent ejusdem generis, non minus forte probabilia: τὸ παράδοξον, τὸ τεράστιον, etc. si emendandum esset τὸν ἄνθρωπον. Atqui ejiciendum prorsus. Nam quidquid substituerimus, inconcinnitatem ipsam non sustulerimus. Scripsit *Noster*: μετέστησεν αὐτὰ, καὶ οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν, ὡς πρὸ τοῦ· ἀλλ' ἡ μὲν etc. Τὸν ἄνθρωπον illapsum ex sequentibus. Similis quidem videri possit stili licentia paulo inferius §. 6., ubi auctor de discrimine disserit, quod inter dialogum intercedat et comoediam. Ibi primum verbis: εἶγε ὁ μὲν etc. de dialogo loquitur, verum nil amplius, quam quod ad loca attinet, quibus is haberi consueverit. Tum de comoedia verba facit, neque vero solum de locis, ubi agi soleat, sed etiam simul omnem ejus naturam exponit. Jam redit denique ad dialogum, de cujus quidem natura et ingenio itidem necesse erat paucis exponi, ut magnum utriusque discrimen

sic clare appareret. Non nego, hanc quoque esse quandam stili negligentiam, sed cum nostro loco comparatam, quilibet mecum sentiet, multo esse tolerabiliorem, gratiorem, clementiorem. Lehm.

Ibid. Ὡς πρὸ τοῦ) Ut antea. Bourd.

Pag. 22. l. 3. Δέδοικα δὲ μὴ) Cum viderem haec omnia esse confusa, non ausus eum ex ingenio solo meliorem lectionem adserere, quam nec agnoscebant ullae editiones, nec Mss. Haec omnia sic puto posse legi: παρὰ τὸν πήχυν. οἱ δὲ ἄνθρωποι τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, καὶ τὴν ἀλουργῖδα. δέδοικα δὲ, etc. Bourd.

Ead. l. 4. Οἱ δὲ ἄνθρωποι etc.) Hoc vult: Vereor, ne, quemadmodum cameli nigrae magis mirabantur Aegyptii fraenum et stragulam vestem, quam ipsam camelum, ita etiam in meo opere aliena ornamenta lectores mirentur, ipso spreto: hoc est, pergamenam, καλλιγραφίαν librariorum, aliaque similia. Sic miramur chartam et elegantiam typorum in multis libris, quos ceteroqui spernimus, ad rem ipsam quod attinet. Nihil ergo hic mutandum. Cler.

Ibid. Θαυμάζουσι) Θαυμάζωσι. Marcil.

Ead. l. 5. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ) Ἐπειδὴ οὐδὲ O. suspensum ex antecedente. Marcil. Non me fugit, quos usus habeat ἐπεί tum in probationibus, tum si quid objiciatur: sed ista nihil ad hunc locum. Legendum omnino videtur ἔτι δὲ. Porro ne hoc quidem, si quid ex duobus pulcherrimis confletur, ad veritatem sufficit. Ab argumento priore discedens Noster aliud ingreditur ac diversum; quo in genere commodum est et usitatum ἔτι: de Conscr. Hist. §. 8. ἔτι ἀγχοῦ ἐοίκασιν οἱ τοσοῦτοι· §. 10. ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον: nec pluribus in re clara indigemus. Creberrimo Codd. antiquorum vitio ἔτι, ἐπεί et ἐπεὶ confunduntur. Interpretes non moror, qui male haerentem sententiam obscuriore versione incrustare frustra sunt conati. In proximis *Bourdelotio* res pessime successit, ut satis manifestum est, si *Lucianum* ipsum conferas in Zeux. §. 12. ὥρα τοίνυν με σκοπεῖν, μὴ καὶ τοὐμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ etc. Hemst. Plenior interpunctio post ᾖ originem dedit sequenti Indicativo, atque adeo ipsum sensum implicuit. Recepi autem *Hemst.* ἔτι, quum, etsi per se ἐπεὶ ferri possit, particula tamen δὲ cuilibet bonae ejus interpretationi quam maxime obsit. Lectio autem Ox. ἐπειδὴ vitium est e vitio ortum. Ceterum in voce ἀλουργῖδα mutavi accentum, restituens formam ἀλουργίδα, secutus canonem *Spohnii* in Comment. de extr. Odyss. parte p. 174. et analogiam formarum ἀλουργίδι supra §. 4. ἀλουργίδας Pisc. §. 36. ἀλουργίσι, lectio-

nis *Reitz.* Qu. Hist. Conscr. c. 8. *ἐφεστρίδα* Charon. c. 14. Diall. Meretr. IX. in. *πορφυρίδα* Charon. c. 14. Diall. Mortt. X, 4. ubi et *ἐφεστρίδα* etc. Denique Ald. 2. habet et h. l. *ἁλουργίδα.* LEHM.

Ead. l. 6. *Διαλόγου καὶ κωμῳδίας*) De quibus in Dial. Bis Accus. BOURD.

Ead. l. 7. *Μίξις ἐναρμ.*) Vide *Horat.* de Arte Poët. ipso limatissimi carminis initio, tredecimque illos versus, ni memoriter jam tenes, perlegito. SOLAN.

Ead. l. 8. *Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον, τὴν ξυνθήκην εἶναι*) *Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν, ἀλλόκοτον.* MARCIL.

Ibid. Ἀλλόκ. τὴν ξυνθ.) Hoc est, rerum natura diversarum compositione absurdum, quemadmodum

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit, et varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Horat. in A. P. Etymologicum Magnum: *Ἀλλόκοτον, τὸ ἀνόμοιον, ἢ ἐξ ἀνομοίων συνεστός· ἀλλότοκον, καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀλλόκοτον· dissimile, vel ex dissimilibus constans: dictum est primum ἀλλότοκον* (quasi ex alio genere natum) *deinde transpositione literarum ἀλλόκοτον.* Postea: *σημαίνει οὖν ἐξηλλαγμένον, καὶ ἰδιότροπον· significat ergo in aliam formam mutatum et morosum.* CLER.

Ead. l. 9. *Ὁ Ἱπποκένταυρος*) Hippocentauri ex homine et equo sunt conflati, et propterea *διφυεῖς* ab *Isocrate* appellantur. Compositio diversa et varia Hippocentaurus vocatur. COGN. Duplici fere sensu veteres usurpant: primum ad significandam rem sive insolitam et portenti similem, sive fictam et vera natura vacuam adhibetur: *Eustath. ἀννποστάτους ἐννοίας, καὶ ἃς οὐκ οἶδε φύσις τελεσφορεῖν* ad Il. A. p. 102. *quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimaeram putat?* ut ait *Cicer.* de N. D. II. c. 2. *Noster* in Hermot. §. 72. cum chimaeras et gorgonas adjungit, in animo certe *Platonis* habuit locum in Phaedr. p. 1211. B. qui *ἀμηχάνους πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγους φύσεις* vocat. *Cicer.* de N. D. I, 38. *quid interest, utrum de hippocentauro, an de Deo cogitemus?* Ad hanc normam somniorum interpretes hippocentauros, atque ejusmodi alia somniantibus oblata exigunt. Vid. *Artemid.* II, 49. IV, 49. Sic illi veteres: nunc naturae miraculorum periti dispiciant, an major habenda sit fides *Plinio*, qui H. N. VII, 3. hippocentaurum ex Aegypto in melle Romam adlatam se vidisse adseverat. Deinde poni solet haec vox de iis, quae dissimili genere in unum congregantur ac coalescunt. Sic Chaeremon Hippocen-

taurum fecerat, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, teste *Aristot.* de Poët. p. 224. v. 24. *Victorius*. eumque secutus *D. Heinsius Κένταυρον* dederunt, quia eum in modum *Athenaeus* proferat XII. p. 608. E. addens, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι. et XV. p. 676. E. ego nihil in Philosopho movendum censeo, ut qui minime dubitem, quin titulus ab hac metrorum varietate sit petitus: quo pacto Hippocentaurum dixeris an Centaurum, perinde erit. Ad idem scriptum pertinet, quod tradit *Aristot.* de Poët. c. 24. p. 252. ἔτι δὲ ὑποπέπτωκεν, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ (de metro heroico, jambico et tetrametro fuerat locutus) ὥςπερ Χαιρήμων· illa μίξις ἄτοπος, qualis est Hippocentauri, opinionem de titulo meam confirmat. Simili modo *Noster* in Bis Accus. §. 38. Dialogum querentem fecit: ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσιν δοκῶ. et in Fugit. §. 10. seu *Lucianus*, sive quis alius, non inficete quidem Sophistas traducit, velut Hippocentaurorum genus quoddam, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον· de quibus quae notat *Iud. Cresollius* Th. Rh. II. c. 1. si ad haec adjungas, nihil erit magnopere, cur plura desideres. Hemst. Pertinent huc etiam, quae *Lucianus* Menippum Dial. Mortt. III, 2. et Diogenem ibid. Dial. XVI. de herois natura disputare facit, in quorum posteriori loco etiam hippocentaurorum mentio fit §. 4. ad notionem heroicae, i. e. e divina et humana compositae, naturae risui exponendam. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐπέρασεν) *Ovid.* Met. XII, 394. de Centauro: *Si modo naturae formam concedimus illi.* Solan.

Ead. l. 11. Τρυφερώτατον) Placet ὑβριστικώτατον. Brod. *Brodaeus* loco citato pro ὑβριστότατον legit ὑβριστικότατον. debuit ὑβριστικώτατον. Fateor, me nescire, num Graeci dicant ὕβριστος, unde deberet oriri ὑβριστότατος· neutiquam tamen ὑβριστότατος rejiciendum esse, convincat vel unus *Aristophanis* in Vespis locus, ubi v. 1294. legitur: Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριστότατον μαχρῷ. Vides versum jambicum. Adde *H. Steph.* (qui et hunc ex *Aristophane* producit versum) ὑβριστότερον quoque ex idoneis auctoribus probantem. Vocem ὕβριστος *Dukerus* eruit ex Etymol. M. v. Ἰλύστις. Jens. Eadem forma ὑβριστότατος utitur *Noster* etiam in Pseudol. c. 3. Positivi forma est potius ὑβριστὴς, quam ὕβριστος. Lehm.

Ibid. Χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις) Hac de re copiose *Philostrat. Liban. Greg. Nazianz.* Bourd.

Ead. l. 14. Τὸ ξυναμφ.) Τὸ σύνομμα. Brod. Utitur hoc loco *Fabrot.* ad *Theophil. Inst.* de Rer. Div. §. 25. Vid. L. 9.

D. de Trit. vino vel ol. leg. ubi *mulsum* et *oenomeli* quasi diversa. Hemst.

Ead. l. 15. Ἡ μίξις συνέφθειρε) De industria τὸ συμφθείρειν, cujus significatio sit ambigua, *Lucianum*, ut erat perquam eruditus, posuisse credo. Pictoribus, unguentariis ac tinctoribus propria φθείρειν, φθοραὶ et συμφθείρεσθαι de colorum unguentorumque diversi generis mixtura: hac quidem temperatione sua cuique perit pulchritudo, et corrumpitur; sed arte tamen alius exsistit color, qui naturalem saepe vincat. Istas voces illustravit *L. Kusterus* ad *Aristoph.* Plut. v. 530. quarum tamen haec virtus jamdudum explicata fuerat a *Casaub.* ad *Pers.* S. II. v. 64. *Gatakér.* ad *Marc. Antonin.* VI, 30. et *Fr. Junio* de P. V. III. c. 8. §. 8. Ea mente *Dionys. Halicarn.* quem certe interpres non intellexit, scripsisse puto de tribus Graecorum literis duplicibus, διπλᾶ δὲ λέγουσιν αὐτὰ ἤτοι διὰ τὸ σύνθετα εἶναι τὸ μὲν ζ διὰ τοῦ σ καὶ δ. etc. συνεφθαρμένων ἀλλήλοις, καὶ ἰδίαν φωνὴν λαμβανόντων· περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 22. v. 23. Neque aliunde ductum est illud *Statii* Ach. I, 307. *Lactea Massagetae veluti cum pocula fuscant Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostro:* ubi *fucant N. Heinsii* pro *fuscant* nequaquam mihi probatur: noti sunt *Homeri* versus, quorum suavissima venustate capti et *hic*, et *Virgil.* Aen. XII, 67. et alii poëtae Latini certatim eos exprimere contenderunt. Hemst.

Pag. 23. l. 1. Καθ' ἑαυτὸν, καὶ νὴ Δία] Vulgatum erat: εἴγε ὁ μὲν, οἴκοι, καὶ καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία ἐν τ. π. μ. ὀλ. τ. δ. ἐποιεῖτο. Quae, uti sese excipiunt, manifesta laborant orationis asperitate, nec conveniunt cum *Luciani* stilo, aliunde cognito. Sic enim οἴκοι et καθ' ἑαυτὸν pro separatis habenda, et alterius etiam major vis statuenda, indicata illa jurejurando νὴ Δία interposito. Sed quis unquam opposuerit οἴκοι et καθ' ἑαυτὸν hac quidem ratione? Apertum, non haec, sed οἴκοι et ἐν περιπάτοις opposita velle auctorem, atque, si hoc ita est, respondebunt sibi καθ' ἑαυτὸν et μετ' ὀλίγων. Age itaque laevigemus locum facili opera. Particulam καὶ, alieno loco positam, transponamus modo post ἑαυτὸν, et optime omnia procedent: *Dialogus* vel *domi seorsim*, (cf. οἴκοι παρ' ἑαυτῷ ἀποθανεῖν Somn. s. Gall. c. 10.) *vel mehercle etiam in ambulacris cum paucis disputationes suas habebat.* Vitium librarii aut ex incogitantia natum, aut ex ignoratione potestatis phraseos vere Lucianeae νὴ Δία. Quam quidem jam operae pretium fuerit tandem, ex *Luciano* saltem, illustrare, quum *Schaeferus* in Meletemm. p. 62. paucis tantum, pro consilii sui ratione, eam tetigerit. Videlicet in familiari vel vulgari sermone καὶ νὴ Δία, vel καὶ νὴ τὸν Δία vel καὶ — νὴ Δία,

vel νὴ Δία καὶ, vel ἦ νὴ Δία, vel ἦ καὶ νὴ Δία, tum adhibetur, ubi superius dictis additur aliquid, quod majoris sit momenti, ac vix credibile, nisi gravior aliqua assertio interponatur. Hanc autem assertionem efficit juramentum illud vulgare eodem fere modo, quo Latini in hujus generis stilo *mehercle*, et nostrates quoque, pro suo quisque ingenii et culturae gradu, similem veritatis confirmationem addere solent. Usus formulae late patet. Aut enim vera est ac seria gravitas, qua adhibetur, ut de Luct. c. 13., ubi, postquam varias easque ineptas, luctus significationes recensuit, *Lucianus* pergit: Εἰθ' ἡ μήτηρ, καὶ νὴ Δί', (*quin etiam, mehercle, quod de viro minime credas*) ὁ πατὴρ etc., aut affectata et simulata, ut Toxar. c. 35., ubi Toxaris ad Mnesippum: Noli, inquit, talium amicitiae documentorum enarrationem a me exspectare, qualia tua fuere exempla, quod quis e. g. deformem duxerit amici loco uxorem, vel quod quis filiam amici dotaverit duobus talentis, καὶ νὴ Δί', εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον, ἐπὶ προδήλῳ τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεσθαι, h. e. *vel etiam* (lege ἦ καὶ etc.) *mehercle, quod quidem tibi maximum videbatur*, quod quis se ipse in vincula tradiderit, quum manifestum esset, ipsum paullo post liberatum iri; aut denique jocosa est ac lepida gravitas orationis, cum ironia conjuncta, ut Anachars. c. 31., ubi καὶ νὴ Δί', οἱ μὲν etc. cogita: *quin etiam, si Diis placet.* Ad hanc universam normam jam omnia *Luciani* loca referri possunt, ubi pro varietate vel rerum, vel loquentium, una vel altera illarum, quas dixi, formarum occurrit. Notabo praecipua. *Καὶ νὴ Δία*, praeter loca modo tractata, Rhet. praec. c. 3. de Mort. Peregr. c. 19. et 33. Amor. c. 50. καὶ νὴ τὸν Δία de Mort. Peregr. c. 40. καὶ — νὴ Δία Charon. c. 15. Cynic. c. 16. νὴ Δία καὶ Diall. Mortt. X, 8. Epist. Saturn. c. 32. ἦ νὴ Δία Amor. c. 29. ἦ καὶ νὴ Δία Somn. s. Vit. c. 2. Nigrin. c. 8. Diall. Mortt. XVII, 1. Imagg. c. 20. pro Imagg. c. 3. de Luct. c. 18. Pseudolog. c. 13. de Mort. Peregr. c. 28. LEHM.

Ead. l. 3. Τῷ Διονυσίῳ) Sacris Libero patri ludis. BAOD. Nempe Dionysiis, seu die festo Bacchi, populo solebant dari ludi scenici. Vide *Aristoph. Schol.* ad Nub. v. 11., et alibi saepe. *Horat.* Epp. lib. I. Ep. I, 189. et seq. vide et Artem Poëticam a v. 220. Sic nata Comoedia, quod pluribus persecuti sunt. *Is. Casaubonus* de Satirica Graecorum Poësi, et *G. J. Vossius* in Art. Poët. CLER. Pro *Διονυσίῳ* Ms., uti oportet, habet *Διονύσῳ*· neque vero Bacchus *Διονύσιος*, sed *Διόνυσος* Graece dicitur. JENS. *Διονυσίῳ* omnes, quas vidi, editiones; cum tamen vel infans in his literis videat *Διονύσῳ* legendum.

Baccho nempe se tradidit Comoedia, etc. Res notissima. Errorem tamen non animadverterunt, nec *Coel. Rhodiginus*, qui Ant. Lect. l. IV. c. 17. haec *Luciani* Latina reddens, τὸ *Dionysio* etiam Latine retinet; nec *Brodaeus*, qui eandem scripturam retinet Misc. IX. c. 5. Infra in Deor. D. XVIII. ubi de Baccho agitur, identidem in versione *Dionysius*, *Dionysii*, intrusum vides, ubi Graece recte id nomen Διόνυσος scribatur. Idem. Διονύσῳ legendum recte monuit *Jensius*. Emendationem, per se liquidam, firmant Ox. Coll. et W. Impressi omnes corrupte Διονυσίῳ. Solan.

Ead. l. 4. Ἐν ῥυθμῷ) Sic Dial. de Salt. Angl. ῥυθμῷ βαίνε. Bourd.

Ibid. l. 5. Ἔνιοτε καὶ τὸ ὅλον etc.) Versio Lat. *Interdum etiam anapaesticis versibus plerumque in sublime evecta, dialogi socios subsannabat.* Prava haec versio a prava distinctione est orta. Quid *interdum* et *plerumque* in uno membro? Distinguenda sunt verba hoc modo: Ἔ. καὶ τὸ ὅλον ἀ. μ. ἐποχουμένη, τὰ π. τ. τοῦ δ. ἐ. ἐγλ. nam τὰ πολλὰ pertinet ad membrum posterius. verte igitur, *Interdum etiam omnino anapaesticis versibus vecta, multa in Dialogi socios scommata conjiciebat.* Sic πολλὰ λοιδορεῖσθαι dixit *Noster* in Somnio §. 4. et πολλὰ κατηγορηθῆναι in Tim. §. 38. τὰ πολλὰ ἐπισκώπτειν in Dial. Mor. I. Πολλὰ καταρᾶσθαι ἀνδράσι πονηροῖς dixit Comic. in Lysistr. v. 816. Similiter Latini, *multa invehi in aliquem.* *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 19. Discriminis aliquid est inter πολλὰ et τὰ πολλὰ, ut omnino; ita et in his, quas *L. Bos* confusius attulit, locutionibus. Πολλὰ γλευάζειν in h. l. foret *multa scommata conjicere, magnopere deludere*, ut πολλὰ λοιδορεῖσθαι in Somn. est *multis convicîis petere.* Sed τὰ πολλὰ γλευάζειν est *plerumque, fere illudere*, quemadmodum in Somn. τὰ πολλὰ λοιδορεῖσθαι foret *plerumque conviciari.* Et sic in reliquis exemplis. Nihilominus optime habet, quam commendavit *L. Bos*, sententiarum distinctio. Tum vero hoc dicit auctor: *interdum etiam anapaesticis versibus vehitur, ita, ut, non quidem semper, sed tamen fere, ludibrio habeat dialogi sectatores.* Lehm.

Ibid. Ἀναπ. μ. ἐποχουμένη) Secutus sum *L. Bos* recte distinguentem: idem monuit de Ell. Gr. p. 142. Miror interpretum *in sublime evecta*, quasi anapaestis vecta Comoedia tanquam Pegaso quodam in altum evasisset. Singularis est quaedam atque elegans in ista loquendi formula potestas. Plato de LL. IV. pag. 818. E. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης, *illâ spe vecti et confisi*: nitide *Alexand. Aphrodis.* de Fat. 119. ἐποχεῖσθαι τοῖς ἐπορουμένοις, *dubiis inniti non aliter ac si certissima forent.* Sic igitur comoediam puto μέτροις ἀναπαι-

στοις ἐποχεῖσθαι, quando confidentius in scenam procedit, in philosophis irridendis modum paene non servans. Illud insuper, quo magis vis phraseos elucescat, animadvertendum videtur, versus quasi vehiculum aliquod orationis spectari: *Empedoclis*, *Parmenidis* aliorumque carmina λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσι· ita *Plutarch.* de Aud. Poët. p. 16. C. de Pyth. Or. p. 406. E. κατέβη ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων, ἡ ἱστορία. Porro *Davisius* utitur hoc loco ad defendendam *Ciceronis* vulgatam lectionem T. Q. III. c. 24. *potentissimi regis anapaestum*; ubi *Lambino* placebat *anapaesticum*, sine causa. *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 20. v. 24. ἀνάπαιστον ὑπὸ τοῦ Χορεῖ λεγόμενον. *Noster* Symp. §. 18. ἀνάπαιστα συγκροτῶν, quod *Berglerus* opportune notat ad *Alciphronis* ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες III. p. 368. *Ammian. Marcellin.* XXIV, 6. p. 441. *velut pedis anapaesti praecinentibus modulis:* ibi vide *H. Valesium.* HEMST.

Ead. l. 6. Ἐποχουμένη) Ἐπηχουμένη. MARCIL.

Ead. l. 7. Φροντιστὰς καὶ μετεωρολέσχας) Socratem ac reliquos philosophos. BROD. Socratem procul dubio innuit, ab *Aristophane* in Nebulis subsannatum, et φροντιστὴν et μετεωροφένακα vocatum. PALM. Apud *Aristoph.* l. c. dicuntur μεριμνοφροντισταὶ, et alio in loco μετεωροφένακες. Sed quia variant hae voces a Lucianeis, videtur aut alias ejusdem poëtae respexisse fabulas, aut aliorum Comicorum. Ego Eupolidem respexisse crediderim, qui et ipse a *Nostro* narratur in Socratem fabulas scripsisse. Nihil tamen ea de re *Diogenes Laërtius.* Sed *Xenophontem* adi in Sympos. p. ed. St. 520. 35. ubi disces, eo nomine solitum fuisse vocari Socratem. Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ἐπικαλούμενος; sed et sequentia in ipso *Xenophonte* legito, ut et rationem illius cognominis discas, et ipsum Socratem ea de re audias opprobria in se jacta diluentem. SOLAN.

Ead. l. 8. Μίαν τ. προέλευσιν) Hoc est, illa sola de causa procedebat in publicum, ut eos irrideret. Ad *Aristophanis* Nubes respicit, quae in eum solum finem factae erant, ut infamaretur Socrates, una cum discipulis. Προέλευσις, τὸ προελθεῖν, inquit *Hesychius*, hoc est, *in scenam prodire, procedere.* CLER. Angl. προσαίρεσιν. BOURD. Verissima lectio προαίρεσιν, quam praefert ed. J. et agnoscunt Codd. P. L. et Galaei Collectanea; nec longe abludit Angl. Ms. Eadem voce alibi utitur. προέλευσιν, quod alias edd. insidet, et ipsum M. Cod. et Ox. nihili est. *Vorstius* margini adscripsit i. e. ὁδόν. SOLAN. Προέλευσιν recte *J. Clericus* exponit, cui prorsus ad-

sentior. Quid sibi voluerit *H. Stephanus* in Thes. T. I. p. 1273. sa e non video. Quamquam προαίρεσιν ingerant C. A. et ed. *J.* plus tamen apud me valet meliorum membranarum et ed. *Fl.* auctoritas; quam ne me temere secutum putes, dum paucis ago, illa mihi video tradenda, quae, quando occurrunt singula, non difficilia quidem pleraque, sed, quo communi nexu inter se cohaererent, parum videntur intellecta. Qui domo in publicum prodeunt, προέρχονται· ἔξω προελθεῖν *Antonin.* de R. S XI. §. 28. προελθεῖν ἐς ἀγορὰν *Philo Jud.* p. 793. C. sic in *Dione Chrys.* XXXII. p. 392. D. οἴτ' ἂν ἴσως προέλθοι, *et ne domo quidem ad emendum aliquid se moveat*, capi potest: sed ibi malo προσέλθοι. προϊέναι εἰς τὸ δημόσιον, *Plutarch.* Cato Min. p. 762. C. ea mente *Luciano* in Somn. §. 9. εὐπελὴς τὴν πρόοδον, qui nullo stipatus amicorum comitatu, quemadmodum homines nobiles et clari solent, (vid. Necyom. §. 12.) sed ob vilitatem vitae contemtus ac solus in publicum prodit: tales quoque potentium feminarum πρόοδοι, vel, qua voce frequentius appellantur, ἔξοδοι, de quibus alio loco dicam. Deinde προέρχονται, qui magna cum pompa, eaque publica et quasi triumphali procedunt. Consulum solemnes processus vel processiones προύδους *Justinianus* Nov. CV. προελεύσεις *Theophilus* Inst. de Rer. Div. §. 48. vocant; illud enim apud hunc multo, quam προσελεύσεις, malo. De sacris Ecclesiasticorum festisque processionibus vide *J. Meursii* et *Car. du Fresne* Gloss. in Προέλευσις· recentioribus idem vocabulum pro triumpho in usu fuit. *Eustath.* ad Il. Ψ, p. 1292. v. 16. ἐντεῦθεν γὰρ παρὰ τοῖς ὕστερον ἡ πομπὴ καὶ τὸ πέμπειν ἐπὶ θριαμβικῆς προελεύσεως· et signatius ad Il. I. p. 762. qui locus *C. Fabrottum* non fugit: ὅθεν καὶ πομπὴ ὁ θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα λαλεῖ. πρόοδον dixit *Thom. Mag.* in Πομπή. Tum porro alia quaedam huic verbo addita est potestas in concionem prodeundi, orationem in senatu vel cum populo habendi: *Dionys.* A. R. VIII. p. 507. v. 28. προελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα· quod cum *Sylburgio* in παρελθὼν mutatum nolim: similiter enim *Plutarch.* in Crass. p. 550. E. ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προελθών· ipsumque hoc in Cat. Min. p. 780. E. ἐπὶ τὸ βῆμα τοῦ Κάτωνος προελθόντος. nec major est causa, cur quicquam novetur VIII. p. 465. v. 28. τοσαύτην νεοτητα ἐξ ἑνὸς ἔθνους διαφόρου σφίσιν ἐπὶ τὴν θέαν προελθεῖν· quam lectionem cum ipsa tueatur structurae forma, repudiandum censeo προσελθεῖν V. C. et *Porti.* Apud *Isidor. Pelus.* Epaminondas εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος παρῃτήσατο προελθεῖν etc. II. Ep. 146. In *Socratis* H. E. III, 25. servandumne sit προελεύσεις ποιειν τῷ βασιλεῖ, an cum *H. Valesio* praeferendum

προσειλήσεις, non satis habeo constitutum: si retineas, recte de sectarum inter Christianos principibus eo sensu dicetur, quasi nunc e latebris, quibus se Juliani metu continuerant, prorepererent, Jovianum Imperatorem quisque precibus adituri, suis ut partibus potissimum faveret. Eadem plane forma πρόοδον, πρόσοδον vel πάροδον ποιοῦνται apud Atticos, qui ad Senatum, aut pro concione cum populo agunt, apud Christianos, qui sacras conciones habent: utrumque erudite declaravit *H. Valesius* ad *Euseb.* V. C. IV, 29. σχολῇ δὲ λογογραφῶν συνιεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς παρόδους etc. 55. συνηθῶς δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι. Moris autem erat Athenis, ut, qui Senatus adeundi vel populi potestatem sibi fieri petebat, nomen et rem, de qua sit dicturus, in tabella perscripta profiteretur: hoc fuit τὴν πρόσοδον ἀπογράψασθαι· *Isocr.* Or. Ar. p. 142. E. sive etiam simplici verbo γράψασθαι· id quidem legas in Timocratea *Demosth.* p. 781. A. πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν· *referre ad Senatum* laxe nimis *Wolfius* interpretatur: hoc Timocrati Orator crimini vertit, quod tulerit legem οὐκ εἰς τὴν βουλὴν, οὐκ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδέν. Si copia dicendi non concederetur, λόγου εἴργεσθαι, ἐκκλείεσθαι, οὐ τυχεῖν dicebantur: sin contra, λόγου τυγχάνειν, προσέρχεσθαι τῷ δήμῳ. *Demosth.* pro Cor. p. 474. D. παρέρχεσθαι εἰς τὸν δῆμον, et singulari quodam modo πρόσοδον ποιεῖσθαι· *Isocr.* in initio Areop. et ad finem p. 157. τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην, καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους· *Aeschin.* in Tim. p. 11. v. 43. τῆς γὰρ βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρόσοδον ποιουμένης πρὸς τὸν δῆμον· idemque περὶ τῆς Παραπ. p. 35. v. 30, 37. commemorat τὰς εἰς vel πρὸς τὴν βουλὴν τῶν πρεσβέων προσόδους. *Libanius* etiam de eo posuit, qui damnatus a judicibus ad populum provocat, causamque suam apud cives agit: in Προσ. Declam. XXX. p. 689. reperias, οὐ γὰρ ἐπ' ἀδήλοις τοῖς ἀδικήμασι ὁ λέγων ποιεῖται τὴν πρόοδον· at in oratione prima, οὔτ' ἂν ἐδεήθην προόδων. Pari virtute *Sophistae* οἱ εἰς τὰ πλήθη παριόντες supra §. 2. οὔτε εἰς τὰ πλήθη παριὼν τοὺς βουλομένους ἀκούειν ἀργύριον εἰσπράττω in Ep. *Socrat.* p. 2. et simpliciter οἱ παριόντες apud *Demosth.* Olynth. III. p. 38. A. quod recte *Scholiastes* interpretatur, οἱ δημηγοροῦντες. Jam scenicis actoribus haec eadem non dispari ratione conveniunt. *Schol. Aristoph.* ad Equ. v. 608. τοῦ ὑποκριτοῦ προερχομένου, *actore in scenam prodeunte. Plutarch.* Nic. p. 524. E. λέγεται δέ τινι χορηγίᾳ παρελθεῖν οἰκέτης etc. *Andronic.* Paraphr. Eth. Nic. IV. c. 3. p. 210. τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν παριοῦσι· quorum pravam *D. Heinsii* versionem jure castigavit *Salmas.* de Us. p. 57. ipse vicissim merito castigatus a *Des. Heraldo* Ad. in O. ad I. A. et R. VI. c. 8. paullum quidem illud *Synesii* discrepat de Prov.

II. pag. 128. D. *ἐν τοῖς θεάτροις· καὶ δεῖ τινα προεξελθόντα διαλεχθῆναι τῷ δήμῳ, τι μετὰ μικρὸν ὄψεται·* nam haec prologi sunt, aut ejus, qui nuntii personam sustinebat, partes, antequam ad ipsam fabulam actores aggrediantur: sed quod mox sequitur, plane congruit, *περιμένειν δεῖ καταπεμπόμενον τῆς προόδου τὸ σύνθημα· ἡ πρόοδος* nihil aliud, quam *ἡ προέλευσις*, quando signo dato in scenam procedunt actores. Atque ob has quidem rationes gradum, ut puto, tuebitur *ἡ προέλευσις*· non quin recte dici possit comoedia *μίαν ταύτην προαίρεσιν πεποιῆσθαι τοὺς φιλοσόφους ἐπισκώπτειν*, quemadmodum *Chrysostom.* T. VII. p. 422. E. *καὶ μία σπουδὴ* (mulierum scenicarum) *πᾶσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι τὴν σωφροσύνην*· sed quod illud eruditius sit, et magis accommodatum. HEMST.

Ead. l. 9. *Διονυσ. ἐλευθ.*) Hoc est, libera dicteria, quibus licebat uti festo Dionysiorum: quae *libertas* vocatur ab *Horatio* et *licentia*. Eleganter conjungit cum hisce *Lucianus* verbum *καταχεῖν*, *perfundere*. *Horatius* de homine dicteriis acriter prosciso lib. I. Sat. VII, 32.

At Graecus postquam est Italo perfusus aceto
Persius.

CLER. De *Δ. ἐλευθ.* copiose *Philostr.* dico ad *Heliod.* BOURD.

Ead. l. 10. *Ἀεροβατοῦντας*) Ex *Aristoph.* Neb. ut haec tota narratio: sic in Charont. et Icarom. BOURD. *Aristoph.* Nub. v. 4. Sc. III. A. I. *ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.* Socrati tribuit. Adde *Plat.* Apolog. p. 7. C. SOLAN.

Ibid. Νεφέλαις) Inde titul. *Aristoph. Νεφέλαι*, ex quibus hic locus integer desumtus. BOURD.

Ead. l. 11. *Ψυλλῶν πηδήματα*) Respicit procul dubio hos versus Comici in Nebul. Act. 1. Sc. 2.

Ἀνηρώτ' ἄρτι Καιρεφῶντα Σωκράτης
Ψύλλαν ὁπόσους ἄλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας.

Hoc alibi saepe tangit, dum Socrati, Platoni, et aliis insultat. BOURD. A. I. Sc. II. Introducitur Socrates dimetiens *ὁπόσους ψύλλα τοὺς αὑτῆς πόδας ἄλλοιτο.* VORST. Eandem calumniam tangit etiam *Xenoph.* loco supra citato. SOLAN. Notarunt *L. Bos* Obs. Crit. c. 12. p. 64. et *L. Kuster* ad *Aristoph.* Nub. v. 145. Adde *Eunap.* in Aedes. p. 38. *ψυλλῶν πηδήματα καταμωκώμενος*· ubi plura. *Synesius* istos *Comici* versus praecipue, quasi rotundissime decurrentes, laudavit in *Dion.* p. 40. B. HEMST.

Ead. l. 14. *Δὶς διὰ πασῶν*) *Erasmus* in Proverbio, *δὶς διὰ πασῶν.* BROD. Proverbium a musicis mutuo sumtum, quo maximum discrimen et longissimum intervallum significatur. Vid. *Erasm.* Chil. Hoc usus est *Lucian.* in lib. de Conscr.

Hist. et in sermone, qui est de Mercede servientibus. Cobet. Utitur passim hac comparatione. Bourd. Vetustiores musici, uti ex hoc proverbio patet, scalam suorum tonorum non ultra duas, quas hodie dicimus, *octavas* extendebant. V. *Erasm.* Chil. saepius usurpat Noster, ut pr. Merc. Cond. c. 11. Qu. hist. c. s. c. 7. et contra Indoct. c. 21. Solan. Mira, ut solet, fabulatur *Belinus* de harmonia musica cum insigni et imperitia et confidentia. Quid proverbium ὅλῃ διὰ πασῶν omnino significet, non potest obscurum esse, etiamsi non legeris, quae *Erasmus* habet de Adagg. Chil. I. Cent. II. n. 63. Clarissima enim sunt ipsius *Luciani* loca, a *Solano* collata. Nostro autem loco sensus non admodum latet, quamquam in verbis est, quod offendat. *Toto coelo differebant inter se dialogus et comoedia*; tantum inter ea erat quasi intervallum, quanto in Musica ex utraque octava summus tonus distat ab imo. Sed *Kistemakerum* non immerito male habuerunt postrema verba (ad Thucyd. p. 131.), ita, ut ea pro glossemate habens ejicienda putaret. Nam proverbium hoc erat notissimum, nec in aliis locis Noster addit interpretationem. Itaque eatenus omnino accedo huic sententiae, dis edo autem, quod verba τὴν ἁρμονίαν, quae et ipsa *Kistemakerus* spuria habet, ego necessaria habeo ad plenam efficiendam enuntiationem. Deforet alias Subjectum. Postremum moneo, τὴν ἁρμονίαν ironice capiendum de *necessitudine*, quae omnino inter utrumque intercedat, h. e. de *differentia, discrepantia*. Subjectum autem hic requiri, docet ceterorum exemplorum, in *Luciano* obviorum, similitudo. Lehm.

Pag. 24. l. 4. Τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι.) Hac de re *Phaedrus* fine Fab. et ibi interp. Bourd. Miscet hic *Lucianus* duo figmenta: Poëtarum nimirum figmentum de Prometheo, quem homines e luto formasse dicebant, et *Platonis* de primis hominibus, quos primum ἀνδρογύνους fuisse ait in Symposio, deinde in duas partes sectos. Cler.

Ibid. Ἐγκαταμίξας.) Recte, ne quis conjectet συγκαταμ. *Noster* de Consc. Hist. §. 13. τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαιμάκῳ· *Achill. Tat.* IV. p. 261. Pari modo Scriptor de Mund. p. 13. v. 8. χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσις, pro συγκερ. Hemst.

Ead. l. 5. Τοιοῦτο φανοίην.) Nescio quid ita cunctas edd. insederit vitiosum illud φανοίην pro φανείην aut φανοίμην, quod vel Grammaticae leges expelli jubeant. Praeterea legendum sine dubio τοιοῦτος, id est, ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ πεποιηκώς· *magis etiam eo metu commoveor, ne alia quadam in re talis videar, qualem se Prometheus praebuit.* Hemst. Facile ex antecedentibus suppleri puto πεποιηκώς, aut, si hoc minus

placeat, transposita particula μὴ post τοιοῦτο, si legeris: μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλο τοιοῦτο,(int. δέδια) μὴ φανείην ἐξαπατῶν etc. facilior certe erit mutatio, quam etiam in Versione Latina expressam video. Lehm.

Ead. l. 6. *Ὅστᾶ παρ.*) *Aeschylus* in Prometheo. Brod.

Ead. l. 7. *Κεκαλυμμένα τῇ πιμελῇ*) Sic in Prometh. et Dial. Prom. et Jov. ex *Hesiod.* 1. Oper. Bourd.

Ibid. Γέλωτα) *Τουτέστι, γέλωτα κωμικόν.* Brod.

Ead. l. 8. *Φιλοσόφων*) Sic ed. *J.* Reliquae *φιλοσόφῳ*, quod etiam in O. et M. est; duriuscule, quamvis exstet Amor. c. 45. P. et *B.* 2. *φιλοσόφου.* Solan. Lectionem ed. *J.* interpolatam utique valere jussi: quomodo *γέλως κωμικὸς*, sic et *σεμνότης φιλόσοφος· τὸ κυριώτερον ἀντὶ κτητικοῦ*, ut solent Grammatici, quo nihil est frequentius. Sic *φιλόσοφος χαρακτὴρ λόγου Apollon. Tyan.* Ep. XIX. *βίος Euseb.* H. E. VI, 8. *φιλόσοφον ἦθος, σχῆμα Origen.* in Cels. I. Hemst.

Ibid. Τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς, καὶ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεὸς, ἄπαγε τοῦτο μόνον, οὐκ ἂν εἴποις ἐνεῖναι τοῖς ἡμετέροις) Latinos interpretes si consulas, nihil hoc loco est obscurius. Sic enim vertunt: *Quod enim est furti.* (*nam furti est aliquis Deus*) *apage hoc solum, non dixeris inesse nostris scriptis.* Non poterat insulsius. Quis enim intelligat, *quod est enim furti?* dein quid hoc ad rem, esse furtorum Deum, sive is sit Mercurius, sive quis alius? Non peroeperunt mentem *Luciani.* Primo post *ἄπαγε* cum veterioribus editionibus pone distinctionem. *ἄπαγε· τοῦτο μόνον*, et verte: *sed quod ad furandi artem attinet*, (*nam et furandi arte hic Deus insignis est*) *absit. hanc solam nostris inesse non dices.* Forte, inquit *Lucianus*, Prometheus dicor, quod furatus sim, ut ille ferula ignem est furatus et coelo subduxit. Apage, hac sola in re nunquam Prometheo comparabor. Graev. Facilem et verissimam *Graevii* distinctionem sum secutus. *Ἄπαγε*, formulam abominandi, absurdum aliquid procul amovendi, sic interponunt: *Noster* Amor. §. 38. *ἄπαγε, μή μοι γένοιτο·* Pseudol. §. 31. *Chrysostomo* frequens: *οὐχὶ τὸ σῶμά ἐστι τὸ τυφλοῦν τὴν ψυχὴν, ἄπαγε ἄνθρωπε, ἀλλ' ἡ τρυφή·* Hom. XXXIX. ad I. ad Corinth. *Suid. Ἄπαγε, γενικῇ· παῦσαι, μὴ γένοιτο.* Praeterea ne quid loci venustatem turbaret, scribendum fuit *κλεπτικός·* nam quis credat, *Lucianum* tam insignitam Mercurio factum ivisse injuriam, ut in eo munere, quod totius antiquitatis consensu solus obtinuerat, Prometheum ipsi socium adjungeret? sed *κλεπτικὸν* eum jure potuit appellare, quippe qui semet ipse in cognomine dialogo *ὁμότεχνον* Mercurio fateatur. Hemst. Scripsi *καὶ γὰρ καὶ κλεπτικὸς ὁ θεός.* Post *καὶ*

γὰρ enim saepe excidit καὶ, ut et Timon. c. 51. necessarium videtur καὶ γὰρ καὶ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων. Lehm.

Ead. l. 9. Ὁ θεὸς) *Προμηθεύς. Hesiod.* in Opp. et D. Brod. Ὦ θεὸς, ἄπαγε τοῦτο μόνον) Sic in Somnio, ἀποτρέπετε, ὦ θεοὶ, τὸ δεινόν. Hac in re utitur dictionibus ἀπερύκειν, ἀποτρέπειν, ἀπάγειν. Quod semel monitum volo. Bourd. P. mendose, ὦ θεὸς, quod *Bourdelotio* et *Vorstio* fraudi fuit. In Fl. tota parenthesis deest, certe incommode dicitur Deus κλεπτικῆς. Solan.

Ibid. Ἐκεῖναι) Scribo ἐνεῖναι. Brod.

Ead. l. 10. Ἢ παρὰ τοῦ γὰρ ἂν ἐκλέπτομεν; εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πτυκάμπτας καὶ τραγελίφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς;) *Unde enim furaremur? nisi quis me latet, qui tales pinuum incurvatores et hircocervos ipse composuerit.* Sic interpres. Quis autem ex hac versione intelligat, qui sint illi pinuum incurvatores, et quid illi hic agant, ubi de furto loquitur? Ignorarunt πτυκάμπτας esse centauros. *Suidas*, πιτυκάμπτης ὁ κένταυρος. sic proprie dictus est Sinis centaurus, quem Theseus occidit. de quo *Ovid.* VII. Metam.

Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus,
Qui potuit curvare trabes, et agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Vertendum itaque, *nisi quis me fugit, qui tales centauros, et hircocervos ipse composuerit.* suos vero dialogos ex comicis salibus, et gravibus sententiis, ex philosophicis disputationibus haustis, compositos, ut paullo ante ostendit, vocat centauros et hircocervos, quo scribendi genere nemo ante *Lucianum* fuerat usus. Graev. Perperam scribitur, ἢ παρὰ τοῦ γὰρ ἂν ἐκλέπτομεν. corrige, ἢ παρά του γὰρ ἂν ἐκλ. Ubi hic articulus pro τὶς ponitur, est, veluti τὶς, particula enclitica. Similis macula in *Epicteti* Enchiridio turbavit eruditos. Ait Stoicae sapientiae gravis doctor cap. 80. Δεποῦ οὖν ἐν παντὶ τῷ εἶναι φιλόσοφος· εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαῦλον, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. *Wolfius* interpretatione sua palam facit, se non intellexisse veram mentem, et quia *Politianus* omisit τῷ εἶναι, ipse non necessarias has voculas judicat. *Mericus Casaubonus* nescio quid *acutum* ex iis primo elicere tentans, post eas suspectas habet. Recte novissima interpretatio vertit, *Sin alicui etiam videri Philosophus cupis.* Ad hanc versionem etiam Graeca accommodari oportuit, et excudi, εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει τῷ εἶναι, σεαυτῷ φαῦνον, etc. τῷ pro τινὶ etiam hic positum. Quod autem neque *Simplicius* neque *Paraphrastes* illud τῷ εἶναι agnoscunt, in eo haud dubie imperfectiores sunt magistro suo *Epicteto*, cujus ea mens est: *Id tibi in omni tempore, lo-*

so, et negotio sufficiat, esse te philosophum: quod si vero quis sit, cui talis videri optes, is, cui talis videri cupias, tu sis: tu vero ipsemet tibi satis idoneus et quasi perfectus eris, cui philosophus esse videaris. Hinc etiam manifestum, puto, est, *Epictati καὶ ἱκανὸς ἔσῃ*, longe plenius et perfectius esse prae *Simplicii* et *Paraphrastae καὶ ἱκανὸν ἔσεσθαι τοῦτο.* Jens. *Παρά του* edendum contendit *Jens.* idque secutus est *Hemsterh.* contra edd. vett. quibus adsentiri codicem O. scribendo *παρὰ τοῦ*, in marg. Junt. notavit *Solanus;* sed Cod. M. *παρά του* habere. Verum etsi res parvi est, mallem vulgatum retinuisse. nam articulus του pro *τινὸς* positus, tum amittit accentum, quando τις encliticum eundem amitteret. At quando est interrogantis, ut hic, aeque retinet accentum, ac *τίνος* interrogativum, cujus vicem gerit, quod recte disputat *Mich. Ros.* vel potius auctor Dissertationis Academicae, Argentorati habitae 1716. *J. Henr. Lederlinus*, p. 15. haec exempla afferens: *Soph. Aj.* mast. 815. *Ἔσθ' ὅπου' ἀνθρώπων μαθών; ex quonam hominum hoc didicit, audivit?* Et Electr. 408. *Τῷ φέρεις τάδ' ἔμπυρα; cui fers has partes victimarum comburendas?* Item 412. *Ἐκ τοῦ φίλων πεισθεῖσα;* et 681. ac 915. 932. 935. Oedip. Tyr. 365. 792. 1041. 1176. Oed. Col. 425. *Dion. Hal.* Ep. ad Pomp. p. 129. Exempla vero, ubi του et τῳ sint enclitica, multa quoque praemisit idem. Reitz. In *Epicteti* loco quin spuria sint *τῷ εἶναι*, jam dubitari vix potest. Vid. *Schweigh.* Nihili autem prorsus esse *Jensiana* ista, ex his *Reitzianis* apparet. Diall. Deor. VII, 8. *τῷ (τίνι) τοῦτο νενεμῆσθαι ἔχεις;* Soloec. c. 11. *Καὶ τῷ του' ἂν εἴη διαφέρον;* Sic vulgo in utroque loco recte. Unde et Diall. Deor. III. scribendum: *τῷ τρόπῳ δ' ἐναλλάγῃ;* Ipse falsus ibi *Hemsterhusius* fefellit et *Schmiederum.* Lehm.

Ead. l. 11. *Πιτυοκάμπτας.*) Castigo: *πιτυοκάμπτας καὶ τραγελάφους*, hoc est, *monstra quaedam.* Brod. *Pinuum incurvatores:* quo nomine Scinis appellatus fuit, quem occidit Theseus incurvantem pinus, et ex iis adligatos homines, et in sublime emissos dilaniantem. Eundem *πιτυοκάμπτην* vocat lib. II. Ver. Hist. Coon. *Ἱπποκάμπας*) Legebatur antehac *πιτυοκάμπτας*, ut Ver. Hist. c. 28. (vel mendose *Πυτιοκ—*) quod huc non facit. v. *Apollod.* III. L. aliam scripturam exhibet, nisi quod illic *ἱ—μπτας*, legitur. In Ox. vero *πιτυοκάμπας*. De his consule *Spanh.* et *Aelian.* de An. XIV, 20. Hippocampos in Imaginibus describit *Philostratus* iun. p. 774. (locum ipsum vide ad Marinn. Diall. VI.) Vide et p. 729. ubi, ex nummis, Hippocamporum et Hippopotamorum figuras doctissimus ejus interpres exhibet. Solan. *Graevio πιτυοκάμπτας* expli-

canti Centauros praecivit *Fr. Luisin.* Par. III. cap. 25. quod si ad liquidum deduci posset, rem haberemus confectam. Negari quidem non potest, apud *Suidam* exstare in *Πίτυς, ὅθεν καὶ Πιτυκάμπτης* (vel potius, ut *Kuster. Πιτυοκ.*) *ὁ Κένταυρος*· verum his in rebus tantam *Suidae* auctoritatem non agnosco, qua sola nos contentos esse oporteat. *Πιτυοκάμπτης* est Sinis vel Sinnis, (ductum a latrociniis et nocendo nomen, quod male nonnusquam *Scinis* et praeter linguae rationem scribi puto) quem suo ipsius, quod in alios statuerat, exemplo Theseus interemit: lege *J. Meurs.* in Thes. c. V. Hunc de gente fuisse Centaurorum, quis veterum prodidit? imo tantum abest, ut Theseum ipsum materno genere contingeret: *Pausan.* I. p. 90. *ἀποκτείνας καὶ Σίνιν τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ*· quippe natum, ut nonnulli scripserunt, Canetho et Heniocha Pitthei filia: *Plutarch.* in Thes. p. 11. F. Jam si forte Centauros omnes hoc epitheto existimes affectos, quid tandem proferri poterit, unde nominis, quod a singulari unius Sinidis crudelitate profectum esse satis constat, origo repetatur? nam quod *Luisinus* est commentus, *quoniam bello aores habebantur, eorum impetum pictores flexis stratisque arboribus, quacumque furebant, exprimere solitos esse,* ut alia mittam, Graeci sermonis normae prorsus repugnat. quis, quaeso, *πιτυοκάμπτας* diceret eos, qui arbores vasto corpore et impetu currendi prosternunt? *Th. Galeus* ad *Apollod.* III. p. 95. ubi de Sinide pinuum inflexore agitur, hunc *Luciani* laudavit locum, sed laudavit tantum, nulla parte alia lectorem adjuvans. Non me praetereunt *Aristophanis* in Ran. v. 997. *σαρκασμοπιτυοκάμπτας*, de quibus ita *Schol.* *ὡς σαρκάζοντας μὲν καὶ προσποιουμένους τὰ πολεμικά, οὐκ ἀληθῶς δὲ τοιούτους· ἰσχνοὺς δὲ ἐπιμελουμένους*; paullo plenius *Suidas: Σαρκασμοπ. ἀντὶ τοῦ μεγάλοι, ὡς ἁρπάζοντες μὲν καὶ προσπ.* etc. ubi legendum ex prioribus apparet, *ὡς σαρκάζοντες*· necdum enim persuadere mihi possum, quod tamen in mentem venisse non diffiteor, alteram hanc in aliis Comici vetustis Codd. exstitisse lectionem, *ἁρπασμοπιτυοκάμπται*. De Sinide vero quin *Schol.* cogitaverit, cum ista commentaretur, dubitare non licet: neque absurdum est, ut per Comicam facetiam homines in bello timidi, sed inanibus in rebus, quae vero periculo carerent, robur ostentantes dicti fuerint *πιτυοκάμπται*· eoque pertinere non incommode videatur *Hesychii* glossa, *Ἀεροπέλαδοι, πιτυοκάμπται*, ex veteri quodam Comico depromta, sive vocabulum utrumque demta distinctione jungas, sive *ἀεροπελάδους* per se solos intelligas, *aërem verberantes, jactatis per aërem manibus inanem strepitum excitantes*, vel etiam, *aërem implentes clamoribus*: nam in *He-*

sychio multae sunt voces, et sententiae nonnunquam, quae additam interpretationem habent nullam. Aliud *Palmerio* placuit πινοκάμπται legenti; quod si quis conjecturae nostrae anteferendum statuat, haud equidem magnopere obnitar: verum idem ipsum in *Aristophane Frischlinus* spectavit vertens *Eriocosanniones*, tanquam si legendum censuisset, σαρκασμοπινοκόμπαι. Sunt sane πινοκάμπαι genus eucarum ex eo nominatae, quod pinis arboribus adhaereant; quarum meminit *Plin.* H. N. XXII, 2, 4. *Dioscorid.* A exiph. cap. 2. sed illae, quantum video, nihil ad *Aristophanem* faciunt, multoque minus, quamvis crebris formarum mutationibus ex aliis in alias hos lolas abeant, ad *Lucianum*: in quo retinui sane priscam lectionem, ἱπποκάμπας, vel, ut scribi debebat, ἱπποκάμπους, etsi ad sensum melius congruere videantur, non ausus admittere; praesertim, quoniam nullus Codex, qui quidem alienis oculis non sit inspectus, adsentitur. De Hippocampis adi magnum illum *J. Scaligerum* in Conject. p. 85. a quo si quid in re forte, quod sollicite perquirere non vacat, fuerit commissum, egregiis emendationibus certe pensatur, et *Rob. Constantin.* in Suppl. L. L. Τραγελάφων mentio in *Aristoph.* Ran. v. 968. qui jungit ἱππαλεκτρύονας· haec causa est, cur, si scripti cujusdam libri ductus adspirarent, in *Luciano* probarem τοιούτους ἱππαλεκτρύονας καὶ τραγελάφους· etenim vix est, ut ad illum Comici locum non respexerit. Meminit et *Plato* Polit. VI. p. 674. B. ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὰ ξυναγαγεῖν etc. οἷον οἱ γραφεῖς τραγελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. Ponere quoque solent, ut hippocentaurum, pro re, quae nusquam exsistens sola cogitatione effingitur: *Eustath.* in Il. A. p. 102. Rogat *Aristot.* initio lib. IV. Φυσ. Ἀκρ. πῶ γάρ ἐστι τραγέλαφος ἢ σφίγξ; Vid. *Stephan.* in Γάληψος (?) et *Berkel.* Pocula, quibus ob hirci cervique mixtam figuram impositum fuerit τραγελάφων nomen, recenset *Athen.* XI. p. 484. D. E. p. 500. E.

Postquam haec scripseram, conjecturam mecum perquam elegantem communicavit vir eruditissimus, et pulcherrimo Prolegomenorum in N. F. editionem Graecam specimine commendatissimus *J. Jac. Wetstenius*; quam, quia prope abest, quin veram putem, celare religioni duco. Legendum censet vir egregius τοιοῦτος πινοκάμπτης· quasi hunc in modum *Lucianus* ratiocinaretur: *Primus ego res plane discordes, philosophicam gravitatem, et lepores libertatemque jocorum comicam consociavi: quod inceptum audax non minorem habet difficultatem, quam si binas arbores rigidas curvando jungere nitaris: imo majoris est artificii* καὶ τραγελάφους συνιθέναι, τοὺς ὁπλοὺς τὴν

φύσιν (ut *Aristides* Orat. Plat. 1. T. 2. p. 46. de Hippocentauris loquitur) *i. e. non tantum binas arbores ejusdem speciei, verum ETIAM res diversissimas hircos atque cervos sive Philosophiam Comoediamque jungere. Si quis ante me idem fuisset conatus, is certe fama facinoris Sinim aequaret, ad meamque sine dubio notitiam pervenisset.* Jam tu, quaeso, ad animum revoca, quae leguntur sub finem §. 6. *ΕΤΟΛΜΗΣΑΜΕΝ ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ΣΥΝΑΓΑΓΕΙΝ ΟΤ ΠΑΝΤ ΠΕΙΘΟΜΕΝΑ* ecce πιτυοκάμπτην, qui magno nisu in unum cogit consociatque nixa diversis radicibus, et materiam minime sequacem tractando mollit. Hemst. *Toup.* Obss. Critt. p. 362. Hemsterhusianis et Wetstenianis inter se conciliatis, jam hanc protulit loci faciem: *εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε πιτυοκάμπτης, τοιούτους ἱππαλεκτρύονας καὶ τραγ. κ. αὐτ. συντ.* Verum sic vereor, ne nimium tribuatur *Aristophanis* loco laudato. Deinde longius haec recedunt a vestigiis librorum, ita, ut vis quaedam verbis vulgatis inferri videatur. Denique eo offendi me fateor, quod πιτυοκάμπτης h. l. is dicatur, qui monstra illa componere valeat. Nam ut per se optime hoc nomen in Lucianum ceciderit, conciliantem inter se, quae natura sunt maxime diversa, tamen Sinis iste pinuum incurvator quid cum Equogallorum vel Hircocervorum creatore commune habere possit, equidem, qui non sim πιτυοκάμπτης, non perspicio. Quae quum ita sint; quum neque coniectura πιτυοκάμπτης, neque etiam, id quod ab aliis jam satis monstratum est, lectio πιτυοκάμπτας, vel — μπας, locum habere possit: nihil jam restare videtur, siquidem nos nova novis addere velimus, nisi ut in altera lectione *Longol. Excc.* ἱπποκάμπους acquiescamus, quam et ipsam ne *Hemsterhusius* quidem nec damnare, nec admittere, ausus est. Erant autem ἱπποκάμποι secundum *Philostratum*, a *Solano*, et *J. Scaligerum* in Conjectann. p. 35., ab *Hemsterhusio* laudatum, monstra marina, superne equi, ab inferiori parte pisces, ἔφυδροι τὰς ὁπλὰς, καὶ νευστικοὶ, καὶ γλαυκοὶ, καὶ νὴ Δία ὅσα δελφῖνες, quae sunt *Philostrati* verba. Jam vero quam bene haec marina monstra, e duabus naturis contra naturam composita, cum hircocervis, monstris terrestribus, quae et ipsa constant e duplici animalium genere mixta, in hunc locum nostrum conveniant, nunc paene in oculos incurrere videtur. Lehm.

Ibid. Τραγελάφους) De his, si lubet, consule *Plin.* VIII, 33. Cervis excepta barba et armorum pilis similes. Hujusmodi monstrum, quod fictitium prorsus credidit *Lucianus*, vidisse sese *Salmasius* narrat *Plin.* Exercitt. 862. b. B. ed. post. De

iisdem consule *Spanh.* 200. et 203. SOLAN. Adnumerantur etiam cocti remediis podagrae Tragodop. v. 104. LEHM.

Ead. l. 12. *Τί ἂν πάθοιμι*) Locutionem illustrat *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* XII. §. 16. HEMST.

Ead. l. 13. *Μεταβουλεύεσθαι*) *Post rem consulere*, unde et *Pindarus* in Pyth. V, 36. illum adpellat *ὀψίνοον*, quasi *sero sapientem*. *Hesiodus* in Theog. v. 511. Haec, inquit, peperit *Προμηθέα ποικίλον, αἰολομῆτιν· ἀμαρτίνοον τ' Ἐπιμηθέα*, *Prometheum* vafrum nominans, ac variis instructum consiliis, *Epimetheum* post eratum sapientem. COGN.

IN NIGRINUM.

Pag. 25. l. 17. *ΠΡΟΣ . . . .*) Philosophicam hanc disputationem *Lucianus* paullo post adventum suum Romae scripsisse videtur: in qua quam pronus in Satyram fuerit jam prodit; sed nondum comicos illos sales cum reliquo ornatu theatrali in Dialogum invexisse, cum haec scriberet, palam est: graviter enim hic vitia perstringit ex gravissimi Philosophi persona, cujus famae invidit illa aetas. SOLAN. Alterum titulum *ἢ περὶ Φιλοσόφου ἤθους* male reddiderunt interpretes? *de moribus philosophorum*. *Φιλόσοφος* est h. l. philosophus nomine suo dignus, qualis describitur Nigrinus, qualesque tandem etiam ambo amici fieri cupiunt. Atque cum hoc titulo, sic capto, omne libelli argumentum conspirat optime, a principio usque ad finem. Nam quae de moribus Romanorum pravis ac stultis adjiciuntur, ea, ex exitu rei narratae satis patet, nonnisi in eum finem adjecta esse, ut eo magis philosophicae vitae dignitas et honestas illustraretur. Longissime itaque a *Wielandi* sententia discedo, qui, seductus forte falsa interpretatione Latina, quum argumentum libri in imagine luxuriae ac stultitiae Romanorum depingenda ponat, tum alterum istum titulum, cum hac ipsius opinione pugnantem, genuinum esse negat. Ceterum in Aug. Cod. hanc legi inscriptionem: *Νιγρίνου φιλοσοφία*, refert *Schmiederus* in Add. ad T. I. praemissis T. II. p. XXVI. LEHM.

Ibid. *ΝΙΓΡΙΝΟΝ*) Romanus esset, an Graecus, olim ambigebam, quamvis de *Nigrinis* legissem apud *Spartianum* in Hadriano et *Xiphil.* p. 260. et *Plutarch.* 849. Nunc autem Ro-

manum fuisse statuo, ob ea praecipue, quae de reditu ex Graecia habet c. 17. et de fundo prope Romam c. 26. SOLAN.

Ead. l. 19. *Γλαῦκα εἰς Ἀθ.*) Sūbaudiendum, *porto*, aut *mitto*. Hanc paroemiam *Lucianus* hic exponit, quae inde fluxit, quod Athenis abundant ululae, et Atticae regioni quasi peculiares sunt. Proinde ut absurdum videbatur noctuam Athenas deportare, cum illic passim omnia noctuis abundarent, ita ridiculum sit homini consultissimo consilium dare. COGN. Prov. *ἐπὶ τῶν μάτην ἐπισωρευόντων τινὰ τοῖς προϋπάρχουσιν, οἷον εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ σῖτον ἐπαγάγῃ ἢ ἐν Κιλικίᾳ κρόκον. Aristoph.* Aves et ibi *Scholiast.* BOURD. Vid. *Suid.* et *Schol. Aristoph.* SOLAN. Utitur hoc loco *Erasm.* Adag. *Ululas Athenas. Diogen. L.* III, 47. *Γλαῦκα γὰρ εἰς Ἀθήνας, φασὶν, εἴ δέῃ σοὶ τὰ κατ' εἶδος διηγεῖσθαι.* Noctuarum copiam, quae proverbio locum dederit, Atheniensibus objecerunt Comici: praeter *Aristoph.* Av. v. 302. *Antiphanes* apud *Athen.* XIV. p. 655. Mox *παρ' αὐτοῖς*, quasi praecessisset *Ἀθηναίοις*· in Tim. §. 9. *οὐδ' ἀπέβλεψα εἰς τὴν Ἀττικήν· καὶ μάλιστα ἐξ οὗ φιλοσοφία καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς*· libello superiore §. 5. *σφαγὰς αὐτῶν*, intellige, Centaurorum. Similia notavit *J. Davis.* ad *Ciceron.* de Divin. II. c. 61. Ratio paullum diversa in *Aristoph.* Pl. v. 503. *πολλοὶ — πλουτοῦσι Ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι· χρήματα* continentur in *πλουτοῦσιν*· eo pertinet *αὐτά.* v. 566. *εἴ γε δεῖ λαθεῖν αὐτόν*· scilicet *κλέπτην.* HEMST.

Ead. l. 20. *κομίζοι*] Hanc optimam lectionem e codd. 2954. et Aug. cum *Schmiedero* restitui. Ponitur enim, ut bene monet *Belinus*, aliquem illud facere velle. LEHM.

Pag. 26. l. 3. *Ὅπως τε νῦν ἔχω*) Non infitior, bonam esse locutionem: *Noster* in Hermot. §. 30. *εἰ καθάπερ νῦν ἔχω, ἀγνοῶν ἔτι*· verum hoc quidem in loco ad sententiam, quae requiritur, parum commode respondet. Idcirco malim, *ὅπως τε νοῦν ἔχω, quoque sim erga Te animo*, nota loquendi formula. *Lucian.* Pro Merc. Cond. §. 14. *ὅπως ἔχει πίστεως καὶ σπουδῆς καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα. Artemid.* Praef. lib. IV. *καὶ ταῦτα ὅπως εἶχον δυνάμεως.* Paullum aliter *Demosth.* Ep. I. p. 190. *B. ᾠήθην χρῆναι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην, ὡς ἔχω περὶ τούτων, εἰς μέσον θεῖναι. Xenophon* Cyrop. VII. p. 116. *οὐχ οὕτω τρόπου μόνον ἔχεις. Liban.* Apol. Socrat. *οὕτω δὲ ἔχοντα γνώμης.* Dixerit aliquis, exponi posse, *et quemadmodum nunc sim affectus:* quasi significaret, se, qui ante fuerit a studio philosophiae multum remotus, eo deductum oratione Nigrini memoriam monitorum integram conservare: sed hoc, ut tolerabile videatur, minus congruit cum eorum, quae consequun-

tur, mente. Hemst. Vid. ad Somn. s. de Vit. §. 2. Nihilo secius retinendum puto νῦν, et supplendum ex antecedd. γνώμης. *Volo tibi modo sententiam meam aperire, qua nunc sum, simul etiam ostendere, me non leviter captum esse tuis sermonibus.* Haec optime videntur inter se congruere, quandoquidem non semper praesens animi affectio eandem et in posterum permansuram praestat. Quidni autem credamus *Lucianum* nostrum vere ex illo tempore ad sanae philosophiae studium, insanae odium, animum adpulisse? Vid. supra de vita *Luciani*. *Guil. Langium* simili modo νῦν tueri nunc demum video, postquam illa jam scripseram. Lehm.

Ead. l. 5. Καὶ τὸ τοῦ Θουκυδίδου) *Benedictus* enervavit versionem, in qua negligit efficaciam voculae primae, quam recte sic *Micyllus* expressit, *effugero sane merito etiam Thucydidis illud.* Hoc enim intendit auctor convincere, ut non modo immunis esse debeat ab insultatione proverbii Attici, sed etiam ne Thucydideum quidem illud in ipsum verti possit. Gronov.

Ibid. Ἀμαθία μὲν) Hanc sententiam sic efferunt: Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει. Et sic *Thucyd.* ut patet etiam apud *Plin.* Epist. 7. lib. 4 hanc sic interpretatur *D. Hieronym.* Epist. ad Evagr. *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat.* Bourd. Vertendum, *Imperitia audaces, segniores ad agendum ratio facit.* Nam τὸ λελογισμένον idem est, ac λογισμός· designatur eorum consuetudo, qui nihil sine ratione, nihil inconsiderate agere volunt. Cler. In oratione funebri, quam Pericles habuit. Verba habes in *Bourdelotii* nota. Solan. II. c. 40. Celebris sententia, quam multi expresserunt. *Procop.* Goth. III. p. 256. ἐμπειρία γὰρ λογισμὸν φέρουσα θρασύνεσθαι ἥκιστα εἴωθεν· ibi *D. Hoeschelium* hic *Luciani* locus non praeteriit. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* VII, 171. *Synes.* Ep. 153. ἀμαθίας ἡγουμένης τοῦ θράσους· idem Ep. 79. Thucydidea sententia parumper immutata: τὸ γὰρ ἀλόγιστον ἀνδρεῖον μὲν οὐδαμοῦ, παρὰ δὲ τοὺς καιροὺς δειλόν τε καὶ θρασὺ γίνεται. *Sallustius* etiam imitatur B. J. c. 7. ubi plura notat ejus generis *Jos. Wasse.* Quod autem pro λογισμὸς *Lucianus* dederit τὸ λελογισμένον, in eo *Euripidem* est secutus, cui hoc frequens, Iphig. in A. v. 368. etc. paullo aliter *Philostr.* Her. p. 733. τὸ γὰρ ἔννοόν τε καὶ λελογισμένον ἐν αὐτοῖς μάλιστα τοῖς φοβεροῖς ἔχειν Aeneam. Hemst.

Pag. 26. l. 9. Φ. καὶ Λ.) *Bourdelotium* laudo, quod nomina personarum, in aliis edd. omissa, editioni suae inseri curaverit. At istud laudare non possum, quod quae *Luciani*

partes erant, eas *Amico* dedit. *Lucianus* ipse Nigrinum audierat: hoc enim epistola diserte profitetur. Ipse itaque nunc *Lucianus*, bonis avibus, Nigrini orationem amico enarret. SOLAN.

Ead. l. 10. Ὡς σεμνὸς) Similiter *Alciphr.* I. Ep. 34. ut *Berglerus* observavit. HEMST.

Ead. l. 12. Ὁμοίων λόγων) Ὅμοιοι λόγοι, sermones inter pares, pari libertate et conditione habiti vitro citroque, ut apud *Homer.* ὅμοιος πόλεμος, ὅμοιος θάνατος, ὅμοιον γῆρας. BOURD.

Ead. l. 13. Ὅλως) Defendi potest, etiam ex iis, quae notat *J. Jensius* L. L. II. c. 11. Malo tamen ὅλος, ut ad praecedens μεταβέβλησαι aptius conveniat: *Tu, qui comis esse solebas et affabilis, nunc repente mutatus es, totusque speciem superbi geris.* HEMST. Non *totus*, sed *omnino, denique.* Sic saepius καὶ ὅλως, int. εἰπεῖν. Somn. s. Vit. §. 10. Diall. Deor. XII, 1. XVIII, 2. etc. Summam indicat plurium rerum, antea singulatim enarratarum, atque adeo absolute positum, commate sejunctis iis, quae sequntur. Cf. etiam infra c. 7. LEHM.

Pag. 27. l. 2. Ὁδοῦ πάρεργον) *Erasm.* in eo Adagio. BROD. *Ut te non morer.* BOURD. Non est, *ne te morer*, ut habet *Bourdelotius:* sed καθ' ὁδοῦ πάρεργον, *obiter, aliud agendo, en passant je suis devenu heureux.* CLER. Icarom. c. 11. εἴ τι σοι καὶ ὁδοῦ πάρεργον ἱστόρηται. Pseudol. c. 12. ἰδοὺ καὶ μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πάρεργον, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ ἀποφρὰς ἡμέρα. Simili sensu πάρεργον τοῦ λόγου Anachars. c. 19. LEHM.

Ead. l. 3. Σκηνῆς ὄνομα) Sic idem alibi. BOURD.

Ead. l. 4. Τριςόλβιος) *Ter beatus atque felix.* BROD. *Sophocles* apud *Plutarch.* de aud. Poët. ed. Hanov. an. 1599. p. 21.

— ὡς τριςόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖς δὲ γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. SOLAN.

Ead. l. 7. Μέγα) Hanc vocem pro μετὰ reposui, quod in omnibus libris reperio. Ratio emendationis in promtu est: nihil enim hactenus narravit, ad quod τὸ μετὰ τοῦτο referri possit, sed *se beatum esse* tantum dixerat; quo dicto hic *tantam tamque repentinam* felicitatem, quae ei obtigisset, cognoscere volens, ut edisserat hisce petit: ex vulgata nullus elici possit sensus, qui ex hac limpidissimus est. Ne dicam errorem proclivem τοῦ μέγα in μετά. SOLAN. Emendatio certissima, quam praestant mox, οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ, paulloque post, μέγιστον μὲν οὖν· quae si quis recte considerarit, nullus est dubitationi locus relictus; quare caussa non

erat, cur in re clara Mss. fidem exspectandam putarem. Graeci usurpant μέγα τι pro *admirabile quid ac memorandum*. *Plato* Apol. p. 16. E. ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν· Phaedr. p. 1231. B. τόδ' οὖν μέγα λέγω· *Xenoph.* ad Xanthipp. in Ep. Socrat. p. 47. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μέγαν τε καὶ καλὸν γεγονέναι· Leo *Allatius*: *At ego et mortem illius magnam et desiderabilem contigisse, mihi autumo*: inepte, ut plura: vertendum fuerat: *Etenim ego existimo, mortem ejus admirabilem atque honestam fuisse*: de Socrate praecedit, μέγα τι ἡμῖν ἐγένετο οὗτος ὁ ἄνθρωπος, *mirificam quandam nobis utilitatem ac lucem attulit hicce homo*. *Aristocles* apud *Aelian.* de Anim. XI. c. 4. Ἓν δέ τι τοῦτο μέγα Κρίνετ' ἐν Ἑρμιονεῦσι. *Aelianus* ipse I, 60. εἴ τε γὰρ μὴ ἔχουσι πόθεν ἀδικήσουσι, μέγα τοῦτο. Jungitur aliquando θαυμαστόν· *Athen.* ex Chamaeleonte VI. p. 273. D. καὶ τοῦτ' ἦν αὐτῷ μέγα καὶ θαυμαστὸν πρὸς εὐδαιμονίαν· *Chrysostom.* T. VII. p. 422. B. οὐ θαυμαστὸν καὶ μέγα· quod apud eum frequens. *Raphelium* vide ad 2. ad Corinth. XI, 14. 15. Notum proverbium: Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. Eodem pertinet, οὐδὲν μέγα, *nihil autem magnum et admiratione dignum*. *Diogen. L.* VI, 44. Ex Latinis similia poterant proferri plura. Hemst.

Ibid. Κομᾷς) *Superbis.* κομᾶν indulgere genio et elatum esse. *Aristoph.* Eq. ubi *Schol.* κομῶσι, τρυφῶσι. τὸ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τρυφᾶν λέγεται καὶ γαυροῦσθαι καὶ μέγα φρονεῖν. alias κομᾶν, κόμην ἔχειν. κομεῖν, ἐπιμελεῖσθαι. *Poll. Hesych. Suid.* Bourd.

Ead. l. 8. Ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ) Ἐν κεφαλαίῳ, et ἀκριβῶς opponuntur. εὐφραίνεσθαι ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ dicuntur, qui, re nondum intellecta, ad vultum amici exporrectum et hilarem laetantur. Bourd.

Ead. l. 12. Τετυφωμένου) In quibusdam τετυφλωμένου· sed recepta lectio sana est. τετυφωμένος, ὁ ἐπηρμένος καὶ ἀλάζων, ἐμβεβροντημένος, ἔξω φρενῶν. τετυφωμένους hebeti ac stolido ingenio praeditos significare tradunt veteres Grammatici, ut sunt qui fulmine tacti fuere. *Moschop. Hesych.* qui etiam τυφωθέντα interpretatur ἐπαρθέντα, ὑπερηφανεύσαντα. Bourd.

Ead. l. 15. Εὐθὺ τῆς πόλεως) *Recta ad urbem profectus sum*. Brod. Romam intelligit. Solan.

Ibid. Ἰατρὸν ὀφθ.) Cyrus πέμψας παρὰ Ἄμασιν αἴτεε ἰητρὸν ὀφθαλμῶν. *Herodot.* III, 1. *Medici ab oculis, ocularii*: meminit *Scribon. Larg.* §. 37. 38. ubi vide *Jo. Rhodium*. Οἱ ὀφθαλμικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες ἰατροί. *Galen.* de Us. Part. X. Gloss. *Medicus ocularius*, ὀφθαλμικός· habet etiam *Etymol.*

p 30. Apollinem autem prodidit *Hyginus artem ocularium medicinam primum fecisse* p. 328. HEMST.

Pag. 28. l. 3. *Εἰσαγγελλάντος*) Hunc locum usurpat *Casp. Sagittar.* de Jan. Vet. c. XVI. §. 32. Servorum ad januam sive τῶν θυρωρῶν munus *εἰσαγγέλλειν*. *Plat.* Protag. p. 220. A. *Xenoph.* Symp. p. 510. *εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ὅστις τε εἴη.* Inde in regum aulis *εἰσαγγελεῖς*. HEMST.

Ead. l. 4. *Ἐν χερσὶ*) *Alciphr.* I. p. 104. *χάρτην διὰ χειρὸς ἔχοντα*· ibi locus hic a *Berglero* productus. *ἔχων βιβλίδιον μετὰ χεῖρας*, idem p. 140. HEMST.

Ead. l. 6. *Προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγρ.*) Vertit interpres, *posita etiam erat in medio quaedam tabella, in qua geometricae quaedam figurae descriptae erant,* quasi legisset *τοῖς σχήμασι καταγεγραμμένον.* Ego non video, qui salva Graeca phrasi dicatur *καταγεγραμμένον τῶν σχημάτων.* At videtur *Lucianus* scripsisse *καταγεγραμμένων.* Tum autem illa ita verterim, *posita autem erat in medio etiam tabella aliqua ex iis, quae figuris geometricis erant conscriptae.* Ἀπὸ autem conjungo cum *σχημάτων.* Et certe *καταγεγραμμένον ἀπὸ σχημάτων* eodem prorsus modo, quo infra §. 24. quis dicitur *ἐπίσημος ἀπὸ τοῦ σχήματος*· et Philosophia in Reviviscentib. c. 13. *Κόσμιος ἀπὸ τοῦ σχήματος.* — Haec jam scripseram, cum incidi in editionem Florentinam, ubi locus hic aliter dispunctus legitur; nimirum, *Προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ σχημάτων. καταγεγραμμένον. καὶ σφαῖρα*, etc. quod eruditus lector consideret. JENS. Nihil mutato opus est, quamquam insolentior dictio est. Et in *Fl.* exstat *γεωμετρίας*, quod a *Jensio* in ea describenda, nescio quomodo, omissum est. V. *A. Gell.* I, 20. *Jamblich.* §. 22. SOLAN. Ego quam recte dicatur *πινάκιον τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων* nunc non disputo: si sit, ut esse debet, *tabella figuris geometricis descripta,* quorsum illud *καταγεγραμμένον* jam plane supervacuum et nulli usui? ergo refingendum *πινάκιόν τισι τῶν ἀπὸ γεωμετρ. σχημ. καταγεγραμμένον, tabula mathematicis quibusdam figuris conscripta.* HEMST. Defendere quidem conatur vulgata *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 602., Genitivum contendens jungi solere ejusmodi verbis, quae plenitudinem subindicent, et reddenda esse verba: *tabella tota inscripta et plena figuris geometricis.* Sed de verbo *καταγράφειν* nihil probavit, neque de similibus. Cf. contra verbum *κατακοσμεῖν* Somn. s. Vit. §. 10. et ipsum *καταγράφειν* Amor. c. 34. Hactenus stat *Hemsterhusii* sententia. Neque tamen cum hoc eximio viro *τισι* pro *τι*, neque *καταγεγραμμένων* cum *Jensio* pro

— *ἐνον* scribendum videtur. Sed per se jam *πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων* est *tabella quaedam, cui insriptae sunt figurae geometricae.* Neque omnino opus est voce *καταγεγραμμένον*, profecta illa, ut patet, ex Grammatici, nescio cujus, interpretamento. *Guil. Langius* probat conjecturam *τισὶ*, quum nec in sqq. *Lucianus* scripserit *σφαῖρά τις*. Nihili hoc esse, jam ipse fatebitur Vir doctus. LEHM.

Ead. l. 7. *Καὶ σφαῖρα καλάμου*) *Et sphaera ex arundine.* Sphaerae hujusmodi *κριπωτοὶ* vocantur. BROD. *Καὶ σφαῖρα Καλάνου*) Sic voluit interpres, cum omnes codd. habeant *καλάμου*. in margine Mss. *καλάμου ἢ ἀπὸ καλάμου*. *Theod. Marcil.* monuit me se moniturum, tu consule. BOURD. *Robertus Titius* locis suis controversis c. 14. lib. II. relegit, *καὶ σφαῖρα Καλάνου* etc. *et sphaera Calani* etc. eaque de re quantumvis copiose disserit, aut potius disperdit opus: magister autem ejus *Yvo Villiomarus*, sive is *Scaliger* est, aliud discipulo suo nihil praecipit, quam se non videre, quemadmodum sphaera ex calamo fieri possit. Utique et discipulo et magistro ejus fraudi fuit, nescisse etiam ex orichalco fila crassiora dici calamos sive culmos. Atqui eos id *Theodoretus* docere potuit Orat. III. De providentia. *Ὀργάνῳ γάρ*, inquit, *τὸ στόμα ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐκφυσουμένῳ, καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῶν τοῦ τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἐναρμόνιον ἐκείνην ἠχώ.* Dixeris Latine, *Os enim*, nempe hominis, *instar est organi contexti de culmis aheneis, et a follibus inflati, et moti artificis digitis, et sonum illum harmoniae plenum efficientis* etc. Idemque mox dentes oris humani cum aheneis calamis sive culmis comparat. Et rursus paucis interjectis, *καὶ τὸ*, inquit, *ἐκ τῶν χαλκῶν καλάμων ὄργανον.* MARCIL. *Καλάμου* videtur potius *arundinem* hic denotare. VORST. V. *Gruter.* Th. Cr. II, 457. ubi de *Calano* somniat nescio quis. Quin ipse id in Graecum contextum admisit *Bourdelotius*, et ante eum *H.* 1. Et ita sane videtur legisse in suo codice *Micyllus*. SOLAN. Apud *Brodaeum* Thes. Crit. T. II. de Calano quaedam, nihil de hoc *Luciani* loco reperio. HEMST. De hoc Genitivo materiae nonnulla habent *Jens.* Lectt. Lucian. p. 344. et *L. Bos* Ellips. s. voc. *ἐκ*, et alii passim. Neque adeo opus est praepositione *ἀπὸ*, quam unus Paris. codex exhibet. LEHM.

Ead. l. 8. *Τοῦ παντὸς*) *Universi*, hoc est, mundi. BROD.

Ead. l. 12. *ἀπαρξάμενος*] Offendit h. l. *Wyttenbachium* Bibl. Crit. Vol. III. P. II. p. 37. verbum *ἀπάρχεσθαι*, quod fere apud veteres de primitiis ciborum, diis sacratis, occur-

rit, vid. *Fischer.* Ind. Theophrast., atque adeo emendari vult ἅπαξ ἀρξάμενος. At non insolens est propria verbi vis, *incipere rem*, vel cum Infinitivo, vel cum Genitivo rei. *Aelian.* V. H. X, 18. fin. καὶ Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας ἀπάρξασθαι. *Id.* ibid. VIII, 1. καὶ εὐθὺς ἀπαρχομένου λέγειν. LEHM.

Ead. l. 14. Τοσαύτην τινά μου λ. etc.) Interp. *Tantamque verborum ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane videretur Sirenas illas, si quae unquam fuerunt, et aedonas, lotumque illum Homeri antiquum referre.* Prorsus non tetigit scopum: sensus enim verborum est, *Tam dulcia mihi verba ipsius fuerunt, ut Sirenes, lusciniae, lotusque Homeri nugae essent ad haec*, vel, *ut antiqua, stulta et deliramenta viderentur ista alia prae dulcibus hujus verbis.* Sic recte cepit locum hunc *Schol.* qui ἀρχαῖον interpretatur ἀνόητον. Graeci passim ἀρχαῖον et κρόνιον pro stulto et deliro sumunt. *Comic.* in Nub. v. 912. Σὺ δὲ γ' ἀρχαῖος· *sed tu stolidus:* v. 1360. Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν Ἄδειν τε πίνοντ'· *at hic continuo subjecit, stultum esse pulsare citharam et cantare inter bibendum.* Sic Latini, *antiqua. Negligimus ista*, inquit Phil. I. *Cicero, et nimis antiqua et stulta ducimus.* Et quemadmodum hic *Lucianus* ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, ita *Aristophanes* Κρόνους ἀποδεῖξαι in Vesp. v. 1471. Καὶ τοὺς τραγῳδοὺς φησιν ἀποδείξειν Κρόνους Τὸν νοῦν, *et Tragoedos mente stolidos esse probaturum se dicit.* Simili phrasi *Noster* παῖδας ἀποφαίνειν dixit in de Mort. Peregr. §. 11. ἐν βραχεῖ παιδας αὐτοὺς ἀπέφηνε, *brevi illos prae se pueros esse ostendit.* Ceterum sententiam hanc aliis verbis expressit auctor in Imag. §. 13. ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ etc. *Quando vero eximium illud canit, inprimis ad citharam, tunc utique tacendum halcyonibus, cicadis et oloribus. Prae illa enim omnia haec sunt expertia cantus,* (vel, *canendi imperita:*) *quin et si Pandionis filiam dicas, rudis etiam illa et imperita, quamvis vocem multisonam emittat.* L. Bos. Obs. Crit. c. V. p. 20.

Ead. l. 15. Ὅστε τὰς Σειρῆνας) Desumtum ex Odyss. μ'. *Aristaenetus* Ep. 1. *Petron.* Sat. BOURD. *Spanhemium* de his consule (251.) qui inter fabulosa merito recenset. SOLAN.

Pag. 29. l. 1. Καὶ ἀηδόνας) *Luscinias.* BROD. Quas hic *luscinias* memoret, mihi non satis constat. Fabulosas voluisse, cetera non obscure innuunt. Consule *Spanhem.* 255. ubi de lusciniis multa. SOLAN.

Ibid. Λωτὸν) De quo *Homer.* Odyss. 9. *Eunap.* Aedes. p. 50. BOURD. De Loto Aegyptio consule *Spanhem.* 301. flos ejus in nummis lilio similis. SOLAN.

Ibid. Ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι) Quae de voce ἀρχαῖος paullo ante

notat *L. Bos*, illa quidem vera sunt, et a *Budaeo* jam occupata C. L. G. p. 132. neque tamen satis est adsecutus hujus loquendi formulae potestatem. Sic intellige: tanta me sermonum suavitate perfudit, ut Sirenas illas, si quae modo fuerunt etc. obliteraret, earumque suae orationis lenociniis memoriam deleret. Ἀρχαῖον aliquando, quod jam vetustate obsolevit, atque ex usu et animis hominum abiit: *ἀρχαῖοι νόμοι, leges abrogatae. Plato* Ep. IV. *ὡς οὖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος παρασκευάζου, τόν τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον ἀποδείξων, καὶ τὸν Κῦρον, καὶ εἴτις ἄλλος πώποτε ἔδοξεν ἤθει καὶ πολιτείᾳ διενεγκεῖν.* Pessime *Ficinus, conare Lycurgum illum antiquum exprimere:* neque aliter, *Stephano* nihil monente, *Serranus*. Sed an vertemus? *Sic igitur mores vitamque institue, ut Lycurgus ille et Cyrus stulti delirique sint ad te comparati:* minime vero; sensus enim, si quid judico, certissimus est hic: *Tu igitur, tanquam si omnium in te oculi sint conjecti, eum in modum te compara, ut Lycurgus ille et Cyrus, et si qui alii unquam moribus et regendorum civium arte praestitisse sunt visi, obscurati tuis laudibus obsolescant, et non sola amplius magnae virtutis exempla commemorentur.* HEMST.

Ead. l. 2. *Φιλοσοφίαν ἐπαιν.*) Improbitas nihil habet commune cum philosophia, multo minus improbi. Sic *Plato* in Ep. ad Aristod. *τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιὲς τοῦτο ἐγώ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν.* COGN.

Ead. l. 4. *Πλούτου*) Ad *Arrian.* de Exp. Alex. IV. p. 160. n. 48. *Jac. Gronovius* monet, *ea voce exprimi fastum illum ex nimia opulentia provenientem, et decori mediocritatisque despectum et negligentiam, denique excelsum fortunae nimiae strepitum; qui praegnans sensus in voce Graeca πλοῦτος et Latina* divitiae *non videtur animadverti ab viris magnis. Lucianus Nigrin. cum dixisset πλούτου, addit tandem subjungens χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ τῶν πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς.* HEMST.

Ead. l. 6. *Τοῖς πολλοῖς*) *Vulgo.* BROD.

Ead. l. 7. Ἀναπεπταμένῃ) Eleganter: animo patente, (sicuti *Tacit.* in Germ. c. 22. *tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes patcat animus* etc.) quique infusam doctrinae copiam cupide recipiat: contra *Quinctilian.* I. O. I. p. 31. *majora intellectu velut parum apertos ad percipiendum animos non subibunt*: quos modo cum *vasculis oris angusti superfusam humoris copiam respuentibus* comparaverat. Nonnihil dissidet illud *Damascii* apud *Suidam* in *Δῶρος· ἀνεπέτασεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν εἰς μέγα πέλαγος τῆς ἀληθείας, animam ejus tanquam velis expansis immisit in immensum veritatis pelagus:* qualia sunt venia magis, quam laude digniora, et ingenio Damascii in seculi vitium prono condonanda. Perforatum animum et

transmittentem, quicquid acceperat, *Senecae* dabit Ep. 99. p. 487. Est apud *Hesiod.* in Theog. v. 661. *ἀτενεῖ νόῳ.* HEMST.

Ead. l. 9. *Ἐληλεγμένων*) Legendum *ἐληλεγχμένων· ἐλέγχω.* BROD. *Brodaeus* Miscell. IX. cap. 6. corrigit *ἐληλεγχμένων.* Imo sic quidem ex vocis ipsius natura scribendum foret; sed cum non hic tantum, verum et alibi apud *Nostrum* etiam in aliis hujus verbi temporibus, litera *χ* sit plane extrita, (velut in Dialogis Mortuor. XXX. *ἐξελήλεγξαι.* ibidem *ἐλήλεγμαι.* iterum *ἐληλεγμένων* in *Phalaride* 1. c. 9. et Pseudomanti c. 33. et in Asino c. 38. ut et apud *Achillem Tatium* lib. VI. p. 406. *ὁ Σωσθένης αἰδεσθεὶς ὡς ἐληλεγμένος*) forte dicendum, id facilioris enuntiationis caussa Graecos factitasse. JENS.

Ead. l. 12. *Ἐκ ζοφεροῦ* etc.) Concepit hanc imaginem ex illa mirifica *Platonis* spelunca sub initium lib. VII. de Rep. ubi tantum non haec eadem exstant verba. Saepius eo respicitur, praesertim a Platonicis: vide *Alcin.* c. 27. *Procl.* Th. Plat. p. 7. *Platonem* ab *Empedocle* sumsisse docet *Aeneas Gaz.* in Theophr. p. 10. Sed hac de re plura dicemus ad *Jamblich.* Protr. HEMST. Quod in margine A. 1. W. legitur *δ' ἄν* pro *δ' αὖ*, idem in A. 2. reperi vere restitutum. Nec ego poteram, quamquam post aliquam haesitationem, quin optimam lectionem reciperem. Non enim respondent sibi: *ἄρτι μὲν ἐλυπούμην* et *ἔχαιρον δ' αὖ*, sed prius illud respondet sequenti *ἄρτι δὲ αὐτά* (an forte *αὖ ταῦτα;*) *μὲν ἐδόκει ταπεινὰ καὶ καταγέλαστα*, et his jam commodissime adnectuntur haec: *ἔχαιρον δ' ἄν*, h. e. *ac tum* (quum scilicet haec mihi tam vilia videbantur: nam fluctuabat adhuc animus) *tum fere ita gaudebam, tanquam* etc. Hanc autem particulae *ἄν* vim esse, ubi cum Indicativo construatur, docuit *Hermannus* ad *Viger.* p. 785. Exempla e nostro scriptore habebis Somn. s. Vit. §. 2. *ὁπότε ἀφεθείην — ἀποξέων ἄν — ἀνέπλαττον.* Diall. Mortt. IX, 3. *ὁ δ' ἐπίστευέ τε ἄν*, ut *Matthiae* recte edidit ex uno cod. Par. Cff. ad Diall. Deor. IX, 2. observata. LEHM.

Ead. l. 14. *Ὥστε δὴ τὸ καινότατον*) *Ut, quod absurdum maxime est.* BROD.

Ibid. Τῶν ὀφθαλμῶν) Sic reposuimus: ratio patet legenti. BOURD.

Ead. l. 15. *Αὐτὸν*) Ed. J. uti *Vorstius* emendabat. In reliquis *αὐτῶν*, nisi quod *P.* etiam *τῶν ὀφθαλμῶν.* SOLAN. Correctio necessaria: unico tantum oculo laborabat *Lucianus:* §. 2. *τὸ πάθος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ·* unde liquet, quam inepte

Bourdelotius modo τῶν ὀφθαλμῶν reposuerit in ed. *P.* pro τοῦ ὀφθαλμοῦ. HEMST.

Pag. 30. l. 1. *Ἀρτίως*) ἄρτι dicendum erat. Vide *Ammon.* v. ἄρτι. KUSTER. Multo rectius *Schol.* ad *Aristoph.* Nub. v. 1148. ἄρτι διαφέρει τοῦ ἀρτίως παρὰ Ἀττικοῖς. Ἄρτι μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ πρὸ ὀλίγου. Atque sic occurrit ἀρτίως in *Xenoph.* Oecon. 2, 10. Uberius de his, quamquam minus de voce ἀρτίως, exposuit *Lobeck.* ad Phrynich. p. 18. sqq. LEHM.

Ibid. *Γαῦρος*) Haec clausula interpretatur illud τετυφωμένον §. 1. BOURD.

Ead. l. 4. *Οἱ Ἰνδοὶ*) *Nonn.* Dionysiac. BOURD. Cum Indos expeditione suscepta Bacchus debellare non posset, vino tandem inebriatos fertur in potestatem redegisse: profert egregium eam in rem *Duridis Samii* locum *Etymol.* pag. 460. v. 49. Hoc etiam inter Bacchi strategemata reponit *Polyaen.* I. c. 1. Plura dicam ad *Luciani* Bacchum. Recte vero θερμότεροι τῇ φύσει· nam qui calidiore sunt natura, vinum avidius appetunt. de Scythis quaerit *Aristot.* Probl. III. §. 8. cur θερμοὶ ὄντες, eo magis φίλοινοι. HEMST.

Ead. l. 8. *Μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων*) Sic apud *Philostr.* et alios ἔρωτι μεθυσκόμενος. BOURD.

Ead. l. 9. *Μεθύειν*) *Liban.* Declam. XVI. p. 460. A. νῦν νήφω καὶ σωφρονῶ· τότε δὲ μεθύων ὑπὸ φιλοτιμίας ἠγνόουν. HEMST.

Ead. l. 11. *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ κατ. αὐτῶν*) Aliquid supplendum in hac oratione, ut series ejus intelligatur hoc modo: *Non opinor enim, non opinor fas esse mihi spernere eos sermones,* ὥσπερ καὶ οὐ θέμις ἐστί σοι τῆς δεήσεως αὐτοὺς ἀκούειν ἐπιθυμοῦντος καταφρονεῖν, *ut nec fas est tibi spernere preces optantis eos audire, praesertim cum ille, qui audire vult, sit amicus.* Nescio an exciderit aliquid, an vero elliptica sit oratio *Luciani.* CLER. *Micyllus* et *Benedictus* ita verterunt, ac si legissent αὐτοῦ· αὐτῶν certe nihil habet, quocum incolumi sententia copulari possit: nam si ad λόγων referas, *nimis inepte cum iis, quae sequuntur, cohaerebit,* ut egregie *M. Gesnerus* animadvertit ad Philop. p. 97. qui propterea *auctorem, parum ad verborum ordinem attentum, quae dicturus erat, praecepisse quasi, idemque sibi voluisse* existimat, *ac si dixisset,* οὐδὲ γὰρ καταφρονεῖν ΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ οἶμαι θέμις· *neque omnino insolens esse* arbitratur, *ut ex iis, quae sequuntur, superior expleri oratio debeat.* Haec quanquam ingeniose sunt cogitata, et adjuvari videntur ab iis, quae scripsimus ad initium Nigrini, haeret tamen in αὐτῶν, qui tum sententiam,

tum superbum illud aurium judicium laedat, scrupulus ingratus; cujus amovendi caussa sic mutatione minima refingendum censeo: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν ἄν σοι*, vel potius, ne suo casu verbum destituatur, *ἄν του, οἶμαι, θέμις*· sensu aperto, *neque enim ne fas quidem, opinor, est contemtum aliquem repellere* ab audiendis tam praeclaris sermonibus, *multoque minus, si et amicus sit, et similium rerum studio ducatur, qui cupiat audire:* aut, si propius etiam exprimenda sit vis particulae *ἄν*, *neque enim ne fas quidem, opinor, est, ut aspernari velis aliquem* etc. *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ, οὐδὲ μὲν οὐδὲ*, virtutem orationi addunt: *Demosth.* in Timocr. p. 790. B. *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄκων οὐδὲν ἔθηκεν ὀρθῶς ἔχον. Dion Chrys.* p. 401. A. *οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἔτι τοὺς ἀσελγεῖς. Artemid.* IV. p. 198. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐνεδέχετο τάγε οὕτως ἀλλήλων κεχωρισμένα σωματοποιεῖν* etc. Vid. *Apollon. Rhod.* I, 122. 224. *Maneth.* II, 379. Mox binarum particularum ordinem inverte: *ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος* etc, legitima quaedam formula, *ἄλλως τε καὶ εἰ, ἄλλως τε καὶ ἐπειδή*, vel *ἐάν*. HEMST. Neutram mutationem admittendam putabam. *Αὐτῶν* non Masculinum sed Neutrum, habendum, et intelligenda *αὐτὰ* sunt *ea, quae vellet amicus, optata ejus, quae ipse modo dixerat.* Mirum quantum haec ipsa vox *αὐτῶν* et in aliis locis male habuit interpretes. Proferam nunc modo duo. Diall. Mortt. XXII, 1. ad Protesilaum, qui a Plutone veniam petiisset in aliquod tempus in vitam redeundi, rex Orci haec respondet: *Τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα, ὦ Πρωτ., πάντες νεκροὶ ἐρῶσι· πλὴν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τύχοι, αὐτῶν*, i. e. *illud, quod desiderant.* Hoc e voce ἔρωτα repetendum, neque opus est *αὐτοῦ* cum *Hemsterhusio* emendari. Prorsus similiter Diall. Deor. II, fin. verba Jovis, ut codd. Pariss. ea exhibent, capienda: *ἐρᾷν μὲν (θέλω)· ἀπραγμονέστερον δ' αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν, nancisci ea, quae amavero;* (unde et explicari potest illud *ἀδυνάτων ἐρᾷν* Diall. Deor. VIII, fin.) et vulgata lectio *αὐτοῦ*, ut bene vidit *Clericus*, nullo modo ferenda. Paullo aliter vulgatum *αὐτῶν* defendi video a *Creuzero* in Comment. de Xenophonte historico part. 1. *Guil. Langius* vero, *Hemsterhusii* auctoritate abreptus, verum cernere vix potuit. Jam nostrum locum simpliciter sic redde: *ac ne fas quidem, opinor, foret ea contemnere, praesertim si* etc. et nihil erit, quod in hoc familiari sermone offendat. Neque adeo erit, cur vel *Abreschii*, in Dilucc. Thuc. p. 633. prolatam, emendationem paene portentosam: *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφθονεῖν* (nova vox) *αἰτοῦντι θέμις* etc., vel etiam *Jacobsii λιτῶν* pro *αὐτῶν* probemus, iterum iterumque illud ab ipso in medium emissum in Spec. emendd. p. 43. tum in Anim-

advv. ad *Eurip.* p. 227., denique in Nott. critt. in *Liban.* apol. Socr. in Actt. Monacc. T. II. p. 435. Quod autem ad sequentium vocum vulgatum ordinem ἄλλως τε εἰ καὶ attinet, meliori successu eum contra *Hemsterhusii* tentamen tuitus est *Abreschius* l. l. Vid. *Plat.* Phaed. 87. D. *Xenoph.* Memorabb. I, 2, 59. ibique *Hindenburg.* Denique *Hermann.* ad Viger. p. 780. sq. ed. 2. Lehm.

Ead. l. 15. Σπεύδοντα καὶ ἀ.) Homerus Il. Θ, τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις. Brod. Metaphora est ducta ab his, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Sumta ex illo *Homer.* Il. Θ, 293.

Ἀτρεΐδη κύδιστε, τί μὲ σπεύδοντα καὶ αὐτὸν
Ὀτρύνεις —
Quid me sponte mea properantem, maxime Atrida,
Exstimulas?

Eodem adlusit Od. Ω, 486.

Ὡς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην.
Jam dudum promtam ac cupientem his Pallada dictis
Excitat. —

Itaque currentem incitamus, cum ad id vocamus aliquem, ad quod suapte cupiditate fertur ac propendet. Cogn. De hac paroemia copiose paroemiogr. et *Erasm.* Bourd.

Ibid. Καὶ εἶγε μὴ ἔφθης) *Calasir.* apud *Heliod.* lib. 2. ὠδίνω δὲ καὶ οὕτω πρός τινας ἐξειπεῖν· εἶπον ἂν τάχα καὶ τοῖς καλάμοις κατὰ τὸν μῦθον, εἰ μή σοι προσέτυχον. Sic in Lapith. Bourd.

Pag. 31. l. 4. Τῶν παιδικῶν etc.) E *Platonis* Phaedro, cujus locum expressit quoque *Maxim. Tyr.* Diss. 38. p. 387. ubi vide *D. Heinsium.* Non injucundum erit contulisse ductas ab eadem re similitudines in *Plutarch.* περὶ Ἀδ. pag. 513. Symp. VI. Qu. 6. *Eunap.* Prooem. p. 9. Mox αὐτοῖς retinui, quod positum pro ὑπ' αὐτῶν jungi debet cum εἰρημένους, ut recte fecerunt Interpp. Cum certioribus argumentis erit firmatum, αὐτῷ διαμνημονεύειν, ἐξετάζειν, (nam in *Aeliano Kuhnius* optime conjecit αὐτὰ) tum viderimus, an quicquam hic mutari sit necesse: illorum autem λαλεῖν ἑαυτῷ, ἑαυτῇ συνειδυῖα ratio longe dispar. Hemst.

Ead. l. 5. Αὐτοῖς διαμνημονεύουσιν) Emenda αὐτοῖς· *secum, apud animum suum recordantur.* Plus centies in hoc scriptore erratum est in hujus voculae spiritu. Est autem αὐτῷ διαμνημονεύειν τι idem, quod paullo ante dixerat *Noster* ἀνακυκλοῦν πρὸς αὑτόν, vel ἑαυτόν, τὰ εἰρημένα. et paullo post τοὺς λόγους πρὸς ἑαυτὸν ἀνατυλίττειν. et similiter in Tim. c. 54. βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτόν. ubi itidem perverso spiritu, αὐτὸν legitur. In transitu non possum, quin confirmem lectionem *Aeliani*, quam injuria solicitarunt Eruditi.

Locus est in V. H. II. c. 20. *Ἀντίγονόν φασι τὸν βασιλέα δημοτικὸν καὶ πρᾷον γενέσθαι. καὶ ὅτῳ μὲν σχολὴ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδέναι, καὶ αὐτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, εἴσεται ἑτέρωθεν.* Hic pro *αὐτῷ* alii legunt *αὖ τά·* alius *αὐτά.* At vero *αὐτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς*, est, *singula quaeque, quae de illo viro memorentur, cum animo perpendere;* pro quo *Lucianus* noster in Sacrificiis c. 1. ait, *πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάζειν.* in *Herodoto* c. 1. et 7. *σκοπεῖσθαι πρὸς ἑαυτόν.* Tertius autem casus, (qui regitur a suppressa praepositione *σὺν*) admodum in his locutionibus frequentatur. Sic in proposito *Luciani* loco; sic alibi, ut in Scytha c. 6. *Λαλεῖν ἑαυτῷ.* in Hermotimo dicitur veritas elegantissime, *μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῇ συνειδυία* Sed et aliter eadem haec locutio concipitur; ut apud *Nostrum* in Hermotimo c. 51. *ὡςπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος.* JENS. Cl. *Jens. αὐτοῖς*, et Tim. c. 32. *πρὸς αὐτόν. Ael.* V. H. II, 20. *αυτῷ ἐξετάζειν*, ut *Lucian. πρὸς ἑαυτὸν*, Herod. c. 1. SOLAN.

Ead. l. 8. *Τότε*) Pro *τότε* legendum esse *πότε* et sensus suadet et vox sequens *ἤκουσαν*, quae non potest intelligi nisi de praeteritis, et praecedens *ἄρτι.* Vide amplius, si lubet, *Nouv. de la Rép. des lettres* 1702. p. 513. SOLAN. Intellige, tunc, cum praesentes ipsis adessent. Tollit omnem dubitationem *Lucianus*, qui mox, *τοὺς λόγους, οὓς τότε ἤκουσα*, quando aderam Nigrino. HEMST. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 420. „Est Graecis saepissime *τότε* idem quod *πρότερον, πάλαι, ποτὲ, prius, quondam, olim*, et tam de tempore, quod diu, quam quod proxime effluxit, usitatum." Et hinc sumsit *Sturzius* in Lex. Xenoph. significationem *olim.* At *πρότερον* est *prius, antea, πάλαι* est *olim, ποτὲ* est *quondam, aliquando*, et ab his omnibus *τότε*, quod est *tunc s. tum*, eo differt, quod natura sua ac semper certam denotat temporis praeteriti, quod antea jam, nunc clarius, nunc minus clare, a loquente commemoratum fuerat, notionem. Jam h. l., si vis, *ὧν τότε ἤκουσαν*, quia tempus, quod *τότε* indicat, antea non clarissime indigitatum est, per me quidem infinita voce *antea*, vel *prius*, vel *olim* reddere licet. Verumtamen non per se id voci *τότε* inest, neque Grammatico licebit ejus limites transscendere atque adeo notiones confundere. Imo et h. l. *τότε* est *tunc*, damals, h. e. *eo tempore, quo forte prius praesentes adfuerant amasii;* quod quidem facile eruitur ex iis, quae praecesserant: *ἐρῶ ἅττα καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς*, vel potius ex tota hujus orationis natura ac forma. Atque ad hanc normam haud difficulter revocabuntur omnia ea loca, quae *Abre-*

schius abunde, etiam e *Luciano*, contulit ad sententiam suam vagam probandam. LEHM.

Ead. l. 9. *Προσάψαντες τὴν ψ.* etc.) *Animum applicantibus memoriae praeteritorum non vacat iis, quae sunt ante pedes:* quid tandem non vacat? an *ἀνιᾶσθαι, molestia affici?* nihil hoc ad rem. Legendum *ἀνεῖσθαι*, hoc est, *relaxari animo*, praesentibus objectis. Ita intenti sunt iis, quae memoria recolunt, ut nihil eos evocare ab iis cogitationibus possit. CLER.

Ead. l. 10. *Ἐν τ ῖς ἐν ποσὶ*) Prius *ἐν* vacat. BROD. Dele prius *ἐν* et interpretare *ἐν ποσὶ praesentia.* Proverb. *Pind.* Pythiis Od. *ἡ. τὸ δὲ ἐν ποσί μοι. Anacr. ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ποσὶ, ante pedes. Terent.* Adelph. Sic passim apud *Lucianum*, ut in Diall. Mortt. XII. XIII. Contra *ἐκ ποδῶν*, ut in Piscat. §. 32. et passim alibi. BOURD. *Bourdelotius* delet primum *ἐν*· ita et ante eum fecit *Brodaeus* in Miscell. IX. c. 6. Ego vero *Lucianum* scripsisse existimo, *ἐπὶ τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι.* plane ut in Mortuor. Dialog. XIII. *Οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος·* in Apolog. pro Mercede Cond. c. 15. *Καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον.* in Pro lapsu inter salut. c. 1. *Ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμην ἐπὶ τῷ παίσματι.* in de Conscrib. Historia c. 38. *Μήτε Ἀλέξανδρος ἀνιάσεται ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ.* in Bis Accusato c. 11. *Καὶ ἠνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι.* in de Gymnasiis cap. 38. E. *Ὁρᾷς μητέρας ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις.* et in Epistolis Saturnalibus c. 20. *Ἧττον ἂν εὖ ἴσθι ἠνιώμεθα ἂν ἐπ' αὐτοῖς.* Patet auctori nostro placuisse, eam praepositionem *ἐπὶ*, quae alias solet omitti, saepe addere. JENS. *Τοῖς ἐν ποσὶν* ed. *J.* uti *Vorstius* emendabat; non ut in reliquis, *ἐν τοῖς ἐν π.* ut *Jensii* emendatione opus non sit. SOLAN. Si §. 21. vitio caret *γελᾷν ἐν τοῖς γιγνομένοις*, nihil est caussae, cur hic tolerari nequeat *ἀνιᾶσθαι ἐν τοῖς* etc. verum utrobique corrigendum credo *ἐπὶ*, atque adeo *Jensii* conjecturae idoneis exemplis munitae subscribo. *Arat.* Phaen. v. 196. *φαίης κεν ἀνιάζειν ἐπὶ παιδί.* Contra *Apollon.* Rh. IV, 997. — *φαίης κεν ἑοῖς ἐπὶ παισὶ γάννσθαι.* III, 643. *Ἐν* et *ἐπὶ* creberrime alterum alterius invadit locum. Dial. Mort. XXVII. §. 6. *ἑτερπόμην ἐν αὐτοῖς.* HEMST. Etiam in hoc Diall. Mortt. loco mihi quidem legendum videtur *ἑτερπόμην ἐπ' αὐτοῖς*, quod habent duo codd. Pariss. et *Schmiederus* recepit. Loca, quae ibi *Hemsterhusius* adfert ad tuendum *ἐν*, levis sunt ponderis, et quibus *Abreschius* utitur in similem finem Animadvv. ad Aeschyl. p. 274. et 424. et Dilucc. Thuc. p. 796. sq. temere sunt coacervata et commixta, ut magnam viri lectionem admireris, judicium desideres. In hoc nostro loco quin *ἐπὶ* corrigendum sit cum

Jensio, nec mihi dubium est, quum *Lucianum* hac verbi ἀντιᾶσθαι structura, ut solenni ac familiari sibi, usum esse *Jensius* multis exemplis probaverit, et ἐπὶ etiam ob sequens ἐν facile in hanc vocem mutari potuerit. LEHM.

Ead. l. 11. *Φιλοσ. οὐ παρ.*) Hoc est, *Philosopho non praesente*, quem honoris caussa cum ipsa philosophia miscet: quasi dicas, qui non tam philosophus unus e multis haberi potest, quam ipsum philosophiae numen. CLER.

Ead. l. 13. *Ἐς πυρσὸν*) Pharo cuidam impositum. BROD.

Ead. l. 16. *Τὰ αὐτὰ*) Sic verissime *L.* et ed. *J.* Reliquae τὰ αὐτοῦ. SOLAN.

Pag. 32. l. 1. *Καὶ τῆς φωνῆς ὁ ἦχος*) Demaeneta apud *Heliod.* lib. 1. BOURD. Cf. Somn. s. Vit. §. 5. fin. LEHM.

Ead. l. 2. *Κατὰ τὸν Κωμικὸν*) Eupolidem. BROD. Eupolim intelligit, qui hoc de Pericle dixit tanquam oratore eloquentissimo. Versus citantur a *Diod. Sic.* lib. 12.

— — *Περικλῆς Ὀλύμπιος*
Ἥστραπτ', ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.
Πειθὼ τὶς ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι,
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Cic. lib. 3. de Pericle loquens: *Cujus in labiis veteres Comici, etiam cum illi maledicerent, (quod tum Athenis fieri liceret) leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui audivissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.* BOURD. *Diod. Sic.* XII. *Cic.* de Orat. III, 34. et in Brut. 9. et 15. SOLAN.

Ead. l. 3. *Ἐγκατ. τι κ.*) Consule *Plinium Secundum* libr. Epist. primo circa finem. BROD. De Pericle hic versus ex *Eupoli* citatur:

— *ὁ μόνος τῶν ῥητόρων*
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. COGN.

Ibid. Τι κέντρον) Imo τὸ κέντρον: nam quod vulgatur, ad minuendam laudem citius pertineret; cum tamen in Nigrino mirificos orationis aculeos, quos haud secus, ac Pericles, in auditorum animis infigebat, celebrare constituerit. Idem postulat ὡς ἀληθῶς, ipsique *Eupolidis* versus:

— *καὶ μόνος τῶν ῥητόρων*
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις

nec mihi dubium est, quin pari modo corrigi debeat in *Demosth.* Encom. §. 20. ibi plura dicam. HEMST. *J. F. Reitz.* ad Encom. Demosth. §. 20. adsentitur *Hemsterhusio*, neque tamen ne ibi quidem τὸ recipere ausus. *Schmiederus* vero, non constans sibi, in hoc loco τὸ scripsit, in illo τι retinuit.

Mihi τι in utroque retinendum videtur. Memoriter, ut solet, ac paullo liberius, *Lucianus* poetae verba in suam rem adhibet; unde et τοῖς ἀκούουσιν dicit pro τοῖς ἀκροωμένοις. Deinde non magis τι κέντρον h. l. laudem eloquentiae minuit, quam Diall. Deor. VII, 1. τι in verbis μέγα τι ἀγαθὸν (uti ibi legendum) vim sententiae debilitat. Est *aculeus, nescio qui,* optime conveniens ei, qui paene extra se positus, quid ipsi factum sit, nescit. *Langius,* quippe *aliquem* aculeum, s. *aliquid* aculei, intelligens, vix potuit, quin cum *Hemsterhusio* faceret. Jam si in ἐγκατέλιπε manifestum Subjectum est Nigrinus, non Pericles, atque adeo sub τοῖς ἀκούουσιν nemo proxime, nisi ipse *Lucianus*, cogitari potest: sequitur, etiam *Kistemakeri* conjecturam καὶ γὰρ τὸ pro καὶ γάρ τοι (ad Thucyd. p. 132.) reprobandam esse. Lehm.

Ead. l. 4. *Π.* ὦ θ. μ. ἀνακρουόμενος) Insulse admodum interpres: *Cessa, o admirande, paullum praeludere.* Nihil aliud est μικρὸν ἀνακρουόμενος, quam μικρὸν ἐπανιὼν apud *Xenoph.* Cyrop. I. Metaphora desumta a re nautica, in qua κρούεσθαι et ἀνακρούεσθαι πρύμναν dicuntur, *qui remis inhibent cursum navis et paullatim retrocedunt*, uti docuere viri magni *J. F. Gronov.* lib. IV. Observ. et *J. G. Graevius* ad *Lucian.* Ver. Hist. I. inde μεταφορικῶς, κρούεσθαι et ἀνακρούεσθαι sumuntur pro *retrogredi:* ita apud *Aelian.* Hist. An. III, 13. κρούεσθαι τὸ πτερὸν dicitur avis, quae retrovolat. Praeterea in τῷ παῦε similiter adlusit *Lucianus* ad rem nauticam: ea enim voce Celeusta jubebat remiges quiescere, et non ulterius remigare: ita Charon apud *Comicum* in Ran. v. 271. Ὦ παῦε, παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ. Sensus itaque *Luciani* hoc loco est: Desine, o bone vir, plura loqui, ne perge ulterius in tua narratione, sed paullulum eam inhibe, retrogredere et repete. Hoc sic esse evincunt sequentia, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα. *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 21. Rectissime *L. Bos.* Indidem metaphoram duxit *Aristaen.* I. Ep. 5. p. 28. ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἐνέφηνε (ex pluribus, quae pro corrupto verbo in mentem venerunt, nihil aeque placet, atque ἐνέκλινε) γέρων, τόν τε θυμὸν ἀνεκρούετο· contra quam *Propert.* III, 13. v. 44. *Nescit vestra ruens ira referre pedem. Mercerus* elegantissimus sententiam venusta versione reddidisse contentus, intellexerit vim locutionis nec ne, non aperuit. Hinc *Platoni* lux est inferenda in Phileb. p. 371. E. ὁ λόγος ἐκπεσὼν ἡμῖν οἰχήσεται· πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουώμεθα. qui cum *Budaeo* in C. L. G. p. 460. *exordiamur* sunt interpretati, scilicet a pulsis tentandi praeludendique caussa citharae chordis rationem phraseos esse repetendam censuerunt; id enim ἀνακρούεσθαι,

sicut in cantu μέλος ἀναβάλλεσθαι. Hoc utcunque ferri poterat: longe deterius *Serranus*. Vereor etiam, ut satis considerate, proque more suo locum hunc perpenderit *J. Fr. Gronovius* in observatione illa ceteroquin perdocta ad *Liv.* III, 30. At apud *Platonem* utrumque, non minus ἐκπίπτειν, quam ἀνακρούεσθαι, a re nautica sumtum est, neque dubitandum ullo modo, quin hunc in sensum debeat expiicari: *periculum est, ne sermo noster, tanquam navis de recto cursu abrepta, in scopulos nobis impingatur: remis igitur inhibeamus ac retro cedamus:* sequitur autem, ne quid scrupuli supersit, καὶ τάχ' ἈΝΙΟΝΤΕΣ εἰς τὰς ὁμολας etc. quemadmodum in *Luciano* ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβών. A re nautica metaphorae saepius ad sermones traductae: sic ἀνάγεσθαι apud *Aeschin.* Eryx. c. 2. ibi satis commode *Serranus*, *Serranumque* secutus *Clericus:* reliqui interpretes aberrant. HEMST.

Pag. 32. l. 7. Ἀλλ' ἐκεῖνο) Latini, *at illud:* formulam elegantem bene *Livinejus* illustravit ad *Plin.* Paneg. c. 73. ne omisso quidem hoc loco. HEMST.

Ead. l. 9. Ὑποκριτὰς) *Plato* Charm. p. 468. C. ὁ δ' οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλά μοι ἔδοξεν ὀργισθῆναι αὐτῷ, ὥςπερ ποιητὴς ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα· contra *Philostr.* V. S. p. 607. de Antipatro, qui Severo fuit ab epistolis: ὥςπερ τραγῳδίας λαμπρὸν ὑποκριτὴν, τοῦ δράματος εὖ ξυνιέντα, ἐπάξια τοῦ βασιλείου προσώπου φθέγξασθαι. HEMST.

Ibid. Τῶν συριττομένων) *Qui sibilum excipiunt.* BROD. Sic pag. seq. ἐκσυρίττης, et ὀξύτατα συρίξομαι. ὀξύτατα, *rusticatim, plausu incomposito.* De plausuum generibus dixerunt alii. Hanc comparationem saepissime usurpat: ut et illam §. 11. τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Κρέοντος etc. BOURD.

Ead. l. 10. Ἐκβαλλομένων) *Exactorum* e theatro, phrasi Terentiana, ex prologo Andriae. CLER.

Ead. l. 14. Αὐτὸν) Malim αὐτοῦ, Nigrini, viri illius et philosophi excellentis; ut in αὐτὸς ἔφα· qua de re jamdudum monuerunt eruditi. HEMST. Non placet. Τὰ μὲν ἀτάκτως συνείρων refer ad formam et viam orationis, sequentia ad *ipsam sententiam*, (αὐτὸν τὸν νοῦν,) ut et Versio bene reddit, h. e. ad rerum ipsarum, quae explicantur, naturam ac virtutem. Prorsus eodem modo vocem αὐτὸν explicat et defendit *Guil. Langius* Animadvv. p. 10. 11. LEHM.

Ead. l. 16. Τοῦ δράματος) Persistit in metaphora. supra est, καί τοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων. BROD.

Pag. 33. l. 1. Συνεκπίπτουσα) *Una cadens. Cadere* dicitur histrio, qui excidit spe, quam conceperat, de victoria

reportanda, et cum illo *συνεκπίπτει δρᾶμα*, hoc est, excidit hominum existimatione. Vix dignum hoc erat notatu, nisi interpres in hac voce postea cespitasset. CLER. *Συνεκπίπτουσα, καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀσχημονοῦσα, Si mecum rejiciatur, measque partes dehonestet.* Sic apud Basileenses et Bourdelotium *Micyllus* et hujus imitator *Benedictus*. Non secus ac *ἀσχημονεῖν* idem plane sit notetque, quod *καταισχύνειν* §. 11. quod sic quoque interpretantur. At in eo, quod meas partes dehonestat, vitium inest, nec ego crimini hinc fio obnoxius; quod plane *Lucianus* negat omnia contraria significans, nempe non ut illa meas partes dehonestet, sed ut meae partes actionesque illam dehonestent. Verte igitur, *simul rejecta et per meam operam*, vel *quantum ad me, meas partes, personam, apparens indecora*. *Ἀσχημονεῖν* neutrum est, non activum. Id debebant non modo cognoscere, sed tum quoque recordari boni interpretes, promtaque habere illa *Cebetis ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάνθ' ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν. Τὸ ἐμὸν μέρος* alibi dicit *τὸ μέν τοι ἐμὸν, τόγε ἐπ' ἐμοὶ, τὸ δὲ ἐμὸν, τοὐμὸν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, τόγε κατ' ἐμέ. Dinarchus* contra Demosthen. in fine: *ἐγὼ μὲν ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν τῆς κατηγορίας ἦκει, βεβοήθηκα.* Apud *Maximum Tyrium* Dissertat. 6. ait Anaxagoras *οὔτε τὸ ἐμαυτοῦ μέρος ἀδοξοτέραν ἡμῖν τὴν πόλιν ἐν τοῖς Ἕλλησι παρασκευάζω*. GRON. Quo minus quis iterum in eandem temeritatem, quam modo *Gronovius* notavit, recidere possit, *τὸ ἐμὸν μέρος*, commatibus positis, a proximis sejungo, quod et alibi in similibus factum. LEHM.

Ibid. *Ἀσχημονοῦσα*) Actor scenicus *ἀσχημονεῖ*, quando personae, cujus partes agit, dignitatem non tuetur neque implet: sic posuit *Epictet.* Ench. c. 59. *ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας· Simplicius* ad eum locum saepe. *Athen.* XIII. p.583. F. *ἐν ἀγῶνι οὖν πότε αὐτὸν ἀσχημονήσαντα σφόδρα ἀρθῆναι ἐκ τοῦ θεάτρου συνέβη.* Egregie *Synes.* de Prov. I. p. 106. C. *καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς γραὸς (προσωπείῳ) εὐδοκιμῶν στεφανοῦταί τε καὶ κηρύττεται, καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἀσχημονῶν κλώζεται καὶ συρίττεται, ἔστι δὲ ὅποι καὶ λίθοις βάλλεται·* ubi multo plura, quae huc spectant. Tunc autem actores a spectatoribus exsibilati, *συριττόμενοι*, solent *ἐκπίπτειν. Demosth.* de Cor. p. 516. F. *ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον.* quem verbi usum jam *Budaeus* observavit C. L. G. p. 536. et *ἐκβάλλεσθαι.* unde ductum illud *Aeschinis* Dial. III. c. 12. *δῆμου παίγνιον ἐκβαλλόμενον, συριττόμενον* etc. nam sic apud *Stobaeum* rectissime pro *ἐμβαλλ.* Mox praefero *πόῤῥω που κάθηται·* parique modo in proximo *Synesii* loco, *ἔστι δὲ ὅπου.*

Hemst. In talibus mutandis magna cum cautione ac modestia versandum esse, erudite et prudenter praeceperunt *Dorvill.* ad *Charit.* p. 271. Lips. et *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 43. Incredibile paene est, quantum hic saevierit editorum arbitrium, quotque loca ita sint depravata. Per se quidem certum est ac manebit certum, cogitationes motus in locum, et status in loco, natura sua diversissimas esse, idque discrimen etiam a veteribus et agnitum recte, et constanter observatum, fuisse. Nihilominus facile falluntur, qui speciem pro re arripientes, in animum inducunt, ibi et veteres sibi cogitasse motum vel statum, ubi ipsi cogitent. Sic factum, ut vel temere loca emendationibus, quas scilicet dicunt, vitiarentur, vel nova plane ac mira de usu et vi quorundam vocabulorum praecepta ederentur. Illius generis est, quod Diall. Deor. VIII, 2. pro unice recta lectione ὑπὸ τὴν μήνιγγα *Schmiederus* ex cod. aliquo Par. apertum vitium ὑπὸ τῇ μήνιγγι intulit. Alia suis locis. Ad hoc genus pertinet, quod *Kuinoelius*, alioquin satis peritus sermonis sacri interpres, minus tamen subtiliter passim in Commentariis suis in libros N. T. observat, εἰς et ἐν saepe promiscue a sacris scriptoribus adhiberi; quasi nescivissent illi, quid εἰς, quidve ἐν, per naturam suam significent. Ulterius hanc rem persecuturus, vereor, ne extra fines meos efferar. Nunc tantum moneo, ποῖ et ποῦ, atque adeo ποι et που, non raro commutata a librariis esse, ut *Xenoph.* Cyrop. II, 4, 17. Weisk., ubi pro εἴπου καιρὸς εἴη cod. Bodlej. εἴ ποι habet. Sed quid, ut e multis exemplis, quae a *Dorvillio* et *Lobeckio* adferuntur, duo modo adhibeam, quid faciamus verbis illis *Euripideis* Herc. Fur. v. 74. ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς, quorum in libris nulla est variatio, quaeque mutare nemini facile in mentem venerit? Quid verbis *Aristophaneis* Av. v. 9. ὅποι γῆς ἐσμέν; Scilicet εἶναι et ἀπεῖναι inclusam habent notionem motus, alterum *venisse*, alterum *abiisse*. Quid igitur, si etiam h. l. in verbis τῆς σκηνῆς πόρρω ποι κάθηται, non simpliciter cogitemus: *sedet alicubi procul a scena*, ubi utique posuisset *Lucianus* που, sed expleamus mente hanc fere sententiam: *poeta in locum procul a scena remotum discessit, et ibi jam sedet*; er sitzt fernhin von der Bühne? Verum nihil de hoc quidem loco decernere volo. *Guil. Langius* suffragatus *Hemsterhusio* corrigenti. Leihm.

Ead. l. 2. Ἡμῖν) Sic optime ed. *J.* et *B.* 2. Reliquae omnes mendose ὑμῖν, qua in voce saepissime peccatur ab oscitantibus librariis operisve. Solan. Etiam in A. 2. est ἡμῖν. Leihm.

Ead. l. 4. Μέλον) *Curae est.* Brod. Potius: *quum cu-*

rae sit, ut et δέον, ἐξὸν, et alia Impersonalium Participia Neutra absolute usurpantur, quod hodie vix monitu dignum. LEHM.

Ead. l. 6. *Τὰ ἄλλα*) Hoc quid sibi velit, aeque intelligo atque interpretum, *quod ad cetera attinet.* Rescribe, τάχα, eademque opera vitium idem *Harpocrationi* deme in Ξενίζειν· τάχα δ' ἂν εἴη μᾶλλον etc. pro τἆλλα· alibi quoque *Lucianus* pari remedio indigebit. Nuntiorum autem sive ἀγγέλων persona minoris erat momenti: illi si quid peccarent, μικρὸν τὸ πταῖσμα, ut patet ex Revivisc. §. 33. HEMST. *Τὰ ἄλλα*, *quod cetera attinet* praeter memoriam, quae quidem nuntiis et reliquis histrionibus communis est virtus. Intellige e. g. personae ferendae dignitatem, rerum in scena agendarum varietatem et gravitatem, et ejusmodi alia, quibus efficitur discrimen, quod e. g. Jovem inter ipsum et Mercurium, utrumque in scena agentem, intercedit. Cf. illum ipsum locum Revivisc. s. Pisc. c. 33. Est τἆλλα s. τὰ ἄλλα, quod nos dicimus: in jeder andern Rücksicht. Neque adeo conjectura τάχα admittenda videbatur. Ita etiam *Guil. Langio* visum. LEHM.

Ead. l. 8. Ὡς ἄμ. ἦν) Quod ipse narravit auctor. BROD. Quamquam τὰ, ὡς ἄμεινον ἦν, facile tolerari possunt; quid tamen si ὡς ἀπ' ἐμοῦ ἦν scripserit *Lucianus*? *Si quid minus dignum videar dicere, illud continuo cogitetur, id a me profectum, et quasi adlitum, aliterque forte ab ipso poëta pertractatum.* Sensus haud dubie elegantior et plenior. Nam si ἄμεινον fuerit, quod cogitandum sit dictum fuisse ab poëta, cur ἄλλως additur, quod ἐν τῷ ἀμείνονι jam inclusum est? Nihil ad conjecturae hujus commendationem addam, cum ex literis earumque ordine ac forma ἄμεινον, et ἀπ' ἐμοῦ, spectatis, sponte pateat proclivissima commutatio. Ceterum huic loco similis occurrit alius apud *Nostrum* in Rhetorum praecept. c. 12. *Γελοῖον γὰρ ὑπὲρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ συντρίψω που πεσὼν τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι. Ridiculum enim, pro tali rhetore verba fieri a me, qui talium ac tantorum futilis forte mimus sim, ut ne alicubi labens, heroa, cujus personam ago, conteram.* JENS. Formula loquendi, ὡς ἄμεινον ἦν, qua utebantur illi, qui alios docebant, quid facere par esset, vel corrigebant non satis recte quippiam dicentes vel facientes: occurrit apud *Hesiod.* in Oper. ad Persen fratrem v. 570.

Τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο Χελιδὼν
Ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Τὴν φθάμενος οἶνας περιταμνέμεν· ὡς γὰρ ἄμεινον.

et apud *Homer.* Il. A, 217.

Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον· ὡς γὰρ ἄμεινον.

Ita hic *Lucian.* ὡς ἄμεινον ἦν, *sic erat melius.* Pro eo, quod hic dixit, ἐκεῖνο ἔστω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν, alibi habet, διεύθυνον· in Prometheo §. 14. *Εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διευθύνατε. L. Bos* Obs. Crit, c. V. p. 22. Aberrat *L. Bos.* sensus est: Si quid deterius, quodque ab argumenti dignitate longius abeat, videar dicere, hoc tibi sit in promtu, ista melius ab ipso Nigrino fuisse disputata. Haec *Luciani* mens ex sequentibus manifestum in modum patet: quam ob rem *J. Jensii* conjectura, licet ingeniosa, non inviti caremus. Recte *Brodaeus* intellexit. Ὡς omnes edd. non ὥς. *Alciphr.* p. 392. Hemst. Sic ad liquidum perducta re, nihilominus adhuc tentatus locus. *Van Heusde* in Specim. Crit. in *Plat.* p. 20. ita legi vult: ἐκεῖνο μὲν ἔστω πρόχειρον· ἄμεινον ἦν καὶ ἄλλως, ὡς ὁ ποιητὴς ἴσως διεξῄει, quae ipse sic vertit: *hoc tibi sit in promtu: melius haec fuisse et aliter tractata, eo modo, quo forte ea tractasset poëta.* Refutaturo ista otium mihi fecere *Jensius* et *Hemsterhusius.* Lehm.

Ead. l. 9. Διεξῄει) *Referebat.* Brod.

Ead. l. 11. Ἔοικας γοῦν etc.) Cum his sunt conferenda, quae Socrates apud *Platonem* ad Critiam, ut omnem ipsi ansam tergiversandi eripiat, in Dialogi cognominis initio dixit. Hemst.

Ead. l. 15. *Τῇ μνήμῃ συγκ.*) Ex hoc loco *colligendi* potestatem in isto verbo probat *Budaeus* C. L. G. p. 335. recte quidem: sed alia structura *Lucianum* dedisse credo, εἰς τὴν μνήμην συγκ. tu quippe pauca, quaeque retinere poteras, ex Nigrini colloquio in memoriam collecta recondidisti. Ita meliorum usus jubet: *Xenoph.* Cyrop. I. p. 15. κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολεμικώτατον κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε. Hemst. Annon praestiterit: *memoria, memoriae ope, collegisti?* Egregiam adpellat *Hemsterhusii* emendationem *Guil. Langius*, et ob rationes grammaticas necessariam. Recte, siquidem sensum acceperis ipsum. At correxerisne forte etiam illud Hermot. c. 1. ἐπῳὼν τῇ μνήμῃ ἕκαστα; vel Somn. s. Gall. c. 5. verba εὐδαιμονίαν τῇ μνήμῃ μεταδιώκων; vel denique, ut me jam contineam, Amor. c. 1. ἡρέμα τῇ μνήμῃ ἐκκαλέσασθαι, quae interpres reddit: *ut placide illum memoriae ope huc evoces?* Lehm.

Pag. 34. l. 1. Αὐτῷ) Legendum cum interprete, αὐτῶν· *nihil opus est illis.* Cler. Editio Salm. et ex ea Amstelaedamensis pessime dedit, οὐδὲν οὖν αὐτῷ ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ· ubi sen-

sus et ratio loquendi postulet *αὐτῶν*, nec aliter dederint editores omnes priores. JENS.

Ead. l. 3. *Διαμέλης*) Interpr. *si prolixior fueris.* Lege *διαμέλλης*, *si cunctatus fueris.* CLER. Ante *διαμέλης*, vitio in vetustis praesertim edd. solemni: jamdudum hoc de loco monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 227. et in re nota pluribus exemplis, si quis desideret, uti non est gravatus. *Artemid.* Praef. p. 2. *προετρέψατό με μὴ διαμέλλειν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι.* Restitue *Hesychio* in *Κατουρίσας, καὶ μὴ διαμελλήσας. A. Schottum* fefellit in *Zenobii* C. I. n. 18. *ἐμέλει* scriptum pro *ἔμελλε. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 181. HEMST.

Ead. l. 4. *Παρὰ τὸν ἀγῶνα*) Adludit ad certamina scenica Dionysiorum, in quibus, auditis variis fabulis, Agonothetae uni praemium dabant. Vid. *A. Gellii* N. A. XVII, 4. CLER.

Ead. l. 7. *Ῥῆσίν τινα*) Sensum vidit *Micyllus, justa quadam et continua oratione,* perperam relictus a *Benedicto:* sed ego, quomodo respondeat ad hanc mentem *τινα*, neutiquam video; pro quo, si meum sit arbitrium, legam *ῥῆσιν μίαν, unam et perpetuam orationem:* pariter ac *Thucyd.* V, 85. *ὅπως δὲ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει* etc. cujus vice mox sequitur *ἑνὶ λόγῳ·* nam quod in multis est Codd. *ἐν ὀλίγῳ*, sententiae repugnat. *Aristoph.* Acharn. v. 415. *Δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν·* ut apud *Platon.* de Rep. X. p. 755. E. Tragici heroës *μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνοντες ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς, praelongam orationem extendentes in lamentationibus.* Aliud est *ῥῆσιν εἰπεῖν,* ut bene docuit *Is. Casaubon.* ad *Theophr.* Ch. Eth. c. 15. p. 125. et post eum *Gisb. Cuperus* Obss. I, 16. in eo deceptus, quod nullum esse dubium putet, quin pro *ἡ χρῆσις* in *Euripidis Scholiaste* legi debeat *ἡ ῥῆσις*, cum certissimum sit, nulla omnino opus esse mutatione. *Χρῆσιν* de poëtae, qui proferatur, loco poni scivit *Billius* Obs. sacr. I. c. 21. Vid. *Jos. Scaliger.* ad *Varron.* de R. R. p. 211. HEMST. Non video equidem justam caussam tam magnae mutationis. In verbis *περὶ πάντων*, opinor, vis est, et *Micyllus* aut pro arbitrio magis vertit, quam verbis *Luciani* obsecutus, aut vocem *ῥῆσιν* reddere voluit periphrastice. LEHM.

Ead. l. 11. *Χρυσίδας*) Rarissima vox pro vestimentis aureis vel auro intextis: *Budaeus* apud *H. Stephanum* ex hoc solo notavit loco. Paene mihi persuadeo, legendum esse *ξύστιδας· ξύστις* enim exponitur, *ἔνδυμά τι τραγικόν. Harpocr. Hesych.* in V. *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 70. *Χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς.* In hoc etiam instrumento recenset *Poll.* IV, 116. Vid. *Durid.* apud *Athen.* XII. p. 535. F. HEMST.

Χρυσῖς omnino de aureis, vel inauratis, vestimentis, calceamentis, supellectile denique quacumque usurpatum. De crepidis aureis Diall. Deor. II, 2. Vid. *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellips. p. 160. LEHM.

Ead. l. 14. *Μεῖζον τῆς ἐμ. κ. προς.*) Larvae veterum erant cassides, quibus totum caput tegebatur. Liquet hoc ex verbis *Gabii Bassi* apud *A. Gellium* V. c. 7. ubi ita loquitur de persona: *Caput*, inquit, *et os cooperimento personae tectum undique tantum vocis emittendae caussa pervium* etc. Vide praesertim p. 127. Gemmarum *Leon. Augustini.* CLER.

Pag. 85. l. 1. *Συγκατασπάσω*) *Ne lapsus mecum traham heroëm*: hoc est, ne, dum male ago personam herois, exsibiler, eumque mecum contemtui objiciam. Absurde hic vertit interpres. CLER. *Plato* de Rep. V. p. 651. B. *ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ζυνεπισπασάμενος κείσομαι*· ob oculos ipsi versabatur vulgatum illud *πεσὼν* vel *οὐ πεσών γε κείσομαι*· quod ab athletis profectum ad alia quoque migravit: vide *D. Heins.* L. Th. c. VII. Lucianeo verbo *Galenus* usus, *Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι* in fine: *ταῦτα τοὺς Στωϊκοὺς, φίλε Πίνδαρε, λύειν ἀξίου, μὴ συγκατασπᾶν ἑαυτοῖς ἄλλους, ὡς τοῖς αὐτοῖς ἐνεχομένους πταίσμασι. Xenoph.* Cyropaed. V. p. 85., v. 40. *φρούρια πρότερον εἰς τὴν Σύρων ἐπικράτειαν συγκατασπασθέντα.* Quod veretur, ne faciat, *Lucianus*, id *Aeschini* contigit Oenomaum agenti, si *Demosthenem* audimus de Cor. p. 503. E. *ὃν ἐν Κολυττῷ ποτε Οἰνομάου κακῶς ὑποκρινόμενος ἐπέτριψας.* HEMST.

Ead. l. 4. *Χρώμενος*] In ipsa ed. *Hemst.* invenio interrogationis signum, cui tamen non respondet interpretatio Latina. Nec *Belinus*, nec *Wielandius*, in versionibus suis interrogationem reddiderunt, secuti, opinor, vel Latinum interpretem, vel editionem *Bipontinam*, ubi, ut in *Schmiederiana*, servatam video veterem ac vulgarem rationem. Unus *F. A. Wolfius Hemsterhusii* vestigia et in h. l. fingendo pressit. Utrique formae est, quo commendetur; utraque bene sententiae convenit ad exprimendam summam amici indignationem. Nescius autem, unde *Hemst.* suam sumserit interpunctionem, praeferebam vulgatam. LEHM.

Ead. l. 7. *Φιλοσοφία καὶ πενία σύντροφοι*) Hic unus e praecipuis *Luciani* scopus. Hinc illa in *Aristotelem* et Peripateticos proelia. Multi in hanc philosophantium paupertatem scripsere, de quibus *Cicer.* Tusc. 1. et 5. Hanc saepe mendicantium habitu simulabant, cum pera auro, lupinorum vice, plena: ut in Dial. Mort. Piscat. Catapl. et alibi. BOURD.

Sumsīt ab *Herodot.* VII, 102. τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεὶ σύντροφός ἐστι. HEMST.

Ead. l. 10. Ἦν καὶ] Sic reposui pro vulg. εἰ καὶ, monitus *a Belino*, qui aut ἀφίκοιτο, servato εἰ, aut ἦν, servato ἀπίκηται, corrigi vult, et praeceptum secutus *Hermanni* ad *Viger.* p. 791. ed. 1. LEHM.

Ead. l. 11. Παραπαιδαγωγοῦσι) Verbum elegans, *pravum leniter corrigere, atque in melius mutare. Plutarch.* feliciter in metaphoris audax de Fort. Rom. p. 321. B. fabulosum esse adfirmat Egeriam δαίμονα σοφὴν amore captam operam dedisse Numae, et παραπαιδαγωγεῖν καὶ συσχηματίζειν τὴν πολιτείαν· aptissima phrasi, quia de Romana civitate tantum quod nata, et hactenus infante usurpatur. *Clem. Alexandrinus* ea, quam dixi, tralatae orationis virtute *Plutarcho* non dissimilis, Paedag. III. p. 247. D. πολλοὺς δὲ καὶ τὸ σχῆμα παραπαιδαγωγεῖ μὴ ἁμαρτάνειν διὰ τὸ εὐεξέλεγκτον. Ceterum Atheniensibus ista veluti propria laus tribuitur, quod ad emendandos ineptorum mores castigandamque vitae rationem multum valuerint: Athenas ergo Pericles apud *Thucydid.* II, 41. esse dicit τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν· et *Dicaearchus* p. 10. testatur: ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ ΒΙΟΥ ΔΙΟΡΘΩΣΙΝ τῶν ἀγρῶν διαφέρουσι, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει· eo spectat Menedemi dictum *a Plutarcho* laudatum de Ad. et Am. discr. p. 81. si quis autem juvenis divitis et inepte fastuosi, qui cum hoc Lucianeo conferri possit, aliud exemplum desideret, is eundem adeat *Plutarch.* Symp. I. Qu. 2. *Athen.* IV. p. 159. D. HEMST. De hac Athenarum laude egregius etiam est locus in *Isocrat.* Panegyr. c. 13. maxime sub finem. LEHM.

Ibid. Πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης) Tangit foeditatem seu malis feritatem sive δυσχέρειαν philosophorum *Lucian.* in Lapith. et alibi. *Liban. Theophrast.* in Charact. BOURD.

Ead. l. 14. Ἀκολούθων ὄχλῳ) *Mancipiorum.* BROD. Refert ad multitudinem officiosorum, sive comitum, sive prosequentium, de quibus nota res. sic §. 20. et in Catapl. BOURD.

Ibid. Καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι) Sic postea τὴν ἐσθῆτα τὴν ποικίλην. et in Tim. §. 27. ποικίλα ἐνδὺς, et alibi. Has vestes vocare videtur alibi, τὸ ἀνθηρὸν, quae in quibusdam Graeciae urbibus vestes muliebres. *D. Basil.* ad Gregor. Theolog. *Apul.* alii. Apud Athenienses meretricum fuerunt. *Suid.* νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. apud Locrenses hoc omnino vetitum. idem *Suid.* ut et apud Romanos, Lege Oppia.

Liv. Lib. 34. luxu tamen gliscente receptum. Potest tamen referri, propter mentionem pavonis, ad plumatas, de quibus *Tertull.* de pall. *Achill. Tat.* lib. 3. Bourd.

Ead. l. 15. Ὤιετο ζηλ. εἶναι) Non prout oportebat, expressit interpres *Benedictus: omnibus quidem Atheniensibus in admiratione erat.* Tu potius sic verte: *ipse quidem putabat, se omnibus Atheniensibus esse admirationi.* Vitring. In sqq. ὡς ἂν εὐδαίμων excidisse puto ὤν. Est ὡς ἂν cum Participio, quod vix credo in talibus vel omitti posse, vel omissum unquam a veteribus fuisse. Charon. §. 1. ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. Ibid. §. 14. Leihm.

Pag. 36. l. 3. Θλίβων) *Athenienses servis suis obterens.* Brod.

Ibid. Στενοχωρῶν) Utrumque verbum junxit *Alexand. Aphrod.* Probl. I. §. 47. Saepius in *Artemid.* θλίψεις καὶ στενοχωρίαι· et *Paulo* ad Rom. II, 9. posterius, ut gravius, semper secundo loco ponitur, ideoque a priore θλίβειν disjungi potest, ut factum 2. ad Corinth. IV, 8. Rarior est, sed Atticae tamen urbanitatis potestas neutra: *Machon* apud *Athen.* XIII. p. 582. B. Ὃς οὐ δυνάμενος τότε παρελθεῖν ῥᾳδίως Ἀλλὰ στενοχωρῶν εἶπεν. Συστενοχωρεῖν, cujus exemplum in *H. Stephani* Thes. nullum est, *Plutarchus* habet de Exil. p. 601. D. Hemst.

Ead. l. 7. Δεῖ στρατ.) *Tanto comitatu nihil opus est.* Brod.

Ibid. Ἀκούων ἃ ἦν) *Micyllus, audiens, quae res erat: Benedictus* absurdius, *quae dicebat.* Istud tam frigidum ἃ ἦν a *Luciano* profectum esse, non inducor ut credam: una litera revocata rem expediet: ἀκούων ἅδην vel ἄδην· nam de spiritu veteres ipsi non consentiunt: sensu sane optimo: neque enim credibile est, adolescentem vecordem, nisi frequentius haec auribus ejus insonuissent dicta, tam cito ad bonam frugem fuisse rediturum. *Herodot.* IX, 38. ὡς δὲ ἅδην εἶχον κτείνοντες. *Clem.* Paed. III. p. 259. ὁ παιδαγωγὸς ἡμῖν ἅδην διείλεκται. De Zenone *Diogen. L.* VII, 16. εἰ δέ τινα ἐπικόπτοι (hoc a libris probatum caussa non est, cur postponamus τῷ ἐπισκώπτοι) περιεσταλμένως, καὶ οὐκ ἅδην ἀλλὰ πόῤῥωθεν· *si quem reprehenderet, id tecte aculeoque velut praepilato, et non palam ad satietatem usque dicta ingerens.* Haec vulgo male vertuntur. Illa *Luciani* proxima τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην etc. *Oct. Ferrarius* habet de Re Vest. P. II. Lib. IV. c. 13. Hemst. Videntur verba ἃ ἦν ad ironicas cavillatoris voces referenda esse. Quarum sensus quum non proprius esset, intellexit ille dives, quid vere sibi vellent verba *pax, exercitus*, quorsumque tenderent. Hoc, opinor, est ἀκούων ἃ ἦν, *audiens, perspiciens, intelligens, id, quod res erat.* Illustravit locutionem *Abresch.* Dilucc.

Thuc. p. 775. *Guil. Langio* contra probata *Hemst.* conjectura. Similiter in Prom. s. Cauc. c. 7. τῆς ὀργῆς τὸ κεφάλαιον, ἃ ἐστιν, ἐννοήσαντα, quae et ipsa verba sine idonea, opinor, caussa solicitavit *Hemsterhusius.* LEHM.

Ead. l. 10. Ἔαρ ἤδη) *Jam ver adventat.* BROD. Athenienses, inprimis Attici φιλοσκώμμονες, et, *Dicaearcho* teste p. 9. παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· quamobrem, si quis conspicuo quodam laboraret vitio, mox huic veluti notam inurebant jocosum aliquod cognomen: quam eorum libidinem traducit *Anaxandr.* apud *Athen.* VI. p. 242. E. Idem discere licet, ne alia memorem, ex *Harpocr.* in Ἀργᾶς, Βάταλος, Ἐπικράτης, Μαργίτης, Νάννιον etc. Atque haec est caussa, cur oratorum acerba, quibus pro concione se invicem impetebant, convicia tam aequis auribus acciperentur. Quicquid grata colorum varietate vernat, ἔαρ apud Graecos: adposite *Lucian.* de Dom. §. 11. pavo explicata cauda ἐπιδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὐτοῦ καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν, ὥςπερ αὐτὸν προκαλοῦντος τοῦ λειμῶνος εἰς τὴν ἄμιλλαν· quibus adfirmari potest *P. Cunaei* emendatio in *Nonno* p. 104. Ταὼς de homine, qui vestimento versicolore sit indutus, Comicum est: ob eam rationem Persarum legatos ita vocat *Aristoph.* Ach. v. 63. nam quae praeter hoc *Scholiastes* profert, nullius apud me sunt pretii. *Philostr.* Ic. II. c. 32. ὁ βασιλεὺς (Persarum) ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου στικτὸς, οἷον ταώς. in Heroic. p. 724. ad pavonem confertur Paris in cultu nitidissimo sese circumspiciens. Quod autem sequitur, τάχα τῆς μητρός ἐστιν αὐτοῦ, sic capiendum putat *Cuperus,* quasi homines urbani matrem huic juveni stolide superbo meretricem objicerent Obs. II, 8. p. 289. neque dissentio: sed ista cum scribebat, *ubi narrat Lucianus, quendam introiisse theatrum indutum veste varia,* minus attendisse *Cuperum* satis patet. HEMST.

Ead. l. 11. Τάχα τῆς μητρὸς) *Vestis haec matris ejus est. Erasm.* in adagio: *Quem mater amictum dedit observare.* BROD. Subintellige ἱμάτια· *forte hae vestes sunt matris ejus:* nam vestes variae muliebres erant, non viriles. Inepte interpres, *fortasse suae hic est matris.* Quis vero non est suae matris filius? ubi hic acumen? CLER.

Ead. l. 12. Τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος) De horum numero, materia et usu plene alibi. BOURD.

Ead. l. 15. Δημοσίᾳ πεπαιδευμένος) Sic in Scytha. et in omni civitate frugi, advenae δημοσίᾳ παιδεύονται· qua de re dico copiose alibi. BOURD.

Pag. 37. l. 1. Βαπτὸν) *Colore aliquo infectum.* Videntur enim Athenienses vestibus candidis induti ludos spectasse, uti etiam sacra fecisse, ac se ad laetitiam dedisse. *Aeschin.* in

Ctesiph. καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει. BROD. Solebant nimirum Athenis, quemadmodum Romae, antiquis temporibus candidis vestibus uti. Vide *Theophr.* Char. XI. περὶ μικρολογίας sub finem. CLER.

Ibid. Βαπτὸν — νόμον) Νόμος γὰρ Ἀθήνησιν, ut *Suidas* ait, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. VORST. Legis hujus Atheniensium ne *Meursius* quidem, harum rerum indagator diligentissimus, apud alios auctores vestigium reperire potuit. Olympionicis nempe solis id licuisse patet ex *nostro*, Demon. c. 16. Consule *Suidam* v. βαπτὰ, et *Aristoph.* p. 55. Sed qui fit, inquies, ut pauper vestem non haberet, nisi βαπτόν? Forsan et hic *pulla* intelligenda est, quo sensu apud *Athen.* in Comico sumitur, 290. C. SOLAN. Solum hujus legis testem producunt *Lucianum* J. *Meursius* Them. Att. II, 34. Panath. c. XIV. et *Sam. Petitus* LL. Att. pag. 23. quare a Solone, an post eum fuerit lata, decerni nequit: ratio tamen non est in obscuro. Scilicet ludos castissimae Dearum Minervae sacros in ornatu meretricio ac lenonio spectari noluerunt: πορνοβοσκὸς βαπτὸν ἀμπεχόμενος τριβώνιον apud *Dion. Chrys.* Or. IV. p. 75. A. Vid. *Poll.* IV, 119. 120. meretricibus etiam βαπτὰ, βαπτὰς ἐσθῆτας sive ἀνθινὰς φορεῖν per leges licuit, quarum usu matronis interdictum erat: *Sam. Petitus* ad LL. Att. p. 476. *Kuster.* ad *Suid.* in Ζάλευκος. Floridas autem ejusmodi vestes Olympionicis licuisse solis gestare, colligi mihi posse non videtur e *Luciani* Demonacte, qui contra Olympiae victorem irridet, quod cum ea veste, quae virum fortem dedeceret, in publicum prodire non vereretur: aliud enim est, quando pompa solemni victores in urbem patriam invehebantur floride picta veste conspicui, qua de re legendus est *Ez. Spanhem.* ad *Julian.* Caes. Preuves des Remarq. p. 129. HEMST.

Ead. l. 2. Καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος) Legem ex *Suida* supra retuli: aliam caussam hic adsignat. Sed hoc ita accipiendum, Athenis ἑταίρας ἢ γυναῖκας ἢ τοιοῦτόν τι ἄλλο ἀφροδισιάζον, βαπτὸν ἢ ἀνθηρὸν ἔχον ἱμάτιον, ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, quod adfuissent τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. haec alibi copiosius explicanda. BOURD.

Ead. l. 3. Τοιαύτῃ ἐσθῆτι) Recte sane, si sequeretur χρώμενος· nunc scribendum puto, ἐποίησεν, ἐν τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος. Quemadmodum illa virtus, de qua pluribus alibi dicam, praepositionis ἐν est nota, sic omitti in hac similive locutione unquam haud equidem memini. HEMST. Apertum vitium in vulgatis verbis. Χρώμενος vero, quod olim mihi in mentem venerat, linguae quidem legibus jam satisfaciat, neque tamen cum loci sensu conveniat. Nam non omnino in

usu talis vestis tinctae violatio legis quaerenda, sed potius in eo, quod quis ludis illis Panathenaicis ejusmodi vestibus indutus interesset. Offenderat enim, quod civis iste Atheniensis βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει, ut modo narratum; atque is, qui sic deliquerat, abducebatur παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην. Itaque commodissimam et facillimam *Hemsterhusii* emendationem recipiendam duxi. Probavit et *Guil. Langius*. Lehm.

Ead. l. 11. *Πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν*) Per dictionem καλὰ temperat austeritatem dictionis τοῦ ζῆν, *laetari, genio indulgere*: de qua dixere viri doctissimi. Cetera hujus paginae in Gallo. Bourd.

Ead. l. 14. *Μετροῖ*) Hoc vitium omnes edd. insedit: μετρεῖ, quod reposui, structurae ratio postulabat. *Demosth.* pro Cor. p. 521. C. τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν· qui locus, cum in Rhetorum esset scholis pervulgatus, (vid. *Theon.* Progymn. p. 95.) ad imitandum mirifice placuit: totidem verbis *Plutarch.* T. II. p. 97. D. et saepius alibi: *Herodian.* I, 6. τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετροῦσι· adde *Damasc.* apud *Suid.* in Ψυχή· accusabat Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, *quod dubitaret, omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri*, teste *Cicer.* de N. D. I. c. 40. *metiri suis commodis omnia*, *id.* de LL. I, 14. Phrasin *Noster* variavit Patr. Encom. §. 10. μέτρον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γάστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι. Sic *Muson.* Ep. τῷ ἀργυρίῳ πάντα μετρεῖν. Ejus generis in patribus Ecclesiae plurima volens praetereo, itemque Protagorae dictum toties a Platone impugnatum, *Πάντων μέτρον ἄνθρωπος*. Istis autem, quae hic tractantur, multum habet assimilia *Longin.* Sect. ultima. Hemst.

Pag. 88. l. 1. *Λάτρευειν*) *M. Brunnerus* ad *Palaephat.* c. 45. utitur hoc loco, ubi de δουλεύειν et λατρεύειν agit. Hemst.

Ead. l. 5. *Διεφθορότων ἀσμάτων*) *Διεφθορότα ἄσματα*, quae aliis *κατεαγότα μέλη*, ni fallor. Bourd. *Perditae* cantilenae, non quo ipsae fuissent pessimae, aut mores perdidissent, sed quod ab hominibus *perditis*, h. e. lascivis ac dissolutis, proficiscebantur; intellige scolia, carmina amatoria, cantilenas omnis generis lascivas et obscoenas, palam a juventute libidinosa vel interdiu, vel nocte intempesta per plateas decantatas. De vocis διεφθορὼς vi et usu alibi, si Deo placebit, ad Diall. Deor. XIII, 2. Lehm.

Ead. l. 6. *Μεσταὶ*) Ex *Homero*. quales perpetuae parodiae in *Luciano*. Bourd. Ex *Arato* haec in prooem. de Jove, quae in rem suam, qui mos ei solemnis, vertit *noster*. Ver-

sus *Arati* habes Prom. c. 9. Confer cum his *Plutarch.* 1257, 1. Solan. *Aristid.* T. I. p. 98. C. μεσταὶ δὲ ἀγοραὶ, φασὶ, καὶ λιμένες καὶ τὰ εὐρύχωρα τῶν πόλεων τῶν καθέκαστὰ ἐξηγουμένων· τὰ εὐρύχωρα τῶν πόλεων posuit pro ταῖς ἀγυιαῖς. quomodo oraculum apud *Demosth.* in Mid. p. 611. D. hoc pacto corrigendum — εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς ἱστᾶναι ὡραῖον Βρομίῳ χόρον ἅμμιγα πάντας· editur εὐρυχώρους. ὡραίων, χάριν. Εὐρύχορος idem est, quod εὐρύχωρος apud *Homerum*, qui syllabae pertinaciam, ne cogeretur epitheto tam splendido carere, in brevem versa vocali longa fregit. Sed ecce apud *Aristidem* consuetum illud in adagiis usurpandis φασίν· ergo vel a proverbio jam ante communi *Aratus* sumsit, vel primus paroemiae suis e versibus ductae dedit originem. Cum sequentibus congruit *Dion Chrys.* Tars. I. p. 408. D. ἡ γὰρ ἀσέλγεια καὶ δι' ὤτων καὶ δι' ὀφθαλμῶν καὶ πανταχόθεν εἰςδύεται· et alter *Johannes* T. VIII. p. 291. B. ἡ τῶν ἀσέμνων θεαμάτων κακία, ἡ διὰ τῶν αἰσθητηρίων τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς ἀκοῆς, ὥσπερ διά τινων θυρίδων τὸν λῃστὴν ἐπεισάγουσα. Hemst.

Ead. l. 7. *Πᾶσαι μὲν ἀγ.*) Ex *Arato*: πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. Brod.

Ibid. Πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι) *Suet. Lamprid.* in Elogab. Bourd.

Ead. l. 9. Ὑφ' ἧς δὴ . . .) Sic recte P. et J. In reliquis δὲ legebatur. Solan. Scilicet ἡδονῆς· quae lectio si placet, probandum sane δὴ ex ed. J. At structura mihi videtur rudior paullulum et incultior, quam ut a *Luciano* proficisci potuerit: ne dicam, parum accurate sic sequi τὸ τοιοῦτο φῦλον τῶν ἡδονῶν· quanto venustius exibit et rotundius, τρυφῆς δὲ ῥεούσης, quod ego quin Lucianeum sit, vix dubitare possum. Modo ἀφροδίσια pro verendis partibus videtur posuisse: contra αἰδοῖα, quae pudenda sunt, pro ἀφροδισίοις vel rebus Venereis usurpavit *Homer.* Od. O, 372. nam plane sic intelligendum esse poëtam *J. Scaligero* ad *Fest.* in *Affatim* adsentior: *Barnesius* ab ista veterum opinione imprudenter discessit. Tum elegantiam verbi παρασύρεται non ceperunt interpretes, nec sane *Budaeus* C. L. G. p. 727. fluviorum est et torrentium, qui aquis adauctis praecipitantes violento impetu obstantia secum rapiunt: *Aristoph.* Equ. v. 524. mallem etiam in *Phil.* de Mon. p. 814. E. καθάπερ ὑπὸ χειμάῤῥου παρασυρῶσι pro περισυρῶσι· *Arrian.* Epict. IV, 9. ὡς ὑπὸ ῥεύματος παρεσύρησαν. Congruit haec potestas cum ψυχῆς ὑποκλυζομένης, vel, quod malim, ἐπικλ. Hemst. Praeter Cod. P., edit. J. et marg. A. 1. W. δὴ habent etiam cod. Aug. et Ald.

2., ut persuaserim mihi, δὲ in δὴ mutandum esse; quod et ipsum *Schmiederus* fecit. Quod si recte fuerit factum, jam una, eademque maxima sublata erit caussa, ob quam verba ὑφ' ἧς non videantur ferri posse. Nam quod rudior paullulum et incultior *Hemsterhusio* structura esse videtur, id, nescio qui fiat, ut non adsequar; quum praesertim V. D. addat, illud se ne commemorare quidem velle, quod ὑφ' ἧς (ἡδονῆς) et τὸ τοιοῦτο φῦλον τῶν ἡδονῶν parum accurate sibi invicem respondeant. At haec ipsa verba τῶν ἡδονῶν maxime sunt suspecta, quoniam nulla ratione cum antecedentibus conveniunt. Fuerunt etiam *Jacobsio* suspecta, qui in *Porson.* Adverss. conjecit τῶν Κηρῶν, admodum improbabiliter. Imo cum *Schmiedero* facio ejusque censore Jenensi, qui ea, tanquam omnino spuria et e glossemate orta, prorsus ejicienda statuere. Itaque *Hemsterhusii* emendationem, quantumvis ingeniosam et elegantem, quam *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 56. etiam verissimam judicat, cur admitterem, non satis videbatur caussae esse. Neque pro ὑποκλυζομένης mallem ἐπικλ., neque illud cum *Abreschio* l. l. ita sumi, ceu legatur κλυζομένης πάντοθεν ὑπ' αὐτῶν. Habet enim ὑπὸ, ut in ὑποῤῥεῖν, ὑποδῦναι, ὑπεισέρχεσθαι, e. a., ita et in ὑποκλύζεσθαι, notionem ejus, quod quid *paullatim*, vel *furtim*, fiat. Imprudens anima sensim sensimque inundatur ab undique affluenti voluptate, ita, ut abluantur sensim omnes virtutes. Quae jam, posteaquam haec scripta essent, a *Guil. Langio* dicta reperio ad commendandam conj. τρυφῆς, non sunt ejusmodi, ut propterea consilium meum mutandum existimem. LEHM.

Ead. l. 10. Ἀνευρύνονται ὁδοὶ) Sic in Amorib. hanc vocem interpretatus sum ad *Petron.* et alibi hoc opere. BOUHD.

Ead. l. 12. Φῦλον) Horat. Carm. I. Od. III, 29.

Post ignem aetheria domo
Subductum, Macies et nova Febrium
Terris incubuit Cohors. SOLAN.

Ead. l. 15. Ἴλυ) *Limo semper impletus:* forte ὕλαις, ut infra in Prometheo. BROD. Angl. ἰλύος· quod ferri potest, ut et adscripta lectio. quid ἔρημος ὁ χῶρος, dico alibi. BOUHD. Ex J. ed. P. et Angl. Codd. haec scriptura. δίψης in reliquis, quod pravum. Cui neutra lectio placebit, legat, per me licet, ὕλης, ut in Prom. c. 12. ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, ὕλαις ἅπασα καὶ ταύταις ἀνημέροις λάσιος. SOLAN.

Ibid. Ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις) Fuit, cum ex hoc loco publice notarem simul et probarem τὸ ἀνθεῖν Graecis etiam simpliciter pro *abundare* dici. Nunc juvat alia

quaedam in hanc rem addere. *Noster* in Scytha c. 9. urbem quampiam poëtae cujusdam verbis adpellat *ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν*, *omnibus bonis abundantem*. *Ἀνθοῦσαν* quoque a Graeco scriptore Philadelpho adpellatam fuisse Florentiam testatur *Politianus* Lib. I. Epist. 2. Sic apud eundem *Nostrum* de Domo c. 9. *Οὐρανὸς* stellis variegatus elegantissime dicitur *ἀνθῶν τῷ πυρί*. *Herodotus* initio libri III. *Ἀνθεύσης Ἀσίης ἀνδράσι*. Item apud *Eustathium* ad Iliada ex veteri poëta: *Τοῖς δὲ τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ*. Quin et apud Latinos *florere* pro *abundare* positum. *Cato* apud Sosip. Charisium: *Postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert*, mare velis florere *videres ultra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti sumus*. *Livius* XXI. cap. eodem: *Ita enim hae gentes, non pacis solum, sed etiam victoriae bonis florebunt*. Plane ut poëtae illi *ἀνθεῦσα ἀγαθοῖς*. *Livius* iterum XLI. c. 11. *Florere* (Persea) *praeterea juventute, quam stirpem longa pax ediderit: florere opibus regni; florere etiam aetate*. Hic in primo et secundo loco quid *florere* aliud, quam *abundare*? JENS. Quid audio, *δίψης πιμπλάμενον ἀνθεῖν ἀγρίαις ἐπιθ*. Haec certe *ἀκυρολογία* ne in poëta quidem dithyrambico sit ferenda, nedum in *Luciano*; cui quî potuit in mentem venire, ut verbum laetissimae significationis contra Graeci sermonis usum tam male collocaret? nam quod apud *Aeschylum* legitur in Agam. v. 668. *ἀνθοῦν πέλαγος νεκροῖς*, exponendum est, *mortuorum cruore rubens mare*, quod et *Stanlejum* praeteriit; vel, si mavis, *spumans*, de qua vocis virtute *Berglerum* vide ad *Alciphr.* I. Ep. 1. neque me fugiunt illa *Platon.* Polit. p. 538. E. *τὸ τῆς παλαιᾶς ἀναρμοστίας πάθος τελευτῶντος ἐξανθεῖ τοῦ χρόνου*. de LL. IV. p. 827. F. *ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις* etc. *ξύμφυτον ἐπανθεῖ*· et similia plura: verum ista huc non convenire, nihil est, ut apud peritos probem. Hujus igitur criminis ut *Lucianus* absolvatur, refingendum puto *ἀὐχμεῖ*· cujus verbi opportunissimi sane fieri vix potest, quin *Noster* meminerit inter ista tam cognata, *ἔρημος ὁ χῶρος, δίψης, ἀγρίαις ἐπιθυμίαις*. *Δίψης*, inquam: nam quod ex ed. J. profertur *ἰλύος*, multum huic scripturae posthabeo. Agris arentibus et longo aestu squalidis *δίψα* tribuitur et *διψᾷν*. *Διψία κόνις, ξηρά*· *Hesych.* quod a *Sophocle* sumtum in Antig. v. 252. *ἀοίκητος καὶ δίψιος γῆ*, *Clem. Alex.* Strom. I. p. 317. C. ubi *ἔρημος* et *ἐρημία* praecessit: neque obscurum est, cur *Λιβύης διψάδα γαῖαν* dixerit *Oppian.* Cyn. IV, 320. *Eumenius, Libyae arva sitientia: nam*, ut scribit *Mela* I, 4. *pleraque ejus inculta, et aut arenis sterilibus obducta, aut ob sitim coeli terrarumque deserta sunt*; notum est illud *Virgilii*

— *ubi hiulca siti findit canis aestifer arva:*

praetereo πολυδίψιον Ἄργος, quod varie veteres explicuerunt, *Horatii, siticulosam Apuliam, Columellae, aridum ac siticulosum solum.* Percommode *Dionys.* Perieg. v. 182. de Libya: Ἡ γὰρ διψηρή τε καὶ αὐχμήεσσα τέτυκται· pariter in *Aristoph.* Nub. v. 440. juncta reperies διψῆν et αὐχμεῖν· *Lucian.* Disp. c. Hes. §. 7. ἢν δὲ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ καὶ διψήσωσιν αἱ ἄρουραι etc. τῷ δίψει αὐτῶν. Eleganter vero de mente, quae nullis imbuta virtutibus et rigata, tanquam aridum aliquod atque incultum solum, noxio vitiorum proventu squalet horretque: *Chrysost.* T. I. p. 500. B. τῆς δὲ ψυχῆς ἠμελημένης, ῥυπώσης, αὐχμώσης, λιμῷ διαφθειρομένης etc. neque ex eo plura colligere juvat. Hemst. Cl. *Hemsterh.* αὐχμεῖ. ac propemodum persuadet, propter junctum δίψης vocabulum, quod αὐχμὸν comitem habere solet, et quia verba διψῆν et αὐχμεῖν alibi jungi, exemplis probat. Verum quando ait, *verbum ἀνθεῖν laetissimae significationis contra Graeci sermonis usum male collocari*, adeoque ad malas res ejus usum non videtur admissurus; ignoscat, si secus sensero. Fateor quidem, exempla ab *Jensio* prolata ad *abundantiae* significatum probandum, omnia de re laeta loqui, ideoque ad stabiliendum *Luciani* vulgatum non sufficere; sed alia sunt, unde satis patet, minime de rebus laetis id verbi semper adhiberi. Ita Medicis principibus *Hippocrati Galenoque* ἐξανθήματα et ἐξανθίσματα esse pustulas in cute erumpentes, plus satis notum. Exemplorum copia est apud *Foesium* in Oecon. Hippocr. Ipsumque verbum ἀνθεῖν ad morbi summum gradum significandum, iisdem, aeque ac ἀκμάζειν, est usitatissimum, ut: σκεπτέον εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ (ἡ νοῦσος) Aphor. 30. L. 2. Epid. et saepe. Sic ἐξανθεῦντα εἰς τὴν χροιὴν νουσήματα, *morbi, qui in cutis superficiem erumpunt, idem* in Coac. praenott. alibique frequenter. Quin et de asperitate (ne dicas semper etiam ad ruborem pustularum sanguineum in hisce respici) τραχύτης ἐπήνθει ὠχρόλευκος, *asperitas eminebat, efflorescebat in lingua, cum pallore albicans,* ex *Lib.* VII. Epid. aliaque adfert idem *Foes.* Sed quod *Alciphr.* p. 4. ἄφρὸς ἐξηνθήκει de mari tempestatibus agitato dixit, id non adeo plane de re laeta dictum est, quin idem L. III. p. 442. de pustulis ex plagis ortis adhibeat dicens: Τῆς κεφαλῆς γὰρ ἀπεσύρη τὸ δέρμα, καὶ φλυκταίνας ἐπινωτίους ἐξήνθησε. *Aeschyl.* S. C. Theb. v. 958. πολλοῖς ἐπανθήσαντες δόμοι πόνοις, (quod adlegat doctiss. *Abresch.* in animadv. ad Aeschyl. p. 331. ubi et alia ejusd. poëtae habet, qui ut medici, non semel utitur πάθος et νόσος ἀνθεῖ, ac μανίας ἄνθος ex *Sophocle* etiam adfert) addo *Plut-*

arch. Thes. p. 3. E. *αὐθις ἐξήνθησαν αἱ κακίαι, denuo propullulabant scelera,* quibus similia plura reperiuntur, unde translationem ad res etiam malas haud inusitatam, demonstrem, et quae ad vulgatum *Luciani* tuendum adhiberi queant. Et quia *ἀνύχμειν* nondum probatum video sic junctum ablat. vel dativo, possem ad vulgatum *Luciani* procedere, dicendo, *ἀνθεῖν ἐπιθυμίαις* non adeo repugnare analogiae, si exposueris, sterilem illum animi fundum, ut bonas fruges, i. e. virtutes, non fert, ita vitiis efflorescere, ceu ager sterilis horret spinis; et cum herbae malae aeque suos habeant et copiosos flores, ac bonae, nihil prohibere, quo minus et *ἀνθεῖν* in malam aeque ac bonam partem trahi queat. Sed nemini id obtrudo, indicasse satis habens, non deesse exempla, ubi de rebus malis dicatur, aeque ac alia, quae licet de re laudabili frequentissime praedicentur, tamen interdum et de abhorrenda usurpari novimus, ut *θεῖος* de omni magno ac laudando, generaliter; sed et de morbis humana remedia respuentibus. Ita *οὐράνιος Ἄτη* de magna pernicie ex *Aeschyl.* Pers. adfert modo laudatus *Abresch.* pag. 216. ad quae quis excipiat, hoc exponendum, *Pernicies coelitus demissa, immissa,* quod de morbo Epileptico irae Deorum tribuendo pari ratione dictum sit. Esto. Interim verborum inde usus probatur in utramque valere partem, et forsan nihil in *Luciani* vulgato mutandum, nisi ille asperitatis ac propullulandi significatus in compositis tantum *ἐπ* — et *ἐξανθεῖν*, non vero in simplici *ἀνθεῖν* inesse, lucidius probari queat. Reitz. In arenoso, arido, siticuloso deserto sterile est solum, ac rarae herbae, rarissimi flores. Tale desertum vix credo h. l. in animo habuisse *Lucianum*, ubi *πολλάς τε καὶ ἀγρίας ἐπιθυμίας* commemorat, in tam corrupta et foedata anima propullulantes. Intelligo igitur potius imaginem paludis, ubi solum lutulentum, et ingens multitudo et varietas florum herbarumque palustrium. Et probabis mecum, ut unice veras, lectiones *ἀνθεῖ* (cf. contra Scyth. c. 9.) et *ἰλύος*, quae vox qui facile h. l. oriri potuerit, non video, clarius contra pervidens vocabuli *ὄλψης* originem. Offendit tamen adhuc *ἀεὶ*, vox admodum frigida in hoc contextu. Scribendum, ni fallor, *ἰλύος ἐμπιμπλάμενος. Guil. Langio* incomparabilis viri doctrina, acumen et auctoritas oculos videntur paullulum praestrinxisse, ut exclamare potuerit: *Aut tales conjecturae* (ut *ἀνύχμει*) *in textum recipiendae sunt, aut prorsus nullae!* Lehm.

Pag. 39. l. 8. *Ἐπιστήσας ἐμαυτὸν*) Ferri potest, ut inter duo verba medius accusativus ad utrumque referatur, et

ἐπιστήσας ἐμαυτὸν positum sit pro ἐπιστὰς, quemadmodum in principio *Platonici* Convivii, κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα· et ἐπιστάντες σιωπῇ καὶ πρὸς ἀλλήλους διαβλέψαντες apud *Plutarch.* T. II. p. 548. B. sic τὴν πορείαν ἐπιστήσας *Eunap.* p. 117. v. 11. et ἐπιστῆσαι τὸν στόλον, τὴν φυγήν. *Plutarch.* T. I. p. 527. A. 549. D. *Aristot.* Top. V. p. 353. v. 7. ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ σύμπαν βλέψας, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τὸ κατὰ μέρος λεγόμενον αὐτὸς αὐτὸν ἐπιστήσας· quanquam hoc aliter etiam intelligi possit. Atque ita fere *Lucianum* interpretes ceperunt; *Micyllus* intricatius, *revocans me ipsum, et quasi verbis compellans: Benedictus*, constiti etc. At ego, distinctione mutata ἐπιστήσας, ἐμαυτὸν λόγον ἀπ. verius esse puto, ut hunc in modum interpretemur: *animum advertens, reque considerata, cum memet ipso rationes exigebam.* Illam vim habet ἐπιστῆσαι per se: *Euseb.* P. E. I. καί τοι πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάζειν ἐπιστήσαντας· mox: ἴδοις ἂν ἐπιστήσας. *Dion Chrys.* p. 404. B. κἂν ἐπιστήσαντες διαταπῶσιν· ubi ridiculum interpretis errorem recte castigavit *Casaubonus.* *Ammonio* restitue, ubi quid differant ἐννοεῖν et ἐννοεῖσθαι docet: Ἐννοεῖν μὲν γὰρ ἄφνω μὴ ἐπιστήσας· in edd. quas vidi, ἐπιστής. *Apollon.* περὶ Κ. I. c. 50. ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πρᾶγμα, *digna res, quae animadvertatur*: dixerat c. 48. ἄξια δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα. Plena locutionis forma ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ut *Theophr.* Praef. Char. vel, quod apud *Galenum* est in Protr. εἰ γὰρ ἐπιστήσαις τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, *si mentem rebus adhibeas.* Plura dabunt *Budaeus* C. L. G. p. 478. *Duport.* ad *Theophr.* Ch. Eth. p. 221. Hanc potestatem *M. G. Raphelius* parum mihi commode visus est, ceteroquin Graecae linguae peritissimus, adhibuisse ad explicandum illud *Pauli* 2. ad Timoth. IV, 2. ἐπίστηθι· quod, me quidem judice, sine controversia valet, *insta atque incumbe*, ut solent ἐργοδιῶκται, qui nullum intermittunt tempus, quin institutum opus urgeant: diversa significandi virtus in Aor. 2. quae multum ab Aor. 1. dissidet. Multo gravius errat *Olear.* ad *Philostr.* V. A. T. I. c. 34. n. 2. Hemst. Nec *L. Bos* de Ellipss. s. v. διάνοια hanc Ellipsin praetermisit, quamquam et ipse Aor. 2. cum Aor. 1. confundens. Lehm.

Ead. l. 4. Τὰ τοῦ Ὁμ.) *Homerus* Od. Λ. 92. Τίπτ' αὖτ', ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο Ἥλυθες. Brod.

Ead. l. 5. Τίπτε) Imitatio est *Homeri* Odyss. Λ. verba Tiresiae ad Ulyssem. Bourd.

Ibid. Αὖ) *Hom.* et *Fl.* αὖτ', sed *Lucianum* mutasse credo. Solan.

Ead. l. 9. *Καὶ προσαγορεύσης ὑπερηφάνου*) *Καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους.* Marcil.

Ead. l. 13. *Καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκ.*) Adlusit ad Proverbium, *ἔξω βελῶν, extra telorum jactum*; quod est, *in tuto citraque periculum.* Est autem apud *Homerum* Il. Ξ. 130. *Ἐκ βελέων, μή που τις ἐφ' ἕλκεϊ ἕλκος ἄρηται, Extra tela, uti ne quis vulnus forsitan addat ad vulnus.* — Hoc proverbio usus est *Lucian.* in Diall. Nept. et Cycl. Veneris et Cupid. Rursum in Votis: sed in Baccho alio huic contrario. Cogn. Locus est Iliad. *Λ.* 163. *Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἐκ τε κυδοιμοῦ.* Bourd. Verbis; *καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκτορα*, manifesto adnuntiatur locus *Homeri*, non proxime proverbium illud *ἐκ βελῶν* vel *ἔξω βελῶν* significatur. Sequuntur et ipsa poëtae verba. Unde non *φασὶν*, quod vulgo habent, sed *φησὶν*, quod offert cod. Aug., scribendum censebam. Recte interpretatio Latina: *ut ait ille.* Lehm.

Ead. l. 16. *Οἰκουρεῖν*) *Philo Jud.* de Abrah. p. 352. D. *Ὁ δὲ ἀστεῖος ἔμπαλιν ἀπράγμονος ζηλωτὴς βίου ὑποχωρεῖ, καὶ μόνωσιν ἀγαπᾷ* etc. *συγκλεισάμενος οἴκοι τὰ πολλὰ καταμένει, μόλις τὰς κλισιάδας ὑπερβαίνων, ἢ διὰ τοὺς ἐπιφοιτῶντας συνεχέστερον ἔξω πόλεως προελθὼν ἐν μοναγρίῳ ποιεῖται τὰς διατριβάς, ἥδιον συμβιωταῖς χρώμενος τοῖς ἅπαντος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἀρίστοις, ὧν τὰ μὲν σώματα διέλυσεν ὁ χρόνος* etc. Hemst.

Pag. 40. l. 1. *Μετέωρος ἐπισκοπῶ*) Hinc dialogi de Charonte, sive Contempl. titulus et occasio. Bourd.

Ead. l. 5. *Ὑπολάβῃς*) Rectius legatur *ὑπολάβοις.* Solan. „Gravi errore." *Schaefer.* ad Gregor. Corinth. p. 16. Lehm.

Ead. l. 8. *Θεάμασι*) Adulatores Commodum, patre defuncto, corrumpebant *ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς, θεάματά τε καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι* etc. ut tradit *Herodian.* I, 6. Hemst.

Ead. l. 10. *Μὴ δεδ. τῷ χ.*) *Homerus* Od. M. Brod.

Ead. l. 11. *Τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον*) Sic in Craniis sive Saturnal. *Julianus* Imp. *Liban.* Omnes ex Odyss. M. Bourd. Similiter Imagg. c. 14. *καὶ ἦν κηρῷ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα, καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδώσεταί σοι τὸ μέλος.* Et Charon. c. 21. hominum stultitia et veritatis sapientiaeque incuria tanta esse dicitur, *ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι τὰ ὦτα· τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν αὐτά.* Lehm.

Ead. l. 12. *Ὑπερήφανον*) Ex G. C. ad §. 26. postquam enotavit *Solanus: ὡς μάλιστα ἡρμοσμένον*) *Ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται*, hanc insuper adnotationem adjecit: *Corruptis usus est Scholiasta Codd. in nostris enim non comparet; nisi*

forte respiciat c. 19. *ubi ea vox occurrit.* Obsecutus sum recte monenti; sed praeterea juncte lego: ὡς μάλιστα ἡρμοσμένον ὑπερήφανον θ. ἑ. κ. ut hoc totum sit *Scholiastae*, dicentis, *quam accommodatissima vox* ὑπερήφανον *egregie hic posita est.* Exstat quidem §. 14. ὡς μάλιστα ἡρμοσμένον, et §. 26. τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον· sed ad ea loca quid faciat hoc scholion, nemo ne suspicione quidem adsequatur. Hemst.

Ead. l. 15. Ἐξ οἰκέτου δεσπότην) Hanc crebro repetit comparationem. vide quae diximus ad illud *Petron. Grex agit in scena.* Bourd.

Ead. l. 16. τόν δ') Vulgarem lectionem mutavi in τὸν δ', ut paullo inferius c. 21. ὅδ' a *Jacobsio* recte in ὁ δ' mutari video. Similia vitia per totum *Lucianum* e librariorum negligentia illapsa tacite me correcturum esse, semel monuisse sufficiat. In talibus res ipsa loquitur. Lehm.

Pag. 41. l. 3. Τῆς τύχης) Dei. sic saepissime *Lucianus* τὴν τύχην, ἀντὶ τοῦ θεοῦ ἢ δαίμονος usurpat, ut monui multis exemplis ad lib. I. *Heliod.* Bourd.

Ibid. Παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων) Sic res humanae τῇ τύχῃ λογιστέα, τῆς τύχης παίγνιον. Legend. *Marcil.* ad *Horat. Aur. Victor* in Ael. Pert. Bourd.

Ead. l. 4. Ὁμολογούσης) Non video, quo pacto satis apte de fortuna dici possit, eam ὁμολογεῖν μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι βέβαιον, cum hoc ad ipsos potius homines pertineat, qui rerum suarum incertam conditionem quotidianis experimentis discunt, ac fateri coguntur: quamobrem, nisi quid majoris vitii subsit, legerim, ὁμολογοῦντες, in quo mutando facile peccare potuit librariorum temeritas propter praecedens μαρτυρουμένης, hoc sensu: illud enimvero mirandum est maxime, et gravissimum, quod, licet testatissimum sit fortunam res humanas habere ludum, (nam perperam interpp. *licet fortuna ipsa testetur*, quasi scriptum foret μαρτυρούσης) ipsique fateantur, nihil istorum esse firmum, tamen, cum ista quotidie videant, divitiis inhient etc. *Παίζειν jocum atque ludum ducere, per ludum vertere ac mutare. Heliod.* V. p. 209. Ἔπαιζε δὲ ἄρα τι τὸν Κνήμωνα δαιμόνιον, ὃ καὶ τὰ ἄλλα χλεύην ὡς ἐπίπαν τὰ ἀνθρώπεια καὶ παιδιὰν πεποίηται· *Suidas* in Ζήνων ὁ βασιλεύς. Hemst. Jure taxatus interpres. Veruntamen nec *Hemsterhusius* ipse sententiam loci penitus perspexisse videtur, qui offensus optima voce ὁμολογούσης in eo fuerit, ut ὁμολογοῦντες corrigendo magnam loco asperitatem inferret. Nec *Jacobsio* contigit locum ita castigare, ut jam genuinum esse pateret. Pro καίτοι enim καὶ, et mox pro εἶναι vult ἐᾷν, satis incommode. Salvus est locus, uti vulgo ex-

hibetur. Voces μαρτυρεῖσθαι et ὁμολογεῖν sunt judiciales, et Fortuna tanquam rea sistitur, quae accusata ab hominibus ipsi delusis coram judicibus philosophis, testimoniis convicta (μαρτυρουμένη) confiteatur nihil rerum humanarum, quae quidem ab ipsa proficiscantur, firmum ac stabile esse. Atqui, sic enim Nigrinus vult, quum haec res sit in confesso, ut et verissima per se sit, et vulgo notissima et usu comperta: quidni stultissimum sit, rebus sic habentibus, inhiare divitiis, potentiae, aliisque ejus generis bonis, quae Fortuna ipsa concedat incerta esse et infida? *Guil. Langius* in Animadvv. ad *Lucian.* p. 14. apte confert locum *Juvenal.* X, 172. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐν τοῖς*) L. *ἐπί*. Dixi ad §. 7. Hemst. Constanter scilicet *Lucianus*, et creberrime, *γελᾶν ἐπί τινι*, nusquam *ἔν τινι*. H. l. *ἐν* ex sequenti *ἔνεστι* irrepsit. Lehm.

Ead. l. 9. *Οἱ*) Ex ed. J. est: reliquae non agnoscunt. Solan.

Ead. l. 10. *Καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες*) *Καὶ τοὺς δακτυλίους πρ. δακτυλίους*, ut ante *καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες*. Marcil. Probo *Marcilii δακτυλίους*· quod neque interpretes praeteriit. Nota divitum Romanorum in annulis ostentandis ineptia. *Quinctilian.* I. O. XI, 3. p. 1031. dum oratorem suum informat, cavere necesse habuit, *Manus non impleatur annulis, praecipue medios articulos non transeuntibus:* ne scilicet nihil invalescenti consuetudini concederet. Hanc stultitiam *Seneca* severe reprehendit, *Martialis* saepius irridet: neque in Christianis vanissimam luxuriem antiqui Patres aequo animo tulerunt, ut ex *Clementis* Paedagogo, et *Chrysostomo*, qui locis pluribus in annulorum pretia et multitudinem acriter invehitur, satis constat. Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. XVII. et *H. Valesium* ad *Amm. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 578. ubi pro eo, quod in Codd. est scriptum, *digitis et metatis*, interea, dum quid melius extundatur, lego, *digitis et oneratis:* idque confirmare licet e *Luciani* Gall. §. 12. *δακτυλίους βαρεῖς* etc. Hemst. Laudanda potius hic loci librariorum diligentia et intentio, quam corrigenda. Parum apte dictum foret *τοὺς δακτυλίους προτείνειν*. Contra proprium est ac solenne *προτείνειν τὴν χεῖρα*, *τὴν δεξιὰν* etc. ergo etiam *τοὺς δακτύλους*, quamquam in his digitis simul cogitari par est *τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος* supra c. 13. Nec *Langius* admitti vult *δακτυλίους*. Lehm.

Ead. l. 11. *Τοὺς ἐντυγχάνοντας*) De hac divitis fastuosi nota *Aristophan.* Plut. Ipse *Lucianus* alibi. Bourd.

Ead. l. 12. *Ἀλλοτρίᾳ φωνῇ*) *Nomenclatoris voce.* Brod.

Per nomenclatorem, qui eam in rem sequebatur, et nomina civium norat. Vid. *Laur. Pignorium* de Serv. p. 282. CLER.

Ead. l. 14. Ὡς Πέρσαις νόμος) Quia longe prostrati regem venerantur. BROD. Sic de Merced. conduct. et multis aliis locis. de hac adoratione Persica locus dicendi ad lib. 7. *Heliod.* BOURD. *Zenob.* C. V. n. 25. Πέρσαι τοὺς βασιλεῖς ἑαυτῶν ὡς θεοὺς προσκυνοῦσι· καὶ οἱ μὲν ἴσοι ἀλλήλους καταφιλοῦσι, οἱ δὲ ταπεινότεροι τῶν παρειῶν τῶν μειζόνων μόνον τυγχάνουσι· scio, quam explicationem recipiat τυγχάνειν τῶν παρειῶν, *admitti ad genas osculandas;* praeferendum tamen videtur θιγγάνουσι· quod visum an *Schottus* insuper habuerit monere, non dixero: vertit sane, *genam modo contingunt:* utitur autem hoc *Luciani* loco, ut jam ante *B. Brisson.* de R. P. I. p. 11. Potestatem istius locutionis προσκυνεῖσθαι περιμένοντες satis recte declaravit *Jer. Hoelzlin.* ad *Apoll. Rhod.* III, 434. reprehensa *Benedicti* versione, *adorari se patiuntur:* nam *Micyllus* melius ad ejus mentem, *adorari etiam cupiunt.* HEMST. Eadem res partim iisdem quoque verbis exposita legitur in Necyom. c. 12. LEHM.

Pag. 42. l. 1. Πόῤῥωθεν τὴν ψυχὴν ταπ.] Prior vox suspicionem movit *Belino*, ut substitui vellet πάντοθεν. Quod etsi non magis placet, quam illud, tamen hoc effecit, ut et mihi subdititia videatur vox esse πόῤῥωθεν, quippe ex modo praecedentibus huc transposita. Itaque notavi certe eam hoc nomine. LEHM.

Ead. l. 2. Τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιάν) Idem Dial. Mortuor. et in Pseudom. patet apud *Martial.* BOURD. Hujus moris exempla vide apud *Plutarch.* in Bruto. Steph. ed. 181, 3. C. καὶ στέρνα καὶ κεφαλὴν κατεφίλουν, *pectus et caput deosculabantur.* et apud *Nostrum* iterum Necyom. c. 12. SOLAN. Adpositissimus est *Ammiani* locus XXVIII, 4. p. 574. *Ex his quidam, cum salutari pectoribus oppositis coeperunt, osculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua suavianda vel manus, id illis sufficere ad beate vivendum existimantes.* Manum soli olim servi osculabantur: ut arrogantes ac superbi liberis etiam hominibus porrigere auderent, adulatorum est crimen: quamobrem τὴν χεῖρα καταφιλῆσαι καὶ θωπεῦσαι δι' ἐπαίνου, ut sapiente et forti viro indignum adspernatur Epictetus apud *Arrian.* III. c. 24. Hunc fastum in Imperatoribus utcunque tolerabilem Romani tamen antiquae libertatis memores moleste tulerunt: ideo *Plin.* in Pan. Trajani laudibus illud non infimum adnumerat, quod Senatum osculo exciperet, neque illos imitari vellet, qui manum tantum, et hanc cunctanter et pigre et imputantibus similes pro-

merent. Similiter plane *Lucianus* eos divites, qui praebitam osculo manum imputabant, describit. Vid. *Ramires. de Prado* et *Des. Heraldum*, quem hic *Luciani* locus non praeteriit, ad *Martial.* II, 21. sed inprimis *Lipsii* Elec. II, 6. HEMST.

Ead. l. 3. *Περίβλεπτον*) *Τὸν προσελθόντα δηλονότι· εἶναι* videtur deesse. BROD. Imo vero *ὄντα* videtur excidisse. LEHM.

Ibid. Τοῖς μηδὲ τ. τ.) Quibus manum osculari non licet. BROD.

Ead. l. 6. *Ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται*) Cum *Micyllus* vertisset, *quod neque ore nos adprobant aut compellant, Benedictus* duo posteriora vocabula amputavit. Sed plane et adprobare et compellare nihil ad *προσίεσθαι*. Verte, *quod ad ora* salutanda vel osculanda *non admittant nos.* Nota illorum oris obscoenitas. GRON.

Ibid. Τοῖς στόμασιν) *Ore*, id est, osculo. BROD. Paucos enim osculo excipiebant, eosque summae demum dignitatis viros. V. *Capitol.* in M. Aurel. III. et *Sueton.* Ner. c. 87. Quod autem sibi gratulatur Nigrinus negatum osculum, eo spurcitiem oris eorum notat; de qua plura dicere pudor vetat. V. Pseudol. c. 23. SOLAN.

Ead. l. 7. *Νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι*) Sic in *μελέτῃ* Merced. conduct. et in Gallo. BOURD. Molestias matutinarum salutationum describit, et quam vilium essent animorum multis docet *Seneca* de Brev. Vit. c. XIV. qui cum *Luciano* conferri poterit. CLER. Salutationes et officia Romae fuerunt antelucana; ex aliis et hoc loco docet *Is. Casaub.* ad *Sueton.* Aug. c. 53. Confer, quae plura *Noster* habet de Merc. cond. prorsus his similia. HEMST. Adde et *Sallust.* B. C. cap. 28. in. LEHM.

Ead. l. 9. *Πρὸς τῶν οἰκετῶν*) Quanta fuerit vilium catenatorumque mancipiorum importunitas, ex eo vel maxime constat, quod gravissimi viri temperare sibi non potuerint, quin de ista indignitate acriter conquererentur. *Senecae* loca dabit *Herald.* ad *Martial.* I, 71. *Columella*, vir avitae libertatis memor, Praef. lib. I. p. 5. *An putem fortunatius, a catenato repulsum janitore sacpe nocte sera foribus ingratis adjacere, miserrimoque famulatu* etc. *Tacit.* Ann. IV, 74. *Juxta gratiam aut fastus janitorum perpetiebantur.* Hi igitur *Luciani οἰκέται*, janitores sunt, ostiarii, *θυρωροὶ*, ut ipse vocat de Merc. Cond. Ciceroni ducitur laudi, quod domus ejus aperta janitorem non haberet: *ἡ δ' οἰκία θυρωρὸν οὐκ εἶχεν· Plutarchus.* HEMST.

Ibid. Κύνες καὶ κόλακες) Eleganter hoc apud *Demosth. ἐν*

τῷ περὶ στεφάν. ἀντὶ γὰρ φίλων καὶ ξένων, ἃ τότε ὠνομάζοντο ἡνίκα ἐδωροδόκουν, νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ καὶ τ' ἄλλα ἃ προσήκει πάντα, ἀκούουσι. BOURD.

Ead. l. 10. Ἀκούειν) Ut loco *Demosthenis* proxime citato. Sic ἀκούσῃς apud *Theocrit.* in Charit. et κλύειν apud *Aeschyl.* in Prometh. sic apud Latinos *audire. Horat.* Sat. 7. lib. 2. *audis.* Hunc *Luciani* locum profert *Casaub.* ubi de officiis salutantium apud *Suet.* BOURD.

Ead. l. 11. Τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον) Idem de Merced. conduct. et in Gallo et saepe alibi. De his incommodis sportulae caussa perceptis interpretes *Martial.* et *Juvenal.* BOURD. *Sportulam* intellige clientibus et salutantibus exhiberi solitam. SOLAN. Intelligo coenas rectas, quas beati homines ac potentiores Romae clientibus suis atque adulatoribus praebebant. Has autem vespertinas epulas matutinae salutationis officio venabantur. *Jul. Firmicus* VIII. p. 216. *per omnium limina matutinis semper salutationibus discurrent. Manilium* expressit V, 64. *Instar erit populi, totaque habitabit in urbe Limina pervolitans, unumque per omnia verbum Mane salutandi portans communis amicus.* luculentissime *Juvenalis* Sat. V. *Stat.* IV. Silv. IX, 48. Vid. *Des. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 38. qui hunc ipsum *Luciani* locum adscripsit totum. Neque philosophi aliarumque artium professores, οἱ τὸ δοκεῖν μᾶλλον ἢ εἶναι σπουδάσαντες, in ditiorum aedes ac gratiam irrepere detrectabant hac via, quam sane muniverat Simonides: rogatus enim ab uxore Hieronis, expediretne magis divitem fieri an sapientem, divitem respondit: τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις διατρίβοντας, teste *Aristot.* Rhetor. II. p. 89. Eo respexit *Plato* de Rep. VI. p. 675. A. Alia *Galeno* mens, qui saepius in has verae doctrinae maculas invehitur: περὶ τοῦ Προγινώσκειν. Ἥκηται δὲ, ἐξ ὧν ἄν τις εὐδοκιμήσειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰπεῖν τι καὶ πρᾶξαι πρὸς ἡδονὴν, κολακεύεσθαι, θωπευτικῶς προσαγορεύειν ἑκάστης ἡμέρας τοὺς πλουτοῦντάς τε καὶ δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι, συμπροέρχεσθαι, παραπέμπειν προερχομένους οἴκαδε, δορυφορεῖν ἐν τοῖς δείπνοις, βωμολοχεύεσθαι etc. Apertius idem Θεραπ. Μεθ. lib. I. ubi, Amici, inquit, me identidem objurgant, mihi meisque inutilem me fore dicentes, nisi ab isto quaerendae veritatis intento studio paullulum deflectam, προσαγορεύοιμι δὲ περιερχόμενος ἔωθεν, εἰς ἑσπέραν σε συνδειπνοῖμι τοῖς δυναμένοις· lege cetera, in quibus τοὺς ἐπὶ τῆς Ῥώμης πλουσίους nominatim memorat: aliam vero, qua ad laudem eniterentur, veteres Asclepiadas instituisse viam: ἀλλ' οὐδεὶς τούτων οὔτε ἔωθεν ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων ἐφοίτα θύρας προσαγορεύσων αὐτοὺς, οὔτ' εἰς

ἐσπέραν δειπνησόμενος. At in istis coenis homines famelici sapientiam sola specie ac nomine mentiti cibis et vino se distendebant, quod *Lucianus* salse ridet. *Galenus* in fine libri serio indignatur: Οὐδὲ γὰρ σχολή γε αὐτοῖς ἐστιν ἀληθειαν ζητεῖν ἔωθεν μὲν ἐν ἀσπασμοῖς διατρίβουσιν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἀσπασμοὺς, εἰς ἑσπέραν δὲ ἐμπιπλαμένοις καὶ μεθυσκομένοις. Ergo minime mirum, eos, quod *Noster* adfirmat, ἰατροῖς παρέχειν ἀφορμὰς περιόδων· *Galenus* certe περὶ Εὐχ. καὶ Κακοχ. salubrem vitae modum sese praescribere illis duntaxat testatur, ὅσοι βίον ἡσύχιον εἵλοντο μήτε πρὸ ἡμέρας ἀνάγκην ἔχοντες ἐπὶ τὰς τῶν πολὺ δυναμένων ἐπιέναι θύρας, μήτε λουομένοις τισι παρεστᾶναι, μήτ' εἰς οἶκον ἐπανερχομένους αὐτοὺς παραπέμπειν, εἶτα μετὰ πολλῆς σπουδῆς αὐτοὶ λουσάμενοι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐπείγεσθαι. nam hoc qui Romae saxum volverent, ut firma sanitate frui possint, nullam esse spem. Porro vocati tesseras accipiebant, ne a janitoribus repellerentur. *Liban.* Decl. VII. p. 317. B. ὡς ἐδεξάμην τὸ σύνθημα· quod si quis invitatus excusasset, vel non adfuisset, contumeliam gravem interpretabantur. p. 320. B. Οἶδα πηλίκαι τοῖς καλοῦσιν ὀργαὶ προσιζάνουσι, ἐπειδὰν τῶν κεκλημένων τις ἐκλίπῃ τὴν σύνοδον· οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι συνηθὲς αὐτοῖς, κἂν ἀνάγκην κἂν συμφορὰν οἱ κεκλημένοι προβάλλωνται· idem constat ex *Amm. Marcellino* XXVIII. p. 577. ubi *Valesium Libanii* locus non fugit. HEMST.

Ead. l. 12. Πόσα) Octo sequentes lineae crebro repetuntur in *Luciano*. BOURD.

Ead. l. 13. Ἀπολαλύσαντες) Ἀπολαλήσαντες. MARCIL.

Pag. 43. l. 1. Ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφ. περιόδων) Hinc ἰατροὶ dicti περιοδευταὶ, ut patet in excerptis Glossar. cap. de Medic. Recteque apud *Hesychium* interpretatur περίοδος, ἡ παρὰ τοῖς ἰατροῖς. Nam voluit *Hippocrates* τοὺς τὰς πόλιας φοιτοῦντας μὴ λόγῳ μοῦνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. BOURD.

Ead. l. 2. Οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσι) Cogitatione se refert ad *Thesmopolidem*, qui jam moriturus *Eucratis* conviva venerat, ut patet in Gallo. IDEM. C. 10. Ergo ad nova convivia, vel etiam ad sequentis diei salutationes. Nam, quae *Belinus* cogitat de opificibus, negotiatoribus, et aliis, qui ob negotia necessaria morbis suis vacare non potuerint, vel etiam de iis, quibus defunctis jam ad aegrotandum non fuerit satis otii, ea prope ridicula sunt somnia. LEHM.

Ead. l. 3. Ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας) Ἐξωλεστέρους τούτους κόλακας. MARCIL.

Ead. l. 4. Ὑπείληφα) *Censeo*. BROD.

Ibid. *Ἐκείνους*) Placet *ἐκείνης*. IDEM. Magna vocum *αὐτοῖς ἐκείνους* variatio alterutram facit suspectam. Neque quum proxime praecessisset *τοὺς κόλακας* Subjecti loco, in enuntiatione deinceps adjuncta opus erat Pronomine ad idem Subjectum significandum. Imo offendit etiam repetitum. Quapropter *ἐκείνους* ut suspectum notavi. LEHM.

Ead. l. 8. *Κοινῷ δ.*) *Communi decreto ac consensu.* BROD.

Ead. l. 10. *Ἀθέατον*) *Euripid.* Med. 542.

Εἴη δ' ἔμοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις,
Μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
Εἰ μὴ πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι. SOLAN.

Ead. l. 14. *Διὰ τὸ πλουτεῖν*) Flor. ceteraeque omnes edd. *διὰ τοῦ πλουτεῖν* manifesto errore, quem correxi. Mox etiam scribendum. *καὶ οὕτω δὴ*, non *δέ*. HEMST. Aug. cod. confirmat *τό*. LEHM.

Ead. l. 15. *Εἶναι περικαλλοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι*) *Εἶναι περικαλλοῦς κύριον οἰκίας τῷ οἰκοῦντι.* MARCIL. Absurde. LEHM.

Pag. 44. l. 1. *Εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι*) *Cicer.* in Parad. eod. sensu ipse Gallo. BOURD.

Ead. l. 2. *Ταύτῃ τοι*) *Aliqua hujusmodi ratione.* BROD.

Ead. l. 8. *Ἀπευωνίζειν*) *Vile reddere:* vox satis infrequens. BOURD. *Εὔωνος* parvo pretio parabilis, adeoque vilis. Usu rariore *Aristoteles* initio lib. II. Oecon. de nummis ipsis: *περὶ τὸ νόμισμα λέγω, ποῖον, καὶ πότε τίμιον ἢ εὔωνον ποιητέον.* Ad multa, variata figuratae locutionis indole, venuste traducitur. *Polyb.* IV, 35. p. 423. cum Lycurgi, qui singulis Ephoris talento corruptis regiam dignitatem fuerat praestinatus, historiam retulisset, addit: *οὕτως εὔωνα πανταχῇ τὰ καλὰ γέγονε.* *Isidor.* Pelus. IV, 181. *μὴ ὡς εὐωνόν τινα καὶ εὐπόριστον ῥίπτετε τὸν λόγον* explicat Christi dictum, *μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί.* *Macar.* de Libert. Ment. §. 33. *οὕτως εὔωνον ὄντως καὶ ῥᾴδιον εἶναι, ὡς πόνων ἐκτὸς καὶ καμάτων κατορθοῦσθαι τῷ βουλομένῳ.* *Gregorius* eleganter Stel. I. p. 8. eos Christianos, qui a Juliano illecti salutem vili lucro donaverant, vocat *ἐκ περιουσίας πονηρούς τε καὶ εὐώνους.* Inter locutiones, quibus homo nihili significetur, reponit *Pollux* V, 163. *εὐωνότερος τῶν ἀποκεκηρυγμένων*, et mox *ἐπευωνισμένος.* Hinc ductum *ἐπευωνίζειν* dispari quidem paullulum, et ad plures formas communicata potestate, sed quae pretii temperati deminutique virtutem semper contineat. Ita lex frumentaria, quae annonae excandefactae modum adhibet, *νόμος σιτικὸς ἐπευωνίζων τοῖς πένησι τὴν ἀγορὰν* apud *Plutarch.* in Gracch. p. 837. A. atque adeo res, quarum pretia descendunt ac laxantur,

ἐπευωνίζονται· *Dion Cass.* ἐπὶ δὲ τῷ πλήθει τῶν δεδημοσιωμένων πολὺ πάντα ἐπευώνιστο. in *Polluce* I, 51. ἐπευωνισμένων τῶν πυρῶν, cui junctum est, τῆς τιμῆς τοῦ σίτου καταβεβηκυίας, et VII, 10. Mercatores etiam, qui translatis mercibus caritatem semper vilitatemque captant, ut *Arnobius* ait II. p. 71. ἐπευωνίζουσι, quando venalia parvo vendunt: verbis igitur ἐπιτιμᾶν, ἀνατιμᾶσθαι, ἐπιτείνειν τὰς τιμὰς contraria sunt apud *Poll.* III, 125. ἐπευωνίζειν, ἄξια πιπράσκειν. *Philoni Jud.* p. 870. D. τινὲς ὑπ' ἀνδραποδοκαπήλων ἐπευωνιζόμενοι mancipia sunt a mangonibus parvo tradita; et p. 774. E. ἀνδράποδα πρὸς τὰς τῶν σωμάτων εὐεξίας καὶ εὐμορφίας, ἢ τούναντίον προεπευωνίζονται. Tum porro attribuitur illis, qui res sub hasta, vel publico praeconio venum propositas minimo addicunt. *Dion. Cass.* p. 335. C. τῶν δὲ δὴ λογιμωτέρων τοὺς μὲν τοῖς κτήμασι τοῖς τῶν ἀπολλυμένων ἐδελέαζον (triumviri) τὰ μὲν ἐπευωνίζοντες, τὰ δὲ καὶ προῖκα ὀφίσι χαριζόμενοι. recte *Basil.* Hom. II. in Ps. XIV. p. 160. A. ubi sermo de hominibus est foenore obrutis, quo se, nisi bonis distractis, expedire nequeant: τί οὖν ὅτι μικρὸν ὕστερον ἄλλος αὐτὰ προκομίσει καὶ ἀποκηρύξει τὰ σὰ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς σοῖς ἐπευωνίζων αὐτὰ διαθήσεται· similiter de foeneratore *Plutarch.* T. II. p. 828. E. δανείστην, κἂν πωλῇς, ἐπευωνίζοντα. *Xylandrum* non probo: *si quid vendis, pretium diminuit.* Graviter autem *Demosth.* adv. Aristocr. p. 758. turpem perditissimorum rhetorum avaritiam incusat, οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίηνται τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδίας, ὥστε τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπευωνίζοντες, καὶ πολλοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων (ut sententiae consulatur scribendum censeo, ἀντὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν λ.) γράφοντες πᾶν ὅ, τι ἂν βούλωνται, quorum opera honores et munera, quibus Athenienses bene de republica meritos ornabant, tantum eviluerant, ut quibusvis nunc hominibus promiscue sordido velut praeconio addicerentur. Locum Oratoris principis, ut optimos quosque solet, imitatus est *Philo Jud.* de Gigant. p. 289. D. Πῶς γὰρ οὐκ ἐναργῆ καὶ πρόδηλα τὰ ὀνείδη τῶν λεγόντων μὲν εἶναι σοφῶν, πωλούντων δὲ τὴν σοφίαν καὶ ἐπευωνιζόντων, ὥσπερ φασὶ τοὺς ἐν ἀγορᾷ τὰ ὤνια προκηρύττοντας, τότε μὲν μικροῦ λήμματος etc. In promtu mihi longe plura sunt hujus verbi exempla: quorum partem non ideo tantum, quod in Lexicis frustra quaerantur, duxi notandam, verum etiam, ut simul monerem, quanquam ἐπευωνίζειν saepenumero fuerit oblatum, nusquam tamen ἀπευωνίζειν, quod in *Luciano* legitur, me reperisse: neque omnino aliunde, quam ex hoc solo loco, *Stephanus* protulit: quae caussa mihi videtur satis gravis, cur pro ge-

nuino non agnoscam, donec certioribus argumentis adprobetur. Interea restitutum nostro scriptori velim, ἐπευωνίζειν τὴν δ. potentiam divitum atque opes, quae jam per pauperiorum adulationes atque admirationem maximi aestimentur, contemtu ac fastidio ad pretium deducere vilissimum. Hemst. Talibus qui possit resistere? *Langius* adsentitur egregio viro. Et *Schneiderus* vocem ἀπευωνίζειν recepit quidem in Lexicon suum, sed ignominia notatam. Lehm.

Ibid. Ἐπιτειχίσαντα) Hanc vocem interpretatur *Ulpian.* Demosthenis *Schol.* ad Phil. 1. dixi ad illud *Petronii, parieti interjecto.* Bourd. Lege ἐ—ς, quo facto limpidior sententia evadet. Solan. Ἐπιτειχίζειν et ἐπιτείχισμα, nisi quod ex compositione potestas intendatur, nonnunquam idem atque τειχίζειν et τείχισμα· ut quando philosophiam Alcidamas vocavit ἐπιτείχισμα τῶν νόμων, teste *Aristotele* Rhet. III. p. 124. poëticam *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. §. 298. ἐπιτείχισμα ἀνθρωπίνων παθῶν, propugnaculum ac munimentum, quod animi humani motus tueatur ac confirmet. At longe aliud est, si mutata structura dicant ἐπιτείχισμα τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι, vel κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, quorum illud apud veteres, hoc recentioribus est usitatius, munimentum ad coërcendos animi adfectus et domandos comparatum. Hanc vim in ἐπιτειχίζειν posuerunt: frequens est ἐπιτειχίζειν Ἀθηναῖς vel τοῖς Ἀθηναίοις Δεκέλειαν, et notum e *Thucydide* VI, 93. VII, 18. vide *Lucian.* Amor. c. 24. unde figuram elegantem traxit *Synes.* Ep. 79. p. 225. D. imperitissime quidem a *Petavio* versam, sed *Scholiastae* veteris ope melius in Notis explicatam. *Strab.* V. p. 328. A. *Arrian.* Exp. Al. IV. c. 27. et alibi saepius in utroque. Hinc ἐπιτείχισμα castellum vel munimentum prope aliam urbem exstructum, ut eam inclusam obsideas, vicinosque agros quotidianis excursionibus depopuleris: quam virtutem satis explanarunt *Schol. Thucyd.* ad I, 122. ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ, et 142. *Harpocr.* et *Suid.* in v. *Ulpian.* ad *Demosth.* Phil. I. p. 48. B. ubi legendum censeo ἐπιτειχίσματα τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, et Access. e *Lutec. Cod.* p. 1161. 1167. locus, quem proferunt e *Demosthenis* Orat. pro Ctesiphonte, exstat p. 486. F. Philippus Euboea expulsus ἕτερον κατὰ τῆς πόλεως ἐπιτειχισμὸν ἐζήτει· (quomodo *Philoni* p. 1114. C. ἐπιτειχισμὸς δὲ κατὰ τῆς ψυχῆς βαρὺς οὗτός ἐστι·) et p. 488. F. ὁ τὴν Εὔβοιαν etc. κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 16. φρούριον καὶ ἐπιτείχισμα κατὰ τῶν Ὀμβρίκων· quam structurae formam hic quidem saepissime sequitur. Hinc facile est antiqui scriptoris locum, qui tam salebrosus *Kustero* fuit visus, ut versionem omiserit,

emendare apud *Suid.* in *Κατακωχή· Ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς κατακωχὴν τῆς χώρας*, non *τῆς ὥρας*, quod editur. Is in hoc verbo multiplicis et concinnae translationis est fons: *Demosth.* Phil. IV. p. 97. B. *τυραννίδα ἁπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ·* placuit inprimis *Philoni Jud.* de Pr. et Poen. p. 919. D. *τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον μέρος ἐπιτετειχικὼς τῷ λογικῷ.* p. 921. A. 1049. C. et variata structura, *ἐπιτειχίσαντες τὰς ψευδεῖς δόξας κατὰ τῆς ἀληθείας* p. 814. C. 945. E. ut alia multa praetermittam, in quorum versione saepenumero est peccatum. *Sext. Empir.* V. §. 2. *ἐπηρεάζοντες τῷ βίῳ, μεγάλην δ' ἡμῖν ἐπιτειχίζοντες δεισιδαιμονίαν·* sensum evertit interpres, *et in nobis magnam struentes superstitionem.* His in exemplis rebus aptatur: non minus eleganter personis adjungi solet. Apud *Philostr.* in Her. p. 710. Ulysses a Palamede superatus *ἐπετείχιζεν αὐτῷ τὸν Ἀγαμέμνονα.* Brutus Antonio parcens *αἰτίαν ἔσχεν ἐπιτειχίσαι τῇ συνωμοσίᾳ βαρὺν καὶ δύσμαχον πολέμιον· Plutarch.* in Brut. imitatur *Isidor. Pelus.* II. Ep. 146. *Joh. Chrysost.* ed. Par. T. VII. p. 423. D. *τὰς πορνευομένας γυναῖκας ταῖς σωφρονούσαις ἐπιτειχίσωσιν·* et p. 500. D. quae utraque pessime vertuntur: paullo quidem aptius T. I. p. 241. B. *δεῖ τῇ τῶν οἰκετῶν κακουργίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιτειχίζεσθαι τῆς παρθένου*, sed ita tamen, ut vim locutionis minime perspectam fuisse pateat: verum in Antistite disertissimo saepius ad hoc verbum offenderunt. *A. Dounaei* nota ed. Eton. T. VIII. p. 237. et correctione prava et errore non uno laborat; cujus generis plura cumulare non lubet. Ex dictis autem tum vocabuli virtutem, tum in *Luciano* formulae venustae potestatem abunde constare arbitror. Nonnulla dedit *Budaeus* C. L. G. p. 559. Hemst. Cod. 2954. habet *ἐπιτειχίσαντες*, et Aug. *ἐπιτειχίσαντας*. Satis jam auctoritatis ad probandam *Solani* conjecturam, quae vel in se ipsa magnam habet probabilitatem, quum Plurali opus sit ob Subjectum *τοὺς κόλακας*, et praecedens, et sequens. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἰδιώτας*) Ed. J. *ἀγραμμάτους*, quod minime spernendum, quamvis glossema sapiat. Solan. Ergo tamen spernendum, quamquam etiam in A. 2. reperitur. Lehm.

Ead. l. 7. *Τῶν φιλοσοφεῖν προσπ.*) Omissum *τινὰς*, quod Atticis et *Platoni* frequens. *Diogen. L.* II, 133. *Luc.* A. A. XXI, 16. vide *Is. Casaubon.* ad A. A. VI, 7. quamquam is locus, meo judicio, non indiget hoc subsidio. Cum horum autem hominum, qui titulo tenus erant philosophi, descriptione compara *Dion. Chrysost.* Or. LXXVIII. p. 660. *καί τοι εἴ ποτε βούλοντο τῶν μαπαρίων τινὲς θεραπεύεσθαι πρὸς ἀνθρώ-*

πων ἐλευθέρων εἶναι φασκόντων, καὶ τοὺς καλουμένους φιλοσόφους ἐπὶ θύραις αὐτῶν ὁρᾶσθαι ταπεινούς· multi beatiorum igitur honori sibi duxerunt, si philosophos in comitatu haberent adsectatores; mox: *ὅταν ἴδῃ τις τῶν φιλοσόφων τινὰ καλουμένων περὶ τὰς αὐλὰς καὶ πρόθυρα σαίνοντα καὶ ταπεινόν.* *Aristid.* Plat. III. p. 511. 512. *τοὺς δὲ τῶν πλουσίων ὀψοποιοὺς καὶ σιτοποιοὺς καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις τάξεσι πόῤῥωθεν εὐθὺς ἀσπάζονται πρὶν εὖ καὶ καλῶς ὀφθῆναι, ὥσπερ τούτου χάριν ἐξ εὐνῆς ἀναστάντες· κἂν τοῖς προθύροις κυλινδοῦνται πλείω τοῖς θυρωροῖς συνόντες ἢ τοῖς δεσπόταις·* denique, ut omnem in eos bilem effundat, *τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ δυσσεβέσι παραπλήσιοι τοὺς τρόπους·* quibus Christianos designari minime dubito. Haec belle conveniunt ad *Luciani τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολογυύμενον·* *vocatores* significat aut *nomenclatores*, de quibus egregie *Vales.* ad *Amm. Marcellin.* XIV. c. 6. p. 28. Hemst.

Ead. l. 11. *Τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ*) *Eorum aliquem, qui magistratum gerunt.* Brod.

Ead. l. 13. *Ἀπὸ τοῦ σχήματος*) *E pallio*, quod philosophiae professorem sectatoremque decet. Brod. Pallium intelligit, quod philosophi ne Romae quidem deponebant, ut inter togatos insigniores essent. V. de Merc. Cond. cap. 24. Solan.

Ibid. Καὶ ὃ μάλιστα) Verba non satis cohaerent, nisi reponas, *καίτοι μάλιστα ἀγ.* vel potius mutata vocalium sede, *ὃ καὶ μάλιστα ἀγ.* ut §. 31. Hemst. *Καὶ* copulat superiora: *πῶς γὰρ οἴει* etc. cum iis, quae jam adnectuntur, et *ὃ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι* etc. elliptice intellige, subaudito *ἐστὶν* sic: *et, quod maxime me pungit, illud est, quod* etc. ut infra c. 31. praeterquam quod copula ibi deest et c. 30. *ἃ δὲ καὶ μεταξὺ — ὅτι* etc. Similiter Diall. Deor. XXIV, 1. *τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι* etc. Diall. Mortt. XXIV, 1. *τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι* etc. et sic saepius apud *Nostrum.* Cf. etiam *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 741. Lelm.

Ead. l. 14. *Τὴν σκευὴν*) *Philosophi pallium.* Brod.

Ibid. Μεταλαμβάνωσι) *Μεταλαμβάνουσι.* Marcil. Hanc lectionem, ut meliorem vulgata *μεταλαμβάνωσι*, ex Scholiastae et Coll. auctoritate restituimus, uti ante me volebant *Marcilius* et *Vorstius.* Solan.

Ead. l. 15. *Τοῦ δράματος*) Fabulae, quam ante retulit, statimque declarat. Brod.

Pag. 45. l. 1. *Τίνι*) Repetendum est *τίνι*, vel, si quis illud, me probante, malit, *τίσι* a *τί* aut *τίνα*, secus atque interpretes fecerunt: *cum quibus rebus, quae ab adulatori-*

bus ac parasitis committuntur, comparabimus? Hemst. Codd. Aug. et Par. 2954. praebent genuinam lectionem, a *Schmiedero* quoque receptam: *τίνι τῶν καλῶν εἰκάσομεν;* Est formula solennis, cum aliqua ironia mixta, qua dicere volebant, ex omnibus rebus honestis nihil esse, quod cum hac re possit comparari, i. e. esse hanc rem omnium turpissimam. Quom. hist. conscr. c. 24. *τίνι τῶν καλῶν ἔοικεν;* Lehm.

Ead. l. 2. *Οὐκ ἐμφοροῦνται*) Repetit hanc philosophorum *ἀπειροκαλίαν* Vitar. auct. Pisc. Lapith. et passim. Bourd.

Ead. l. 4. *Πλείω δ' ἀποφέρειν*) Quae enim supererant e coena, domum portabant convivae, ut alias docui. Brod. Hunc morem et alibi tangit *Noster.* Vid. Tim. c. 32. Solan.

Ead. l. 6. *Τῶν ἐπὶ μισθῷ*) De quibus tractatum edidit, qui de Mercede conductis. Bourd.

Ead. l. 7. *Τὴν ἀρετὴν ὤνιον*) In hos aretalogos plenae satyricorum paginae, pleni philosophorum, *οἱ ἀληθεῖς*, libri. Bourd.

Ibid. *Ἐξ ἀγορᾶς*) Junge hoc ordine, *προτ. τὴν ἀρ. ὧν. ὥςπερ ἐξ ἀγορᾶς.* Formula consueta: adv. Indoct. §. 4. *εἰ ὥςπερ ἐξ ἀγορᾶς ἦν πριάσθαι.* et Revivisc. §. 4. *ὥςπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας·* sic *ἄρτος ἐξ ἀγορᾶς*, qui vilior et in communem usum coctus in foro venum exponebatur: is omnium optimus Athenis, sed eo tamen, quem puriorem domi ditiores confici curabant, semper deterior: haec istum, quem movit ad *Alciphronem Berglerus* p. 83. scrupulum levant: *τὰ ἐξ ἀγορᾶς ἐμποληθέντα κρεάδια Aelian.* de Anim. II, 47. Scribi quoque poterat *ἐπ' ἀγορᾶς·* hoc enim non minus usitatum. *Liban.* Decl. XI. p. 381. A. *καὶ εἴ τι πολὺ χαρίεν ἦν τῶν ἐδωδίμων ἐπ' ἀγορᾶς.* nam paullo ante alio sensu, *οὐ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ἤμην, non unus eram forensium rabularum. Philostr.* de V. S. II. p. 603. *τῆς οἰκίας διακηρυττομένης ἐπ' ἀγορᾶς·* prorsus ad *Lucianum Philo Jud.* de V. M. p. 685. A. *οὐχ ὅπερ μεθοδεύουσι οἱ λογοθῆραι καὶ σοφισταὶ πιπράσκοντες ὡς ἄλλο τι τῶν ὠνίων ἐπ' ἀγορᾶς δόγματα καὶ λόγους·* confer p. 289. D. Ceterum quod istorum scholas *ἐργαστήρια* vocabat, et *καπηλεῖα* Nigrinus, a *Platone* sumtum, apud quem saepe Socrates *καπήλων* et *καπηλευόντων* nomine Sophistas infamat: vide *L. Bos* in Ep. II. ad Corinth. II, 17. *Nicolaus Damascenus οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν*, ut testatur ipse in *Exc. Vales.* p. 417. *Κάπηλον* etiam, quanquam ratione paullum diversa, *Lysias* apud *Athen.* XIII. p. 612. D. Aeschinem adpellat Socraticum: *αἱ ὑπόλοιποι τῶν ἑρώνων φοραὶ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ σκήλην*

διαφθείρονται· ut περὶ ἕρμα περιῤῥαγῆναι apud *Dion. Cass.* LII. p. 475. A. aliud agebat vir summus, cum sententiam exponeret, *universa illa pecunia, quanta quanta est, apud proximum cauponem perit: κάπηλος* iste, et illa στήλη impactam navim diffringens ipse est Aeschines, quod alio loco clarius ostendam. Proferunt autem, et pluribus illustrant hunc scriptoris nostri locum *P. Faber* ad Tit. I. de Just. et Jur. p. 154. *D. Herald.* de Rer. Jud. Auct. II. c. 12. §. 12. HEMST.

Ibid. Ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα) Primam vocem *Benedictus* reddidit *tabernas, Micyllus ergastula. Ludov. Cresollius* libro V. theat. rhet. c. 3. amplius et propius *meritorias officinas.* Nam talem aliquam supponere debemus, ut p. 153. GRON.

Ead. l. 10. Ἀμέλει καὶ πράττων etc.) Redit ad Nigrinum, quem ut veri philosophi exemplum proponit, et ut ante illius orationem, sic et hic doctrinam ejus et vitam commendat. COGN.

Ead. l. 13. Λέων) Edd. omnes praeter *J.* δέον· mendose. In L. etiam recte δέων. SOLAN.

Ead. l. 15. Οὐ πόῤῥω τῆς π.) Suburbana praedia maximi erant pretii et usus, quod fessis rerum urbanarum facile illuc excurrere liceret, atque illinc iterum in urbem redire. Fingit ergo *Lucianus*, ut magis extollat virtutem Nigrini, neglectum ab eo praedium non quodvis, sed suburbanum. CLER.

Ibid. Οὐδ' ἐπιβῆν) Legendum ἐπιβῆναι et διειληφώς. BROD. Scilicet in A. 2. est ἐπιβῆνε et διειληφός. LEHM.

Ead. l. 16. Τὴν ἀρχὴν) Scopulus interpretum, quem, qui monuerant ipsi, saepius vitare non potuerunt. Vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III, 14. n. 4. *L. Bos* Obss. Crit. p. 59. inprimis accuratissimum *Sylburgium* Praef. *Pausan.* p. 928. HEMST.

Ibid. Αὐτοῦ εἶναι) Sic apud *Euripid.* Phoen. 557. —

Οὗτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί.
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.

Grot. Flor. 381.

Non possidemus propria mortales bona,
Sed jus Deorum nostra dispensatio est.

Hor. L. II. Sat. 2.

Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius; sed cedet in usum
Nunc mihi, nunc alii. VORST.

Unde et II. Carm. Od. XIV, 24. eleganter admodum *brevem Dominum* vocat. SOLAN.

Pag. 46. l. 1. Τούτων μὲν φ. οὐδενὸς etc.) Aut similia prorsus cogitarunt, aut ex eodem fonte hauserunt *Horatius*

et *Lucianus*. Ita claudit *Venusinus* vates Sat. 2. libri II. ut nihil possit similius Lucianeis dici:

Nam propriae telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille;
Illum aut nequitias, aut vafri inscitia juris,
Postremo expellet certe vivacior heres.
Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius; sed cedit in usum
Nunc mihi, nunc alii: quocirca vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus. CLER.

Pag. 46. l. 2. *Νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ*) Sic in Timone, sive Misanthr. *μετοικισθῆναι δέῃ παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον.* et in Charonte, sive Contempl. (c. 20.) *τὴν οἰκίαν δὲ, καὶ τὸν ἀγρὸν, καὶ τὸ χρυσίον, ἀεὶ ἄλλων εἶναι, καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας*· haec apud *Lucianum* passim. *Lucianus* sive is sive alius poëta:

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην πότε, νῦν δὲ Μενίππου,
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με πότ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης. BOURD.

Ibid. *Τὴν χρῆσιν* etc.) Nostra sunt *usu*, non *mancupio*, ut loquebantur Jurisconsulti.

Vitaque mancupio nulli datur, omnibus usu. CLER.

Ead. l. 3. *Ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται*) Ea passim in *Luciano*, sed praecipue in Charont. sive Contempl. BOURD. Praeter locum a *Bourdelotio* collatum vid. c. 17. LEHM.

Ead. l. 4. *Παραλαβὼν ἄλλος*) *Cicer.* ad Attic. XII. Ep. 19. *In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate.* HEMST.

Ead. l. 5. *Παρέχει*) Nigrinus, ut ex orationis serie manifestum est: lapsi sunt interpretes, dum conjungunt, *ἐκεῖνα παρέχει*. HEMST.

Ead. l. 10. *Μήθ' ὑπερτίθεται*) Restituo *ὑπερτίθεσθαι* ac *προθεσμίαις*. BROD. Minime *προθεσμίαις*. Sed veterem fuisse lectionem *μήθ' ὑπερτίθεσθαι*, ostendit praecedens *μήτ'*, alias vitiosum. Nihilo magis existimo *Lucianum* tam jejune scribere potuisse, quum in hoc quidem loco prorsus nihil sit discriminis inter *ἀναβάλλεσθαι* et *ὑπερτίθεσθαι τὸ ἀγαθόν*, nisi ad argutias confugias. Fortassis e loco Abdic. c. 22. nescio quis glossema adscripsit *ὑπερτίθεσθαι*, quod deinde a librariis aliter ab aliis textui accommodatum et insertum est. Talem fere mutationem accidisse, luculentius etiam arguit illud *μήγ' ἀναβ.* in marg. A. 1. W. Unde confidenter corrigo *μηδ' ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν*, omissis, quaecunque interjecta fuerant. LEHM.

Ead. l. 13. *Ἀμέλλητον εἶναι*) Dignum philosopho praeceptum, quod et *Persius* tractavit V, 66. ubi a *Casaubono Luciani* locus hicce est adductus, nec non a *Gatakero* ad *Marc. Antonin.* II. §. 4. *Epictet.* Ench. c. 75. *ἂν ἀεὶ προθέσεις ἐκ προθέσεων ποιῇς*, vel, ut *Simplicius* ait p. 323. *προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προςέξεις σεαυτῷ·* hoc *Epicteto* dicitur *ἀναβάλλεσθαι τὴν προσοχήν*. Idem vitium in Christianis corrigendae vitae curam ad solemnia festa differentibus graviter increpant Patres, quorum loca nihil attinet adscribere. Hoc est *ψυχῆς κάθαρσιν ταμιεύεσθαι* scriptoris incerti apud *Suid.* in *Ταμιεύω*, *animae purgandae, et recte vivendi*, ut ait *Horat.* I. Ep. II, 41. *horam prorogare.* Atque ita fere contingit, ut, qui ad constitutum vitae deterioris emendationem rejiciunt, vitiis suis blandientes nunquam ad meliorem frugem veniant. Elegantissime *Manilius*, etsi in re non prorsus eadem IV, 5. — *dum quaerimus, aevum*
Perdimus, et nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper, nec vivimus unquam.
HEMST.

Pag. 47. l. 2. *Τοῦτο μὲν δεῖν*) Exponere licet *διὰ τοῦτο*, eam ob rem, ut dolores et incommoda tolerare discant: quomodo §. 37. *τοῦτό τοι·* sed tum oratio est paullulum impeditior, et habet nescio quid inconcinni, tum *τοῦτο μὲν* ita solet poni plerumque, ut *τοῦτο δὲ* vel semel vel saepius etiam sequatur: exemplum mox ipse *Lucianus* praebet, *Demosth. Ερωτ.* p. 253. A. B. *Dion Prus.* p. 214. A. quare parum abest, quin scribendum putem, *καταγυμνάσωσιν, οὗτοι μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες*. Philosophi vero ac Sophistae verberibus discipulos ac flagellis castigabant: *Xenoph.* Memor. I. p. 415. v. 44. *οἶδα δὲ κἀκεῖνο σωφρονοῦντε ἔστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβούμενω μὴ ζημιοῖντο ἢ παλοιντο ὑπὸ Σωκράτους·* eoque pertinet, quod in *Aristoph.* Nub. v. 440. Strepsiades Socratis adscriptus contubernio *τὸ σῶμα παρέχει τύπτειν, πεινῆν, διψῆν, Αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δερεῖν*. *Libanius* etiam Or. *περὶ τοῦ Τάπ.* p. 577. C. *ἐγὼ γάρ τοι τὸ μὲν διὰ πληγῶν καὶ μαστίγων πειρᾶσθαι νουθετεῖν ἔφυγον*. et *περὶ Συνθηκῶν* p. 613. C. Verum praeterea haec flagrorum aliorumque cruciatuum tormenta, praesertim apud philosophos, genuinis auditoribus fuerunt injuncta, quo durato per haec supplicia corpore ad *τὴν καρτερίαν* firmarentur, atque insitae libidinis intemperantiam exstirparent: sane Pythagoras *βασάνους τε ποικιλωτάτας καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ σιδήρῳ συντελουμένας διαθεσμοθετῆσαι* dicitur a *Jamblicho* S. 68. Xenocratem laudat *Diogen. L.* IV, 7. *οὕτως*

εἶναι ἐγκρατῆ, ὥστε καὶ τομὰς καὶ καύσεις πολλάκις ὑπομεῖναι περὶ τὸ αἰδοῖον. Mos, ut videtur, a mysteriorum ritu deductus, quibus initiari neminem fas erat, nisi probata per multos ἀναγκῶν, βασάνων et καύσεων, sic vocant, gradus animi constantia experimentum sui certum dedisset. Meminit etiam *Arrian.* in Epict. istius philosophicae probationis. *Superianus*, ut inertiam ac tarditatem ingenii excitaret, flagra sibimet ipse admovere non dubitavit, teste *Damascio* apud *Suid.* in Σουπηριανός. Christiani ascetae, postquam vestitum philosophorum veterum adsciverant, haec quoque, quae *Lucianus* merito deridet, praepostera formandae pietatis instrumenta non spreverunt: quo de genere non pauca reperies in Vitis Patrum et *Cassiani* Institutionibus. Multa notant, sed admodum perturbate, *Cresoll.* Th. Rhet. V. c. 6. 7. *Boilav.* Hist. Flag. c. IV. p. 78. quorum errores persequi non juvat: neuter hunc ipsum *Luciani* locum praetermisit. Hemst. Τοῦτο μὲν — ἄλλοι δὲ est formulae notissimae τοῦτο μὲν — τόῦτο δὲ variatio, facile tum ferenda, tum expedienda; quam paene miror tantas et offensiones, et turbas, movisse. In cod. Aug. legitur τοῦτο μὲν οὐ δεῖν· in Par. 2954. τοῦτο μὲν οὖν δεῖν, quod *Belinus* probavit, quamquam manifesto emendatio qualiscunque est vitiosae vocis οὐ. Jam quod ad tentamina Virorum Doctorum attinet, si aliter τοῦτο capi non posset, quam διὰ τοῦτο, probabilissimae cuique conjecturae lubens subscriberem, quum sic oratio sane paullulum impeditior foret et inconcinnitate quadam laboraret. Atqui nec *Hemsterhusii* ratio admodum probabilis est, pro τοῦτο μὲν legendum putantis οὗτοι μὲν, quoniam sic displicent non parum οὗτοι μὲν et οἱ πολλοὶ in eadem enuntiatione. Nec probabilius est, quod *Jacobsius* vult in Animadvv. ad Eurip. p. 8. et iterum in *Porsoni* Adverss. τότε μὲν — ἄλλοτε δέ. Nam non distinguuntur h. l. varia tempora, quibus varia tormentorum genera adhibeantur, sed variae philosophorum familiae, quarum sectatores variis doctorum institutis peculiaribus obnoxii sint. Unde, siquidem corrigendum esset, mallem equidem τούτων μὲν — ἄλλοι δέ. At minime corrigendum. Est manca antithesis, cujus generis multa sunt apud eos scriptores, qui familiarem sermonem prae se ferunt, exempla, quam hunc in modum, si necesse sit, ex mente *Luciani* complebis; τοῦτο μὲν, *ex altera quidem parte*, οἱ πολλοὶ etc. τοῦτο δὲ, *ex altera vero parte*, ἄλλοι etc. Sic vero nemo, nisi putidus scriptor, verba posuerit, omnium minime noster. Jam verte quam maxime ad verbum: Damnavit autem eos philosophos, qui — — *maximam partem* (τοῦτο μὲν οἱ πολλοὶ) *vincire suos*

jubentes, partim etiam flagellantes. De hujus generis licentia scriptorum, a severis Grammaticorum praeceptis nonnihil recedente vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 701. sq. LEHM.

Ibid. Δεῖν) Venit hic in mentem, quod de fibulis alicubi legere me memini: an eo tamen respiciat, pro certo adfirmare non ausim. SOLAN.

Ead. l. 8. *Παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων*) Talis est *βδελυρὸς* ille apud *Theophr.* Charact. *περὶ βδελυρίας*, qui solet *τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν.* BOURD.

Ead. l. 9. *Ἐπιταθέντας*) Castiga *ἐπιταχθέντας.* BROD. Non opus est castigatione. Imo proprium est in hac re *ἐπιτεθῆναι.* LEHM.

Ead. l. 11. *Ἀμεταστρεπτὶ*) Sic *Horatius: Oculo* irretorto *Spectat acervos.* SOLAN.

Ead. l. 14. *Καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν*) Haec *παραγκωνίσματα* tangit de Merced. cond. et multis aliis locis, in quibus hac de re proverbium explicamus. BOURD.

Ead. l. 15. *Τὸν ἱππόδρομον*) Hanc *ἱπποµανίαν* multis verbis describit auctor de caussis corruptae eloquentiae. *Juvenal. Achill. Tat.* lib. 2. Tangit *Longus* lib. 3. *Liban.* paras. omnes passim. BOURD.

Ead. l. 16. *Τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας*) Putavi aliquando, hunc locum debere aliter legi. Reponebam scilicet *τοὺς τῶν ἡνιόχων ἀγῶνας.* Nam et mihi haec lectio magis convenire videbatur antecedentibus, ubi ait *ταραχὰς διεξῆει*, et ne dissimulem, vix ab ea sententia discedo. Notum est, quantas turbas olim fecerint agitatorum certamina, quantas seditiones excitarint, adeo ut saepe milite opus fuerit, ut sedarentur rixae et tumultus, quos aurigarum factiones et faventium cunei excitabant. Ideo nihil fuit Romae magis celebre, nihil in circulis, hominum sermonibus, magis agitatum, quam Circensium eventus, et Prasinorum, Venetorum, Russatorum, et aliorum victoriae vel infortunia. Non possum tamen damnare lectionem vulgatam. Nam *Martialis* lib. V. epigr. 96. ubi de Scorpi nobilissimi agitatoris imaginibus loquitur, sic ait:

Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo
Spargere, et effuso permaduisse croco?
Quam non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubique micet?

Et *Capitolinus* in Vero testatur, equo Circensi, cui nomen erat *Volucris*, ab Aelio Vero Imperatore factum aureum simulacrum. Itaque non mirum, si agitatoribus quoque nobilibus id honoris genus impertiebatur. Fuisse autem in Circo

posita ea simulacra, ex hoc loco conjicere licet, et rationi consentaneum videtur. PALMER.

Ibid. *Εἰκόνας*) Vide Inscriptt. *Sponii.* SOLAN.

Ibid. *Τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα*) De quibus quam cupide sermones habuerint, egregius ostendit *Joh. Chrysostomi* locus T. V. ed. Et. p. 315. *καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς τῶν ἵππων ἀμίλλης ἐπτοημένοι καὶ ὀνόματα καὶ ἀγέλην καὶ γένος καὶ πατρίδα καὶ ἀνατροφὴν τῶν ἵππων ἔχουσιν εἰπεῖν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ ἔνη ζωῆς καὶ ἐνεργείας δρόμων.* Equi praestantiores suis nominibus insigniti jam inde ab heroicis temporibus; neque per curiosam veterum diligentiam nos fugit, quemadmodum primi Hippodamiae proci Marmacis equae fuerint adpellatae: vid. *Pausan.* VI. p. 507. Plura dabunt *Lindenbrog.* ad *Amm. Marcellin.* p. 385. *J. Gothofred.* ad *Cod. Theodos.* XV. Tit. X. *J. A. Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 19. Equus Hadriani Borysthenes est apud *Dion. Cass.* p. 792. D. et in *Epigr. Pith.* p. 121. Phosphorus *Ausonii* Epit. 35. HEMST.

Pag. 48. l. 3. *Ἐπελήπτατ*) Haec ultima verba male vertit *Micyllus.* Vertendum erat: *multos, qui graves esse videntur, occupavit.* PALM. Male *Micyllus: Jam et multos eorum, qui pro studiosis ac gravibus habentur, reprehendebat.* — pari lapsu *Benedictus: Quin etiam multos, qui pro gravibus haberi volunt, reprehendebat.* Nam et versio *Lucianum* non adsequitur, et male periodum hanc majore distinctione ab praecedente separant. Sed nec bene *Palmerius: multos, qui graves esse videntur, occupavit.* At mens *Luciani* est: *Multus enim profecto est in equis furor, et multos, qui graves videbantur esse, redarguit;* eos cum graves videri vellent, probavit vanos, et cum deberent contemtores horum esse, in iisdem nugis insanire ostendit. Quia autem in praecedentibus ait *Lucianus* de equorum nominibus, non potui, quin ad ejus illustrationem hic adponerem inscriptionem, quam ex schedis Peirescianis depromtam publicavit excellens antiquitatis vindex *Jac. Sponius*, cum ad auctores interpretandos haec vetustatis imago vivam fere vim adferat. Ea sic habet:

. . II PRAEMISIT ET C. T.
OCCUPAVIT ET CIT. CCCV
INTROIUGIS VICIT

SANIPPO CINIS.	X	HILARO AF.	I
AEGYPTO PE.	I	MACUL. AF.	I
PEGASO AF.	I	AQUILIN. AF.	I
EUTONO AF.	I	PEGASO AF.	I
ADVOLA. AF.	I	COTYNO AF.	I
DROMO HISP.	I	SICA AF.	I

PASSER AF.	I	CIRPATO AF.	I
LUPO AF.	I	MELISS. AF.	I
SILVANO AF.	I	DELICAT. MAV.	I
LUCIN AF.	I	PARATO AF.	I
EUTONO AF.	IV	BALLIST. AF.	VIII
PYRAL. AF. SE.	IV	ANDREM AF.	VIII
PARDO AF.	IV	SPICULO GAL.	VIIII
ROMULO LAC.	V	ROMULO AF.	VIIII
RAPACE AF.	V	LUPO AF.	VIIII
BAETIC. AF.	VI	PALUMB. AF.	VIIII
CAMM. AF.	VI	ROMULO AF.	VIIII
DAEDAL. AF.	VI	GLAPHYRO SPH.	VIIII
GAETUL. AF.	VI	BALIST. XIII.	III
ALCIMO	VI	MEMNO LAC.	XI
HILARO HIS.	I	BARB. AF.	I
SMARAGD. AF.	I	CALLID. CYR.	I
DRAUCO AF.	I	THELO AF.	I
ARANIO AF.	I	ARIONE AF.	I
EXACT. MAV.	I	HELIO AF.	I
PISTO CIR.	I	HIRBINO HEV.	II
PUGIO AF.	I	PALMAT. AF.	II
ANDRE. AF.	I	PASSER. TH.	II
ROMAN. GAL.	I	CATTA. AF.	II
CANDID. AF.	I	PUGIO AF.	II
ABASC. THE.	XX	EXCELL.	
ARCAD. AET.	XVI	ARACIN.	
LUPO HISP.	XXII	CALLID.	
SAGIT. AF.	XI XIIX	AQUILA.	
AIACE AF.	XXX XXII	PECUL.	
AETHER. AF.	XXX XXX	. . . .	
INGEN. ING.	XXIIX	HILAR.	
ARGO APH.	XXX		
VICTORE. AF.	XXXII. XL		
INNOCE. AF.	XXVIII		

PALMAS SIBI COMPLEVIT
C CALLID. AF. BALLIST. AF. LXX
QUOS EQUOS C.

GRONOV.

Vere adseruit *Palmerius* hujus vocabuli sensum. Metaphora est a morbis aliisve irruentibus malis ducta. Sic Somn. s. Gall. c. 23. ἦν ποτε κοῦφος πυρετὸς ἐπιλάβηται. et Conv. s. Lapith. c. 47. quo fere sensu etiam inferius usurpat καταλαμβάνομαι· συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος. c. 21. V. etiam de hac ipsa re, Diall. Marr. IX. *Tacit.* An. XIII, 25. Consule etiam,

si lubet, Scyth. cap. 5. et Deor. Diall. XVII. Solan.

Ead. l. 5. *Μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες*) Hic cogor instituti mei brevitati fraudem facere, quod locum obscurum, ut multi, ita ego judicem. *B. Brisson.* vir clariss. longe hoc de loco disserit, et postea vir doctissimus *Guther.* lib. de Jure manium. Horum interpretationem aequissimo Lectori relinquo. Ait Nigrinus, *ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας.* *Jacob. Micyll.* interpres, *quod unam hanc vocem Romanorum pueri per omnem aetatem veram emittant, eam intelligens, quae in testamentis usurpatur, qua petunt, ne a sua veritate depellantur.* Quibus verbis, ut equidem sentio, vult interpres *Lucianum* intelligi de libris exheredatis, variis modis patris testamentum infirmare nitentibus, et petentibus, ut patrem liceat arguere dementiae, prodigalitatis, et luxuriae. Quam licentiam non solum in exheredatis, sed in omnibus olim Solon, eumque secuti, legibus suis inhibuerant; scilicet *τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν.* Hanc interpretis mentem esse, facile quivis judicaverit. Aliud tamen fortean voluit *ἁλισμὸς* Nigrini, et *Ῥωμαίων παῖδας* accipi de ipsis Romanis. Ingemiscunt Romani, quod se sentiunt prohibitos veritate sua et voce libera frui, scilicet prohibitos legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis testamenti quicquam elogii alterius famam laederet, nisi suorum, quos exheredare leges permittebant cum elogio. Solebant autem Graeci Romanique *κακοήθεις*, vitam et mores eorum, cum quibus graviora odia et simultates habuerant, testamento lacessere, et hac licentia nullius existimationi et famae parcere. et ita in Codicillis *Petronii flagitia principis sub nominibus exoletorum, feminarumque, et novitate cujusque stupri praescripta et obsignata missa* Neroni apud *Tacit.* Annal. 16. hanc tamen antea testamentorum licentiam senatus saepe in Principum gratiam inhibuerat. *Sueton.* Aug. c. 50. *Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne senatus quicquam constitueret, intercessit.* Hujus loci cum mentem quaererem, consului *Isaaci Casaub.* Animadversiones, in quibus hunc *Luciani* locum acceptum, ut nos interpretamur, deprehendi, quod gaudeo. Bourd.

Ead. l. 6. *Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι* etc.) *Ne e veris suis sermonibus quidpiam incommodi capiant:* nam *veritas*, juxta *Terentium, odium parit.* Brod. Sensum hujus loci, quem interpres adsecutus non est, explicat *Brissonius* form. l. VII. mox ab initio. Vorst. Non melius profecto hunc locum intellexit *Bourdelotius*, quam *Micyllus*, quem deserit ac refutat. Quid enim? an hic dicitur ingemiscere Romanos, quod se senti-

unt prohibitos veritate sua et voce libera frui: eaque prohibitio in eo consistit, quod prohibiti sint legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis testamenti quicquam elogii famam alterius laederet, nisi suorum, quos exheredare leges permittebant cum elogio? Quae species prohibitionis in Graecis, nedum talis? imo quae fortasse nunquam contigit? Nam quod de consensu *Is. Casauboni* jacit, vereor, ne aliter omnibus videatur, qui modo inspexerint lucubrationes magni ejus viri. Sed neque *Benedictus* bene, *ne ex sua veritate damnum capiant.* Plane enim *Lucianus* vult contrarium, nempe Romanos tota vita cum simulate egerint, veram unam vocem edere in testamentis, ne ex hac sua veritate voluptatem capiant: hoc est, ne post eam veritatis vel mentis suae verissimam professionem patefactam (quod fit aperiendo testamento, neque id contingit, nisi post mortem testatoris, ut non videat, non sentiat, quid animi sit illis, quibus laqueum aut infamiam legavit) laetari possint eo facto, quod inimicum ulti sint ac laeserint malo voto, neque si ille propterea doleat, illi eum dolentem spectare possint. Haec simplex et ipsa *Luciani* sententia. Nam cur *ἀπολαύειν* sumunt in malam partem? Neque hinc abire libet, quin alium locum per eandem hanc jactationem ambiguum tangam, qui est in Timone §. 2. qui sic ad Jovem: *οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι, μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου·* ubi *Erasmus, verum hoc solum vulneris inferri posse judicent, ut fuligine compleantur. Tan. Faber, hocque unum ex vulnere malum sibi accidere existiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur.* Quam interpretationem est alius, qui praeter duas postremas voces repetit, et subtitulo observationis negat *τὸ τραῦμα* hoc loco convenire, cum fuliginis fiat mentio, unde etiam statim se legere ait *καύματος*, fulmenque et fulgur adurere et ustulare dici notat. Sed mirum, si vel sententiam vel elegantiam hujus loci ullo genere adsequatur. Cur enim et ille et priores *ἀπολαύειν* accipiunt in malum, et ad homines fulminatos adplicant, non in propriam notionem voluptariamque, ut passim solet, ac mox vidimus, et rursus in ipso hoc Timone, ubi pari modo *ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους*, atque ipsi Jovi attribunt, ut prorsus debebant? sic enim elegantissima ironia accipiendum: *hactenus autem* (vel *in hoc solo, ad hoc solum*) *existimant te frui vulnere,* (voluptatem capere ex jactu fulminis, quo stolide putas, o Jupiter, illis grave vulnus a te inferri) *ut operiantur fuligine,* videas modo eos nigredine obduci, quam tu male interpretaris vulnus, cum sit simplex

et ridicula fuligo, velut fulmine in carbones et fumum resoluto, cum ad homines deveniat. Qui perfectissimus sensus. GRONOV. Locus difficilis, sed minime corruptus. De testamentis sermo est, deque codicillorum Romae licentia; quae, aliis omnibus per dominationem suppressis, integra semper mansit. Cujus rei apud *Tacitum* aliosque luculenta exstant exempla. Sed unicum adferre sufficiat, Fulcinii Trionis, (Ann. VI, 38.) qui accusatus, et mori jam certus, *supremis tabulis multa et atrocia in Macronem ac praecipuos libertorum Caesaris composuit; ipsi* (Tiberio) *fluxam senio mentem, et continuo abscessu velut exsilium objectando. Quae ab heredibus occultata, recitari Tiberius jussit: patientiam libertatis alienae ostentans, et contemtor suae infamiae* etc. Nigrini ergo jam facile mentem perspicis, *omnia Romae praeter testamenta, adulatione aut metu falsa. Sueton.* etiam in Aug. 56. *Et tamen de inhibenda testamentorum licentia ne senatus quicquam constitueret, intercessit.* Vide etiam apud *Valerium Max.* quomodo illuserint ea aetate hominibus Romani, heredes se eos scripsisse per totam vitam professi; quos aut praeterierant, aut probris, ut ex *Tacito* abunde constat, lacessebant VII. extremo. Conf. *Guth.* de jure manium III, 27. De ἀπολαύω vide Diall. Merr. X. XXI. et Tim. 1. etc. SOLAN. In his verbis eorumque sensu difficultas haeret praecipua. Sed operae pretium erit, qua fortuna locus hic fuerit conflictatus, lectori breviter ob oculos poni. *Barn. Brissonius* de Form. lib. VII. postquam monuerat, accuratam fuisse veterum in testamentis scribendis diligentiam, testamenta specula esse morum cujusque, testaménta denique ex *Quinctiliani* Declam. 332. esse, quibus omnem adfectum fatemur, haec subjungit: *Quod et sensisse videtur Nigrinus apud Lucianum, cum ait,* Ὅτι μίαν φ. etc. *Quibus verbis, quorum sensum interpres adsecutus non est, hoc significabat, Romanos veras demum voces tum cum suprema sua ordinant mittere, nudaque eorum pectora in testamentis patere, nec, dum vivunt, sua ipsos veritate utifrui, sed ad alios ejus fructum pervenire.* Aliam omnino viam est ingressus *Jac. Gutherius* de jur. man. III. c. 27. is, prolatis et *Luciani* verbis et *Micylli* interpretatione, hunc in modum pergit: *Non praetermittam, quod hic dicitur, liberos a parentibus petere,* μὴ ἀπ. τῆς σφ. ἀλ. ne veritatis suae detrimentum patiantur. *Nam ἀπολαύειν in malam quoque partem usurpari, Grammatici docent. Vertit interpres Luciani,* ne a veritate sua depellantur, *quem auctoris sensum non adsecutum, Brissonius Praeses adserit.* Hoc enim significabat, *inquit,* Romanos veras demum voces etc. *Quae mihi a Luciani mente longe remotiora videntur, quam*

quae reddidit interpres. Ego quidem veritatis suae damnum capere, idem puto, ac bonis avitis, aut justa hereditate privari, quae lege obvenit, et jure quodam naturae liberis defertur. Tum probat, ἀληθὲς pro δικαίῳ, *verum* pro *justo* poni: quibus an quid excogitari potuisset absurdius, equidem nescio: sed *Gutherius* erroribus gravissimis obnoxius plerumque, et caute, si quisquam, legendus, nihil est caussae, cur nos magnopere moretur. Majorem utroque longe major lucem attulit *Is. Casaubonus*, ad *Suetonii* Aug. notans: *Romanorum mos fuit in testamentis increpare alios, maledicere aliis, et liberam de quibuscunque vellent vocem edere: ideo dicebat Nigrinus apud Lucianum, Μιαν φ.* etc. ex quibus, virum magnum illud ἀπολαύειν non aliter ac *Brodaeum* accepisse pro incommodum aut detrimentum pati, non obscure colligitur. Frustra consensum, ut recte notatum *Gronovio*, jactat *Bourdelotius*, qui nescio quam observationem ex lecto *Torrentii* ad eundem *Suetonii* locum commentario conflavit, quam vereor valde, ut ipse satis intellexerit. Tandem mirifica quaedam est oratio, quam *Gronovius* confixit. *Romani, tota vita cum simulate egerint, veram unam vocem edunt in testamentis, ne ex hac sua veritate voluptatem capiant, neve post eam veritatis vel mentis suae verissimam professionem laetari possint eo facto* etc. (post mortem opinor) qualem sententiam ab homine, qui, quid scribat, cogitet, nedum a *Luciano* potuisse proficisci, ego mihi non persuadeo. Ad me quod attinet, si vera est, quam cuncti Codd. tuentur, recepta lectio, τοὺς ἀμφὶ τὴν νεκυΐάν τε καὶ τὰς διαθήκας καλινδουμένους captatores intelligo tam graviter a *Luciano* praesertim exagitatos, quorum sane studium omne in funerum justis et testamentorum tabulis versabatur. De isto insidiatorum genere cum ageret Nigrinus, hoc quin adderet insuper, praeterire non potuit, unam Romanos tota vita veram vocem emittere, (tum nimirum, quando corvis hiantibus delusis pro hereditate sperata restim cum dignissimis elogiis relinquunt) quam non libere quidem et palam expromant, sed abditam ultimae voluntatis testimonio consignent: cur hoc autem? ne scilicet ex apertis animi veris sensibus, quos commodi caussa dissimulare cogebantur, magnum ad eos malum redundaret: nam heredipetae non omnes vilis quaedam hominum faex, sed potentiores quoque in principum aulis gratiosi, qui, si vera eorum, quorum bonis inhiabant, de se judicia scirent, pro blandissimis adsentatoribus inimicos se gererent infestos: erat igitur caussa satis justa, quare patefactionem arcani, si, dum in vivis erant, in publicum effluueret, damnosi, post mortem differendam putarent. Mo-

mentum aliquod accedit ab ipso κυλινδεῖσθαι, cujus usus fere frequentissimus in rebus inhonestis ac turpibus: exempla petere licet a *Budaeo* C. L. G. p. 828. *Berglero* ad *Alciphr.* p. 96. Hoc autem modo fieri plane non potest, quin ἀπολαύειν τῆς σφετέρας ἀληθείας in deteriorem partem sumatur. Verumtamen nexu orationis expenso inducor paene, ut in aliam plane sententiam discessionem faciam. Primum exigua mutatione scripturae vulgatae subveniendum putem: ἵνα μὴ ἀπολαύουσι τῆς σφετέρας ἀληθείας, *ubi*, id est, *quibus in testamenti tabulis nullum capiunt veritatis fructum:* quinam? οἱ Ῥωμαίων παῖδες οἱ ἀμφὶ τὴν νεωνίαν τε καὶ διαθήκας καλινδούμενοι, quos tum interpretor *Romanos, qui sollicitam curam ac diligentiam condendis testamentis adhibebant*, ea propemodum virtute, qua de Cyro *Xenophon* scripsit Cyrop. I. p. 8. v. 38. ἀλλ' ἐπαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι ἀνθις βέλτιον ποιεῖν. *Isocrat.* περὶ τῆς Ἀντιδ. p. 316. B. τῶν περὶ τὰ δικαστήρια κυλινδουμένων. *Alciphr.* I. p. 108. οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δικανίκων τὰς πάμψεις εἰλινδούμενοι. Deinde μίαν φωνὴν ἀληθῆ προΐεσθαι ita fere, quomodo fecit *Brissonius*, accipio, *veros animi affectus, remotis utilitatibus, cunctisque ad severum examen adductis profiteri*: cum *Lucretio* dicas, quamquam ille alia paullulum in re III, 58.

Nam verae voces (φωναὶ ἀληθεῖς) *tum demum pectore ab imo*
Eliciuntur, deripitur (sic legendum arbitror) *persona, manet res.*

Eximius inprimis *Senecae* locus, quem *Brissonius* quoque advocare non praetermisit, de Benef. IV. c. 11. *Quid cum ipso vitae in fine constitimus cum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur, quantum et quibus demus? Quid enim interest, quibus demus, a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia nostra torquemus* (hoc est illud καλινδεῖσθαι, et modo, *quantum temporis consumitur*) *quam ubi remotis utilitatibus solum ante oculos honestum stetit: tamdiu officiorum mali judices, quamdiu illa depravat spes ac metus, ac inertissimum vitium voluptas. Ubi mors interclusit omnia, et ad ferendam sententiam incorruptum judicem misit, quaerimus dignissimos, quibus nostra tradamus, nec quicquam cura sanctiore* (vides μίαν ἀληθῆ φωνὴν) *componimus, quam quod ad nos non pertinet.* Nihil ad hunc *Luciani* locum accommodatius proferri potest: sic autem continua serie cohaerebit oratio tota, dum testamentorum diligentiam ab hac quidem parte laudat Nigrinus, quod veritas, cujus cultus omnem vitam debuerat ornare, hic tandem excusso sinu et nudato patefiat;

ab altera vero multo magis vituperat, quia stuporem mentis et rerum inanissimarum studia voluntatis ultimae chartis mandata testificentur. Ἵνα μὴ ἀπολαύουσι vero pro ἐν αἷς οὐκ ἀπολαύουσι non est, ut multis apud Graecae linguae peritos probem. Recte porro veritatis in testamenta reconditae fructum capere dicuntur nullum, qui servientes utilitati suae sub persona vivunt, et saepe, ne aliorum in offensionem incurrant, carissimos adfectus procul a se habent. Haec qualiacunque lectoris eruditi arbitrio permitto, tam non ipse conjecturae meae fidens, ut suspicer etiam impositum esse gravius aliquod vulnus huic loco, cui medicina sine meliorum Codicum ope non sit parata. De testamentorum licentia praeter alios *Lipsius* egit ad *Tacit.* Ann. VI, 38. XIV, 50. *Micyllus* vel legit, nescio quo pacto delusus, vel legendum putavit, ἵνα μὴ ἀπολαύνωνται τῆς σφετέρας ἀληθείας. Hemst. Ἵνα illud ἐκβατικῶς positum hoc sensu: Verum dicunt in tabulis ultimarum voluntatum, sed eo eventu, *ut non fruantur sua veritate.* Hanc *Jo. Matth. Gesneri* acutam explicationem dignam judicavi, quam cum erudito lectore communicarem. Idem *in Addendis.* Ut jam et meam qualemcunque sententiam proferam, de testamentorum licentia certa est res, vel ex uno *Suetonii* loco Aug. c. 50., certior etiam reddita iis, quae ibi *Is. Casaubonus* notavit et *J. Lipsii* observationibus ad *Taciti* loca, modo ab *Hemsterhusio* laudata. Deinde et hoc, qui aliquid sapit, intelliget, verbis προστιθεὶς etc. *Lucianum* lepidius aliquod, vel acerbius, Nigrini dictum repetere velle, quum post praecisam et in arctum contractam plurium rerum commemorationem jam ipsa philosophi verba sequi jubeat, et ad Romanos significandos utatur formula οἱ Ῥωμαίων παῖδες, de cujus usu, si Deo placebit, in Indice uberius exponam. Quae quum ita sint, primum sequitur, de quo jam dubitatio non potest amplius esse, unam illam vocem veram, quam per omnem vitam suam Romani tum demum, quum morti proximi essent, in testamentis obsignatis deposuerint, nihil aliud esse posse, quam liberam ac fortem eorum professionem, quae inprimis de nobilioribus potentioribusque viris cogitarent ac sentirent. Sequitur etiam omnino, carpi his verbis cum insigni acerbitate servile illud, quod omni genti Romanae tum temporis insidebat, ingenium, quo quisque se potentiori cuique submittebat, et cautissime prospiciebat, ne verum dicendo quempiam illorum offenderet. Egregie ad hanc indolem perspiciendam facit locus Charon. s. Contempl c. 13. οὐ φέρει ὁ Λύδος (Κροῖσος) τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν παῤῥησίαν τῶν λόγων, ἀλλὰ ξένον αὐτῷ

δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων. Quod autem ad verba: ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας, attinet, sensus eorum simplex, nimia subtilitate et eruditione interpretum paene obrutus, haud difficulter, opinor, capietur, si tenuerimus, vim antecedentium verborum maximam inesse in voce μίαν. *Unam* modo hanc, (non plures), unquam vocem per totam vitam suam edunt, quae vera sit, et ipsorum mentem recte aperiat. Cur autem non plures? Ne forte, id quod jam mortuis accidere non potest, fructus veracitatis ac libertatis suae percipiant, h. e. ne male forte ob eam adficiantur. Ἀπολαύειν enim ironico, s., si mavis, malo sensu accipiendum, ut in simillimo loco Diall. Deor. XXI, 2. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. Et ἵνα μὴ est, ut solet natura sua, τελικὸν, non, ut *Gesnerus* vult, ἐκβατικὸν, ut eventus indicetur; quam quidem vim hujus particulae ἵνα ἐκβατικὴν equidem omnino non possum agnoscere, ne *in sacris quidem libris nostris, ubi inprimis in multis, iisque gravissimis*, dictis sensus integritatem per hypergrammaticorum, vel potius antidogmaticorum, interpretum licentiam quam maxime corruptam esse saepe non sine magna quadam indignatione vidi. Nunc tamen sufficiat monuisse, ὥστε esse ἐκβατικὸν, *ita, ut*, τελικὸν autem esse ἵνα, *eo consilio, ut*, et ἵνα μὴ, *cum in finem, ne*, vel rectius, *ut ne*. Jam si haec omnia, quae modo disserui, recte sunt constituta, non opus esse adparebit *Hemsterhusii* conjectura ἀπολαύουσι, ut ἵνα *ubi*, s. *in quibus* (testamentis) capiatur. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐσθῆτας ἑαυτοῖς) Cetera hujus paginae copiose exsequitur μελέτη de Luctu: et dixere nuper viri doctissimi. Bourd.

Ibid. Συγκαταφλέγεσθαι) De funebribus caerimoniis et earum irrisione plura reperies in de Luctu et in Charonte. Has funebres expiationes submovit Lycurgus, nec concessit, ut quicquam una cum cadavere sepeliretur, (nam aliae nationes, si quid fuisset vivo carissimum, id mortuo addebant in sepulcrum, damnosa simul et ridicula superstitione, quasi mortui sentiant aliquid) sed in puniceo amictu et oleae foliis ex aequo positos omnes sepeliri jussit. Cogn.

Ibid. Οἱ δ' ἄλλο τι) Haec verba, quae in reliquis deerant, ex ed. *I.* et *V.* 2. supplevimus. Agnoscit etiam *Brisson.* de form. VII. teste *Vorstio*. Solan. Reperiuntur etiam in A. 2. Lehm.

Ead. l. 13. Παρὰ τὴν τελευτὴν) Ut in Tyrannic. §. 1. ubi

perperam interpretati sunt: πρὸς τῇ τελευτῇ *Chrysippus* apud *Athen.* IV. p. 159. B. Rectum hoc quidem, ac non plane abjiciendum: at longe praetulero πέρα τῆς τελευτῆς, *ultra mortem*, quod si subjeceris, convenient utique multo melius ἔτι καὶ et διαμένοντες et mox μετὰ τὸν βίον. *Pers.* VI, 41. *Haec cinere ulterior metuas?* ibi vide *Is. Casaubonum.* Haec duo vocabula saepe confusa: pro παρὰ τοῦ μετρίου apud *Sozomen.* VI. c. 1. in Cod. Fuketiano *H. Valesius* invenit πέραν τοῦ μετρίου, quod solum sine controversia verum est. *Strab.* XIV. p. 942. B. παῤῥησιασάμενος πέραν τοῦ μετρίου, vel πέρα, quod ἀττικώτερον in Mss. exstat. Prave legitur in *Hesych.* Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ, τοὺς παρὰ τοῦ δέοντος παῤῥησιαζομένους· restituendum ex *Zenobio* πέρα. Hemst. Παρὰ τὴν τελευτὴν mihi est *etiam moribundi, inter moriendum*, relatum ad id, quod mox sequitur, παρὰ τὸν βίον, *per vitam, dum vivebant.* Quippe notus hic Praepositionis παρὰ, cum Accusativo junctae, usus. Intelliguntur enim inepta illa, quae modo enumerabantur, morientium, i. e. morti proximorum, decreta; nolim autem h. l. ea, quae *ultra mortem* (πέρα τῆς τελευτῆς) pertendant, cogitari. Similiter defendit vulgata *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 879. Lehm.

Ibid. Ἥξιον) *Vorst.* ἠξίου. Ego vero ἄξιον a *Luciano* scriptum fuisse existimem. Solan. Verissime *Vorstius* ἠξίου· quod reponere non dubitavi. Ad Nigrinum ipsum pertinet, ut supra §. 25. 27. Hemst. Confirmat *Vorstii* conjecturam et *Hemsterhusii* obsequium codicis Aug. auctoritas. Lehm.

Ead. l. 14. Τί πέπρακται τούτοις) Qui vana haec et ridicula esse omnia nunquam didicerunt. Brod.

Pag. 49. l. 1. Καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας) Sic Dialogo Panopes et Galenes, τῶν μὲν πινόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων. Marcil. Haec male convenire videntur. Quid enim commune habet plausus cum aromatibus? Ergo non dubito, debere legi μετὰ κρόκων vel κρόκου καὶ ἀρωμάτων· ea enim optime conjunguntur, ut et crocus vino. Nam ea misceri solere, et in deliciis fuisse eam mixtionem, testis est *Plinius* lib. 21. cap. 6. ubi de croco loquitur: *Usus ejus in coronis nusquam, herba enim est folio augusto paene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, praecipue dulci tritum* etc. Haec *Plinii* verba omnino firmant nostram conjecturam. Palm.

Ead. l. 2. Μετὰ κρότων) Sic legit interpres, quod ex fide Mss. et impressorum Codd. retinendum censuimus. Monebat tamen Cod. Flor. meus, in cujus margine docti cujusdam manu scriptum κρόκων: quod etiam reperi in *Petri Gol-*

mani Cod. Angl. his accedebat nobilissimi Senatoris Burdigalensis *Godofredi Maluyni Primetii* calculus: sed quoniam hoc ipsum saepe *Lucianus* repetit, non ausus sum tolerandam lectionem movere; monere sufficiat. Et, ut libere fatear, raro Graeci plurative κρόκον efferunt. Cur vino miscuerint, rationem reddit *Dioscor.* cap. 25. l. 1. Hac de re viri doctissimi ad *Propert.* et *Martialis* Amphitheat. Bourd. *Μετὰ κρόκων P.* etiam. Vide *Plutarch.* Symp. Probl. III, 1. ed. *St.* 1150, 1. quo loco croci vires in vino sumti narrat. Adi etiam eundem VI, 7. 1253, 2. quibus confirmantur, quae de hoc more *Palmerius* habet. *A. Gell.* N. A. X, 144. Vide etiam *Sueton.* Ner. 25. Mox pro ἀρωμάτων, in L. est ἀκροαμάτων. prave. Itali etiamnum adhibent, praesertim Romae. Solan. Nihil erat, cur *Bourdelotius* κρόκων rescribere vereretur: audi *Cresollium* Th. Rhet. III. c. 20. §. 9. *De conviviis* (ibi plausus dari consuevisse) *probare Luciani forte locus videatur in Nigrino, cum luxum et divitum profusiones describit.* Hos, *inquit*, illos esse, qui pretiosa ac cara opsonia emere solent, *καὶ τὸν οἶνον ἐν τ. σ. μ. κρότων τε κ. ἀ. ἐκ. vertunt*, vinumque in conviviis cum plausu et odoribus effundunt. *Mihi dubium nullum est, quin mendosus sit iste locus, et legendum μετὰ κρόκων: intelligit enim Lucianus quam* sparsionem *vulgo vocant, sive* imbrem odoratum, *qui ex croco fiebat, vino vel aqua diluto, non modo in theatris, verum etiam in conviviis: κρόκον ῥαινόμενον Graeci vocant, Ovidius* liquidum crocum, Corycium imbrem *Martialis. De hujusmodi croco et aromatibus vino mixtis est splendidus locus Plutarchi in Symposiis VI, 2. VII. qui Lucianum maxime illuminare potest: sic enim ille, τὸν οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρωτίζοντες, καὶ κιννα μώμοις καὶ κρόκοις ἐφηδύνοντες*, vinum aloë aut cinnamomo vel croco inficiunt etc. *Sed hoc obiter, ut plausum, qui Luciani crocum omnem ebiberat, leviter emendaremus.* Viden', ut *Plutarchus κρόκοις* extulerit plurative. In lautioribus autem conviviis frequens aderat crocus. *Liban.* Decl. XXXVII. p. 803. C. de nuptiis: *λαμπτήρων δεῖ τόσων, παραπόμπης, οἴνου πολλοῦ, μύρου, κρόκου. Aristoph.* Nub. v. 51. *Longolius*, quem nulla vitii in κρότων suspicio tetigerat, ut huic congruens vocabulum adjungeret, ἀρωμάτων mutandum censuit in ἀκροαμάτων· est enim haec nuda tantum conjectura, non libri cujusdam scripti lectio: inepte vero: explicare perquam erit difficile, quid sit *οἶνον ἔκχεῖν μετὰ ἀκροαμάτων.* Potes autem vel sejungere *οἶνον, κρόκον* et *ἀρώματα*, vel *οἶνον μετὰ κρόκων τε καὶ ἀρωμάτων* intelligere vinum croco atque aromatibus imbutum paratumque: familiare Medicis non solum *οἶνος διὰ*, sed et *μετὰ ῥόδων* pro *ῥόδινος.* Hemst. Etiam in exemplari Edit. A. 1., quod in

bibliotheca Lips. Senatoria exstat, voci κρότων a vetere manu super adscriptum invenio κρόκων. LEHM.

Ibid. Μέσου χειμῶνος) *Mamertin.* Grat. Act. c. 11. *Quin etiam prandiorum et coenarum magnitudines populus Romanus sanciebat, cum quaesitissimae dapes non gustu, sed difficultatibus aestimarentur, miracula avium, longinqui maris pisces, alieni temporis poma, aestivae nives, hibernae rosae.* Ibi *J. Livinejus* ista *Luciani* non praetermisit, ab aliis etiam eandem in rem saepe producta. Consimilis *Pacati Drepanii* et elegans locus a *Laev. Torrentio* notatur ad *Horat.* I. Od. 38. v. 3. sed *gustu* calami vitio scriptum pro *sumtu.* Plura dabit *Des. Herald.* ad *Martial.* V. Ep. 66. HEMST.

Ead. l. 3. Καὶ τὸ σπάνιον) Invehitur sapienter in prodigos et voluptuarios illos Sybaritas, τὰ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας, qui communia naturae munera fastidiunt, μόνον ἀγαπῶντες παράκαιρον. Tangit hoc *Horat.* in Satyr. Sic apud *Juvenal.* Sat. II.

— *Magis illa juvant, quae pluris emuntur.*

Sic apud *Petron.*

Quidquid quaeritur, optimum videtur.

Coripp. lib. 4.

Quidquid latet exstat honorum. BOURD.

Ibid. Παράκαιρον) *Capitolinus* in Vero 5. *Alieni temporis floribus coronae* intertextae. quo forsan *Lucianus* respexit: nam nobile hoc fuit convivium. *Menander* Gnom. p. 161. ed. *Hemst.* ea voce utitur: ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην. SOLAN.

Ead. l. 5. Τὰ μύρα πίνοντας) *Vinum unguento perfusum.* BROD. Οἶνον μυρίνην. Vide *Hesych. Aelian.* V. H. XII, 31. et Comm. HEMST.

Ead. l. 10. Παρὰ θύραν) *Neglecto per fores apertas ingressu, alio in aedes aditu perrumpunt.* Cum enim liceat vino aut aqua sitim explere, quid aromata aut unguenta potui miscere convenit? *Erasm.* in Prov. *Ita fugias, ne praeter casam,* hoc aliter explicuit. BROD. *Lucianus Erasmo* respexisse visus est ad hoc adagium Demiphonis *Terentiani* in Phormione: *Ita fugias, ne praeter casam:* quo quidem admonemur, ne sic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. COGN. Quid de hoc adagio sentiat *Erasmus,* jam alii monuerunt. Ego vero legendum putarem περὶ θύραν, ut similitudo ducta sit ab his, qui in aliquem locum ingredi cupientes vel inde egredi, in ipso limine ita se ipsos premunt, ut sibi ipsis sint impedimento. Hos sic videtur describere *Phaedrus* Fab. 5. lib. 2.

Est ardelionum quaedam Romae natio
Trepide concursans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi molesta, et aliis odiosissima.

BOURD. *Lucan.* II. (p. 44. B.)

— Non tam portas intrare patentes,
Quam fregisse juvat.

V. *Plutarch.* Symp. Pr. II, 2. 1096, 1. *μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τύφον ἀποκλείοντες εἰςάγειν τῇ παραθύρῳ.* Ex quibus verbis emendandus hic locus, et legendum *τῇ παραθύρῳ*, quam vocem in lexicis frustra quaeras, quanquam proba est, et *posticum* notat. SOLAN. *Erasmus* vertens, *jam et praeter casam incitati, Terentianum* illud adagium, *Ita fugias, ne praeter casam*, quo *Lucianum* respexisse opinatur, minime percepit: ejus enodati laudem debemus, cui tot alia, *J. F. Gronovio* Obss. III. c. 9. nihil ergo inter istud proverbium et *Luciani* verba est commune. Quamobrem recte quidem *H. Stephanus* animadvertit: *vereor, ut nimis violenta sit* (Erasmi) *interpretatio, et hic Luciani locus obtorto, quod ajunt, collo ad Latini proverbii sensum trahi videatur*: sed ipse, cum haud scire se testatur, *an referri possit ad id, quod saepe legitur apud historicos, qui describentes magnam hominum turbam certatim properantium irrumpere in aliquem locum, dicunt eos ὠθίζεσθαι περὶ τὰς θύρας vel τὰς πύλας*, vehementer fallitur: nam quod addit, *fateor quidem non περὶ θύραν hic legi, sed παρά· verum nisi errorem librarii hic esse suspicabimur, παρὰ θύραν hic ita accipere poterimus, ut apud Aristophanem παρὰ τὴν εἴσοδον pro κατὰ*, nequaquam respondet ad illam, quanta erat in *H. Stephano*, literarum Graecarum cognitionem: hoc tamen a *Bourdelotio* recoctum. Verissime *Brodaeus* explicuit, nec quicquam omnino est mutandum. De *Plutarchi τῇ παραθύρῳ Torrentium* vide ad *Horat.* I. Ep. V, 31. Nos hoc de toto loco alias pluribus agemus. HEMST. Mihi quidem res adhuc obscura est. Dictum *παρὰ θύραν εἰςβιάζεσθαι* non habuerim pro adagio, sed pro solenni formula, in fabulis scenicis tum temporis frequenter obvia, quamquam non, ut putavit *Belinus*, de solis histrionibus capienda. Fortassis eorum est aliquid, quae utilius latent. LEHM.

Ibid. *Σολοικισμὸν*) *Soloecismus* per translationem late accipitur, ut quicquid perperam sit, nec recte, nec ordine peragitur, dicatur *soloecismus*. De hoc affatim ad *Lucian.* de Saltat. scrisimus. COGN. Soloecismus non solum in verbis, sed etiam in factis, et sic aliquando usurpat *Aristoteles*, unde miror, *Gellium* c. 20. l. 5. scribere, se apud Graecos hanc vocem non

legisse. Bourd. Sic *Plutarch.* II. p. 520. B. σολοικισμὸν βίου dixit. Kuster. Vide etiam de Salt. cap. 80. et quae ibi a me notata sunt. Solan.

Ead. l. 12. *Τοῦ Μώμου*) *Aristot.* de Part. Anim. III. c. 2. meminit Momi, qui naturam incusarit, quod bobus cornua in capite, ac non in armis potius addiderit; videlicet, quo vehementius possint ferire. Ad quod adlusisse videtur idem *Lucianus*, cum in II. Ver. Narr. libro scribit, se vidisse boves quosdam, quibus cornua inessent non in fronte, quemadmodum reliquis, sed sub oculis, idque ita visum esse Momo. Cogn. Hanc Momi accusationem saepe repetit. In quibusdam Codd. vice hujus orationis liberae legitur hic Jambus: *Μέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν.* Bourd.

Ead. l. 13. *Τοῦ ταύρου τὸν δ. θ.*) Neptunum. Brod. Fabula notissima est ex ejusdem *Luciani* Hermot. quam compendio recenset: is enim Momi dentes in tauro effigiando non vitavit. Cogn.

Ead. l. 15. *Στεφάνου τὸν τόπον*) Utebantur quidem veteres coronis, seu sertis, collo circumdatis; quod abunde evincunt *Plutarch.* et *Athen.* loca a *Palmerio* citata; sed non iis solis. Nam et caput coronare Graecis etiam usitatissimum. Ne longius abeam, *Anacreon* ipse, quem ab *Athenaeo* laudatum in *Palmerii* nota legas, apud ipsum *Athenaeum* p. 674. C. et in Odario XXI. ed. *Tan. Fabri*, morem hunc Graecum fuisse testis est luculentus:

Λότε δ' ἀνθέων ἐκείνων
Στεφάνους δ' οἵους (*Casaub.* in suo Cod. legit ὅπως)
* * * *πυκάζω*
Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.

Sic apud *Lucianum* ipsum Bis Acc. c. 16. *Polemo* describitur *τὴν κεφαλὴν τοῖς στεφάνοις διηνθισμένος.* Vide Praefecti ad M. Aurelium apud *Volcat.* in *Cass.* 5. epistolam: *flores de CAPITE, collo, et sinu militi excutit.* ubi hi ipsi milites *Graecanici* dicuntur. Plura, in re usque adeo obvia, describere piget. Consule *Paschal.* de Coronis. Carpit ergo non *Graecus*, ut hic *Palmerio* visum, sed *Philosophus*, morem Graecis aeque ac Romanis familiarem: cujus originem adsignat *Athenaeus*, quod potu nimio cum incaluisset caput, primo redimiculis, deinde hedera, aliisve refrigerantibus mederi coeperint; quae omnia tandem floribus mutata sunt, odore, praeter usum primarium, etiam insuper gratis. Idem autem sentiebat Nigrinus cum Diogene, qui *non caput unguento, sed pedes delibutus*, ajebat odorem inde sursum ad nares ferri, qui a capite in aërem frustra abiret. *Diogen. Laërt.* p. 147. B. quam in rem adducit

ad eum locum *Menagius Minucii Felicis* et *Septimii* verba coronas e floribus capiti aptatas ridentium. SOLAN.

Ead. l. 16. Τπὸ τῇ ῥίνι) Octavius apud *M. Felic.* hujus loci erit commentarius. BOURD. Ex Apophthegmate *Diogenis.* MARCIL. Suggillat homo Graecus Romanorum imperitiam. Nam Graeci et praecipue Aeoles et Iones coronas circa collum in pectus pendentes gerebant in conviviis. Id nos docet *Plutarchus* Sympos. 3. c. 1. et tales coronas vocabant ὑποθυμίδας vel ὑποθυμιάδας, ut melius censere videtur *Athenaeus* l. 15. p. 678. his verbis: ὑπόθυμις καὶ ὑποθυμιάδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν, οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο, ὡς σαφῶς ἐστι μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεως, id est, *hypothymis et hypothymiades coronae sunt apud Aeoles et Ionas, quas circa collum circumponebant, ut aperte licet discere ex Alcaei et Anacreontis versibus.* Scilicet *hypothymiades* dicebantur ἀπὸ τοῦ ὑποθυμιάζειν a suffitu vel fuffumigatione, quoniam infra nasum positae cerebrum suo suffitu juvabant, ut ait *Plutarchus* dicto loco. PALM. *Menagii* locus est ad *Diogen. L.* VI, 39. adde *Wouwer.* ad *Minuc. Fel.* pag. 43. Τποθυμιάδας Graeci vocant corollas collo circumplexas: in *Hesychio* pro Τποθύμιος propius repones Τποθυμίας, quam, quod alii voluerunt Τποθυμίς. Vid. *Athen.* XV. p. 678. D. *Plutarch.* Symp. II. p. 641. E. ὑποθυμίδες cur dictae fuerint, exponit. HEMST.

Pag. 50. l. 1. Ἵν' ὡς πλ. ἀνέσπων) Ἀντὶ τοῦ ἀνασπῶεν, inquit *Bud.* C. L. G. p. 46, 953. eamque structuram in ἵνα, qua Indicativum rarius adsciscit pro Subjunctivo, exemplis probat: adsentitur *H. Steph.* App. de D. A. p. 137. Quidni vertas? *ubi quamplurimum attraherent voluptatis,* servata vulgari forma. Utrum malis, haud sane multum interest. HEMST.

Ead. l. 6. Τεσσάρων δακτύλων) Quo spatio e cibo ex ore in stomachum delabente voluptatem capiunt homines. BROD. Sermo est de voluptate gulae, καὶ ἐφ' ὅσον τις ἀφ' ἡδονῆς καρπὸν δρέπεται καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου μηδὲ ἐπὶ ὁ δακτύλων μῆκος ἐκτεινομένου. Breve iter hujus voluptatis tangit saepe alibi, ut *Suet. Athen.* alii. BOURD. Posterior ratio certe genio et legibus linguae adcommodatior. LEHM.

Ead. l. 7. Πονεῖσθαι τὸν πόνον) Ut sequentibus dialogis μῶμον μωμᾶσθαι, πομπὴν πέμπειν, et similia, quibus etiam Latini gaudent. BOURD.

Ibid. Ἐφ' ὅσους etc.) *Chrysost.* H. XXXIX. in I. ad Corinth. p. 513. Εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν τῆς τρυφῆς λέγοις, μέχρι τῆς φάρυγγος εὑρήσεις μόνον· ὁμοῦ γὰρ τὴν γλῶτταν παρῆλθε καὶ ἀπέπτη etc. Plura, quae ab eodem Patre multisque aliis in

hanc sententiam fuerunt dicta, coacervare non juvat. Is ridicule profecto naturam ludificari voluit, qui, ut meatus longior sensum voluptatis produceret, collum sibi gruis optabat. Modo pro ὑπέφαινε praestat ἀπέφαινε, ut §. 14. 16. Haec saepenumero confusa. HEMST. Etiam *Belinus* probat lectionem marg. 1. A. W. ἀπέφαινε. Merito sane. LEHM.

Ead. l. 11. Ἐν τῇ παρ.) *In stomachum ingressu.* BROD.

Ead. l. 13. Φιλοσοφία) Qui φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλὺς, ne minimum quidem verarum voluptatum percipere possunt. BOURD.

Ead. l. 14. Ἐν τοῖς βαλανείοις) Novam ingreditur narrationem eorum, quae in balneis fiunt: de quibus dixere ad *Senecam*, *Athen.* *Apul.* BOURD.

Ead. l. 16. Τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰκέταις) Sic in Diall. mortuor. de Terpsione et Plutone. οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα. in Somnio s. Gall. Sic in Cynico: καὶ καιμᾶσθε ὁμοίως καὶ βαδίζετε, μᾶλλον δὲ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε, φέρεσθε δὲ ὥςπερ τὰ φορτία, οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν. BOURD.

Ibid. Μικροῦ ἐκφερομένους) Jocus ex ambiguo, qualis ille apud *Plaut.* Amphitruo. act. I. sc. 1. Merc. *Faciam ego hodie te superbum, ni hinc abis.* So. *Quonam modo?* Merc. *Auferere, non abibis, si ego fustem sumsero.* Voluit Plautinus Mercurius *eciferere:* quam vocem, quoniam non ad salivam, interpretes mutaverunt: atque ratio ibi nulla constat, nec jocus ullus, si librorum lectio retineatur. Superbi ita efferuntur, ut aliorum humeris et cervicibus insultent: mortui superbi sunt, quia etiam aliorum humeris elati. hinc propriatim *efferri* mortuorum, ut apud Atticos ἐκφέρεσθαι. ex his mens Nigrini percipi potest. BOURD.

Ead. l. 17. Ἐκφερομένους) Ab elatis ad gestatos et servis innixos, quasi suis ipsi pedibus ingredi non possent, jocum petunt: id hoc etiam *Luciani* loco illustrat *J. Fr. Gronovius* Obss. II, 15. p. 334. *Posidonius* apud *Athen.* XII. p. 550. B. de Ptolemaeo Evergete: ἐν πολλῇ δὲ τρυφῇ ζῶν οὐδὲ πατεῖν οἷός τε ἦν, εἰ μὴ δυσὶν ἐπαπερειδόμενος ἐπορεύετο. Is tamen idem in symposiis ad saltandum citatissimo cursu ferebatur. HEMST.

Pag. 51. l. 2. Προϊόντας γάρ τινας) Hunc locum interpretatur *Casaub.* ad lib. III. *Suet.* BOURD. Utitur hoc loco *Casaubon.* ad *Sueton.* Tiber. c. 60. Adde *Clem.* Paed. III. p. 253. A. Larensis apud *Athen.* VI. p. 272. E. cum dixisset, multos Romanorum decem, imo viginti mille servos et ultra possidere, subjungit: ἀλλ' οἱ πλείους τῶν Ῥωμαίων συμπροϊόντας ἔχουσι τοὺς πλείστους. *Amm. Marcellin.* XIV. c. 6, p. 29. et

H. Vales. Mox legendum omnino *ὑπερβαίνειν*· parum abfuit, quin in *Luciano* reponerem. Paullo post malo: *ταῦτα γοῦν αὐτὰ π.* HEMST. Utrumque reposui, re ipsa postulante et probante *Langio*. *Τπὲρ* et *ὑπὸ*, *γὰρ* et *γοῦν*, saepissime commutata. Ceterum quum *ἐπιχωριάζειν* frequens sit *Nostro* cum Dativo, ut Charon. s. Contempl. in. Pseudol. c. 19., comma feci post *τοῦτο*, quod et in veteribus nonnullis Edd. deprehendi. Quodsi autem praeplacuerit *τοῖς βαλανείοις* cum *ἐν* conjungere, tum vero maluerim *κἂν* pro *καί*. LEHM.

Ibid. *Ἡ παραγγελλὴν*) Castiga *παραγγέλλειν*. BROD.

Ead. l. 9. *Πεπηρωμένοις*) *Excaecatis*. BROD.

Ead. l. 13. *Τὸ τῶν Φαιάκων πάθος*) Tangit hos versus *Homeri* Odyss. *Λ.* v. 332.

Ὡς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα. BOURD.

Pag. 52. l. 4. *Βαθεῖα*) De qua pag. seq. et de Merc. cond. sic apud *Petron. vulnus ingens.* utitur crebro *Lucianus* hac translatione. BOURD.

Ead. l. 12. *Τῆς ὁδοῦ*) Sic omnes. Sed mendum latere suspicor, excidisseque *τοῦ σκοποῦ*. SOLAN. Imo *τοῦ σκοποῦ*, ut ex seq. patet: *οὗ μένει ἐν τῷ σκοπῷ*. Quin recte dicatur *ἡ ὁδὸς*, *ἡ πορεία τοῦ βέλους*, nullum est dubium. Sic enim Antiphon *Ἀπ. φόν. ἀκ.* p. 121. v. 28. *ἀκόντιον ἔξω τῶν ὁρῶν τῆς αὐτοῦ πορείας ἐξενεχθέν*· et p. 124. v. 27. *εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθών*· neque aliter ipse mox *Lucianus*, *ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ*. Verum ad hujus quidem loci sententiam minime congruit haec lectio. HEMST. *Me quoque*, nescio quomodo, male habet *τῆς ὁδοῦ*, neque tamen in promtu habeo satis certam medelam. Nam *τοῦ σκοποῦ* ut scripserit *Lucianus*, admodum vereor propter ipsum illud, quod statim sequitur *ἐν τῷ σκοπῷ*, pro quo tum haud dubie legeretur *ἐν αὐτῷ*. LEHM.

Ead. l. 15. *Ἀπεναντίως*) Sic in omnibus scribitur. Sed meo periculo emendes, et legas *ὑπεναντίως*. SOLAN. Melioris frugis vocem exhibet cod. Aug. Pravam frustra tuetur *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 406. LEHM.

Pag. 53. l. 3. *Ἐπιλίγδην*) Ex *Homer.* Il. *P.* v. 599.

Ἄκρον ἐπιλίγδην γράψεν δὲ οἱ ὀστέον ἄχρις.

BROD. *Οὐ κατὰ βάθους, ἀλλ' ὡς ἐπιψαύσαι τρώσαντα ἐξ ἐπιπολῆς τὴν ἐπιφάνειαν*· *ἐκ τοῦ λείχω*. quale vulnus Menelai lib. 4. Iliad. Sic ipse *ἐπιλίγδην* postea interpretatur *βαθεῖαν οὐκ ἐργάζεται πληγήν*. BOURD. *Homeri* verba *Brodaeo* sic erant proferenda:

Βλῆτο γὰρ ὦμον δουρὶ, πρόσω τετραμμένος αἰεὶ,
Ἄκρον ἐπιλίγδην· γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις
Αἰχμὴ Πουλυδάμαντος.

Ἄκρον scilicet ad *ὦμον* referendum. Quorsum autem in *Luciani* verbis? Aut accipe adverbialiter, *κατ' ἄκρον*, aut corrige *ἄκρου*, quod tamen minus placet ob *Homeri* verba, quae haud dubie respexit auctor. LEHM.

Ead. l. 4. *Ἐπ' ἰσχυρᾶς*) Lege, *ἀπ' ἰσχυρᾶς ἐμβ.* hoc malo, quam, quod aliis placuit *ὑπ' ἰσχ.* Tum *ὄψεται τὸν σκοπὸν* pro *ὄψεται εἰ μὴ ὁ σκοπὸς σφύδρα μαλ.* consueta loquendi formula, ut notavit *Livinej.* ad *Nazar.* c. 36. HEMST. *Ἀπ' ἰσχυρᾶς* est in Aug. LEHM.

Ead. l. 8. *Ἰῷ*) *Veneno*, taxo, ut tradunt nonnulli. BROD. Mirum est, *Lucianum* tribuere hoc loco Curetibus sagittandi artem, quam nullus alius antiquorum illis tribuit, licet plures de illis plura dixerint. Omnes illis gravem armaturam, scutum et hastas tribuerunt, et *ἐνόπλιον ὄρχησιν*. *Orpheus* seu *Onomacritus* Hymno 1. et 2. in Curetas mille illis epitheta dedit, nullum tamen, quod sagittandi significet. Imo contra eos *ὁπλοφόρους φύλακας* vocat, et *χαλκοκρότους ἀρήϊα τεύχε' ἔχοντας*. *Callimachus* etiam Hymno in Jovem:

Οὗλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
Τεύχεα πεπλήγοντες.

Idem ait *Apollodorus* lib. I. *οἱ δὲ Κούρητες ἔνοπλοι ἐν τῷ ἄντρῳ τὸ βρέφος φυλάσσοντες τοῖς δόραισι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον. Dionysius Halicarnass.* lib. VII. *ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενον θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων καὶ κινήσει μελῶν*, id est, *quando Jovem lactentem delectare volebant armorum strepitu et membrorum motibus. Strabo* lib. X. ubi de Creta: *τούτους δὲ ὠνόμαζον Κούρητας νέους τινὰς ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἀποδιδόντας, προσκτησάμενοι μῦθον τὸν περὶ τῆς τοῦ Διὸς γενήσεως. Plinius* lib. VII. c. 56. *saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrichen Pyrrhus, utramque in Creta.* Idem ait et *Pindari Scholiastes* ad Pythiorum 2. et, ne te morer, Lector, innumeris citationibus, quicunque de Curetibus scripserunt, iis tympana et armorum strepitum et saltationem in armis tribuerunt; nullus sagittarum infectionem. Aetoli certe, qui prius Curetes, et a quibus ortos Cretenses Curetas volunt, funda, non sagittis gloriabantur, et eorum dux Pyraechmes Degmenum Elaeum sagittarium funda prostravit. His ductus auctoritatibus apud *Lucianum* hoc loco pro *Κουρήτων* lego *Κρήτων* minima mutatione. Nec mihi *Diodori* locus libri V. ubi de novem illis Cretensibus Curetibus, scrupulum injicit, et ab ea lectione

inhibet, ubi inter plurium rerum et artium inventionem, quam Curetibus tribuit, addit: τὰ περὶ τοξείαν καὶ τὰς κυνηγίας εἰςηγήσασθαι. Nam ultra quod solius *Diodori* auctoritas contra omnium antiquorum turbam et consensum mihi parum valere videtur, recantat ipse *Diodorus*, et contra se ipsum pugnans, ait ex Cretensium traditione Apollinem in Creta natum, εὑρετὴν τοῦ τόξου γενόμενον διδάξαι τοὺς ἐγχωρίους τὰ περὶ τὴν τοξείαν. At certe si Apollo primus fuit arcus et sagittarum inventor, et ejus usum docuit Cretenses, non erat notus arcus Curetibus, qui ante Apollinem natum et ipso Jove antiquiores in Creta habitabant. Jure igitur *Luciani* lectio hoc loco mihi suspecta est mendi, et Κρήτων censeo debere legi. Nam *Lucianus*, qui de Scytharum sui temporis more loquitur, non mihi videretur bene iis opposuisse novem homines e fabuloso seculo, et ratio vult, ut nationi nationem opponat et comparet. Ergo lego confidenter, et, si mihi credis, leges, καθάπερ τὰ Κρήτων. Sed et *Micyllus* etiam hoc loco castigandus, qui ὀπῷ interpretatur *resina*; nunquam enim legisse me memini, resinam utilem fuisse ad sagittarum infectionem, aut ὀπὸν dictam resinam κατ' ἐξοχήν, cui nomen proprium est ῥητίνη· pro Silphio certe ob plantae excellentiam sumitur ὀπὸς, et pro papaveris succo ob vim medicamenti; unde ὄπιον diminutive dicitur. Verte ergo *herbarum succo:* opponit enim ὀπὸν succum herbarum τῷ ἰῷ veneno, quod ex serpentibus ἰοβόλοις colligitur, quorum ferax est Creta, et indiga Scythia, regio frigida. PALM. Scytharum hunc morem saepius apud *Ovidium* in exsilio memorari videas, qui sibi Romae de eo non satis credi conqueritur. SOLAN.

Ead. l. 9. Ὀπῷ) *Quodam stirpium succo.* BROD. Quo *succo*, certo dicere non possum; neque unde hoc habeat, mihi compertum est. Malo tamen *opium* vertere, quam, ut ante me fiebat, *resinam.* SOLAN.

Ibid. Κουρήτων) Mitto, quae de Curetibus contra *Diodorum* disputat *Palmerius*: de hoc certe loco bene meruit restitutis Cretensibus, qui sine dubio melius ad Scythas quadrant, quam Curetes. Illi sagittarum arte non tantum, sed ipsa inventione nobiles. a natura regionis, quam incolunt, rationem petit *Plato* de LL. I. p. 769. E. quem *Julianus* sequitur Or. VII. p. 205. D. Vid. *Sil. Ital.* II, 96. alia dabit *J. Meurs.* in Cret. p. 173. Obstare tamen videtur, quod venenata Cretensium spicula fere nusquam memorentur: quin imo vel Jovis ibi nati, vel, ut alii tradunt, Herculis beneficio letiferis et herbis et bestiis Creta caruit. Excerpta *Theodoti*:

καθάπερ λέγουσι τὴν Κρήτην ἄγονον εἶναι θηρίων ὀλεθρίων· plura *Meursius* in Cret. II. c. 8. ita sane veteres; nam quae contra *Brodaeus* adfert Misc. III. c. 11. nihil in hac quidem caussa moror: nec probandum, quod scripsit *Palmerius* in adnotatione extrema, *quorum ferax est Creta, et indiga Scythia, regio frigida*, si modo haec vera sit eruditissimi viri manus. Attamen *Virgilius*, paene dixi solus, Aen. XII, 856.

Non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta,
Armatam saevi Parthus quam felle veneni,
Parthus, sive Cydon telum immedicabile torsit.

Schol. etiam *Nicandri* ad *Alexiph.* v. 395. fide *Praxagorae* Pharicum esse adpellatum tradit ἀπὸ Φαρικοῦ τινος Κρητὸς τοῦ ἐξευρόντος αὐτό· quod si exponamus, *a Cretensi quodam, qui ortus fuerit oppido Pharis*, effugiet hicce Commentator reprehensionem *Salmasii* ad *Solin.* p. 170. E. sed hoc, ut ex ipso *Scholiasta* patet, non minus incertum, quam quale fuerit, et quomodo confectum Pharicum, fatentibus *J. Gorraeo* ad *Nicandr. Rhodio* ad *Scribon. Largum* p. 282. De Scythis res nota

— tinxere sagittas
Errantes Scythiae populi —

Lucan. III, 266. et VIII, 304. quemadmodum autem admixto sanguinis humani liquore saniem viperinam praepararent, exponitur ab *Aristot.* περὶ Θ. Ἀ. p. 118. *Plin.* H. N. XI, 53. et *Aelian.* de Anim. IX, 15. loco corruptissimo. Nec veneno solum usi serpentum, sed et succis letiferis: ἐν Αἰθιοπίᾳ γὰρ ἡ τοὺς ὀϊστοὺς χρίουσι ῥίζα τίς ἐστι θανατηφόρος· ἐν δὲ Σκύθαις αὐτή τε καὶ ἑτέραι πλείους, ut testatur *Theophr.* H. Pl. IX, 15. ubi vide *Bod. a Stapel.* Hemst. *Wielandius* recte vocem ὀπὸς de lacte ficulneo intellexit, h. e. de succo fici agrestis. Sic saepe ὀπὸς in *Homericis.* Vid. *Heyn.* ad Iliad. V, 902. Etiam apud *Aristotelem, Theophrastum, Dioscoridem*, hac potestate frequens. Jam arborem istam, quae eadem et Cypria ficus adpellabatur, in Creta insula haud raram fuisse, testes idem *Dioscorid.* I, 183. et *Plin.* H. N. XIII, 7. De natura autem ac vi hujus succi ficulnei multa veteribus traduntur. Omnino *Plin.* XXIII, 7. *Fici succus lacteus aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit.* Cf. *Homeri* l. l. Praeterea etiam varium ac multiplicem ejus usum docent idem *Plin.* l. l. et *Dioscor.* I, 183 — 185. Uterque autem hanc quoque ejus vim esse dicit, ut *ulcera aperiat*, quam quidem vim Graecus scriptor ἑλκωτικὴν δύναμιν vocat. Admodum probabile igitur videtur, Cretas sagittas suas in similem finem lacte isto ficulneo unxisse. Atque sic etiam explicaverim locum illum,

quem *Hemst.* modo attulit, *Virgilii* Aen. XII, 857. de *telo* Cretensium *immedicabili*, *armato* (infecto) *felle veneni*, i. e. succo amaro, noxio, ut bene ibi *Heyn.* Κρητῶν, non Κρήτων, scribendum fuisse veteris lectionis emendatoribus, non est, quod uberius ostendam. Vid. *Arcad.* de accent. p. 134, 11. ed. Lips. Idem vitium correxit *Schaeferus* ad *Gregor. Cor.* p. 372. et 834. LEHM.

Ead. l. 17. Βάλλ' οὕτως) Homericum carmen Il. Θ. v. 282. BROD.

Pag. 54. l. 2. Τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται) Matris Deûm sacerdotes haud obscure innuit, qui audito Phrygio tibicine statim in furorem aguntur; id quod aliis itidem hominibus usu non venit. *Senec.* Ep. 109. *Quidam ad magnificas voces excitantur, et transeunt in adfectum dicentium, alacres vultu et animo; nec aliter concitantur, quam Phrygii solent tibicinis sono semiviri et ex imperio furentes.* Per *semiviros* Gallos, matris Deûm sacerdotes intelligit. COGN. Sub voce λαμβάνονται mendum latere arbitror. De re ipsa *Lucretium* legito II, 621. et *Ovid.* in Ibin:

Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.

SOLAN. Interpretes, *a Rhea corripiuntur*: eos secutus est *G. Cuperus* Obss. III. p. 308. addens, *eleganter dicere veteres* λαμβάνεσθαι *hoc vel illo Deo Deave.* operae pretium fuerat pluribus exemplis illam elegantiam confirmari: non enim, quia θεόληπτος, νυμφόληπτος usurpentur, ideo statim hac structura, λαμβάνεσθαί τινι θεῷ, ponere licebit: ne Medici, si recte memini, quibus λαβὴ et λῆψις prima febris ingruentis est accessio, τῇ νόσῳ vel τῷ πυρετῷ λαμβάνεσθαι solent, sed ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ: perinde ὑπὸ θεῶν λαμβάνεσθαι, quemadmodum apud *Joseph.* A. J. VIII. c. 2. §. 5. τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους. Cautius ad *Senec.* Ep. CVIII. p. 531. posita *Luciani* verba sic vertit *Lipsius*: *Sicut Phrygiae tibiae sonum qui audiunt, non omnes in furorem aguntur; sed qui Rheae sacrati addictique sunt, illi reminiscuntur eo signo adfectus*: quasi voluisset, *qui Rhea capiuntur, et lecti Galli sacrantur*: sensum perspexit vir acutus, sed qualem contumax vocabulum adspernatur: scribi debuerat, nisi forte quid interciderit non nisi vetustiorum Codicum ope reparandum, καθιέρωνται, ἀνεῖνται, ἀνάκτινται, vel aliud simili potestate verbum. Rem ipsam illustrat *Brodaeus* Misc. V. c. 13. *Philostrati*, quem adduxit, locum, reperies Ep. XV. In Lucio §. 37. ὁ δὲ αὐλητὴς ὅμιλος ἐφύσα ἔνθεον. οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες etc. Mox lege οὗτοι δὴ non δέ. HEMST. Νόσῳ vel πυρετῷ λαμβάνεσθαι probum est; ut apud *Harpocrationem Theopompus* tradit Artemisiam Mausoli mariti ejusdem-

que fratris desiderio contabescentem φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν ἀποθανεῖν· nec quicquam obstat, quo minus pari modo dicatur θεῷ, τῇ Ῥέᾳ λαμβάνεσθαι, haud secus atque ἔχεσθαι χαλεπωτέρῳ δαίμονι *Antonin. Lib.* c. XXX. τῷ αὐτῷ θεῷ κατέσχημαι *Lucian.* Diall. Mortt. XIX. κατεχόμενοι τῷ Πανὶ in Bacch. *Liban.* Decl. IX. p. 348. C. ταὐτὸ πέπονθα ταῖς Βάκχαις, αἳ τῷ Διονύσῳ πληγεῖσαι οὐ δύνανται μένειν ἐφ' ἑαυτῶν· aliaque istius generis non pauca. *Herodot.* IV, 79. Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει τε, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται. Quare non temere vulgatam lectionem esse solicitandam nunc existimo: praesertim quod colorem a *Platone* traxisse *Nostro* videatur, cujus hic est locus in Ione p. 365. E. Οὐ γὰρ τέχνῃ, οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ καὶ κατακωχῇ· ὥςπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὸ μέλος καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων εὐποροῦσι, τῶν δὲ ἄλλων οὐ φροντίζουσι. Res adeo mira *Porphyrio* fuit visa, ut obortam inde difficultatem a *Jamblicho* sibi voluerit expediri: τῶν ἐξισταμένων ἔνιοί τινες αὐτῶν ἀκούοντες ἢ κυμβάλων, ἢ τυμπάνων ἢ τινος μέλους ἐνθουσιῶσιν, ὡς οἵ τε κορυβαντιζόμενοι, καὶ οἱ τῷ Σαβασίῳ κάτοχοι, καὶ οἱ μητρίζοντες· ille autem quid responderit, vide de Myster. p. 69. Dicuntur vero οἱ μητρίζοντες sive μητρῴαζοντες propria ratione τῇ Ῥέᾳ μαίνεσθαι. Phryges mortalium antiquissimi, teste *Arriano* apud *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* v. 809. μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται· in *Philostrati* Ep. XV. οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων, dubites, utri verbo τῇ Ῥέᾳ jungi debeat, nisi potius utrique sit aptandum. Hinc perspici potest, quam bene sit meritus de *Seneca* Cod. Mediceus, ex quo *Jo. Fr. Gronovius* restituit in Agam. v. 688.

Quae turritae turba parenti
Pectora rauco concita buxo
Furit, ut Phrygium lugeat
Attin.

Non aliter τῷ Διονύσῳ μαίνεσθαι· *Heraclit.* apud *Clem. Alex.* Protr. p. 30. Διόνυσος, ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι. *Pausan.* X. p. 812. ἀπὸ ταύτης (Θυίας) δὲ καὶ ὕστερον, ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι. Eadem loquendi forma, qua solent, κείρεσθαι τῇσι παρθένοισι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων, τῷ ποταμῷ, *in honorem virginum Hyperborearum, fluvii, ritu sacro crines ponere.* Rem dixit *Julian.* Ep. XLI. p. 421. καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται. adeundus

etiam *Aretaeus* I. p. 33. Quod si legeretur in *Luciano*, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, id omnium minime mutatum vellem: videtur enim tam concinne ad totam orationem respondere, ut aliter fuisse scriptum vix mihi persuadeam. IDEM *in Addendis*. Substiti in vulgata, ad quam et ipse *Hemsterhusius*, quae maximi viri sobria erat sapientia et amabilis modestia, postea ita rediit, ut tamen ab omni haesitatione nondum animus ejus liber esset. Analogia linguarum non repugnat dictioni λαμβάνεσθαί τινι θεῷ. Latinos certe constat crebro ac bene uti formula sua *capi re*, et *capi persona*: nam pro Ablativo, neque vero pro Dativo, haberi velim τῇ Ῥέᾳ. Atqui mirumne sit, si *Lucianus* noster, Romanis quoque literis non parum imbutus, non respuerit dicendi formulam, Latinismo convenientem, a Graecismo vero non alienam? De Latinismis autem *Luciani* alio tempore uberius exponere placet. Jam vero nec a Graecae linguae legibus et usu alienum esse λαμβάνεσθαι θεῷ, vel ex iis luculenter patet, quae novissime *Hemsterhusius* adnotavit. Nam quum probe dicatur et dictum sit νόσῳ, πυρετῷ λαμβάνεσθαι· quum etiam *Chariton* VII, 3. ἐναντίῳ ἀνέμῳ λαμβάνεσθαι non sane ineleganter scripserit; (vid. ibi *Dorvill.*) quum denique etiam νόκ θεόληπτος satis fuerit usitata et vel vulgo nota: num jure dubitabimus, quin *Lucianus* etiam hac locutione uti potuerit? etiam in hoc contextu uti potuerit, ubi sententia ipsa, quam hac formula exprimere vult, tantum abest, ut ita obscuretur vel ambigua reddatur, ut potius plurimum inde lucis et elegantiae traxisse videatur? Substiti ergo in vulgata, idque eo constantius, quum, quae meliora scilicet Viri docti substituere voluerunt, ne meliora quidem esse, imo etiam partim peculiaribus quibusdam vitiis laborare videam. Ne *Hemsterhusiana* quidem omnino excipiam ὑπὸ τῆς Ῥέας λαμβ. et τῇ Ῥέᾳ μαίνονται. *Abreschiana* vero in Dilucc. Thuc. p. 452. λελώβηνται, vel λωβῶνται, vel τέμνονται (ex de Dea Syr. c. 15.; addere etiam potuisset Diall. Deor. XII, 1.) ea, breviter dicam, Abreschiana sunt, non Lucianea, h. e. non sine ingenio excogitata, at sine judicio accommodata. Et quod *Langius* denique vult ἐκ τῆς Ῥέας λαμβάνονται ad *Aeliani* V. H. III, 9. κατειλημμένοι et περιειλημμένοι ἐκ τοῦ θεοῦ provocans, eo, qualecunque in se sit, jam careri posse censeo. Restat, ut errorem castigem, in quem, nisi egregie fallor, *Hemsterhusius* inscius illapsus est, quemque et a *Bipontinis* editoribus, et a *Schmiedero*, propagatum video. Scilicet non potuit velle vir magnus, ut οὗτοι δὲ mutaretur in οὗτοι δή, quamquam vere sic ipse scripsit. Nam sic manifesto textus corrumperetur. Sed co-

gitanti de mox sequentium οὕτω δὲ emendatione aliquid humani accidit, ut utraque permutaret. Pro οὕτω δὲ autem necessario scribendum erat οὕτω δή, more Lucianeo, et in hoc libello aliquoties, ubi comparationem legas, observato. C. 7. ὥςπερ οἱ ἐρασταὶ — — οὕτω δὴ etc. c. 32. in breviori protasi: ὡς γὰρ ἐκεῖνος — οὕτω δὴ etc. Cf. c. 23. καὶ οὕτω δή, uti *Hemsterhusio* auctore scripsimus. LEHM.

Ead. l. 8. *Τοῦ λωτοῦ*) *Homer.* Odyss. I. v. 93. BROD. Sic in Apol. de Merc. conduct. BOURD.

Ead. l. 12. *Κἂν τινας ἑτέρους*) Excidisse hic verbum aliquod, aut corruptum saltem locum esse, omnes, opinor, fatebuntur. Suspicor ego δακῶσι post μανίᾳ inserendum, et pro διαθῶσι legendum πάσχουσι. Vide tamen Anach. cap. 6. et Pseudol. c. 25. Consule finem Philops. c. 40. SOLAN.

Ead. l. 13. *Τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι*) Nihil est caussae, cur sanissimae lectioni status controversiae moveatur. Graeci διατιθέναι accusativo duplici comitatum usurpant potestate saepius ita singulari, ut vim Graecae phraseos interpretatione Latina vix adsequi liceat: haud raro adverbium accedit, aliudque inprimis frequens, οὕτως διαθεῖναι, ὥστε etc. *Lys.* apud *Athen.* XIII. p. 612. E. Rem nonnullis exemplis illustrare operae pretium erit, ne tironibus, quemadmodum interpretum haud uni, haec locutio sit fraudi. *Lys.* in Agor. p. 130. v. 37. *νομίζων, εἰ διαθείη ὑμᾶς ἀπόρως, ὥςπερ διέθηκεν, si vos ad inopiam redegisset, ut fecit.* *Aeschin.* in Tim. p. 5. v. 8. *τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς διοικήσαντα καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν, eum enim, qui res suas male administraret, haud aliter in republica versaturum esse arbitrabatur:* similiter *Lys.* in Philocr. p. 181. v. 27. *κακῶς διαθεὶς τὰ τῆς πόλεως.* *Demosth.* in Timoth. p. 1074. F. 1106. A. I. in Stephan. p. 969. C. *οὕτω διέθηκε τοὺς δικαστὰς, ὥστε φωνὴν μηδ' ἡντινοῦν ἐθέλειν ἀκούειν ἡμῶν·* cum quo convenit illud *Xenophontis* Hell. V. p. 319. postquam narrasset, milites abeuntem Teleutiam omnibus honorum favorisque signis fuisse prosecutos, addit, quanquam nihil a se praecipuum, quod ad belli rationes et machinas pertineat, referri non ignoret, hoc tamen inprimis animadvertendum videri, *τί ποτε ποιῶν ὁ Τελευτίας οὕτω διέθηκε τοὺς ἀρχομένους, qua tandem arte voluntatem eorum, quibus praefuerit, tantopere sibi conciliarit.* Idem Cyrop. V. p. 86. v. 15. Diversa paullum ratione *Plato* Charm. p. 468. C. *ὥςπερ ποιητὴς (ὀργίζεται) ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα·* *Mars. Ficinus* aut non Latine, aut male, (haud enim facile, utram in partem peccaverit, statuas) *histrionem inepte sua poëmata recensentem:* tu cape, *ut*

poëta succenset actori male sua poëmata (in scena) *recitanti:* quo certe morbo quicquid unquam fuit poëtarum laboravit: pari modo de LL. II. p. 791. A. Ῥαψῳδὸν δὲ καλῶς Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν ἤ τι τῶν Ἡσιοδείων διατιθέντα. Ita spectatae veterum elegantiae principes, a quibus eundem usum recentiores acceptum servarunt: inprimis *Artemidorus:* eum vide I, 58. 62. ὅπερ γὰρ ὁ παλαιστὴς βούλεται τὸν ἀντίπαλον διαθεῖναι, τοῦτο καὶ ἡ νόσος τὸν κάμνοντα. III, 11. etc. *Appian.* de B. M. p. 316. αὐτὸν (Oppium a Laodicenis traditum) ὁ Μιθριδάτης οὐδὲν διαθεὶς ἐπήγετο πανταχοῦ λελυμένον. *Apollodor.* I. p. 13. ἵνα ὁ νικήσας ὃ βούλεται διαθῇ τὸν ἡττημένον. *Alciphr.* II. Ep. I. p. 200. ὄψομαι τί με διαθήσει· ubi vide *Bergler.* Nec Judaeorum, qui Graece scripserunt, auctoritate destituimur. *Philo* de LL. Spec. p. 791. D. 793. C. ὁ παίσας ὑνησκέτω, τὰ ἴσα οἷς διέθηκε, παθών· de Vit. Cont. p. 895. E. πάσχουσι οὐκ ἐλάττονα ὧν διατιθέασι· ubi πάσχειν illud oppositum; propterea solent etiam rariore compositione, οἱ κακόν τι παθόντες ἀντιπράσσουσι τοὺς προδιαθέντας, et, τοὺς κακόν τι πράξαντας ἀντιδιατιθέντες· quae *Suidas* ex melioribus habet in Ἀμύνασθαι et Ἀμυνόμενοι· *Joseph.* A. J. VI. c. 9. §. 3. ταυτὸ δὲ καὶ ἄρκτον ἀμυνόμενος διατίθεμαι, *similiter ac leonem, irruentem ursum repelleus interfeci:* nequicquam in ejus loci sententia interpretes se fatigant: verum notatur in Codice Vaticano exstare, διατίθημι· hoc genuinum est; quippe nullis exemplis, longe autem plura sunt ad manum, verbi medii usum in hac phrasi Graecis placuisse constat, ratione satis manifesta. Perperam quoque versa fuit apud *Nostrum* haec locutio in Anach. uti recte monuit *L. Bos* Animm. c. XIV. p. 64. Porro vitium haeret in hoc loco, quod duarum vocalium detrimento facile sanetur: ita lege, οὐκ αὐτοὶ μόνον (si quis μόνοι, quod editum est, maluerit, non valde repugnabo) λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἄν' τινας ἑτέρους ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, καὶ αὐτοὶ (vel οὗτοι) ἔκ. γ. cur enim *Lucianus* rotundam orationem isto insiticio καὶ αὐτοὶ dedecoraret? Est aut imitatus *Platonem* in Conv. p. 1104. A. τὴν καρδίαν γὰρ, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅ, τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον etc. quam a viperae morsu similitudinem duxit *Plato*, eam *Noster* ad rabiosum canem transtulit: vide *Mer. Casaubon.* ad *Marc. Antonin.* X, 34. Hemst. Δακῶσι etiam *Solanus* Juntinae adscripserat; sed satis tuetur vulgatam *Hemsterh.* Confer et Pseudol. c. 25. Reitz. Ingratissima auribus in eadem non longissima periodo: οὐκ αὐτοὶ, καὶ αὐτοὶ, τὸ αὐτὸ, καὶ αὐτοί. Neque vero hoc solum. Sed impeditur etiam oratio. Quis tandem fe-

rat: οὐκ αὐτοὶ (ii, qui a canibus sunt morsi) μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ (qui ab his rursus sunt morsi) ἔκφρονες γίγνονται; Adparet cum *Hemsterhusio* necessario scribendum esse καὶ οὗτοι ἔκφ. γίγν. Etiam prius καὶ αὐτοὶ magnopere suspectum, quippe otiosum ac jejunum. De *Solani* commentis omnino cum *Hemst.* facio, quamquam et mihi aliquo tempore pro διαθῶσι in mentem venit δάκωσι (non δακῶσι, quod vitiosum foret.) Lehm.

Pag. 55. l. 1. Ἡμῖν ἐρᾷν) Locus sine dubio corruptus, in quo nihil aliud praestare possum, quam ut felicioribus ingeniis eum commendem. Sententia patet: nimirum voluit: Ergo et ipse animum tuum istis philosophi Nigrini sermonibus compunctum esse et vulneratum fateris: at verba non respondent: vereor, ne versus unus et alter interciderit. Nihil agat, si quis se defunctum putet conjectando, καὶ τῶν αὐτῶν ἡμῖν etc. quae sensum quidem, sed non hujus loci, habent. Hemst.

Ibid. Ἐρᾷν) *Malvesθαι.* Brod. Nec μαίνεσθαι juvat, nec, quod *Hemsterhusius* vult et rursus rejecit, καὶ τῶν αὐτῶν ἡμῖν, nec *Lennepii* (ad *Phalar.* Ep. T. I. p. 36.) οἰστρᾷν pro ἐρᾷν, nec *Jacobsii* (Bibl. d. a. L. u. K. p. 52.) ἱλιγγιᾷν, nec *Ejusd.* (in *Porson.* Adverss.) ὀργᾷν, nec, quae et ego ad numerum conjecturarum augendum addam, νοσεῖν, vel τρωθῆναι. Neque omnino corruptum habeo locum. Teneamus modo omnino totius libelli consilium et indolem et in memoriam inprimis revocemus ea, quae c. 7. leguntur. Quibus cum h. l. collatis vix dubium erit, quin omnino saltem recte judicaverit *Langius* bene se habere h. l. verba, ut vulgo exhibeantur. Confessus modo amicus fuerat, se jam eodem morbo, eadem insania, quasi infectum esse, qua ipse *Lucianus* laboraret. Hunc autem morbum (passionem animi, ut *Cicero* vocat τὸ πάθος) nullum alium intelligit, quam insanum, h. e. vehementissimum et cupidissimum amorem verae philosophiae, excitatum illum quasi aculeo, quem doctor philosophiae animo auditoris immisit, quae sunt ipsius *Luciani* c. 7. comparantis ibi egregie suam animi adfectionem cum amantium studiis. Jam non poterit facile ulla quaestio simplicior esse et clarior, quam haec: *Ergone jam et ipse nobis confiteris te amare? Amare* scilicet eo sensu, quem antecedentia δηχθῆναι, νόσος, μανία largiter fundunt, et sequentia θεραπεία et ἰᾶσθαι comprobant. Jam vide, quam optime conveniant ea, quae nunc porro aguntur. *Sane*, respondet ille, *et ego amo; et jam a te peto, ut de communi aliquo remedio cogites.* Cui *Lucianus* non minus sapienter, quam

festive: *Eum oportet adire, qui nos vulneravit, et ab hoc medicinam petere.* Nam secundum *Publium Syrum*, cujus deinceps et *Hemsterhusius* meminit, prorsus securus, quid hinc lucis nostro loco spargatur,

Amoris vulnus sanat idem, qui facit.

LEHM.

Ead. l. 14. *Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου*) Mira trajectio, quam a *Luciano* esse non puto; atque adeo lege *τὸ ἄρα τοῦ* — Telephi historia nota, qui ab Achille vulneratus etc. *Ovid.* SOLAN. *H. Stephan.* App. de D. A. p. 182. *Apud eundem* (Lucianum) *aliam trajectionem habemus, quae durior videri possit, interjecta quidem unica voce, sed articulo alium praefixum habente: in fine ejusdem dialogi, τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν. Ac dubitari etiam possit fortassis, an ita scripserit.* Me quidem non admodum offendit haec, quam *Stephanus* vocat, articuli trajectio, haud sane magis, quam quod in *Herodoto* frequens, *τῶν τις Περσέων, τῶν τι ἄλλο στομάτων τοῦ Νείλου, τῶν τινος οἰκετέων εἶναι*, cujus generis plura notavit *Jac. Gronovius* ad *Herodot.* p. 35, 7. 357, 12. *Athen.* III. p. 108. D. *Alciphr.* III. Ep. 20. *τῶν τινι γνωρίμων*· ubi monuit etiam *Berglerus.* Emenda *Longum* p. 87. *τῶν τίνι πλουσίων*· perperam *τινῶν*. In *Homeri* Schol. ad Il. Ξ. 295. *τῶν εἷς γιγάντων*, vetustiores edd. quod male postea mutarunt. HEMST.

Ead. l. 6. *Ἐπὶ τὸν τρώσαντα*) Nam Achilles altera plaga Telepho illata priorem, ut fama est, sanavit. BROD. Res pervulgata: vide, si tanti est, *B. Martin.* V. L. III, 24. *Torrent.* ad *Horat.* Ep. XVII, 8. *Passerat.* et *Broukh.* ad *Propert.* II. El. 1. v. 65. *P. Keuchen.* ad *Seren. Samon.* p. 259. quem *Luciani* locus non fugit, *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. CI. Hoc in argumento tres Graecae Tragoediae principes sunt versati, eodemque Telephi titulo fabulas ediderunt, quarum hanc hypothesin enarratam legere licet in Access. ad *Ulpian.* p. 1167. Versus est ex *Euripidis* Telepho, quem *Plutarchus* protulit de aud. p. p. 47. F. locum, quia hisce *Lucianeis* simillimus est, praetermittere non possum, quin ponam: *οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις ὀῆγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται.* Hinc paene sumsisse credas *Schol. Theocriti* ad Eid. XII, 25. quanquam ibi legendum potius videatur, *τὸ τοῦ λόγου, ὁ τρώσας ἰάσεται.* Huc pertinet illa a *Philostrato* conficta de Apollonio fabula in ejus Vita VI. c. 43. et sophisticum acumen *Aeliani* de Anim. I, 56. Facile autem adparet, quo *Publii*

Syri spectaverit haec sententia: *Amoris vulnus sanat idem, qui facit.* HEMST.

IN JUDICIUM VOCALIUM.

Pag. 56. l. 1. *Δ. Φ.*) Quo tempore scriptum hoc fuerit, incertum est. A juniore profectum incuria indicat. Res est ludicra. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ ἄρχοντος*) Argumentum illud deest in Mss. auctoris tamen censendum est. BOUAD. Hanc formulam accusationis *Schol.* V. etiam notis praescripsit, nihil ab editis dissidens, nisi quod habeat, *βίας ὑπαρχόντων ἁρπαγῆς, ἀφαιρεῖσθαι λέγον·* praestat *ἀφῃρῆσθαι.* Sed illud *καὶ*, quod omittit plane, transferri placet hoc pacto, *βίας καὶ ὑπαρχόντων ἁρπαγῆς. Polyb.* IV. c. 17. *ἁρπαγὰς ὑπαρχόντων·* atque ita is idem et alii saepius: exspectabimus autem, dum quis producat, *βίαν ὑπαρχόντων.* Ceterum de hoc accusationis libello alibi dicendum nobis erit. HEMST.

Ibid. Ἀριστάρχου Φαλ.) Alexandrinum civem fuisse *Aristarchum*, sed in Samothracia natum, tradunt omnes. *Phalereum Aristarchum* nemo novit. Vide ergo, num *Lucianus* de Grammatico summo locutus, *Aristarcho* tribuerit, quod *Demetrio*, alii itidem Grammatico summo, debebatur. SOLAN. Fictitia haec *Luciani* esse, vix monitu dignum. Quod autem *Aristarchum* nobilem illum Grammaticum, qui Alexandrinus erat, hic *Phalereum* facit, ludificari scilicet voluisse videtur futuros librorum suorum interpretes, *Solano* nostro similes, qui quidem, dum meando stellas observant, facile in puteum decidunt. Nam confudisse eum *Demetrium Phalereum* et *Aristarchum Alexandrinum*, nemini in mentem venerit, qui et illa nomina, et *Lucianum*, norit. Imo utroque nomine juncto effici volebat *noster* summi Grammatici cogitationem. LEHM.

Ibid. Ἑβδόμῃ) Septimum mensis diem alibi etiam *Noster* juri dicundo in ejusmodi ludicris caussis adsignat; ut in Bis Acc. c. 12. Deor. Conc. c. 14. quod ideo factitatum ab eo puto, quia illo die pueris ludendi copia fiebat. V. Pseudol. c. 16. Erat autem Apollini sacer. SOLAN.

Ead. l. 15. *Βίας ὑπαρχόντων καὶ ἁρπαγῆς*) Non capio acumen *Benedicti*, qui has voces adligat proxime anteceden-

tibus, vertitque, *apud septem vocales judices vi et raptui praefectas*, non secus ac Athenis quoque certi judices certis actionibus praefuissent, ut Romae praetoribus certae caussae attribuebantur. Ne dicam ridiculum esse, has vocales isti judicio praefuisse, non alias literas; quae cui judicio praesederunt, oro? Nescio, an bene *Bolerus, constitutis judicibus VII vocalibus de vi et rapina.* Certe sensus est et verti debuit, *ad tribunal VII vocalium, actione bonorum vi raptorum*, ut dicebant Romani idem prorsus judicium. Nam ὑπαρχόντων (unde caussa erroris) est secundus casus ab primo τὰ ὑπάρχοντα, non οἱ ὑπάρχοντες. Gron. H. e. non refertur ὑπαρχόντων ad φωνηέντων, sed pendet ὑπαργ. ab ἁρπαγῆς. Unde et καὶ bene transferendum putavit *Hemsterh.* Neque enim ea ratio probari potest, quam iniit *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 23. βίας ὑπαρχόντων καὶ ἁρπαγῆς per ἓν διὰ δυοῖν accipiens pro βιαίας ὑπαρχόντων ἁρπαγῆς. Duplex enim erat crimen, quo accusabatur *T*, βίας καὶ ἁρπαγῆς. Commode autem idem confert Epist. ad Hebr. X, 34. ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων. Lehm.

Ead. l. 16. *Λέγον*) *Fl. B.* 2. et *P. λέγων.* Reliquae cum *Schol.* et P. hic quidem recte λέγον, ut edi curavimus. Solan.

Ead. l. 18. *Καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ*) Scribendum videtur, καθαιροῦντος ἔνθεν μὴ δεῖ. Guiet. Interpretum errorem in hac locutione castigavit *L. Bos* ad A. A. XXVII, 2. *Καταίρειν* proprium est de navibus in portum invectis: καταίρουσαί τε καὶ ἀφιεῖσαι ὑλκάδες apud *Philostr.* de V. S. II. p. 606. ἐκεῖθεν δὲ κατάραντες εἰς λιμένα *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 42. Grammatici per καταπλεῖν exponunt: *Hesych.* et *Suid.* in *Καταίροντες*· ex quo facile est priorem emendare in κατέροντες, quanquam tantilla labes *Guietum* deceperit in hoc quoque *Luciani* loco parum felicem. Portus autem his clausi, aliis aperti, quod saepe foederibus et pactis cautum; non enim quosvis pari jure λιμέσι καὶ ὁρμοῖς δέχεσθαι volebant. Jam si quis eos in portus devehatur, quos intrare non licet, is proprie καταίρει, ἔνθα μὴ δεῖ. et piratae quidem vel maxime, qui de alieno praedas agunt, cujus criminis et ἁρπαγῆς litera T incusatur. Hinc latius se porrigit καταίρειν pro *venire aliquo. Hesych. Κατῆραμεν, ἦλθομεν.* Ad aves ratione quadam singulari pertinet aliquorsum devolantes. *Aristoph.* Av. v. 1288. *Plutarch.* T. II. p. 41. F. μέλισσαι ἐπὶ τὸν τραχύτατον καὶ δριμύτατον θύμον καταίρουσι· parique modo in *Philop.* p. 364. D. Pomp. p. 635. E. Contrarium ἀπαίρειν tum prima, tum ampliore potestate: non invenuste *Cyrill.* contra *Julian.* p. 206. B. τοὺς ἀπαίροντας μὲν ἀπάτης Ἑλληνικῆς, μεθορμιζομένους δὲ πρὸς ἀλήθειαν· *Plutarch.* de Garrul. p. 514. E. ἐπὶ τί δὲ ἡ γλῶσ-

σα ἀπαίρει; Hic etiam *Hesychius* est corruptus: *Ἀπηῦραν, ὤδευσαν*· lege, *Ἀπῆραν*, et mox: *Ἀπηρείσατο, ἔπηξεν. Ἀπῆρε, μετέστη*· confer *Ἀπαίρει* etc. HEMST.

Pag. 57. l. 1. *Φυλάσσοντα*) Non dubito, quin malam gratiam inierint ab *Luciano* librarii, scribentes *φυλάσσοντα* pro *φυλάσσον*, et paullo post *ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα, μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι* etc. pro *ἀγαγόν*. Loquitur namque *Σ*, h. e. *γράμμα*, de se in neutro genere, ut c. 8. *καὶ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκα ὀνομάσῃ.* et ipsum *Σ*, *κἀγὼ μὲν τοιοῦτο.* Nec aliter in toto hoc opusculo de *T*, nisi in neutro genere, mentio fit, ut passim videre est. Rectissime itaque, ubi c. 7. legitur *μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει, τετταράκοντα λέγειν* etc. *Gronovius*, eruditissimi filii pater eruditissimus, adscripsisse suo dicitur libro *λέγον*· sensus namque postulat participium, et neutrum genus, ut recte factum, observari debuit. Idem oportet fiat in verbis ibi subsequentibus, *ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν* etc. Pessime. Lege *λέγον*. JENS. Monet *Jensius* de *φυλάσσον*, quod omnino magis grammaticum. Verum cum toties aliter in hoc opusculo legatur, contra fidem Codd. mutare consultum non duxi. SOLAN. Deor. Diall. VII, 1. *λαθὼν* referendum ad antecedens *τὸ βρέφος* falso mutavit *Schmieder.* in *λαθόν*. Ibid. XI, 1. *τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον*, et mox *τὸν ἐρώμενον*. Ibid. XXIV, 2. *ἑκάτερος*, ubi modo *τὰ τῆς Λήδας τέκνα*. Praeter alios vid. *Fischer.* ad *Weller.* Grammat. T. I. p. 371. LEHM.

Ead. l. 2. *Συλλαβὰς*) *Syllabas* hic elementa vocat, quae in unum sonum coalescere apta nata sunt; et c. 5. quasi *cives* aut *collegas* designaret. SOLAN. *Vocales* sunt, et h. l. diphthongi, quippe ceterae praeter septem vocales simplices. Vid. omnino *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 452. sq. LEHM.

Ead. l. 3. *Ἀνοίας*) Repudiare quidem non ausim: *Isocr.* Or. Areop. in initio: *opes*, inquit, *et potentiam sequitur ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία*, quibus *σωφροσύνην* et *μετριότητα* mox opponit. Attamen in hac gravissimi criminis accusatione convenientius puto *ἀπόνοια*, non illa prorsus, quam *Theophrastus* describit Char. Eth. c. VI. et *Casaubonus* egregie declarat, sed genus ejus quoddam; ista nimirum perdita violentorum hominum audacia, per quam spretis legibus in aliena nihil pensi habentes involant. Sic *ἀπόνοιαν* sumi satis constat, notavitque *H. Vales.* ad *Ammian. Marcellin.* XX, 4. p. 262. iis proprie tribui, qui per vim imperium occupant. Hunc in modum *πλεονεξία* commodissime praecedit, ex qua velut gradu facto ad *ἀπόνοιαν* perveniatur. Eadem mente

Diodorum occupavit XX. p. 736. C. *ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀγαθοκλέους γοητείας καὶ ἀνοίας παραλογισθέντες. Rhodomannus* auferri jubet *καὶ ἀνοίας, scioli alicujus infartum:* ego leniore medicina repono *καὶ ἀπονοίας·* erat sane temerarium maxime factum Agathoclis, cunctis navibus incensis, omnem salutis spem militibus suis praecidere. *Amentiam* ita Latini ponunt: *Liv.* XXIII, 9. aliique saepe. HEMST. Facilius fortassis mutaretur *ἀνομίας*. Sed bonam vocem mutare, et ipsum foret *ἄνομον*. LEHM.

Ead. l. 4. *Οὐκ ἀγαπῶν*) Mss. *οὐκ ἀρκούμενος*. BOURD. De hoc idem, quod supra ad *φυλάσσοντα*, dictum puta; ut et de sequenti *ἀγαγόντα*. SOLAN.

Ead. l. 6. *Με — ἐπέρχεται*) *Μοι* legendum esse, supra diximus ad Prom. §. 2. HEMST.

Ead. l. 9. *Ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου*) Angl. *ψόφ.* mendose. patet postea verbo *φόβου* saepius repetito. post *φόβου* adde *τὰ λοιπὰ γράμματα.* quae dictiones scriptae in margine unius Ms. sic et in sequent. BOURD. Excidit fortean aliquid, ut *ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα. Δίκαιον οὖν.* MARCIL. Haec aliena et addititia videntur. Sed *ἐπέχω.* GUIET. Hunc locum facile quivis corruptum esse sentiat. Verum qua ratione emendandus sit, nondum, ut opinor, viri doctissimi videbuntur aperuisse. Adferam et ego in medium, qua ratione putem procedendum. *Sigma* tot et tantis lacessita injuriis, quo tandem evasura sint ista cogitans, metuit ne aliquando e sedibus prorsus a *Tau* ejiciatur, et voce in totum ademta, *inter literas non nisi calculi gratia* numeretur, atque adeo cum *Bau, Coppa,* et *Sampi*, aeterno damnetur silentio. Hoc puto voluisse *Lucianum;* exstareque adhucdum hujus sensus non obscura vestigia in lectione, quam Codd. Mss. et *J.* ed. praeferunt. Angl. enim apud *Bourdelotium* habet *ψόφ.* P. autem L. Coll. et *J.* ed. integram vocem *ψόφου.* quae facile a voce *ψῆφος*, festinante librario, provenerit. Si quis nunc a me requirat, ut conjiciam saltem, quaenam *Luciani* verba fuerint, ignoscat, si in tam foedo et mutilo loco nihil proponam. Forsan leg. *ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθε τοῦ φόβου.* ut *Thucyd.* VI, 78. *ἐν ἴσῳ δὲ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ μαχούμενος.* De *Bau, Coppa,* et *Sampi*, alibi dicendi dabitur locus. Interim si cui nomina ista minus nota sint, auctor sim, ut *Scaligerum* adeat in Dissertatione de literis Ionicis, quam inter ejus notas ad *Eusebii* Chronicon inveniet, p. 110. ed. post. SOLAN. *Fr. Viger.* de Gr. Dict. Idiot. c. III. S. V. §. 5. hunc in modum vertit: *Ita dum quiescerem parum abfuit, quin nullus mihi deinceps inter literas locus relinqueretur: atque*

adeo meus iste metus ad omnes literas aequaliter pertinet. Liquet eum probasse *Bourdelotium* et *Marcilium* supplentes, *καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα*· ad quale remedium excogitandum haud sane magna *mentis* contentione est opus. Phrasis insolentior *ἐν ἴσῳ τοῦ φόβου* vel *τοῦ κινδύνου κεῖσθαι* certioribus exemplis, non solo *Luciani* dubio loco, a *Vigero* debuerat firmari. Ego Codicum et ed. *J.* lectionem, dummodo mutando casu parumper adjuvetur, satis opportunam censeo: *ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ ψόφῳ.* Primum *ψόφος* consonis attribuitur, quemadmodum vocalibus *φωνή*· literarum divisio primaria, *καθ' ἣν τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα, ψόφους δὲ τὰ λοιπὰ πάντα*· auctor *Aristoxenus* apud *Dionys.* de Comp. Verb. p. 21. Verum naturali quadam pronuntiandi ratione *ψόφος* pertinet ad *Σ. Plato* Theaet. p. 147. E. *καὶ γὰρ δή, ὦ Σώκρατες, τό, τε σίγμα τῶν ἀφώνων ἐστὶ, ψόφος τις μόνον, οἷον συριττούσης τῆς γλώττης. Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad Il. *K.* p. 813. v. 45. Deinde *ἐν ἴσῳ, ἐν τῷ ἴσῳ εἶναι* venusto Graecorum usu, pro, *ἴσον εἶναι, pari loco esse et conditione*, non aliter ac Latini solent, *in facili, in aperto, in dubio, in incerto, in parato* etc. *Thucyd.* IV, 10. *ἀποβάντες δὲ ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη.* II, 60. *ὅ, τε γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη.* IV, 60. 61. et saepe alibi. *Euripid.* Iph. in Aul. v. 1199. apud quem *ἐν εὐμαρεῖ, ἐν εὐσεβεῖ* Hel. v. 1243. 1293. et, quae frequentiore usu teruntur, *ἐν ὁμοίῳ, ἐν ἑτοίμῳ.* Solent autem *ἐν ἴσῳ εἶναί τινι*· *Scriptor* Orat. in Neaer. p. 879. F. *ταύτας (τὰς σώφρονας) ἐν τῷ ἴσῳ φαίνεσθαι μετέχουσας τῇ πολλάκις πολλοῖς ἑκάστης ἡμέρας συγγεγενημένῃ*· modo dixerat, *ἐξ ἴσου φανῆναι ἐκείνας τιμωμένας ταύτῃ τῇ πόρνῃ*· cujus locutionis haud dispar est ratio: *Lys.* p. 168. v. 23. *εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ τὴν διανοίαν ἔξω.* et verbis simillimis *Antiphon περὶ τοῦ Ἡρ. φ. Ἐβουλόμην τὴν δύναμιν τοῦ λέγειν καὶ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων ἐξ ἴσου μοὶ καθιστάναι τῇ τε συμφορᾷ καὶ τοῖς κακοῖς* etc. *Liban.* T. I. p. 805. A. *ἐν ἴσῳ τοῖς γονεῦσιν ἄγειν.* T. II. p. 227. C. *με μὴ τοῖς πολλοῖς ἐν ἴσῳ θέωρον ἄφωνον ἔστησεν ἡ τύχη.* Ut alios praeteream, Grammaticis etiam haec loquendi formula non displicuit: *Hesych.* in *Αὐτοξενεῖν. Schol. Aristoph.* ad Av. v. 17. Quin hoc ipsum *ἐν ἴσῳ κεῖσθαι Erotianus* habet in *Οὖρεϊ αἱμαλῶδες*· in quibusdam *Hippocratis* exemplaribus *αἱματῶδες*, in plurimis, inquit, legitur *αἱμαλῶδες, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἴσῳ κεῖται τῷ αἱματώδει.* nescio, an *Hesychius* simili modo sit emendandus: *Ἀντιγραφὴ, κεῖται ἐν ἴσῳ τῇ ἀντωμοσίᾳ. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀντιποιεῖσθαι κλήρου.* haec vulgo feruntur corruptissima. Adparet, quae mihi constiterit ratio, cur in *Luciano* voluerim *τῷ ψόφῳ*·

nisi quis praeponat, me non invito, τῳ, id est, τινι ψόφῳ. Sensus ex dictis itidem est manifestus: *ita ut parum absit, quin, si quietus injuriam ultra feram, e numero literarum expungar, neque alio sim loco, quam sonus aliquis*, vel, *sibilus*. Κεῖσθαι etsi rarius apud Graecos, at nonnunquam tamen de iis, quae contemta jacent: ψόφοι quoque res abjectae et vilissimae, quarum pretium, si sonum quendam verborum inanem excipias, est nullum. Hemst. Sic Diall. Meretr. XV. fin. ubi Cochlis meretrix: ἁλιεύς τις ἐμοὶ γένοιτο, ἢ ναύτης, ἢ γεωργὸς ἰσότιμος, κολακεύειν εἰδὼς μικρὰ, καὶ κομίζων πολλά· οἱ δὲ τοὺς λόφους ἐπισείοντες οὗτοι, καὶ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι, ὦ Παρθενί. Sunt *meri, inanes strepitus*, quibus nihil solidi, nihil veri pretii. Ex hoc loco manifestum mihi est, verum vidisse perspicacem *Hemsterhusium*, neque tamen omnino tetigisse. Ἐν ἴσῳ κεῖσθαι τῷ ψόφῳ non sine ambiguitate aliqua dictum. Potest esse *in aequali strepitu situm esse, aeque strepere*, quod absurdum foret. Potest etiam, id quod *Hemsterhusius* vult, esse *in aequali conditione esse, ac qua est inanis sonus*; h. e. *nihil amplius esse, quam inanem sonum*. Quae quidem ambiguitas sermonis non omnino, credo, vitabitur, si pro τῷ ψόφῳ legeris τῳ ψόφῳ i. e. τινὶ ψόφῳ. Scripsit, nisi omnia me fallunt, *Lucianus* τοῖς ψόφοις. Commode sic οἱ ψόφοι referuntur ad modo commemorata τὰ γράμματα. *Parum jam abest, quin e literarum numero ejiciar, atque adeo inanibus sonis adnumerer. Belinus* voluit τοῦ ψόφου, falso dicens *Hemsterhusium* quoque sic voluisse, quod ne bene quidem Graecum foret, si eandem, quam modo edidi, et de qua et ipse *Belinus* cogitavit, sententiam habere velis. Quae *Bourdelotius, Marcilius* et *Solanus* in medium attulerunt, ea jam per se corruisse puto. Lehm.

Ead. l. 10. Οὐχ ὑμᾶς) Si sic interpungatur, necessario post ὑμᾶς inserendum erit μόνον. Quocunque demum pacto legas, illud νῦν expungendum videtur. Solan. Neque μόνον inserendum, neque νῦν expungendum. Salva omnia, si recte disponantur. Vid. etiam *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 421. Ἀλλὰ καὶ etiam tum poni posse, ubi simplex οὐ praecesserit, praeter alia multa testatur locus Diall. Deor. XII, 1. οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ἀνθρ. — ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ. Lehm.

Ead. l. 11. Ἀλλὰ καὶ) Omissum in priore membro μόνον, quod tum hoc loco, tum pluribus aliis ostendit *J. Davis.* ad *Ciceron.* de N. D. p. 289. Hemst.

Ibid. Τῆς πείρας) Attici πειραν ἀντὶ τοῦ δόλος καὶ τέχνη, pro *dolo malo* accipiunt. Vorst.

Pag. 58. l. 1. Ὧν χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γράφεται) *Bolerus, sine quibus nihil omnino scribitur. Benedictus, sine quibus plane nihil scribitur.* At multa possunt scribi, sed sine sensu. Verti debuit, *sine quibus perfecte* et integre *nihil scribitur*, ὧν προσθήκης εἰς τὸ γράφεσθαι πᾶσι δεῖται, ut ait infra. GRON.

Ead. l. 5. Καθυφήσετε τὸν ἀγῶνα) Locutio judicialis, quae latius patet, quam Latinorum *praevaricari*, tametsi in Gloss. ad id verbum explicandum adhibeatur. *Demosth.* in Mid. p. 609. C. thesmotheta quidam a Polyzelo verberatus ἰδίᾳ πεισθεὶς ὑπόσῳ δήποτε ἀργυρίῳ καθυφεὶς τὸν ἀγῶνα· qui hunc diligenter imitatur *Dion Cassius* XLVI. p. 299. C. καθυφεικέναι τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶνας. *Poll.* VIII, 143. ejus generis cognata jungit verba, unde potestas τοῦ καθυφεῖναι facile possit intelligi. Propria virtus, contra nitentibus sponte cedere, inque re incepta tam remisse versari, ut intercidat, et adversario caussa prodatur. *Nost.* in Prom. s. Canc. §. 3. *Demosthenes* extra forenses controversias περὶ Παραπρ. p. 295. A. πολλῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων καιρὸν ἐάν τις ἑκὼν καθυφῇ τοῖς ἐναντίοις καὶ προδῷ. ubi junctum vides προδοῦναι. Olynth. III. p. 36. B. εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων· pari modo *Joseph.* de B. J. II. c. 16. p. 191. οὐδὲν τῶν σωτηρίων ὑμῖν καθυφηκάμην. A. J. VI. c. 3. §. 3. de Samuelis filiis a paterna virtute longe desciscentibus: δώρων καὶ λημμάτων αἰσχρῶν καθυφίεντο τὸ δίκαιον, id est, ἀντηλλάττοντο, κατεπροδίδοσαν, ut loco hoc prolato *Suidas* interpretatur. Quare legendum censeo de B. J. VI. c. 3. §. 3. καθυφέμενος τὸν λόγον, ὧν πέπονθε (ἡ πατρὶς) τὰ ἔργα, ut in *Eusebio* H. E. III. p. 97. scribitur. *H.* quidem *Valesio*, quod Mazarinus C. praefert τῶν λόγων, magis placet; sed multo minus expedite fluit sententia, neque hujus loci est vel verbi secundus casus. Quid autem in his locutionibus distet Activi Mediique usus, non est ut pluribus ad peritiores exponam. *Hesychium* emenda: Καθυφεῖναι, ἐνδοῦναι, ὑποχωρεῖν, καθυποβάλλειν· editur, Καθυφαίνειν. Alia *Budaeus* C. L. G. p. 25. HEMST.

Ead. l. 7. Καὶ οὐκ ἂν) Illud καὶ amotum mallem, et ordine continuo legi: ὡς εἶδε etc. παρανομεῖν, οὐκ ἂν ἐπολέμει. Scio, ubi redundet haec particula: verum hic videtur ab iis inserta, qui istam periodum a priore divellebant. HEMST. Non adsentior. Diall. Deor. II, 2. εὔρυθμα βαίνε, καὶ ὄψει, *et*, i. e. *tum videbis*. Scilicet haec est vis particulae καὶ consecutiva, haud raro apud optimos scriptores Graecos obvia, nec ab aliis linguis aliena. LEHM.

Ead. l. 8. Τῆς κισσήρεως) De pumice, et re ad exteren-

dos expoliendosque libros apta. *Κεφαλαλγίαν* Attici vocant *κεφαλαργίαν*. COGN. Apud Atticos *κίσσηλις* et *κεφαλαργία*, et literae invicem mutabiles λ. ρ. priorem tamen vocem neminem legisse puto. BOURD.

Ead. l. 9. *Κεφαλαλγίας*) Vide *H. Stephanum* de hac voce disputantem in App. de D. A. p. 56. *Κεφαλαργεῖ* apud *Hesychium* est in *Ὠτοκοπεῖ*. *Κίσσηλιν* aeque ignoro, ac *Bourdelotius*, nisi quod blaesus genuinam vocem *κίσσηρις* vel *κίσηρις* eo pacto sit pronuntiaturus. Ex hoc linguae vitio risum captavit *Aristoph.* Eq. v. 79. Vesp. v. 45. de quibus *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1764. Vid. *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 277. D. HEMST. Scripsi cum *Schmiedero κεφαλαργίας*, uti habent codd. 2954. et Gorl. Litem scilicet litera Λ intendit literae P, quod haec in vocibus *κισσηρὶς* et *κεφαλαργία* ipsam expunxisset. Deinceps correxi *οὔτε τὸ γάμμα*. Requirebatur *οὐδὲ*, quod saepe corruptum constat. Cf. supra Somn. c. 7. Varr. Lectt. ad verba *οὐδὲ ἐπὶ λόγοις*. Simile vitium fuerat Nigr. c. 27., ubi pro *μήτ' ἀναβάλλεσθαι* scribendum erat *μηδ' ἀναβ.* LEHM.

Ibid. Γάμμα) In nummis etiam has literas frequenter permutari, observat rei nummariae cultor et ornator summus *Ez. Spanhem.* p. 119. SOLAN.

Ead. l. 10. *Κναφείῳ*) Atticorum sunt, et quidem veterum, ut scribunt *Harpocr.* in *Γναφεὺς*, et *Scholiastes Aristoph.* ad Plut. v. 166. *κνάπτειν, κναφεὺς, κναφεῖον, κνάφαλος* sive *κνάφαλον* vel potius *κνέφαλος, ἄκναπτος* etc. quae communis, quam vocant, Graecorum dialectus per γ solet efferre. *Moer.* et *Thom. Mag.* in *Ἄκναπτον*. *Κνέφαλος*· *Poll.* X, 39. 41. ubi nonnulla Commentatores. In *Corintho* de Dial. Att. ordo est invertendus: *τὸ γναφεῖον κναφεῖον λέγουσι*· nimis laborat in hac parte *H. Stephan.* App. p. 56. Saepe *Galenus* unus utrumque *γναφεῖον* et *κναφεῖον* habet. Vid. *Nunnes.* ad *Phrynich.* p. 34. Quod in *Philoxeni* Glossis, *Tomentum, κνάφαλον, κνάφαλλον* scribitur, vetus Onomasticon exhibet *γνάφαλον*· hoc *Alcaeus* utitur, *ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν γνάφαλλον*. Illud est apud *Strabonem*, qui tradit XV. p. 1016. B. quibusdam Indicarum arborum *ἐπανθεῖν ἔριον*, quo Macedones usi sint *ἀντὶ κναφάλων*. Atticis *κνέφαλον* dicitur ipsa culcita: *Hesych.* in v. unde *κλίνη ἀμφικνέφαλος*, cujus meminit *Poll.* X, 36. HEMST.

Ead. l. 11. *Μαχόμενον τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτοῦ, καὶ μάλιστα παρακλέπτον*) Voluit sic forte *Lucianus*: *ἐπέπαυτο δὲ ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τῷ γάμμα, τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτοῦ, καὶ μαγίδα παρακλέπτον*. Latine dixeris, *cessant*

vero etiam Lambda pugnans cum Gamma, propter surreptum sibi μόγις, *atque id ipsum etiam surripiens* μαγίδα *sive magidem.* etc. Intelligi vult, utrumque et lambda et gamma esse fures ac furari mutua. Gamma surripit μόγις, quia id μόλις rectius dicitur, sed maluere οἱ Ἀττικιῶντες, μόγις· Lambda surripuit μαγίδα, quia corruptione Attica tunc μαλίδα dixere. Marcil. *Helladius* etiam *Besantinous* eos damnat, qui μόλις pro μόγις dicunt, quod Ionibus et Aeolibus frequens est. Sed de lingua communi intelligendus uterque. Vide tamen Tim. c. 13. et Hermot. c. 71. Solan. Si ridendo verum dixit *Lucianus*, antiquum erit et genuinum μόλις, quod postea degenerarit in μόγις. Antiquitati τοῦ μόλις favent Aeoles, quorum vetustissima est dialectus; iis enim hoc vocabulum adscribit *Helladius* apud *Phot.* p. 866. τὸ μόγις, inquit, ἀναλογώτερον διὰ τοῦ γ γράφεται, ἐπὶ τῶν μετὰ πόνου γινομένων ταττόμενον· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς παραλόγως διὰ τοῦ λ μόλις λέγοντες ἐκφέρουσι καὶ γράφουσι· deduxit a μόγος, et utrumque pro eadem habuit voce. Alii non origine tantum, sed et potestate distinguunt, hoc a μέλλω vel μολῶ repetitum exponentes βραδέως, illud a μόγος vel μογεῖν, μετὰ βίας vel μετὰ πόνου· vide *Etymol.* et *Thom. Mag.* quod significandi discrimen etsi non plane repudio, quin tamen ab eodem fonte manent, vix mihi dubium est. In nostris *Homeri* edd. utrumque reperias: in priscis alterutrum exstitisse tantummodo, prout huic illive scripturae Grammaticorum natio studebat, a vero non abhorret. Haec est caussa, cur *Apollonium Rhodium*, cum posuisset μόλις I, 674. Scholiastes, iniquiore quidem censura, notare non sit veritus: κακῶς διὰ τοῦ λ. ἴδει γὰρ διὰ τοῦ γ μόγις παρὰ τὸν μόγον. secutus nimirum eos, qui tum in *Homero*, tum alibi semper istum in modum scribi volebant. *Corinthus* inter Attica reponit τὸ μόγις. Alia lege apud *Jos. Wasse* ad *Thucydid.* I, 12. I, 69. VII, 40. VII, 44. Hemst. Vid. ad *Gregor. Corinth. Koen.* et *Schaef.* p. 65. Discrimen autem illud, quod μόλις inter et μόγις statuerunt *Etymol.* et *Thom. M.*, certe a *Luciano* non esse agnitum, hic ipse locus satis clare docet. Lehm.

Ead. l. 12. Καὶ μάλιστα) Locus corruptus, sed cui non medeor. Bourd. Merito rejectis *Bourdelotio* et *Marcilio J. Gronovius* ad *Arrian.* IV. p. 166. emendat μὰ Δία· quod eo probabilius est, quia omnes ibi Codd. μὰ Δία vice vulgati μάλιστα praeferunt. Proderit haec observatio ad alia *Luciani* loca. Quanquam conjectura minime sit spernenda, hic nondum video, cur nos poenitere debeat vulgatae lectionis: μάλιστα saepius usu concinniore vim habet adseverandi: e

Nostro exempla suppeditabit Index. *Harpocrat.* in Ἀσυνθετώτατον· ὃν μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις συνιέναι, τί πότε φρονεῖ. *Suidas:* Μάλιστα, ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς ὁ Θουκυδίδης λαμβάνει· sumtum e *Schol. Thucyd.* ad I, 17. qui perinde III, 92. σταδίους μάλιστα τεσσαράκοντα explicat, ἀντὶ τοῦ κατ' ἀκρίβειαν· sed in his propria quadam ratione ad numeros pertinet. HEMST.

Ead. l. 15. Τπερβ. εἰς ἃ μὴ χρὴ) Usurpat *Feder. Morell.* ad *Dion. Chrys.* p. 13. sed parum adposite. *Demosth.* in Mid. p. 613. D. οὐδ' ὅλως προσιόντα, ὅποι μὴ προσῆκεν αὐτῷ. Adversus φυγάδας ὅπου μὴ ἔξεστι κατιόντας dabatur ἔνδειξις. *Suid.* in ea v. *Ovid.* I. Pont. VII, 23. *nec tamen irrumpo, quo non licet ire. Valer. Maxim.* VI, c. 2. de libertate dictis pariter ac factis testata, quae inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperaverit, laudem; *si, quo non debuit, profuderit*, reprehensionem meretur; εἰ ὑπερβαίη εἰς ἃ μὴ χρή. HEMST.

Pag. 59. l. 1. Κάδμος ὁ νησιώτης) *Phoenix* fertur suae aetatis hominibus ingenii acumine praecelluisse, ut qui et sedecim literas primus omnium in Graeciam e Phoenicia adtulerit: α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His *Palamedes* Nauplius Trojano bello quatuor adjecit, θ. ξ. φ. χ. et totidem *Simonides* Syracus. medicus, ζ. η. ψ. ω. COGN. Hac de re copiose *Just. Lipsius* ad *Tacit.* Claud. qui haec omnia diligenter exsequitur. BOURD.

Ibid. Ὁ νησιώτης) *Cadmus* secundum quosdam Tyrius fuit. Insulam autem olim fuisse Tyrum, docet inter alios *Ovid.* Met. XV, 288. Vide *Bochartum* Geogr. II. l. 2. c. 27. Alexandri M. oppugnantis operibus continenti juncta est. A Cadmo autem invecta in Graeciam literarum elementa constans et vera traditio est. V. *Lips.* ad *Tacit.* Ann. XI, 14. De origine literarum apud Graecos lege eruditissimam *Scaligeri*, supra laudatam, Dissertationem. Sed XVI tantum ab eo illatas veteres volunt. V. *Spanh.* 83. SOLAN. Tyrius, ut Cadmum *Cinna* vocat apud *Sosip. Charis.* p. 99. *Jam inde a Belidis, natalique urbis ab anno Cecropiae* (ita legendum, non *Cecropis:* Cecropiam vel Athenas intelligit) *atque alta Tyrii ab origine Cadmi.* De insula Tyro praeclare *Relandus* Palaest. III. p. 2052. hoc *Luciani* loco non praetermisso. Tyrum *Euripides* adpellat νῆσον in Phoen. v. 212. Φοινίσσας ἀπὸ νάσου. Scholiast. τινὲς δὲ Φοινίσσας νάσου τῆς Τύρου· νησιάζεται γάρ. hoc rectum atque ex veterum sententia; nam quae praecedunt a recentiore manu, nullius sunt pretii. Ejus-

dem fabulae versum sextum, ἐκλιπὼν Φοινισσαν εἰναλίαν χθόνα, ita vertunt, *relinquens Phoeniciam terram maritimam*, cum debuissent, *Phoeniciam urbem*, sive, *Tyrum mari cinctam*. Χθόνα, χώραν, γῆν pro urbe poni, praesertim a poëtis, docet *Kuster.* ad *Aristoph.* Thesmoph. v. 115. nobis adstipulantur antiqui Commentatores, quorum ad hunc locum explicatio luculentius, quam ad v. 212. et meliore fide repraesentatur: delendum autem ἡ Φοινίκη hominis indocti adsumentum. *Meleager* Anthol. III. c. 6. Ep. 17. Νᾶσος ἐμὴ θρέπτειρα Τύρος. Apud *Joseph.* A. J. VIII. c. 2. §. 7. Hiramus Tyri rex ad Salomonem scribit, ut sibi pro operâ ceteris in rebus navata frumentum mittat, οὗ διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν δεόμεθα· quae repetuntur c. 5. §. 3. *Diaconus* e *Festo: Sarra, insula Tyrus.* Consentiunt eruditi post magnum *Scaligerum*, Sarram et Tyrum ab eodem manare vocabulo Phoenicio: at, si, quod *Is. Vossius* ad *Scylac.* p. 101. contendit, accipimus, non esse dubitandum, quin Sarra proprie sit Palaetyrus, erroris absolvi nequit *Festus*, qui *Tyrum insularem* exponat: sic tamen et *Servius* ad *Georg.* II, 506. *quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur:* idque etiam tradiderat ille nescio quis, Graecus certe scriptor apud *Gell.* N. A. XIV, 6. Mihi quidem satis exploratum videtur, et non levibus argumentis nixum, haud longe post Palaetyri initia Tyrum ob egregias loci opportunitates in insula proxima fuisse conditam, et jam ante Salomonis aetatem opibus floruisse; nullaque adeo proferri potest ratio, quae Sarram veterem esse solam Tyrum, exclusa nova, cogat. Hemst.

Ead. l. 2. Παλαμήδης) Παλαμήδης εὗρε τὸ Ζ. καὶ Π. καὶ Φ. καὶ Κ. στοιχεῖα. *Hesych.* περὶ σοφῶν. Vorst. Quatuor a *Palamede* additas alphabeto literas tradidere quidam. Vide *Tacit.* A. XI, 14. Solan.

Ibid. Σιμωνίδη) Et hic quatuor literarum additione apud veteres nobilis, quas *Plinius* VII, 56. facit Z. *H.* Ψ. Ω. Sed pro Z. *Suidas* et *Salmasius* Ξ. ab eo additam statuunt, Not. ad inscript. *Herod.* p. 224. Consule *Spanhem.* p. 41. et 84. 85. Solan. Repertis, vel potius invectis in Graeciam literis, literarumque formis Cadmus supra ceteros omnes inclaruit. Graeci, quasi originem artis omnium utilissimae peregrinam aequo animo non ferrent, Palamedem in hujus partem laudis vocarunt: testes quidem in ejus caussa sane quam multi, qui simpliciter literas illum invenisse perhibent: *Gorgias* et *Alcidamas* personati Declamationibus adversis, *Hygin.* F. 274. *Dion. Chrys.* Or. XIII. p. 225. *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 33. Her. p. 708. 710. ubi gruum commemorat artificem volatum,

de quo praeter *S. Bochartum* Hieroz. P. II. lib. I. c. 11. *Raderus* ad *Martial.* XIII, 75. ex *Philostrato* notans, quod et alii priores fecerunt, quae nusquam in eo compareant: hoc autem commentum a quo sit auctore, quamque antiquum, nunc exquirere nihil adtinet. *Themistius* Cadmum et Palamedem itidem adjungens Or. IV. p. 60. A. librarios eleganter vocat *τοὺς τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργούς*. Nescio, an *Euripidem* pro hujus opinionis auctore fuerint secuti: videntur certe. ejus ex Palamede locum egregium servavit *Stob.* p. 469. in quo minus miror, tot homines eruditissimos, eorum autem, qui de literis scripserunt, nemo fere praetermisit, nullam tetigisse vitii suspicionem, postquam *Scaligeri* acerrimum illud ingenium cessaverat ad *Manil.* IV, 206. praeclaram posterioris partis emendationem viro maximo hora melior suggessit, ut discimus ab *H. Grotio* ad Floril. Tit. LXXXI. Priores versus, cum hactenus etiam, ut puto, nonnihil laborent, ita legendos arbitror: *Τὰ τῆς γε λήθης φάρμαχ' ἁρμόσας μόνος Ἄφωνα καὶ φωνῆντα* (*φωνοῦντα*, quasi Graecum foret, nimium patienter tulerunt) *συλλαβάς τε θείς· ἁρμόσας* dedi pro *ὀρθώσας*, utpote, me quidem judice, convenientius: tametsi, si quis illud tueri velit pro *in commodum rectumque ordinem digerere*, quomodo fere Iph. in A. v. 24. *τὰ θεῶν οὐχ ὀρθωθέντα*, id est, *ὀρθῶς διοικηθέντα, διατεθέντα*, non valde sum repugnaturus: tum porro *σάφα Δέλτος διαιρεῖ* restituo pro *καπὰ*, quod, utcunque cesserit emendatio, corruptum profecto est. Ex his quidem solis, quod veteres videntur fecisse, fecerunt certe recentiores *J. Meursius* aliique, ut Palamedi literarum inventionem tribuerit *Euripides*, haud sane conficias: nihil utique aliud adfirmat, quam quod literis ordinatis faciliorem utendi scribendique rationem commonstraverit; quemadmodum *Aeschylus* Prometheo inter alia magnifica, quae Tragicorum more perquam liberaliter heroï suo donat, etiam adsignavit v. 459. *γραμμάτων τε συνθέσεις*, vel potius *σύνθεσιν Μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην*· sic enim reponendum censeo: is tamen idem, ut scenae serviret, nihil alienum facere sibi visus est, si, quorum hic Prometheum dixisset auctorem, eorum quaedam ad Palamedem multo posteriorem alibi referret, quod observat *Schol.* ad v. 457. *Sophocles* vero, qui Palamedem quoque suum ornatissime instruxit, nullam, opinor, inter ceteras ejus laudes literarum fecerat mentionem; saltem tale nihil adparet eo in loco, quem protulit vir magnus ad *Manilium*, sed ista, ex adversariis, ut saepenumero solet, deproperata parum caute scribens:

In Tragoedia autem Sophoclis Nauplio ita quidam de Palamede narrat: nam sic *Achilles Tatius* p. 122. *Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησι. λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰςάγει·* unde nec colligi potest, sum os esse versus illos ex fabula Nauplio, et simul constat, de filio Palamede ipsum Nauplium, non alium quendam, ista commemorasse. Praeterea quatuor versus, quos *Scaliger* adnectit, postremi optime quidem ad sensum respondent; sed, si verum est, ut sane videri non diffiteor, ex Nauplio *Πυρκαεῖ* priores esse depromtos, hi certe quatuor cum illis, quantumvis congruant, conjungi non debent: exstiterunt enim in *Sophoclis* fabula Palamede, ut diserte testatur *Eustath.* ad Il. B. p. 228. Od. A. p. 1397. A vero igitur non abhorret, propagatam esse ex *Euripide* minus bene intellecto illam de Palamede literarum inventore opinionem, quam cum refutaret, sapiebat sane *Tzetzes*, in illis etiam, ubi sapit, ineptissimus Chil. V, 804. XII, 39. Rectius alii curam Palamedis, nam quin ejus non fuerint hac in re nullae partes, minime dubito, ad paucas literas easque compositas adstringunt. *Serv.* ad *Aen.* II, 86. satis circumspecte: *secundum quosdam ipse reperit literas: quae res si forte sit dubia, tamen certum est θ, φ, χ ab hoc inventas cum adspiratione.* Ξ addit cum aliis *Schol. Gregor. Nazianz.* ad Stelit. I. p. 66. hic quam parum veteres inter se consentiant, expositum leges tum ab aliis, tum a *J. Meursio* ad *Hesych.* Illust. p. 159. et *J. G. Vossio* Art. Gramm. I. c. 10. Loquitur autem ne *Lucianus* quidem de literis inventis, sed per certas leges ad commodum ordinem atque usum dispositis: ceteroquin post Cadmum et Palamedem non nimis adcurate Simonidem addidisset, qui trium tantummodo, vel quatuor ad summum compositarum habetur auctor. Operae pretium erit conferri, quae de Lino tradit *Diodor.* III. p. 140. B. prava *Rhodomanni* versio, quod Lino *Diodorus* adscriptum volebat, Cadmo perperam tribuit: hoc quamvis animadversum a *J. Perizonio Aelian.* V. H. III, 32. n. 5. fraudi tamen fuit ampliss. *Bouhier.* Diss. de Pr. G. et L. L. §. 14. Apud *Plutarchum* etiam *τάξις γραμμάτων* et *προεδρία* Symp. IX. Qu. 2. ubi et Cadmum, Palamedem ac Simonidem similiter atque a *Luciano* commemoratos reperies, et plura, quae ad hoc genus omnino pertinent. *Ὅπως καὶ ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται*, *Tatian.* Orat. ad Gr. §. 29. Mox placet Codd. lectio, *οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ·* quod posterius retineas, an *μόνον*, etsi parum referat, hoc tamen malo propter *ἀλλὰ καὶ* sequens. In Nigr. tamen §. 1. *ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ.* §. 38. *οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἄν* etc. Haec saepius a librariis confusa. Hemst. Diligentissime, ut solebat, ea, quae

de literarum Graecarum initiis et auctoribus vel ab ipsis veteribus, vel etiam a recentioribus, tradita sunt, collegit et disposuit *J. F. Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* T. I. p. 4. sq. Deinde neque hunc Dativum, vel potius Ablativum, *τῇ τάξει* corrigi velim, non magis, quam illum *τῇ μνήμῃ* Nigr. c. 10. Mens auctoris haec, opinor, est: *quae prima sit, quae secunda litera, definierunt inventores earum ordinis illius ope s. ordine illo constituto, in quo* etc. Accedit, quod *ἐν τῇ τάξει* aliqua ambiguitate laboraret, quum *ἐν τάξει*, vel *ἐν τῇ τάξει, ποιεῖν τι* fere sit *facere aliquid recto s. praescripto, ordine servato*, quod *noster* non potuit velle. Longe suspectior mihi fuit in sqq. forma *προεδρεῖαι*, quum *Lucianus* certe sibi in altera forma *προεδρία* constet. Mox c. 11. rectior forma occurrit. LEHM.

Ead. l. 3. *Οὐ τῇ τάξει μόνον*) Mss. *οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ*, quod idem. BOURD.

Ead. l. 8. *Ἡμιφώνοις*) De his et *mutis* consule *Dionys. Halic.* de Str. Or. XIV. p. 96. ed. Uptonianae. SOLAN.

Ead. l. 10. *Καθ' αὑτὰ*) Prave hunc locum interpungi in omnibus in hunc modum, *καθ' αὑτὰ μὲν οὖν τὰ φ.* video. Revocavi igitur genuinam hanc, quam vides, lectionem: qua admissa, omnia jam plana sunt. Sola *J. τὰ* ante *μὲν οὖν* habet, quod adjumento fuit. SOLAN. Etiam in A. 2. reperio *τά*. LEHM.

Ead. l. 12. *Οὐ γὰρ ἔγω*) Utitur hoc loco *Sam. Petitus*, vir doctrina quam recto judicio melior, Misc. III. c. 9. ut mirificam illam Virgiliani in Tullium Cimbrum epigrammatis emendationem illustret. HEMST.

Ead. l. 14. *Καθήκοντες ὁραθῆναι*) Cedo mihi ex veterum aliquo exemplum, quod talem usum *τοῦ καθήκων* probet, et desistam huic scripturae litem movere. Interea corrigo mutatione non ita magna, *καλοὶ ὄντες ὁραθῆναι*· quae usitatissima est loquendi formula. *Καλὸς ἰδεῖν Euripid.* Rhes. v. 380. *κάλλιστος ὀφθῆναι Cornut.* de N. D. c. 32. p. 225. *Eunap.* Prisc. p. 114. v. 15. *εὐπρεπὴς ὧν ἰδεῖν Aeschin.* in Tim. p. 22. v. 25. In *Platonis* Parmenide p. 1110. B. Parmenides ipse *καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν*, Zeno autem *εὐμήκης καὶ χαρίεις ἰδεῖν*· sicut in *Luciani* Prom. in verb. §. 3. *ὀφθῆναι χαρίεντα*· contra *αἴσχιστος ὀφθῆναι τὴν ὄψιν* de Hist. conscr. §. 9. Rarius illud *Aeschinis* in Tim. p. 7. v. 34. *εἰσὶ φύσεις ἀνθρώπων πολὺ διαφέρουσαι ὀφθῆναι ἀλλήλων τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν*· quo loco si quis vulgatam *Luciani* lectionem defendere conetur, is, meo quidem judicio, multum errabit. Ὁραθῆναι autem ne sede sua deturbetur, intercedo: eo magis, quod *ἀκουσθῆναι* conjecturae sane parum felici, non vetusto Codici debeatur.

Sunt enimvero *A* et *T* specie ad videndum pulchra, si ad literam *T* comparentur, quae crucem referat: tum animadverte, quam illud auribus ingratum accidat, *καθήκοντες ἀκουσθῆναι, οὐκ ἂν ἡκούσθη μόνον.* Hemst. Non nego insolentius dictum *καθήκων ὁραθῆναι.* Sed quia non similia de hoc ipso verbo exempla in promtu sint, ideo tamen non existimo corrigendum. Cogita *καθήκων* Participium h. l. Adjectivi vice fungi, ut exprimatur *decorus, speciosus.* Et agnosces eundem *Lucianum*, quem in illo *φοβερὸν ἰδεῖν* Diall. Marinn. XV, 3. vel in *χαρίεντα ὀφθῆναι*, quod ipse *Hemst.* modo cum aliis exemplis proposuit. Vid. *Fischer* ad *Weller.* T. III. b. p. 23. sq. Aliam ad defendendam vulgatam lectionem viam ingressus est *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 23. *ἀγαθοὶ* cum *ὁραθῆναι* conjungens perplexa structura, qua facile possumus supersedere. Lehm.

Ead. l. 15. *Ἀκουσθῆναι*) Ex Cod. L. haec scriptura est, reliqui libri *ὁραθῆναι.* Solan.

Pag. 60. l. 2. *Ἀπελᾶσαι*) Melius congruere *ἀπελάσαν* et *ἐκδιώξαν* nemo, qui ad nexum orationis adtenderit, diffitebitur: hoc satis liquidum; sed *βιασάμενον* legatur, an *βιασαμένων*, non multum interest. Hemst. Ad Gerundia Latinorum confert hos Infinitivos *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 790. satis sinistre. Neque tamen opus erit *Hemst.* emendatione, si cum *Schaefero* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 612. sq. commate modo transposito legamus: *τοῦτο οὖν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε, βιασάμενον ὀνομάτων με* etc. Felicissima profecto manus. *Τῶν πώποτε*, int. *ἀδικησάντων με.* Ceterum *βιασαμένων* reperitur etiam in cod. 2954. et in ed. B. 2. Lehm.

Ibid. Συνδέσμων) Quo respexerit, mihi non liquet: neque enim in lingua vulgari quicquam est, quod huc faciat. Dialectos non moror. Solan. De *Conjunctionibus* et *Praepositionibus* grammaticis, quas Versio expressit, et *Solanus* quoque in mente habuisse videtur, h. l. non cogitandum esse, vel particula *ὁμοῦ* arguit, patet etiam ex uberiori, quae sequitur, rei demonstratione, ubi non modo de Conjunctionibus, sed etiam de Praepositionibus nihil vel argumenti, vel exempli invenias. Seducti interpretes ad falsam opinionem per antecedentes voces *ὀνόματα* et *ῥήματα*, quae tamen h. l. non ita videntur grammaticae esse, ut non simul omnes, quascunque lingua complectitur, sub his intelligi possint. Hinc prima menda *προθέσεων*, pro qua librariorum voce *Lucianus* scripsisse videtur *προθέτων*, vel *προθεσμίων*, vel tale quid, ut jam haec exsistat sententia: *Ausa est litera T vi me expellere ex nominibus et verbis patriis, quin etiam extrudere e*

necessariis mihi et lege constitutis. Πατρῶα, quae a majoribus sic sunt propagata, alias τὰ πάτρια, ut in *Isocrat.* Panegyr. identidem principatus Graeciae vocatur πάτριον. Σύνδεσμα, quae arctis vinculis sunt inter se conjuncta. Πρόθετα denique, s. προθέσμια, quae lege sunt praestituta, longiori scilicet usu, et inde oriunda auctoritate. Sic argumentationem accusatricis petitam vides ex antiquitate et jure possessionis, ex arcta literarum necessitudine et familiaritate mutua, (*c.* 8. συνήθη μοι καὶ συνεσχολακότα γράμματα) e legum denique constitutarum auctoritate et sanctitate (ibid. ἀνόμως ἀνήρπασεν). Quae si cui argutiora videantur, meliora velim offerat. Et accipiam lubens. LEHM.

Ead. l. 3. Ἔκπτοον) Mss. ἔκπτωτον, ἤτοι βίαιον καὶ ἀφόρητον. BOURD.

Ead. l. 5. Κυβέλῳ) Dico ad *Pausan.* BOURD. *Bourdelotio* solenne est, eorum, quae nullus intelligit, explicationem in aliud tempus promittere. Equidem de Cybelo Atheniensium colonia, et Lysimacho Comico nihil habeo quicquam, quod in medium adferam, certi. *Berkelius* ad *Stephan.* in Κυβέλεια illud oppidum esse censet, quod genere feminino dicatur a *Stephano* Κύβελλα, idemque *Cuballum Livii*, Gallograeciae castellum, XXXVIII, 18. hoc posterius ob rationes multas, quas promere longum foret, probabile non videtur. De *Stephani* loco aliter sentit *L. Holstenius*, existimans esse scribendum, ἔστι καὶ Κύβελα Φρυγίας· scilicet ὄρος. Κύβελα sane notissimi Phrygiae montes, praecipue matris Deûm religione et sacris. *Hesych.* Κύβελα, ὄρη Φρυγίας καὶ ἄντρα καὶ θαλάμαι· ita lege, non θάλαμοι. *Schol. Homer.* ad Il. Z, 135. ex vetustioribus: ἐν Κυβέλοις τῆς Φρυγίας· vide *Marqu. Gudium* ad *Phaedr.* p. 77. *Th. Reines.* ad Insc. Ant. Cl. II. n. 68. Quo minus adsentiar, interpellat me non *Tzetzes* quidem, quis enim ejus hominis auctoritate moveatur? sed quod e Scholiis ad *Lycophronis* Alexandram veterioribus ad v. 1170. videtur exscripsisse: ὁ Ἱππώναξ κύβηλιν τὴν Ῥέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλλα πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι· haec si fidem merentur, habemus urbem Phrygiae Cybellam geminata litera λ. similiter ac Κυβέλλια κώμη post Erythras inter montem Mimantem et promontorium atrum sita *Strab.* XIV. p. 954. C. de qua mihi non probantur, quae notat *Is. Vossius* ad *Mel.* I. p. 119. Haec me inducunt, ut credam, in *Stephano* sic esse reponendum: Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἡρωδιανὸς δὲ Κυβέλην φησὶ πόλιν Φοινίκης· ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας· (πόλις nimirum ex praecedentibus) καὶ Κύβελα, ὄρος ἱερὸν, ἀφ' οὗ Κυβέλη ἡ Ῥέα λέγεται. Neque tamen eo magis adfirma-

vero, id ipsum oppidum esse *Luciani* Cybelum; quanquam Nelidas etiam in Cariam et Phrygiam pervenisse satis constet: *Schol. Apollon. Rhod.* ad I, 959. Non me praeterit Thraciae, quo plures fuisse missas Atticorum coloniás certum est, urbs *Κύψελα* prope Hebrum fluvium, cujus praeter *Stephan.* in v. meminerunt *Appian.* de B. Mithr. p. 349. *Polyaen.* IV. c. 16. facili quidem errore *Κυψέλῳ* (utrumque numerum in multarum urbium nominibus usurpari, nemo nescit) migrare poterat in *Κυβέλῳ*· sed haec an Atheniensium fuerit ἄποικος, juxta cum ignarissimis scio. Quicquid est fermo veteris memoriae *Lysimachorum*, ob oculos mihi versatur: nullum tamen alibi reperio, in quem, quae narrat *Lucianus*, conveniant: nam Lysimachus iste, cujus e Lycurgo tanquam *σὐτελοῦς μελοποιοῦ* meminit *Harpocration*, huc pertineat, necne, quis adfirmaverit? Ergo *Luciano*, cui alia non pauca soli, hujus etiam Lysimachi veteris Comici notitiam debemus: is quia primus, aut saltem inter primos praecipuus, σσ, quod prisca dialectus Atticorum usurpabat, in ττ commutare sustinuit, ideo *Βοιώτιος ἀνέκαθεν* dicitur, quem jocum aut valde fallor, aut a quodam vetustae Comoediae poëta *Lucianus* accepit: non enim Atticis erat hic usus vernaculus, sed a vicinis Boeotis ad eos existimabatur pervenisse. Egregius exstat inprimis ad hanc rem illustrandam *Aelii Dionysii* locus apud *Eustath.* ad Il. K. p. 813. quem totum describere non gravabor: *Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐ πάνυ εὕρηται χαίρων ὁ ποιητὴς τῇ προφορᾷ τοῦ τ ἀντὶ τοῦ σ κατὰ τοὺς ὕστερον Ἀττικούς, οἱ Ὁμήρου σήμερον λέγοντος, τήμερον αὐτοί φασιν. ὡς καὶ τὴν κοινῶς σύρβην τύρβην λέγουσι, καὶ τὸ σεῦτλον τεῦτλον. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξήχησιν καὶ ψόφον, ἃ τῇ τραγῳδίᾳ μάλιστα ἂν ἁρμόττοι· διὸ καὶ διασύροντες τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους προσπαίζουσι ἐν τῷ, ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου·* (ex *Ἑορταῖς Platonis Comici* versus, ut ostendit *Schol. Euripid.* ad Med. v. 476. ubi melius ἡμᾶς, quod hic legem jambi violat, omittitur) *λέγει δὲ καὶ ὅτι Περικλέα φασὶ πρῶτον ἐκκλῖναι τὸν διὰ τοῦ σῖγμα σχηματισμὸν τοῦ στόματος ὡς ἀπρεπῆ καὶ πλατύν, γυμναζόμενον ἀεὶ πρὸς τὸ κάτοπτρον· καὶ ὅτι Θέτταλοι καὶ Κιτιεῖς, οὐχ οἱ κατὰ Φοινίκην, ἀλλ' οἱ περὶ Κύπρον, ὧν πόλις Κίτιον κληθεῖσα οὕτω φασὶν ἀπὸ Κιτίου γυναικός τινος, θάλατταν ἔλεγον καὶ πίτταν καὶ καρδιώττειν καὶ Ματταλίαν καὶ τοιαῦτα, ὅσα οὐδαμοῦ Ἀττικὰ νομίζονται, ἀλλὰ τῶν γειτόνων, φησὶ, Βοιωτῶν, τῷ μήτε Ὅμηρον, μήτε τραγικοὺς, μήτε Θουκυδίδην ἢ Πλάτωνα κεχρῆσθαι αὐτοῖς· ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ λόγου* etc. Haec talia sunt, ut sequi debuisse putes, quae de Lysimacho refert noster *Lucianus*.

Ceterum, quod observat *Aelius*, *θάλαττα*, *πίττα*, istiusque generis similia rarius ab iis, qui *τὴν παλαίαν Ἀτθίδα*, eamque adhuc intemeratam sectantur, usurpata reperies: quamobrem jure suspicari licet, ubicunque in *Thucydide* et *Platone* aliter haec scribantur, librariorum id accidisse culpa: nam Atticorum vetusta dialectus eadem propemodum, quae Ionum, frequentem literae τ, praesertim duplicatae usum abhorrebat. Quantum autem Iones sigmate delectantur, tantum Dores ac Boeoti refugiunt: nec defuere, qui totas odas, offensi ingrato literae sibilo, fecerint *ἀσίγμους*· quin *Pindarus* ignominioso titulo *Σὰν κίβδαλον* adpellavit, ut testantur *Dionys. Halic.* de Comp. Verb. p. 23. et *Athen.* X. p. 455. C. qua de re jam ante monuit *Brodaeus* Misc. III. c. 14. Hoc porro *Luciani* loco parum diligenter inspecto *Christ. Wasius* inconsiderate scripsit de Lic. Vet. Poët. c. II. p. 17. *Lucianus in Actione Σ adversus Τ injuriarum et damni dati Lysimachum Comicum poëtam Boeotia oriundum inducit, unde illa omnia resciverit.* HEMST.

Ead. l. 5. *Πολίχνιον*) Sic *Julian.* Imp. *Misop.* de Lutecia. Mendose in Mss. *πολυχνιον.* BOURD.

Ead. l. 8. *Ανσίμαχος*) Hujus Comici quis alius meminerit, nescio. SOLAN.

Ead. l. 11. *Μέχρι μὲν γὰρ*) Restituere plene non possum: alii, si lubet, tentent. Ed. *J. σ. ᾤμην τὸ σ. γρ.* et post *λέγειν*, *πρᾶγμα*, haud dubie suo loco motum. ex qua lectione (collata cum ea, quam *Bourd.* Ms. praeferebat) videtur locus totus sic legendus: *ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγενημένων καὶ συντετραφημένων γραμμάτων. ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον ἴδια ταυτὶ λέγειν συνήθειαν ᾤμην τὸ πρᾶγμα.* Nam *λέγειν*, quod praecessit, mutandum non videtur, ob *ἀποστεροῦν* participium sequens. V. *Eur.* Troad. p. 501. A. *ἀλλ' οὐδὲ πῶλος ἥτις ἂν διαζυγῇ τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγά.* SOLAN. In perturbato loco, interea dum liber aliquis oriatur, qui difficultatem omnem expediat, non oberit, credo, liberior quaedam alea conjectandi. Proxime ad Mss. lectionem, quam *Bourdelotius* adnotavit, hunc in modum constitui possunt *Luciani* verba: *Μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγον, ἀποστεροῦν τέ με τῶν συγγεγενημένων* (alterutrum, ut alterius explicatio, posset omitti) *γραμμάτων, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγον, εὐήθειαν ᾤμην τὸ πρᾶγμα, καὶ οἰστὸν ἦν* etc. Forte nonneminem offendat *λέγον* in tam brevi spatio bis repetitum: huic etiam fastidio potest occurri: *M. μ. γ. ὀλ. ἐπ. τῶν τετταράκοντα ἀποστεροῦν με, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὁμ. ἐπισπώμενον ἴδια ταυτὶ λέγον, εὐήθειαν ᾤμην τὸ πρᾶγμα*

τῶν συγγεγενημένων καὶ συντεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οἱστὸν etc. Ut liberales simus, tertium aliquod remedium addere placet: *M. μ. ὀλ. ἐπ. τοῖς τετταράκοντα ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγενημένων μοι, ἔτι δὲ τ. καὶ τὰ ὅμ. ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγον, εὐήθειαν ὤμην τὸ πρᾶγμα τῶν συντεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οἱστὸν ἦν* etc. Quomodocunque statuatur, hoc certe adfirmare posse videor, *συνήθειαν* recte mutatum esse in *εὐήθειαν*, sive apertam quandam ipsius literae *T* simplicitatem intelligas, sine dolo corripientis, et ad se trahentis, quae propria putabat, quod sane paullo magis ferendum, quam si per vim et injuriam eadem facere deprehenderetur; sive, ut in secunda tertiaque conjectura sumi necesse est, stultam ceterarum literarum facilitatem, quae, temere deserto *Σ* paene contubernali, ad violentissimum illud *T* sponte se adplicarent. *Συνήθεια* profecto, in quamcunque partem vertas, quem sensum habere possit, non video: nisi forte consuetudinem ac familiaritatem interpreteris, per quam licuisse sibi censuerit *T*, ut vicinae amicissimaeque literae *Σ* res proprias ex veteri dicto, *Πάντα φίλων κοινὰ*, pro suis usurparet: huic autem potestati, modo cujusquam calculum ferat, extra primam conjecturam locus esse non potest. Hemst. In A. 2. corruptissime pro *ὤμην* legitur *ὅμως* et verbis *καὶ οἱστὸν ἦν* praefixa vox *πρᾶγμα* (scripta *πράγμα*). *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 790. sq. totum locum sic mutavit et explicuit: „*μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει, τετταράκοντα λέγειν*, (*dicendo*) *ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγενημένων μοι γραμμάτων συνήθειαν, οὐ μὴν συντεθραμμένων πραγμάτων· ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον ἴδια ταυτὶ λέγειν, καὶ οἱστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα, καὶ οὐ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς· ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε κατιτέρον εἰπεῖν, καὶ κάττυμα, καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσαν, καὶ βασίλινταν ὀνομάζειν, οὐ μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ, καὶ πίμπραμαι — οὐ γὰρ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων καὶ συνεσχολακότων μοι πραγμάτων, vel χρημάτων.* Per *ὀλίγα* intelligo „*parva*, quae deinde dicit *μικρὰ* et *τυχόντα*. Ideo autem Sigma queri videtur, privari se *τῶν συγγεγενημένων γραμμάτων συνήθεια* in voce *τετταράκοντα*, quod omnes literae in ea voce sint „Cadmeae, adeoque ei *συγγεγενημέναι*. Addit ex nostra correctione *οὐ μὴν τῶν συντεθραμμένων πραγμάτων*, nempe *συνήθειαν*, *nondum tamen consuetudine et usu rerum* atque animalium sibi *συγγενῶν καὶ ὁμοτρόφων*, ut sunt scil. quae recenset, *κασσίτερον*, *πίσσα* etc. et quae deinde vocat *συνήθη* atque *συνεσχολακότα πράγματα*, idque sensum probat, quem

„tribuimus τῷ συντεθραμμένων χρημάτων s. πραγμάτων. Ἴδια „λέγειν videtur posuisse pro *sibi peculiari more dicere.*" Haec *Abreschii*; non quidem illa leviter ac temere, quamquam nec sine licentia aliqua, quam in talibus locis emendandis vix effugias, conjecta. Videamus et nos, an forte, vitatis magnis illis et operosis verborum transpositionibus, quae etiam *Hemsterhusiana* aliquo modo premunt, rectiori et expeditiori via *Luciani* mentem adsequi possimus. Quid, si legamus: μέχρι μὲν γὰρ ὀλιγάκις (*rarement* vertit et *Belin.*) ἐπεχείρει τεττεράκοντα λέγειν, ἀποστεροῦν με τῶν συγγεγενημένων μοι, συνήθειαν ὥρην συντεθραμμένων· (*familiaritati id tribuebam aequalium et sodalium*) τὸ δὲ καὶ, τήμερον (vel potius: τὸ δὲ καὶ, τὸ τήμερον) καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, καὶ τοῦτο οἰστὸν etc. h. e. *quod vero etiam illud* τήμερον *et similia ad se trahens sua haec esse dicebat; hoc quoque tolerabile mihi erat auditu* etc. Haec fere videtur auctoris sententia fuisse, quamquam verba ipsa nec ego praestiterim. Deinceps vero sequentia caste habenda existimo. Lehm.

Ead. l. 11. *Λέγειν*) Pater adscripsit λέγον. Gron.

Ead. l. 12. *Συνήθειαν ὥμην*) Desunt in Ms. Bourd.

Pag. 60. l. 14. *Ταυτὶ λέγειν*) Post λέγειν in Ms. συνήθειαν ὥμην τὸ πρᾶγμα. Bourd.

Pag. 61. l. 3. *Βασίλιτταν*) Quae ante commemorantur, sic satis praesertim apud Comicos et Sophistas sunt pervulgata: *βασίλιτταν* qui dixerit ex iis, qui supersunt, scriptoribus, necdum reperi, nisi forte librariorum vitio alicubi obscuratum lateat: quare tanquam gravissimum literae *T* facinus exagitatur, quo prorumpere non potuerit, nisi pudore omni excusso. Sic autem existimandum est, *Lysimachum*, cum hoc inter alia primus in Attica scena novasset, horum indignationem, risum aliorum commovisse. Verum est porro, quod initio diximus de usu duplicis τ a Boeotis recepto: *Strabo* IX. pag. 619. A. cum Mycalessi Tanagricae meminisset, monere non praetermisit, καλοῦσι δὲ Βοιωτικῶς Μυκαληττόν· quod repetitum ab *Eustath.* ad Il. B. p. 266. Tarentinorum erant, atque adeo Aeolum ἀνάζω pro ἀνάσσω, πλάζω pro πλάσσω· contra quae ab aliis efferebantur per ζ, isti mutabant in σσ· veluti μύζω, μύσσω· σαλπίζω, σαλπίσσω· φράζω, φράσσω· in his etiam Boeoti duplex τ subjiciebant, σαλπίττω, φράττω· hoc quidem eo insolentius, quod alias diversa longe potestate φράσσω vel φράττω a Graecis usurparetur: ideo *Heraclides*, cujus eximium locum invenies apud *Eustath.* ad Od. *K.* p. 1654. verbum illud *Corinnae* auctoritate munire voluit.

Hoc scribendi genus antiqua dialectus Atticorum prorsus fuit adspernata, maxima saltem ex parte, sicut observatum quoque viris eruditissimis *J. Wasse* ad *Thucyd.* I. p. 16. n. 7. *C. A. Dukero* p. 83. n. 49. nova, quam vocant, auctoribus Comicis cupidius adscivit; neque tamen ita promiscue nulloque discrimine, ut non multum et aurium judicio, et normae loquendi tribueretur. Quid familiarius quam θῆττα, Θρᾶττα (*Ἀθηναῖοι δὲ Θρᾶττα λέγουσι*, *Etymol.* p. 454. v. 24.) et hujusmodi innumera: at raro, si modo unquam, *Κίλιτταν*, *Κρῆτταν*, *ἄνατταν* leges. *Λυκαβηττὸς*, *Τμηττὸς* constantissimus usus sanxit, et ad ipsos Latinos transmisit: contra cedo mihi vel unum, qui scripserit *Ἁλικαρναττὸν* aut *Ἁλικαρνηττὸν*, *Παρναττὸν* aut *Παρνηττὸν*, quanquam hic in Phocide, ubi Dorice loquebantur, erat situs. Ista monendi caussa, quae latius deducere per notarum leges non licet. *Βασίλισσα* autem, unde formatum *βασίλιττα*, ne *Polybium*, *Diodorum Siculum*, Graecos Hebraei Codicis interpretes, *Josephum* atque alios usurpem, *Alcaei* ipsiusque *Aristotelis* auctoritate defenditur: non negat *Phrynichus;* verum ex eorum sententia, qui strictam nimis Atticae dialecti regulam condiderunt, tantopere aversatur, ut hoc etiam argumento pag. 42. *Demostheni* Orationem in Neaeram abjudicet, quod in ea regis sacrorum uxor *βασίλισσα* nominetur, non *βασιλὶς* vel *βασίλεια*· quo jure, nunc non disputo: at *Pollucem* certe non retinuit illud Grammaticorum decretum, quin scriberet, *τὴν δὲ συνοικοῦσαν αὐτῷ* (*βασιλεῖ*) *βασίλισσαν καλοῦσι*, VIII, 90. consentit *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad Od. A. p. 1425. *τοῦ βασιλεὺς τὸ θηλυκὸν οὐ μόνον βασίλεια, ὡς ἱερεὺς ἱέρεια, ἀλλὰ καὶ βασίλισσα κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἀττικῶς· βασίλιννα δέ φησι Μένανδρος λέγει.* hoc jam plane Doricum, aut, si mavis, Macedonicum, simili forma, qua scribuntur *Ἡριννα*, *Κόριννα*, *Μύριννα*, *Φίλιννα*, pluraque talia. *Menandri*, pro quo *Nunnesius* ad *Phrynich.* pag. 45. *Alexandrum* male posuit, locus ab *Aeliano* servatus apud *Suid.* in *Παίσωμεν* et *Τριορυσία*· *καὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου, ἵνα τι καὶ παίσω, Τριορυσία βασίλιννα*· fastu elatam, ut puto, et quae cristas tolleret, intelligi voluit: qui meminerit *ἐμπίδος Τριορυσίας* in *Aristophanis* Lysistr. v. 1031. is, unde haec adpellationis Comicae facetia sit derivata, statim persentiet. Hemst.

Ead. l. 5. *Τὰ σῦκα τῦκα*) Adludit ad notum proverbium, quo qui libere et audacter vitiis sua nomina ponunt, dicuntur vocare τὰ σῦκα, σῦκα. Sic de Hist. Scrib. c. 41. inter alia, quibus ornatum sibi dari vult virum, qui sese ad scri-

bendam historiam accingat, hoc numerat, *παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλος. ὡς ὁ κωμικός — φησι, τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην δὲ σκάφην ὀνομάσων* Peracute itaque veretur hic Sigma, ne, grassante adversarii licentia, eo res tandem deveniat, ut *σῦκα* non amplius *σῦκα*, sed *τῦκα*, dicantur; atque adeo veritas et in dicendo libertas e genere humano intercidat. SOLAN. Jure metuebat pro ficubus, arbutei generis fructu suavissimo, ne Tau tam grati saporis delicias sibi surreptum veniret, adjutore *Lysimacho*, quippe *Βοιωτίῳ τὸ γένος ἀνέκαθεν*· nam Thebani revera *τῦκα* pro *σύκοις* efferebant: docet *Strattis* in fabula Phoenissis apud *Athen.* XIV. p. 621. A. *Alexidis* quaedam paullo ante proferuntur, unde Lacones etiam *τευτλον* et *τευτλίον* dixisse constat: hinc insula *Τευτλόεσσα*, *Τευτλοῦσσα*, *Τρύτλουσα*, quod scilicet foetu betaceo abundaret: atque ita sine dubio scribendum apud *Thucydid.* VIII, 42. HEMST.

Ead. l. 9. *Γραμμάτων*) Lege *χρημάτων*. Certe de *literis* sermo esse non potest, cum mox *aves*, et id genus alia, nominet. Coll. habent *ῥημάτων*, quod proxime accedit. V. *A.* (Diall. Mortt.?) XXVI. Usurpat alibi vocem *πραγμάτων*, Tim. c. 27. SOLAN. Recepi *χρημάτων*, satis commendatum. Et *Abreschius* vel hoc probavit, vel *πραγμάτων* (Dilucc. Thuc. p. 790. sq.) Minus placebat *Jacobsii θρεμμάτων* in *Porson.* Adverss. LEHM.

Ibid. *Ἐκ μέσων τῶν κόλπων*) Hoc proverbium etiam in *Achill. Tat.* lib. II. dico ad *Heliod.* lib. IV. BOURD.

Ead. l. 12. *Φάσσαν*) Multitudinis numero aptius dictum foret *φάσσας*. SOLAN. Non ita videtur; quamquam res est minuta. LEHM.

Ibid. *Κοσσύφοις*) *Φάτται, νήτται*, (quas miror Boeotum in Acharn. *Comici* v. 875. *νάσσας* vocare, cum debuisset potius *νάττας*) *κίτται* semper in *Aristophanis* Avibus, alibique: plurimum etiam in *Aristotele περὶ Ζώων* apud eundem, ut nunc quidem editur, vix aliter, quam *κοττύφους*, reperias: *κοσσύφους* habet *Athen.* VII. p. 305. B. Harum avium singulare quoddam genus Cyllene mons Arcadiae nutriebat: *Stephan.* in *Κυλλήνη*· *ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λευκοὺς γίγνεσθαι*· in eadem historia similiter *Aristot.* IX, 19. verum *κοσσύφους* dederunt *Aelian.* de Anim. V, 27. et *Pausan.* VIII. p. 634. quem perperam intellectum cum descripsit Commentator, quisquis est ille in Anthol. p. 314. pessime lapsus est: nunquam aliter, si recte memini, *Aelianus:* vide XII, 28. et simillimum plane *Clementis* locum Paed. II. p. 188. D. Arcadas autem ipsos, quorum lingua Doricae dialecto contribuitur, *κοττύφους* enuntiasse, perquam fit ve-

rosimile, quia Cottyphus Arcas, quem Amphictyones imperatorem legerunt, memoratur ab *Aeschine* in Ctesiph. pag. 71. v. 40. et *Demosthene* pro Cor. p. 498. 499. Hoc quidem apud Atticos itidem usitatum; sed ii tamen proprios sibi κοψίχους vindicant, notante *Moschopulo* περὶ Σχεδῶν p. 61. quare in *Moeride* Atticista malo legere: Κόψυχος Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ κόσσυφος Ἑλληνικῶς. Sic sane plus una vice *Aristophanes* in Avibus, et apud *Athenaeum* saepe veteres Comici: vid. p. 65. D. 558. D. VI. p. 238. D. *Aristophon* in Pythagorista de parasito perquam facete, Παίθριος χειμῶνα διάγειν, κόψιχος· ὅπερ ἐστὶ κόσσυφος, inquit *Eustathius* ista proferens ad Od. Ω. p. 1951. *Philostratus* Attici moris observantissimus de V. A. T. VI. c. 36. ubi quae notavit *Olearius*, Index *H. Stephani* ad Thesaurum haud paullo meliora suhministrabit. In *Longo* scribitur κόψυχος III. p. 96. 99. 102. nec secus *Suidas*: Κόψυχος, ἐπὶ ὀρνέων. Κόσσυφος ἐπὶ ἰχθύων· quod ego discrimen Grammaticorum commentis adnumerandum censeo. *Hesychius*, nisi et hic etiam, ut plurimis in locis, foede truncatum accepimus, quando *Κομψεία* reddit inter alia τὰ τῶν κοσσύφων κρέα, errorem non levem commisit: praeponendum fuerat *Κοψίχεια*· quod fieri potest, ut corrupte scriptum invenerit *Κομψίχεια*, quemadmodum in *Moeridis* membranis legebatur κομψυχός. Hemst.

Ead. l. 13. Τμηττὸν) Mons est satis notus. Solan.

Ead. l. 14. Συλλαβῶν) Τμῶν, quia Hymettus ab iisdem incipit literis: tum quoque συλλαβὰς intelligo vocis Τμηττός· alioqui pro ipsis elementis συλλαβαὶ hic deberent poni, quod nusquam fieri credo. Γράμματα quidem exponit *Hesychius* συλλαβὰς, et paullo diverse *Aeschylus* γραμμάτων ἐν συλλαβαῖς Sept. contra Theb. v. 474. sed hic usus quomodo possit inverti, nulla constat ratio. Praeterea talis eorum, quae praecedunt, est sensus: apibus etiam me fraudavit non paucis sane: quin ipsum Hymettum mihi subductum ex Attica media sublimem rapuit, idque vobis inspectantibus: Hymettus enim, ut notum est, μελιττοτρεφὴς, mellificio praestantissimo adfluebat. Hanc elegantiam nulli videntur priorum interpretum cepisse. Hemst. De *Syllabis* vid. ad §. 1. Nec intelligo plane, quid in voce ὑμῶν quaerat *Hemst.* Nihil amplius in illis verbis equidem invenio, quam hoc: *videntibus vobis ipsis* (septem vocalibus, quae hic judices adsidetis) *ceterisque vocalibus*, quae quidem secundo a vobis loco sunt positae. Cf. c. 5. Miratur, tantas sibi injurias factas coram ipsis illis, quarum erat leges statas custodire. Lehm.

Pag. 62. l. 1. *Ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλ.*) Ms. *ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν.* Bourd. Sic restituimus secuti ed. *J.* et Mss. *L.* et *Bourd.* in reliquis legebatur *ἀποκεκλεισμένον.* Solan. Dedimus *ἀποκέκλεικέ μοι*, ut congrueret cum *ἐξέβαλεν.* Historicis frequens. *Dion Cassius* XLVII. p. 345. A. *ἀπέκλεισε οἱ καὶ τὴν θάλασσαν·* et variata structura, *ἀποκλείειν τοὺς πολεμίους τῆς θαλάσσης* apud *Suid.* in *Ἕρμα·* Hinc patet, jure *Kuhnium* in *Pausania* VIII. p. 598. voluisse legi, *Ἀρκαδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης πανταχόθεν·* nam *θαλάσσῃ*, quomodo vulgatur, valet, *maris interjectu ab omnibus aliis seclusi:* quod a *Pausaniae* mente longe distat. Hemst. Lectionem cod. 2954. *τὴν θάλατταν* per τ duplex recipiendam censet *Belinus*, ut necessariam, nisi velimus contradicere sibi literam *Σ.* Hae merae sunt argutiae. An quaeso contradixit sibi, eadem, quum dicebat: *Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλως;* et deinde *σεύτλων* pro *τεύτλων;* Et infra c. 11. accusatrix forma utitur *θάλασσα*, quippe odio alterius motâ. Lehm.

Ead. l. 4. *Τῷ ζήτα*) Utraeque literae *Z* et *Σ* multis in vocibus altera locum alterius obtinuit. *Ζάλα*, *Ζαμβύκη*, *Ζάμολξις*, *Ζεῖρα*, *Ζιβύνη* utrovis modo saepe scribuntur. At ubi literis *B* vel *M* praejiciendum erat *Σίγμα*, vicem ejus, invitante pronuntiandi suavitate, subsidere coepit *Ζῆτα·* tanta quidem juris specie, ut apud Grammaticos in disceptationem venerit, *ζμύρνα* scribendum esset an *σμύρνα*, *ζμίλιον* an *σμίλιον*, ut patet ex *Sexto Empir.* adv. Gramm. I. S. 169. ubi vide eruditissimae diligentiae virum *J. A. Fabricium.* In *Gloss. Cyrilli*, *Ζμύρνα*, *murra.* *Scalpellum*, *Scalpulus*, *ζμίλη·* in aliis istius generis alia. Rem pluribus exemplis illustrat *Eustath.* ad Il. B. p. 217. 228. ea tradens, quae, si vera sunt, caussam literae nostrae *Σ* non parum laedant: *ἐφ' ὧν* (*παλαιῶν γραμματικῶν*) *καὶ τὸ ζμύρνα καὶ τὸ ζμικρὸς διὰ τοῦ ζ κατήργετο καταργηθέντος παρὰ τῶν ὕστερον τῇ ἀντιθέσει τοῦ σ.* His ergo testibus habebit, quod conqueratur de pristina possessione dejectum *Ζῆτα*, et Sigma nostrum eodem implicabitur crimine, cujus vicinum *T* insimulabat. Verum ne sic quidem, me judice, nihil erit, cur caussae suae diffidat: quibus enim argumentis persuadebimur, ut *Z* literae duplicis, duplicis, inquam, quicquid obnitatur *J. P. Valerianus* ad Aen. VII, 648. priores in hujus usus possessione fuisse partes statuamus? Latini, sed, ut puto, recentiores pari modo: in *Catullo Zmyrnam* praeferre libros veteres monet *Is. Vossius* p. 321. itaque nomen illud scribi jussit *Mart. Capella* III. p. 57. *Zmilus* vel potius *Zmilis Plinio* H. N. XXXVI. c. 13. qui Graecis *Σμίλις.*

Zmaragdos in duobus *Lucretii* Codd. reperisse se testatur *Lambinus* ad IV, 1119. in *Propertio* II, 13. v. 43. edere non dubitavit cultissimus *Broukhusius:* invito certe *Prisciano* et multum reclamante lib. I. p. 564. *S quoque sequente m, ut, Smyrna, Smaragdus: nam vitium faciunt, qui z ante m scribunt.* Idque adeo verum est, ut vetustiores Grammatici illius apud Latinos scribendi moris omnino nullam fecerint mentionem. HEMST.

Ead. l. 5. *Σμύρναν*) In nummis hodieque saepe ZMTPNA. V. *Spanhem.* 116. quem, cum haec observaret, locus hic non latuit. SOLAN.

Ead. l. 6. *Τῷ ξῦ*)Nos vulgo *Xi* vocamus, cum tamen recte *mu*, et *nu* efferamus. Vides, quid usus faciat. SOLAN. Atticis, et quidem solis, est proprium *ξὺν* scribere pro *σύν*· verum illa literae mutatione non aeque omnes Attici, nec in iisdem utuntur vocabulis. Qui veterem *Ἀτθίδα* secutus est *Thucydides*, singulis propemodum habet paginis *ξὺν*, *ξυμβάλλειν*, *ξυντίθεσθαι*, *ξύμμαχος*, *ξυμφορὰ* etc. *Aristophanes* etiam hoc multo frequentius, quam alterum illud. In *Platone* autem, *Demosthene* atque aliis, qui novam et emolliam Atticae dialecti formam usurparunt, tantum non semper legas *συνιέναι*, *συντίθεσθαι*, *σύμμαχος* etc. In Sophistis recentioribus tanta adparet in utramque partem scribendi diversitas, ut certa quaedam iniri ratio non possit. Credibile quidem est, in istis haud sane magni momenti librarios a vera scriptorum manu saepius aberrasse: sed de *Thucydide* dubitare nos *Lucianus*, cui principum Criticorum observationes legendi fuit copia, non patitur. Quandoquidem vero asperior est *τοῦ Ξῦ* pronuntiatio, non absurde conjecit *Salmasius* de L. H. p. 432. a barbaris et Thracibus, qui Atticam olim incoluerunt, frequentiorem literae durioris usum remansisse. Versatur in illustrando hoc *Luciani* loco et quibusdam proximis *H. Stephanus* Animm. in *Joann. Gramm.* p. 13. HEMST. Scripsimus autem *μηδὲ* pro vulg. *μήτε*. Vid. ad §. 4. et Nigr. c. 27. LEHM.

Ead. l. 9. *Μυῤῥίνας*) Notant *Moeris Attic. Thom. Magister* et *Moschopul. περὶ Σχεδῶν* p. 140. Vide *H. Stephan.* Animm. ad *Joann. Gramm.* et *Corinth.* p. 16. 55. In *Aristophane* semper *Μυῤῥίναι* scribuntur: nam quod in Equit. v. 59. *βυρσίνην*, et v. 447. *Τῶν Βυρσίνης τῆς Ἱππίου*, quasi ex *μυρσίνη*, ridiculi caussa fictum, ut bene *Schol.* exposuit, ad Cleonis opificium et *βύρσαν* spectat; in quo quidem vocabulo licere sibi mutationem illam Attici noluerunt. Ad posteriorem vero Comici locum referenda, quae notantur ab *Hesychio* in *Βυρσίνης*. Apud *Thucydidem* saepius legi *θάρσος* et *θαρσεῖν*,

quam θάῤῥος et θαῤῥεῖν, observat *C. A. Dukerus* ad V, 4. HEMST.

Ead. l. 18. *Μικροῦ δεῖν*) Vel *καὶ μ. δεῖν* · vel *μ. δὲ δεῖν*. Prius ob crebram voculae repetitionem, alterum ob similitudinem syllabae sequentis excidere facile potuit: alterutrum certe ad nexum orationis continuandum requiritur. Tum in istis, *αὐτά μοι κάλει*, aut deesse dixero *μάρτυρας*, aut eum in modum debere scribi pro *αὐτά*· quod illis me non magno negotio persuasurum esse confido, qui perspexerint, quam recte jungantur, *ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, μάρτυρας*, tam incomposite cohaerere, *ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γρ. αὐτά μοι κάλει*. Formula vero forensis, *μάρτυρας κάλει*, qua nihil est in Oratorum scriptis frequentius: *Synes.* Φ. E. p. 77. A. *αἰτία, ἐφ' ἣν ἡμεῖς τὴν πεῖραν ἐκαλέσαμεν μάρτυρα*. HEMST. Priori emendationi facile subscripsi. Alteri vix possum. Neque enim opus est, ut addatur *μάρτυρας*. Praecedens *ὅτι* est *quod; quod ad id attinet, quod — arcesse mihi*, quo id probetur etc. Et *κάλει* etiam per se stare potest, non minus certe, quam illud *προσκάλει μοι τὸν λύχνον* Catapl. c. 27. ubi de testibus agitur. Deinde ne ferri quidem posset addita vox *μάρτυρας*. Nam literas *δ*, *θ* et *ζ* non testium, sed vel accusatricum loco, arcessi vult litera *σ*. *Αὐτὰ* autem minime expelli poterit, quod vis in ea voce inest maxima. „Ne mihi haec referenti diffidatis, arcesse jam *ipsas*, quae confirment rem." LEHM.

Ead. l. 15. *Ἐνδελέχειαν*) De qua quaestione inter Grammaticos Philosophosque *Budaei* aetate summa contentione certabatur: vide eum *de Asse*. *Luciano* adsentire videtur *Cicer.* Tusc. I, 10. ubi vide cl. *Davisii* notas. SOLAN. Locus hic eorum diligentiam fugit, qui de *ἐντελεχείᾳ* Aristotelica sunt commentati: is tamen evincit, tum disputationem illam esse perquam vetustam et philosophorum in scholis jactatam, tum *Luciano* placuisse *ἐνδελέχειαν*· ceteroquin, etsi homo facetus in omnes se formas induere soleat, hoc nomine parum apte *A* testimonium dicere jussisset adversus *T.* Igitur *Ciceroni*, a multis propterea reprehenso, suffragatur *Noster*: vide T. D. I. c. 10. et *Davisium* p. 20. HEMST.

Ibid. *Ἐντελέχειαν*). *Corinthus* de Attica dialecto agens proprium fuisse Atticorum ait *ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν* vocare his verbis: *τὰς μυῤῥίνας μυρσίνας λέγουσι* (de Atticis loquitur) *καὶ τὸ συρίζειν, συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν*. *Ἐντελέχεια* per *τ* pluribus probatur, de quo *Budaeus* de Asse lib. I. qui dici putat quasi *τοῦ ἐντέλους συνοχήν*, *perfecti corpo-*

ris comprehensionem. Aristot. II. de Gener. Anim. c. 1. *Gaza* I. c. 16. de Caus. Plant. COGN.

Pag. 63. l. 1. *Κρούοντος*) Non debuerat contra loquendi consuetudinem in ista doloris significatione verbum hoc ita nudum poni. Initio cogitabam *κλαίοντος* pro *κρούοντος*· deinde potius mihi videbatur, translata in suam sedem voce, *κρούοντος τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τίλλοντος*· quam locutionem postremam veteres onerare non solent inutili adjectione *τῆς κεφαλῆς*. *Τίλλειν τὰς τρίχας καὶ κόπτεσθαι Schol. Aristoph.* ad Ran. v. 426. et Pac. v. 545. ubi lege *λωβώμενον* pro *λαβόμενον*. *Lucian.* in Peregr. §. 6. *τὰς τρίχας ἐτίλλετο*· quod ipsum bene restituit in *Ctesiae* verbis apud *Hesych.* v. *Σάραπις Guietus*: *τὰς τρίχας καθειμένη ἐτίλλετό τε καὶ βοὴν ἐποίει. Κρούειν* vero *τὴν κεφαλὴν* similiter ac *κόπτειν, τύπτειν, πλήττειν τὴν κεφαλὴν, τὸ πρόσωπον, τὸ μέτωπον*· *Libanius πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας* §. 25. *τό τε μέτωπον ἔπληξα, καὶ τῶν τριχῶν ἔτιλα. Pectoris, feminum, capitis percussiones, Cicer.* T. D. III. c. 26. *Qui saepius aliquo dolore perculsi et caput plangant, et pectora pugnis obtundant, Firmicus* V. c. 6. HEMST. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 143. defendere vulgata ita conatur, ut sic contendat itidem dictum, ac si ita legantur verba, ut vult *Hemst. κρούοντος τὴν κεφαλὴν, καὶ* (*τῆς κεφαλῆς*) *τὰς τρίχας τίλλοντος*. Et plenam dictionem *τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλειν* probat locis *Philonis* Jud. et *Esdrae.* Mihi quidem neutra ratio satisfecit. Desidero vocem, quae respondeat praecedenti *ἀκούετε*, nec videor mihi multum aberraturus, si conjiciam *ὑποκρούοντος*, eo sensu, quo supra Somn. c. 17. et Conviv. s. Lapith. c. 12. Nam *κλαίοντος* ob varias caussas minus placet. LEHM.

Ead. l. 3. *Κολοκύνθης*) *Κολοκύντης* enim quidam scribunt. GUIET. *Καὶ τῆς κολοκ.* ed. *J.* et Coll. SOLAN. Cum Graecis usurpetur *κολόκυνθα*, *Ἀττικοὶ μόνως καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην*, ut monet *Athen.* II. p. 59. C. Vid. *Phrynichi* Ecl. p. 80. et *Nunnes.* p. 82. *Petr. Pantinum* ad *Mich. Apostolii* C. IX. n. 73. *Maittair.* Alphab. Dial. ad *Aretaeum* in *T.* Notum proverbium *Ὑγιέστερος κολοκύντης Demetr. περὶ Ἑρμ.* §. 163. *Aelian.* Ep. X. *Corinthus*, vel potius *Gregorius* de D. A. *Τὰς μυρσίνας μυρρίνας λέγουσι, καὶ τὸ συρίζειν, συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν, καὶ κολόκυνθαν, κολοκύντην*· ita legendum. Hunc unicum extare puto, qui *ἐνδελέχειαν* et *ἐντελέχειαν* solo dialecti discrimine separarit: sequitur eam sententiam *Jos. Scaliger* Animm. ad *Euseb.* p. 1186. HEMST. Adde *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 437. sq. LEHM.

Ibid. Τὸ συρίζειν καὶ σαλπίζειν) *Συρίττειν, σαλπίττειν.*

Guiet. In quibusdam τὸ, in aliis omnino deerat. Sola *J.* τοῦ. Solan. Liberior est ob rei naturam structurae ratio. Sic intellige nexum: (*ἀκούετε*) τοῦ ζῆτα, (*λέγοντος, ἀφείλετό μου*) τὸ σαλπίζειν καὶ συρίζειν. Lehm.

Ead. l. 7. *Τουτονὶ τὸν τρόπον*) Sententiam non admodum juvat. An scriptum fuit? *μεταβέβληκε τουτονὶ τὸν τρόπον*, ad humanum genus laedendum convertit istos mores violentos ac feroces: quae contra phrasin moveri potest difficultas, eadem premit vulgatam lectionem. Tum animadverte, *μᾶλλον δὲ* usque ad *πλημμελεῖ* medium interjici, cursu orationis institutae interrupto ad reprehendendum, quod ante memoriae non succurrerat: est autem *μᾶλλον δὲ, imo hoc etiam, o judices, priusquam pergam, cujus me mentio illatae hominibus injuriae commonefacit:* alias hunc in modum procedere debuisset incepti sermonis ordo, *κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις, ἀλλὰ δεσμοῖς τισι στρεβλοῦν* etc. Hemst. De structurae *ἐπιτρέπειν* cum Accusativo personae et Infinitivo insolentia vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 586. ed. Lips., quem nec hic *Luciani* locus praeteriit. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὦ γλ. ἀλ. νόσημα*) *Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον* de Tantalo *Euripid.* Orest. v. 10. ad notissimum versum respexit, puto, *Lucianus*: quod magis etiam pateret, si scriberetur, *ὦ γλώσσης αἴσχιστον νόσημα Ταν.* Hemst. Quodsi vere auctor libelli respexit illud *Euripideum*, de quo tamen dubitare subit, quum maxime diversae sint utriusque loci sententiae, vel sic retinendum erat *ἀληθῶς*. Revoca potius in memoriam τὸ *P νοσήσαν* e c. 9., quo in pronuntiandis vocibus *μυῤῥίνη* et *κόῤῥη* ob linguae vitium (*νόσον*) uti coeperunt pro σ. Et similem habebis et h. l. sententiam. Quod ne ipsa quidem vox *γλῶσσα* literae σ relinquatur, tribuit hoc auctor linguae vitio, et literam τ facit hujus vitii caussam, *γλώσσης ἀληθῶς νόσημα*. Lehm.

Ead. l. 14. *Δεσμοῖς*) Permutatio illa τοῦ *K* in *T* Doribus frequens, uti a *Moschopulo* aliisque priscis Grammaticis observatum esse notat *Spanhem.* 850. Solan.

Pag. 64. l. 1. *Παρειςπεσὸν*) Ms. *παρὲς πεσόν*. Cetera hujus dialogi interpretantur auctores libri de Cruce. Bourd.

Ead. l. 5. *Ὦι καὶ γῆν καὶ θάλ.*) Hoc veterum aliquis scriptorum, forte *Dinon* in Persicis, de Cyro dictum retulerat, rege summo et ad omne genus virtutum admirabili: nam apud eorum, qui nunc quidem supersunt, ullum exstare non recordor. Cyro tribuerunt, quasi naturam ipsam in potestate haberet, quod de se Deus Cyrum designans praedicat in vaticiniis *Jesaiae* XLIV, 27. XLV. De ingentis animi

viris atque heroibus, quorum audacibus inceptis rerum natura cedere videtur et morigerari, locutio non solis Orientalibus propria: notissimi sunt *Claudiani* versus de III. Cons. Honor. v. 97.

— *cui militat aether,*
Et conjurati veniunt ad classica venti.

istam habuerunt adulandi ansam Sophistae: vid. *Liban.* T. II. p. 141. C. Hinc, si quid difficillimo tempore praeter ordinem naturalem evenisset, ad omen prosperrimi successus rapiebant: velut in minore Cyro, ut pluribus supersedeam, cum praeter spem Euphrates vias nunquam ante humano vestigio initas aperuisset, ἐδόκει θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ ὡς βασιλεύσοντι. *Xenoph.* Cyr. exp. I. p. 151. v. 29. Quid autem in eo, quod pro καλῷ nonnulli ταλὸν, alii pro Κύρῳ satis ridicule τῦρον dicerent, maxime *Lucianus* spectaverit, me non plane pervidere fateor: de Dorica dialecto eum cogitare potuisse vix credo, quippe quae certis legibus circumscripta mutationem literae κ in τ in quibusdam semper, in aliis, quorum in numero has utrasque voces reponere licet, nunquam admisit. An vitium linguae significavit? quale in infantibus saepe, rarius in adultis animadvertitur, ut ob pronuntiandi difficultatem a *Κάππα* deflectant ad *Ταῦ*. id mihi probabile videtur. Ceterum observat *Schol. Sophocl.* ad Oedip. in Col. v. 1316. qui aliis fuerit Talaus, eundem alios adpellasse Calaum: ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης Παρθενοπαῖον φασὶ στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσιν· συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. Hemst. Scripturam τὸ δὲ καὶ τούτῳ, quam in omnibus libris deprehendi, et qua nexus orationis impeditur, mutavi in τόδε καὶ τούτῳ. Ceterum *Hemst.* rem acu videtur tetigisse, quum vitium linguae ab auctore significari putavit. Felici scilicet hyperbole litera Σ rem ad absurdum et ridiculum perducit, perstringens obliqueque eorum Graeculorum consuetudinem, qui vitium aliquod linguae simulatum adfectarunt. Unde dicit mox effectum iri, ut, si constet sibi literae T arrogantia et habendi cupido, ulteriusque ea via progrediatur, mox e voce κλῆμα, τλῆμα, et e maximi regis nomine caseus evadat. Hodienum quoque et inter nostrates hujusmodi mirae et ridiculae stultitiae non pauca exstant exempla. Lehm.

Ead. l. 7. Κῦρον αὐτὸν ὄντα) Et cum ei Cyrus nomen inditum sit, in τῦρον quendam ferum animal transformare

nititur. Cogn. Imo potius de *caseo* cogitandum, atque fortassis rescribendum *Τυρόν τινα*. Lehm.

Ead. l. 10. *Αὐτῶν*) Coll. pro *αὐτὴν*, quod in impressis est. Solan.

Ead. l. 11. *Τῷ γὰρ τούτου σώματι*) Apud eos, qui de Cruce scripserunt, nobilissimus locus. ita vertit *Lips.* I. c. 8. *Hujus enim corporis filum tyrannos ajunt secutos, ejusque speciem imitatos, simili deinde figura ligna fabricasse et homines in iis fixisse.* Vid *Isidor.* I. c. 3. et *J. Grialum*, *Dougtaei* Anal. Sacr. P. II p. 156. *Tertulliani* locum, *ipsa est enim litera Graecorum Tau, nostra autem T species crucis*, tetigit *Salmas.* de Cr. p. 239. Hemst.

Ead. l. 12. *Σώματι*) Hinc est, quod *Maro* Epigr. in Tullium Cimbrum *ταῦ* Gallicum pro cruce festive dixit et symbolicῶς. Galli enim adsueti sunt cruces et patibula in similitudinem *ταῦ* literae formare. Cogn. An *σήματι*; Guiet.

Ead. l. 15. *Ἐπωνυμίαν*) Id est, *σταυρὸς*, *σταυρῶσαι*. Guiet. Verissima vocis *σταυρὸς* originatio: *ταῦ*, *ταυηρὸς*, hoc est, in modum *tau* efformatus: et per contractionem *ταυρός*: et praeposito sigma, ut fieri solet, *σταυρός*. Menag. Volueritne, *Ταῦ* Graecis *crucem* notasse, an vocem *σταυρὸς* ex *Ταῦ* deductam, mihi non liquet; nec tanti res est. De *Tau*, figuram crucis referente, vide apud *Spanhem.* 73. *Hieronymus* eam similitudinem mysticam alicubi facit. Solan.

Pag. 65. l. 2. *Τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ*) *Baronius* ad A. Ch. 34. §. 93. *T enim litera, quod crucis figuram exprimat, notari consuevisse fures, apud Lucianum* (Jud. Vocal.) *testatum habetur.* Video, quid voluerit Annalium conditor: scilicet in hoc libello T literam furti rapinaeque ream *τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν*, id est, quomodo ille intellexit, *sua figura iniustam notatamque poenas luere debere.* Haec sane sunt absurdissima, et a *Luciano* longe distant: sed obscuram ejus mentem ne *Casaubonus* quidem cepit Exerc. XVI. cap. 76. Hemst.

Ead. l. 3. *Ὁ δὴ σταυρὸς εἶναι*) *Τὸ εἶναι* abundare videtur. Guiet. Mens *Luciani* satis aperta; verborum compositio nescio quomodo intricatior est. Solan. Nihil hic intricati, quantum video. Verum est, quod scribit *Guietus*, *εἶναι* abundare, sed Attico more. *Plato* in Protag. p. 221. D. *ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι*· apud eum saepe. *Aristot.* Polit. VII. p. 219. v. 29. *νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν*· plura praebebit Index *Luciani*. Usus est hoc loco *S. Petitus* Misc. III, 9. p. 156. Hemst. Cf. etiam *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 53. Lehm.

IN TIMONEM.

Pag. 66. l. 1. *TIMΩN*) Aetas hujus unde certo adsignetur, nihil est. Sed inter *Luciani* optima merito censeatur. Comoediam habes elegantissimam, in qua adulatorum non unius generis mores artesque graphice admodum depicti, cum aliis multis ad divitias spectantibus, miro artificio exhibentur. Hoc opusculum qui cum *Aristophanis Pluto* contulerit, palmam, si mecum sentiat, huic *Nostro* multis de caussis, quas hic enarrare nimis longum foret, deberi, facile concedet. SOLAN. Nobilissimum ego hoc *Luciani* scriptum juxta cum eruditis hominibus admiror et permagni facio: quid enim eo purius est, et ad veterem eloquentiae formulam magis compositum? quid itidem argutius habes, et ingeniosius? nam certe lectoris harum elegantiarum non expertis mentem inexspectata voluptate perfundit. In hanc itaque curam incubuerunt doctissimi viri, ut mellitissimum hoc ingenii Lucianei monumentum expolirent atque illustrarent: neque adeo sua laude fraudanda est *Tanaquilli Fabri*, hominis elegantis, opera, quam in hoc *Luciani* scripto utiliter collocavit: hunc non passibus aequis et longo satis intervallo sequitur *Lambertus Barlaeus*, cujus in *Timonem* labores diligentiae gloriam certe et propensi in literas animi merentur: ego post alios lineam in hac tabula ducere constitui, et fors operae pretium fecisse videbor, si accuratius quaedam ex *Aristophanis* fabula *Pluto* loca commonstravero, quae sibi proposuit imitanda *Lucianus*; non enim inde scripti praecipuum tantummodo argumentum, verum etiam locutiones nonnullas et sententias desumsit. Sed post *Tan. Fabrum* restant, quae de Timone praedicamus; neque enim tanto nos hunc hominem odio, quanto ille genus omne humanum, prosequimur, vel propter hunc solum *Luciani* nostri libellum: nam hos ejus mores inficetos et ab hominum congressibus abhorrentes male nititur excusare *Faber*. Sane *Platonis Epistolae* a *Leone Allatio* publicatae, sophistica potius sententiolarum ludibria, quam nativam principis philosophi gravitatem spirant: contra stat veterum auctoritas, sine qua nihil in hujuscemodi rebus licet: *Aristophanes* in *Lysistrata* p. 887. ingenium Timonis inhumanum sale Comico defricat, et in *Avibus* deorum hominumque osorem vocat *καθαρὸν Τίμωνα*, *merum Timonem*: quapropter et merito *μισανθρώπου* cogno-

men ipsi adhaesit: *Cicero* Tuscul. Quaest. lib. IV. §. 25. *odium in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος adpellatur.* Idemque obscurius de Amicitia §. 87. *Quinetiam si quis ea asperitate est, et immanitate naturae, congressus ut hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem accepimus* etc. *Plinius* H. N. lib. VII. c. 19. ubi aequabilem animi tenorem exire aliquando monet in rigorem quendam torvitatemque naturae duram et inflexibilem, adfectusque humanos adimere, inter ceteros auctores maxime sapientiae Timonem connumerat, *hunc quidem etiam,* ut inquit, *in totius odium generis humani evectum:* hunc tamen ipsum philosophis accensere non erubuerunt antiqui scriptores, quem insanientis potius sapientiae, si quidem illa sit sapientia vocanda, consultum dixeris: particulam e *Diogene* in *Timonis Phliasii Vita*, sed alieno ibi loco positam, quae breviter ingenium hujus Misanthropi complectitur, excerpam: *Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Τίμων, ὁ μισάνθρωπος· ὁ δ' οὖν φιλόσοφος, καὶ φιλόκηπος ἦν σφόδρα καὶ ἰδιοπράγμων, ὡς καὶ Ἀντίγονός φησι· λόγος γοῦν εἰπεῖν Ἱερώνυμον τὸν Περιπατητικὸν ἐπ' αὐτοῦ, ὡς παρὰ τοῖς Σκύθαις καὶ οἱ φεύγοντες τοξεύουσι καὶ οἱ διώκοντες, οὕτω τῶν φιλοσόφων οἱ μὲν διώκοντες θηρῶσι τοὺς μαθητάς, οἱ δὲ φεύγοντες, καθάπερ καὶ ὁ Τίμων·* alieno dixi loco positam, quoniam ex more *Diogenis* ad finem erat rejicienda: ut enim nunc est, narrationem de Timone Phliasio non bene interrumpit et conturbat: sed observa mihi, Timonem nostrum fuisse *φιλόκηπον:* id nimirum ad *Lucianum* facit, qui illum inducit agrum sarculo versantem: ne vero non de Timonis natura credat Lector, res erit ipsa testimonio, quam e *Plutarcho* satis ridiculam commemorabo. Cum processisset aliquando noster homo in Atheniensium conciones, omnium animos rei novitate perculsos ad se convertit, magnamque sui exspectationem concitavit: ille vero ad attentos Athenienses haec dixisse fertur: area mihi parva est, in qua domum erigere decrevi: in hac ficus enata multorum suspendiis est nobilitata: non possum itaque non, quin publice significem, si quem Atheniensium vitae ceperit taedium, me eum velle rogatum, ut ex hac felici arbore se suspendat, antequam exscindatur: et quis post haec certius asperitatis morum ejus documentum desideret? hunc autem rigorem ex injuriis amicorum videtur contraxisse, quorum ingratus post ingentia beneficia animus in hanc eum opinionem praecipitavit, ut summam vitae beatitudinem in universi generis humani odio definiret: *μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους,*

ut scribit *Pausanias:* neque hoc profecto temere finxit *Lucianus* noster, sed ex ipsius historiae veritate accepit: indicio est *Plutarchus* in *Antonio*, quem et ipsum refert hominum evitasse congressus, *καὶ τὸν Τίμωνος ἀγαπᾶν καὶ ζηλοῦν βίον ἔφασκεν, ὡς δὴ πεπονθὼς ὅμοια· καὶ γὰρ αὐτὸς, ἀδικηθεὶς ὑπὸ φίλων καὶ ἀχαριστηθεὶς, διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπιστεῖν καὶ δυσχεραίνειν·* meminit etiam in *Alcibiade*, quem multa civium celebritate e concione deductum sic adloquutus fuit: Euge vero, fili, macte sis isthoc honore; illis enim tu magnum aliquando damnum conciliabis. Cum quo solebat, solus erat Apemantus, quem tamen ipsum ingratus perpetiebatur: nam quando simul una convivabantur, dixissetque Apemantus, Quam aptum est hoc nostrum atque pulchrum convivium, Siquidem, inquit Timon, tu abesses. Miror itaque, quid dixerit Hieronymus Peripateticus, Timonem discipulos fugientem captasse, cui nihil aeque fuerit in votis, quam ab omnium familiaritate remotum res sibi suas habere. Vitam cognoscis sentam et morum torvitate horridam: jam nunc quis viri fuerit obitus, enarrare juvat: ceciderat bonus ille de pyro sylvestri, et, cum crure fracto medici curaturam abnueret, computruit, atque adeo squalidam vitam indecora morte finivit. *Suidas* hoc e *Neanthe* refert in *Ἀπόῤῥωξ* et *Τίμων· ἀπὸ ἀχράδος πεσόντα·* sed vetus ad *Aristophanis Lysistratam* Commentator, quem eruditorum hominum oculis concredet singulare Musarum decus *Lud. Kusterus*, *ἀπὸ χαράδρας* habet; quod mihi minus probum videtur, et conveniens. Sepulchrum Timonis a reliqua terra maris impetus avulsit, ne non vitae notas ipsum repraesentaret monumentum. Memorabile est, quod in *Pausania* reperio lib. I. cap. 30. *Κατὰ τοῦτο τῆς χώρας* (prope Academiam) *φαίνεται πύργος Τίμωνος* etc. itaque *Lucianum* laudo, qui rei verae confictam eleganter subtexuit: *αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν πυργίον οἰκοδομήσω ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ·* nam de insperata thesauri inventione neminem habet auctorem, vel saltem nullum inveni, id qui memoriae mandarit: quamquam me non praetereat, Commentatorem Horatianum illud divitis istius exemplum, qui, dum populus ipsum sibilabat, sibi plaudebat domi, ad Timonem Atheniensem referre: neque de nihilo est, quod scribit in extremo *Timone: ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθών·* etenim illa regio maxime saxosa erat, et collibus aspera, ut ex *Pausania* liquet. Denique memoriam hujus viri Epigrammatis aeternarunt poëtae: inter alia, quae in *Anthologia* reperiuntur, hoc *Callimachi* est:

Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσὶ) τί τοι, φάος ἢ σκότος ἐχθρόν;

Τὸ σκότος, ὑμέων γὰρ πλείονες ἐν ἀΐδῃ.

Vide *Callimachi Epigrammata* per *Rich. Bentlejum*, sidus eruditionis nobilissimum, collecta. HEMST. I. Comparationem hujus Timonis *Lucianei* cum *Aristophanis* Pluto, non omnino illam inutilem, at paullo levius adumbratam, instituit *le Beau*, quae reperitur in Mémoir. de l' Acad. des Inscript. T. XXX. p. 51. sqq. Aliquanto subtilius et elegantius de utroque opere judicavit *Wielandius* in limine interpretationis hujusce libelli *Lucianei*. LEHM.

Ead. l. 18. *Ζεῦ φίλιε*) Exordium ab attonitis poëtis. *οἱ συνοικοῦντες*; colunt *τὸν Ἑφέστιον, φίλοι Φίλιον, οἱ ἐν τῇ μιᾷ τάξει Ἑταιρεῖον, ξένοι Ξένιον, ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες Ὅρκιον, οἱ δεόμενοι Ἱκέσιον, οἱ ἀδελφοὶ Ὁμόγνιον. Interp. Sophocl.* ad Ajac. Mastig. nomina collecta ex variis Jovis officiis, de quibus alius locus dicendi. BOURD. Multa vides in vatum dedecus cognomina Jovis cumulata, quibus quasi tibicinibus et fulturis ruinam meditantes versus sustineant: eadem illa et aliquanto etiam plura studiose collegit et apte explicuit *Dio Chrysostomus de Dei cognitione* p. 216. Jupiter nimirum *πάσης ἐπώνυμος ὢν φύσεώς τε καὶ τύχης, ἅτε πάντων αὐτὸς αἴτιος ὤν*, tam varia nactus fuit a diversis muneribus, quae obire putabatur, nomina, ut docet *Aristoteles*, aut quicunque alius certe vetus scriptor *de Mundo* c. 7. *Εἷς δὲ ὢν πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς νεοχμοῖ·* lege caetera: plura dabit *Cornutus de Natura Deorum*, *Scholiastes Eurip.* in *Hecub.* v. 345. et *Pollux* lib. I. c. 1. cui ad verbum fere conveniunt, quae scribit *Sophocl. Commentator* in *Ajac. Flagell.* v. 492. Potuerat itaque et Jovem ostendisse *πολυώνυμον* Illustriss. *Spanhemius* ad *Callimach. H. in Dian.* v. 7. ubi hunc *Luciani* locum tangit. Quae vero *Noster* in ignominiam convertit Poëtarum, ex iis ipsis cumulum meritis eorum laudibus adstruit *Dio Chrysostomus* dicta *Orat.* pag. 213. qui locus in paucis eximius ab omnibus rei poëticae amantibus cognosci debet et considerari. HEMST. I.

Ead. l. 19. *Ὅρκιε*) Poëticarum harumce vocum exempla adducere supervacaneum, cum pleraeque tales sint, ut nulli, qui poëtas Graecos vel a limine salutarit, ignotae esse posse videantur. Sola haec mihi negotium aliquamdiu facessivit de Jove dicta, adeo ut de emendatione cogitarem, crederemque *ἑρκεῖε* vel *ἕρκιε* legendum; (V. *Suid* et *Euripid.* Troj. v. 17.) at nunc ex *Euripidis Med.* 169. video nihil mutandum. Adde *Schol.* ad *Hecub. ejusdem* v. 345. SOLAN. Ut omnis vinculi naturalis, quod vitam humanam continet, sic et ju-

risjurandi, cujus summa fuit apud veteres religio, curator et praeses Jupiter: ab hoc munere ducta sunt cognomina non tantum *Φιλίου*, *Ξενίου*, *Ἑταιρείου*, *Ἐφεστίου*, *Ὁμογνίου*, *Γαμηλίου*, sed et *Ὁρκίου*· est autem in ista forma vocabulorum, quando Diis aptantur, praesidii ac tutelae significatio. Ita cultus Jupiter *ὅρκιος* et dedicatus in Eleorum curia, teste *Pausania* V. p. 441. ea specie, quae *ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν* erat comparata; nam fulmen utraque manu tenebat: quare existimandum est, *Lucianum* infra §. 4. ubi *δεκάπηχυν κεραυνὸν* memorat, non de Phidiaci Jovis signo, (hoc enim plenissima propitiae majestatis facie altera manu praeferebat sceptrum, victoriam altera) sed de hoc ipso *Διὸς ὁρκίου* cogitasse: idque tanto argutius, quod Timon Jovem irrideat tanquam vetulum, et viribus effoetis jam non amplius commissorum impune scelerum vindicem, nihilque minus adeo, quam qualem simulacrum illud ostentabat. Plura protulit *J. H. Meibomius* ad Jusjur. Hippocr. c. II. §. 4. ubi *Ζεὺς ὅρκιος* reperiatur. Apud *Phurnutum*, quem *Cornutum* dicere malim, c. 9. p. 150. pro *ἔρκιον* e Ms. notavit, si recte capio, *Th. Galeus* *ὅρκιον* et *ἑρκεῖον*· ut, quin illae voces inter se commutentur, dubitari non possit: in *Luciano* tamen *ὅρκιε* plane retinendum, utpote quod ceteris Jovis cognominibus, quae Timon coacervat, multo magis sit consentaneum, quam *Ἑρκεῖος*· ea *Cornutus* pleraque, quo dixi loco, explanavit, et inprimis ex philosophi persona *Dion Chrysost.* Or. XII. p. 216. Haec *Luciani* attigit *Ex. Spanhemius* ad *Callim.* H. in Dian. v. 7. ubi de Deorum *πολυωνυμίᾳ*· vere *Xenophon* in Symp. p. 522. *Ζεὺς ὁ αὐτὸς δοκῶν εἶναι πολλὰς ἐπωνυμίας ἔχει.* Hymnus in Jovem, quem sub *Cleanthis* nomine vulgavit *H. Steph.* in Poës. Philos. *Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, πάγκρατες αἰεὶ Χαῖρε Ζεῦ.* — Vide *B. Martini* V. L. III, 13. *Stanl.* ad *Aeschyl.* P. V. v. 210. Hemst. II.

Ead. l. 20. *Ἐμβρόντητοι*) Poëticum illum furorem, quem insaniam et non ingratum placentis stultitiae colorem Zoili denominare consueverant, sugillat hoc nomine *Lucianus*: *Ἐμβρόντητος* enim apud *Hesychium*, *παραπεπληγμένος τὴν διάνοιαν, μαινόμενος*· iterum: *Ἐμβροντηθέντες, ἐνεοὶ γενόμενοι, μωρανθέντες*· *Ἐμβεβροντημένος, ἀναίσθητος*· apud *Suidam* *μάταιος γενόμενος*· *μάταιον* enim *γίγνεσθαι* recentiores saepissime dicunt, quem repentino casu obstupidum animi corporisque vires deseruerunt. Hinc non vane suspicor, labem in *Hesychio* haesisse, ubi scribit: *Ἐμβεβροντωμένος, ἀναίσθητος, ἐμβρόντητος*· quid enim facilius animadvertas, quam refici debere, *ἐμβεβροντημένος*· quam enim alterum illud originem ha-

beat? nam brutum judicabo, ad id vocabuli qui confugerit. Proprie posuit *Philostratus* lib. III. de Vita A. T. ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν, πεσεῖν ἄλλον ἄλλως· *eos autem a sapientibus fulmine tactos omnes vulgo cecidisse*: scilicet ex hoc praeter alia loco pyrii pulveris usum, bellicorumque tormentorum jam olim in India fuisse notum quidam contendunt. Vide et *Polluc.* I. 118. venuste transtulit *Achilles Tatius*, lib. III. p. 191. μέτρον γὰρ οὐκ ἔχον τὸ κακὸν ἐνεβρόντησέ με· *immoderatum enim malum me reddit attonitum*: id enim in *Glossis* Graeci vocabuli est interpretamentum: *Adamantius* de immobilibus oculis tractans, οἱ μὲν ὠχρότεροι, inquit, ἐμβροντήτους σημαίνουσι· commode declarat *Polemo* in eadem re: οἱ δὲ ὠχρότεροι μανικοὺς ἄνδρας σημαίνουσι· insanientes igitur et stupidos voluit *Adamantius*. *Hesychium* e scena detulisse censeo facetum illud βρόντημα pro ἐμβρόντητος. Hemst. I. Ἔνθεοι, θεόληπτοι, μουσόληπτοι, ὑπὸ Μουσῶν κάτοχοι, et voce Comica, μουσοπάταχτοι sunt poëtae: eos facete *Noster* in Jovialium tonitruum mentione vocavit ἐμβροντήτους, quasi iisdem illis telis, quae tam liberaliter Jovi donant, ipsi tangerentur. In re diversa similem elegantiam adhibuit *Dion Chrys.* p. 286. C. ἅτε διθύραμβος ὢν ὁ Διόνυσος καὶ ὑπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς γενόμενος, ὡς φασὶν οἱ ποιηταὶ, τοὺς ἀμαθέστερον χρωμένους ἀτεχνῶς πυρὸς πίμπλησι, καὶ τῷ ὄντι πολλοὺς αὐτῶν ἐμβροντήτους ἐποίησεν. *Hesychius* quidem, Κεραύνιος, ἐμβρόντητος· (male legitur ἐμβρόντιστος) sed proprie tamen distinguuntur, ut patet e *Xenoph.* Ἑλλ. IV. pag. 312. v. 42. πίπτει κεραυνὸς εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ οἱ μέν τινες πληγέντες, οἱ δὲ καὶ ἐμβροντηθέντες ἀπέθανον· interpretis vicem agat *Pausan.* III. pag. 217. καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν κερανναθέντες, τοὺς δὲ καὶ ἔκφρονας ἐποίησαν αἱ βρονταί. Hinc pro stupido, insano, et cui communis sensus est excussus: simul hunc in modum non noluit intelligi *Lucianus*, cum Timonem ita facit poëtas appellare. Hemst. II. Iidem poëtae simili ratione ἐμβρόντητοι dicti in Philopatr. c. 2. Et quid illud sibi velit, quo Diall. Deor. XJII, 1. Hercules inclamat Aesculapium: ὦ ἐμβρόντητε, jam in promtu fuerit; quamquam et propria vocis vis innuitur verbis sequentibus: ἢ διότι σε ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν etc. Lehm.

Ead. l. 22. Ὑπερείδεις τὸ πίπτον τοῦ μέτρου) In Virgilii vita, quem *Tan. Faber* indicavit, hic est locus: *quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta reliquit: alia levissimis versibus veluti fulsit, quos per jocum pro tigillis et tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent.* Haec *Suetonio* non sunt in-

digna: adparet autem, non plane commode tibicines istos ad eum sensum, quem volebat *Faber*, quadrare. *Aristoph.* in Ran. v. 1209. eleganter στοιβὴν vocat ἔξω τοῦ λόγου, qualem stipatores, qui merces in navibus componunt, infulcire solent: recte *Schol.* περιττὸν καὶ παρέλκον ἐν τῷ λόγῳ, ἀπὸ τῆς στοιβῆς τῶν φορτίων· ibi haec Lucianea *Kusterus* non praetermisit. Par est ratio, quando παραπληρώματα dicunt. *Schol.* ad Med. v. 665. notat, *Euripidem* esse valde proclivem ad usurpandam vocem σοφὸς, etiam cum nihil ad sensum ornandum prodest: ὥςπερ παραπληρώματι χρῆται τῇ λέξει· utriusque propriam vim discere licebit ab *H. Valesio* ad *Harpocrat.* p. 150. *Apollon.* Alex. de Synt. III. pag. 264. ubi de conjunctionibus agit, quibus nomen est παραπληρωματικοῖς, veram esse negat eorum sententiam, qui censuerunt μόνους αὐτοὺς ἀναπληροῦν τὸ κεχηνὸς τῆς ἑρμηνείας· ipsam vides *Luciani* phrasin. Hemst. II.

Pag. 67. l. 1. Ἐριαμάραγος) Epith. Jovis ipsius apud *Hes.* Theog. Adnotatum margini Timonis a *Tan. Fabro* editi penes *Joh. de la Faye:* manus adnotantis ignoratur, ideoque *Anonymum* deinceps in hoc opusculo vocabo. Solan.

Ead. l. 2. Βαρύβρομος βροντὴ) Respicit hic inter alia locum *Euripidis*, quem margo indicat: Ἰὼ Νέμεσις, καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταὶ κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν. Αἰθαλόεντα κεραυνὸν habet *Hes.* Theog. 504. Solan.

Ead. l. 4. Καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων) Recte cl. *Faber*, *ac fumum plane poëticum, nominum strepitum si demas*, ultra quod tentare quicquam error est. Gron.

Ibid. Ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομ.) *Nugae canorae*, *Horat.* Solan. Imperfectam orationem supplendam putavit *Barlaeus*. Nihil hic imperfectum: vertendum enim, ut *Faber* rectissime convertit (*excepto nominum strepitu*). Is usus particulae ἔξω familiaris apud optimos scriptores: *Tim.* περὶ Ψ. Κ. οὐ πόκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ. *Demosth.* περὶ Παραπρ. p. 309. A. τίνα ἀνθρώπων ἐλύπησεν ἂν ἡ εἰρήνη ἔξω τοῦ ἀδόξως γεγενῆσθαι; *Longinus*, structurae non minus, quam verborum locutionumque diligentissimus, S. 24. §. 2. Ὑπερίδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα· vid. *Thom. Mag.* in v. Concinne positum ὁ πάταγος τῶν ὀνομάτων, quia πάταγος, ut aliarum rerum, sic praecipue tonitruum fragorem interruptum exprimit: §. 3. ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο· et saepius in *Aristophanis* Nub. Jam quod fulminis est proprium, ipsis poëtarum epithetis tribuit, tanquam si sensu prorsus

vacua inanem tantummodo strepitum ederent. Lucrifecit eorum ex veteribus opinionem *Lucianus*, qui cavillabantur apud *Homerum* pluribus in locis epitheta velut injecta temere manu correpta sic inferciri, ut nullum inde sententiae lumen accederet novum; quin saepius etiam epitheto praepostere collocato proximorum obscurari nitorem et corrumpi: quod crimen objectum ut diluerent poëtarum principis admiratores, ea nonnunquam fuerunt comminiscenda, quae tacuisse fuisset melius. Haec sane perquam sunt venusta, et ingenium *Luciani* in hoc elaboratissimo scripto elucens summopere commendant: quae singula tironum in gratiam explananda si sumerem, grandi commentariorum mole foret opus. Hemst. II. Ne quid dubitationis forte de isto vocabuli ἔξω usu relinquatur, cf. Char. c. 18. ἔξω τοῦ ἀβεβαίου — τῆς τύχης, *praeter inconstantiam fortunae. Xenoph.* Hier. I, 7. ἔξω τούτων, ὧν εἴρηκας σύγε, οὐδ' — ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν, *praeter haec, quae tu quidem dixisti, neque — possim dicere.* Quin etiam Latini passim sic utuntur praepositione *extra* pro *praeter. Terent.* Phorm. I, 2, 48. *Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam, quisquam aderat.* Lehm.

Ead. l. 6. Ὄπλον) *Fulmen.* Brod.

Ead. l. 7. Σπινθῆρα ὀργῆς) Proprie *Dionys. Halic.* A. R. II. p. 103. v. 41. ἐκ τῆς κατεψυγμένης πρὸ πολλοῦ, καὶ οὐδένα φυλαττούσης σπινθῆρα τέφρας. Facete *Aristoph.* de bello Peloponnesiaco, a Pericle parvis ab initiis suscitato: ἐξέφλεξε τὴν πόλιν Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος. Quasdam vitae reliquias exiguas σπινθῆρα τῆς ψυχῆς vocat *Philostr.* de V. A. T. IV. cap. 45. *Cornuto* de N. D. c. 20. p. 189. opem feramus: primum, inquit, genus humanum e terra natum probabile est fuisse violentum, et mutuis in se invicem odiis saeviisse, διὰ τὸ μηδέπω δύνασθαι διακρίνεσθαι, μηδὲ ῥιζῶσθαι τὸν ἐνόντα αὐτοῖς σπινθῆρα τῆς κοινωνίας· debuerat quidem ἐῤῥιζῶσθαι vel ῥιζοῦσθαι· sed concoquat, qui stomacho sit tam ferreo, durissimam ἀκυρολογίαν, σπινθῆρα ῥιζοῦσθαι, dum legam μηδ' ἐῤῥιπίσθαι· nota sunt ῥιπίζειν, ἀναῤῥιπίζειν, ἐκριπίζειν· alterum illud verbum si scripsisset, addidisset utique τὸ ἐνὸν αὐτοῖς σπέρμα τῆς κοινωνίας. Hemst. II.

Ead. l. 8. Θᾶττον γοῦν etc.) Profert *Adr. Turnebus* Adv. XXV. c. 9. itaque vertit: *Itaque eorum, qui pejerare adgrediuntur, citius quispiam exstinctum ellychnion formidaverit, quam fulminis istius omnium domitoris flammam.* Docet ibi, a *Virgilio sancire foedera fulmine* dici Jovem, *qui fulmine vindicat id, quod contra formulam et religionem jurisjurandi commissum*

est. Similem in modum *Diotogenes* Pythag. apud *Stob.* p. 332. Jovem esse ostendit eundem et *χραστὸν* et *δεινὸν διὰ τὸ κολάζειν τοὺς ἀδικοῦντας καὶ κρατεῖν καὶ κυριεύειν πάντων· ἔχει δὲ καὶ τὸν κεραυνὸν μετὰ χεῖρα σύμβολον τᾶς δεινότατος.* HEMST. II.

Ead. l. 9. *Θρυαλλίδα*) Copiose de hac voce doctissimus *Christian.* ad vesp. *Aristoph. Pollux.* BOURD. Vid. *Aristophan.* VORST.

Ead. l. 10. *Δαλόν τινα*) *Manifeste declarat titionem in Timonis Lucianei principio, Jer. Hoelzlin.* ad *Apollon.* III, 291. videtur sane: sed propria vis est, quam origo vocabuli postulat, titionis ardentis et accensi. Grammatici veteres ad Od. E. 488. *διάπυρον ξύλον*, et pluribus *Hesychius*: *δαλὸς ἀπὸ τοῦ βωμοῦ Antonin. Liber.* c. XVIII. *ambustum torrem Chorineus ab ara Corripit, Virgil.* Aen. XII, 298. *Δαλὸν* Glossae *titionem* et *torrem* exponunt. *Titionem vulgus adpellat extractum foco torrem semiustum, exstinctum: Lactant.* IV. pag. 394. Vid. *Pric.* ad *Apul. Met.* p. 392. Ludit *Arnob.* VI. p. 209. *riciniatus Jupiter, atque barbatus, dextera fomitem sustinens perdolatum in fulminis morem.* HEMST. II.

Ead. l. 12. *Ἀπολαύειν τοῦ τραύματος*) Sunt, qui haec verba, *μόνον καὶ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος*, intelligunt de iis, in quos Jupiter ignes suos intentet; eos nimirum dici existimare, se in eo tantum adfici ab immisso igne, quod oculi fuligine impleantur. At non ego certe detrecto accedere optimo meo quondam doctori, *Jac. Gronovio*, (cui pro digno et justo *διδάκτρῳ* nihil majus reponere habeo, quam aeternas gratias, pectusque ejus nomini devotissimum) haec verba ad ipsum Jovem referenti. Liceat tamen nobis varios *τοῦ ἀπολαύειν* usus in medium proferre. *Τὸ ἀπολαύειν* pro *frui re grata et accepta*, atque adeo pro *delectari fructu alicujus rei*, passim sumi, res est notissima. Est tamen non semel, ubi *ἀπολαύειν* de malo usurpatur. Apud *Nostrum* in Deorum dial. X. Sol querens multa incommoda ex trinoctio Jovis cum Alcumena concubitu oritura; viam tam diu non tritam, equis Phoebeis fore difficiliorem, hominesque in tenebris consessuros; tandem ait, *Τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων.* Respondet paullo post Mercurius, *Σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων.* Clarissime quoque D. D. XXI. *Οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας.* In Necyomantia §. 17. de Mausolo, qui dicitur *τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος.* Hic sicuti non plane in malam, ita nec omnino in bonam partem sumitur

ἀπολαύω' at ironice potius. Tantum, ait facetus *Noster*, Mausolus ab superbo sibi posito monumento adficitur, quantum gravatus est, tanto ponderi succumbens. In Phalaride de Perilao, aenei bovis fabricatore, inque illum primo incluso, ὁ μὲν δίκαια ἔπασχεν, ἀπολαύων τῆς αὑτοῦ εὐμηχανίας. Acerbissima profecto haec et letifera ἀπόλαυσις. In Pseudolog. Οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τοῦ σοῦ στόματος ἀπολαύειν. In malum quoque clare habet *Aelianus* II. Var. H. c. 34. Ὥρα πᾶσιν ἡμῖν τὴν ταχίστην ἀνάγεσθαι, πρὸ τοῦ τινος καὶ ἀπολαῦσαι κακοῦ πρεσβυτιδίου. — Est ergo τὸ ἀπολαύειν plane ἀδιάφορον, et in bonum et in malum, simpliciter notans *adfici ab re aliqua*, seu id, quod ex re quapiam proveniat, sive gratum, sive minus, percipere. Idcirco videntur adcuratius loquentes, maluisse saepe aliquid addere, unde bonum vel malum, quod quis ἀπολαύῃ, intelligeretur. Sic κακὰν ἀπολαύειν τῆς φλυαρίας, *Lucianus*: κακοῦ πρεσβυτιδίου ἀπολαῦσαι, *Aelianus*. *Aristophanes* in Pluto v. 236. adjicit ἀγαθόν· Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. Ellipsin amant Graeci in usu τοῦ ἀπολαύειν, ut in plerisque locutionibus. Ubi enim ἀπολαύειν τινὸς dicunt, subauditur τι, vel ἀγαθὸν, vel κακόν. quae, ut vidimus, aliquando adsunt. Sed nec vel tunc, ubi dicunt ἀπολαύειν ἀγαθόν τινος, plena est oratio; intelligitur autem ἀπὸ, unde pendet genitivus; sine quo genitivo vix utuntur τῷ ἀπολαύειν. Ἀπὸ, inquam, supprimitur: quam praepositionem reperio additam apud *Nostrum* in Mortuor. Dialogis IV, 2. ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ubi iterum τι relinquitur intelligendum. Jens. Vulgatam retinui, quia in Dial. Xanthi et Maris, τραύματα iterum vocat, quae igne inusta fuerant: ἀπολαύειν etiam satius visum est ad *homines* referri, quam ad *Jovem*, quia ad eos reliqua pertinebant, et vox eo sensu apud *Nostrum* non infrequens, uti supra observatum a me est ad Nigr. c. 30. Vide et *Arrian.* Epict. p. 286. A. ἀμήχανον, τὸν συνανατριβόμενον τῷ ἠσβολημένῳ μὴ καὶ αὐτὸν ἀπολαῦσαι τῆς ἀσβολῆς. *Virgil.* VI, 593. — *non ille faces nec fumea taedis Lumina* etc. de vero Jove. Solan. Haec quicquid est interpretum ad contemtores Jovis pertinere censuerunt: diversus abit solus fere *J. Gronovius* ad Nigr. §. 30. rogatque satis confidenter, *cur accipiant in malum, non in propriam notionem voluptariamque, atque ipsi Jovi attribuant?* respondebo pro aliis, quia ipsa *Luciani* mens explanatissime proposita, et structura verborum huic explicationi palam refragatur: quare per me non stabit, quo minus semper solus hanc caussam defendat *Gronovius*. Ἀπολαύειν verbum apud Graecos in utramque partem ambiguum eleganter usurpari

solet et per se simpliciter et constructe. *Aristoph.* Av. v. 1358. *Ἀπέλαυσα γὰρ ἐλθὼν ἐνθαδί·* quod ludendo perinde est positum, atque *ὠνάμην* vel *ὀναίμην ἄν· praeclare enimvero mecum agatur.* Addunt nonnunquam *ἀπολαύειν κακόν τι, τι φλαῦρον*, *Isocr. Συμμ.* p. 175. B. saepius omittunt. At frequentissime genitivus accedit ejus vel personae, vel rei, unde bonum malumve aliquod vel incommodum nobis proficiscitur, plerumque *ἀπὸ* vel *ἐκ* intellecto, rarius expresso. *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 74. v. 16. *τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμίξεων·* ubi mediae significationis est. *Plato* Phaedr. p. 1227. F. *ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς, qui ab alio oculis laborante vitium contraxit:* eleganter *Synes.* p. 18. C. *ταρίχη ἀπολελαυκότα τοῦ χρόνου, quae a vetustate vitium contraxerunt: Euripid.* Iph. in T. v. 526. *Ἀπέλαυσα δή τι κἀγὼ τῶν κείνης γάμων· nonnihil ad me quoque mali ex Helenae nuptiis pervenit.* Sic *ἀπολαύειν συμφορᾶς, alienae calamitatis esse participem, Plutarch.* T. II. pag. 837. A. Apud *Platon.* de LL. p. 961. D. *καὶ πᾶσα οὕτως ἡ πόλις ἀπολαύη τῶν ἀσεβῶν τρόπον τινὰ δικαίως*, *Serranus* vim phrasios *Ficino* longe melius expressit: *atque ita impiorum hominum supplicia in universam civitatem quodammodo juste redundent. Platoni* sine dubio Hesiodeum illud in mente fuit Op. et Dies v. 240. *Πόλλακι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα·* ubi ut rem ipsam et sensum recte, sic naturam locutionis secus intellexit eruditiss. *Gracvius. Aristot.* Polit. V. p. 135. v. 5. *αἱ τῶν γνωρίμων στάσεις συναπολαύειν ποιοῦσι καὶ τὴν ὅλην πόλιν, nobilium seditiones contagione quadam totam civitatem corripiunt:* parum distat, quod legimus in *Mich. Apostolii* C. XV. n. 78. *ἔμελλε συναπολαύσειν τῷ Παμφίλῳ τῶν κακῶν·* quod, nisi fallor, ex vetustis Scholiis excerptum ad *Aristoph.* Plut. v. 174. *Maxim. Tyr.* D. II. pag. 24. si quis, inquit, cum homine *μαρίλης ἐμπεπλησμένῳ* colluctetur, eum maculari necesse est, *οὕτω καὶ ὅστις ἀδίκῳ ἀνδρὶ συμπλέκεσθαι καὶ συγκυλικδεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀνάγκη τοῦτον συναπολαύειν καὶ τοῦ κακοῦ, καὶ συναναπίμπλασθαι τῆς μαρίλης·* ibi junctum a *Luciano* verbum itidem adparet, similiter atque in Amat. *Plutarchi* p. 765. B. *ἔνιοι φίλων καὶ οἰκείων σβεννύναι πειρωμένων βίᾳ καὶ ἀλόγως τὸ πάθος, οὐδὲν ἀπέλαυσαν αὐτοῦ χρηστὸν, ἀλλ' ἢ καπνοῦ καὶ ταραχῆς ἐνέπλησαν ἑαυτούς.* Vide *Suid.* in *Ἀπολαύειν· Isocratis,* quem profert, locus, quanquam verba parumper varient, is idem est, qui supra fuit a me indicatus. Quemadmodum autem hac in parte frustra fuit *Gronovius*, ita jure optimo *G. Cuperi* (hunc enim designat) conjecturam repellit, qui Obs. III. c. 2. cum elegantiam opportunissimae vocis *τραῦμα* nullus adsequeretur, legebat *καύματος· huic loco,* verba

sunt *Cuperi*, τὸ τραῦμα *minus videtur convenire. cum ἀσβόλου seu fuliginis fiat mentio: quare lego καύματος, id est,* adustione; *quomodo fulmen et fulgur adurere, ustulare dicuntur: ita ante dixit φλόγα κεραυνοῦ.* Haec pluma leviora: melius est, ut *Lucianum* audiamus in Jove Conf. §. 15. οὐδὲ γὰρ τὸν κεραυνὸν φαίην ἂν αἴτιόν μοι γενέσθαι τοῦ τραύματος. Perquam adposite *Euripides*: Πολλοὺς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσε· istum versum *Theon Smyrnaeus* de Musica c. 2. p. 75. cum poneret, nihil aliud praemittit, quam ὥς τις ἔφη· pro beneficio patefacti auctoris veram lectionem in solutum accipiat *Plutarch.* Symp. IV. p. 666. C. apud quem perverse scribitur, πνεῦμα ἄναιμον· quanquam Latinis usitatum *adflari fulmine*, at Graecis, ut puto, plane est insolens πνεῦμα βροντῆς· deinde, quod rem extra controversiam ponit, optime cohaeret ἄναιμον cum τραῦμα, prorsus ineleganter cum πνεῦμα. Observationem eximiam mecum vir et amicus, dum fuit, summus *L. Kusterus* communicavit. Denique *Lucretius* VI, 419. ubi, dum Jovi fulminis missionem ereptum it, multa reperies, quae cum *Luciano* comparari possunt: *Cur suis*

Demit imaginibus violento volnere honorem?

Quid porro congruentius, quam ut fulmina vulnus faciant, quandoquidem *tela* dicuntur et βέλη· saepe *Lucretius* eo, quem dixi, loco:

— patris cur telum perpetiuntur
Obtundi — teli determinet ictum.

Herodot. IV, 79. εἰς ταύτην θεὸς ἐνέσκηψε βέλος· VII. c. 10. §. 5. εἰς οἰκήματα τὰ μέγιστα etc. τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα· cujus apud multos praeter *Lucretium* imitationem loci invenire licet. *Sophocl.* Trach. v. 1103. Ἔνσεισον, ὦ ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος, Πάτερ, κεραυνοῦ· notavit ad eum locum *H. Stephanus.* Hemst. II. Tam clare haec exposita, tamque docte illustrata, ut de emendanda sanissima voce τραύματος ne cogitari quidem amplius posse videatur. Nihilominus ingenium suum exercuit *Jacobsius* conjiciendo τερατεύματος in *Porson.* Adverss., quod quidem de Jove Comico intelligi vult Vir egregius, conjecturarum nescio an cupidior saepius, quam felicior, venator. Leim.

Ead. l. 14. Ἀπίθανος ὤν) Inexspectata meis auribus accidebat haec locutio: quapropter nescio quid meditabar; οὐ πάνυ τοι ἀπιθάνως, ὡς πρὸς οὕτω etc. quod molle est et bene Graecum. Salmoneum et Tantalum pro hominibus posuit impiis et Deos oppugnantibus *Heracl.* Vit. Hom. p. 408. Hemst. I. Olim adridebat, οὐ πάνυ τοι ἀπιθάνως, ὡς πρὸς

οὕτω ψ. nunc nihil muto. *Plutarch.* T. II. p. 595. A. ἐξενηνοχέναι πιθανὸν ὄντα τὴν πρᾶξιν ὑπὸ δέους. *Arrian.* A. A. II. c. 12. εἴτε πιθανὸς δοκεῖ τοῖς ξυγγράψασιν Ἀλέξανδρος, ὡς καὶ ταῦτα ἂν πράξας etc. *Porphyr.* de A. N. pag. 250. ὅτι δὲ πλάσσων ἄνδρον ἀπίθανος ἦν *Homerus. Plutarch.* T. I. p. 91. E. T. II. p. 291. A. ὥστε μὴ παντελῶς ἀπιθάνους εἶναι τοὺς λέγοντας. *Aeschines* sub initium orationis περὶ Παραπρ. κατηγόρηκε δωροδοκίας, ἀπίθανος ὢν πρὸς τὴν ὑποψίαν ταύτην. Haec ostendunt, quomodo cum personis vox ista conjungatur. Salmonei nescio quam bene *Noster* meminerit in hac scena: in eo certe sui contemtus Jupiter exemplum statuerat satis grave; qualia si adversus alios sceleribus ac flagitiis insignes edidisset plura, non erat profecto, cur tantopere Timon inertiam vetuli Jovis incusaret. De Salmoneo versus sunt *Manilii* V, 91. post multiplicem hominum eruditissimorum curam nondum, ut mihi quidem videtur, persanati: quid molitus sit vir primarius *J. Fr. Gronovius* Obs. III, 15. non me fugit; hunc tamen in modum si constituantur, propius ad priscam poëtae manum accedi posse censeo:

Hinc mihi Salmoneus (qui coelum imitatus in orbe,
Pontibus impositis (nisi malis, *Pontibus ac positis*) *missisque per aera quadrigis*
Expressisse sonum mundi sibi visus, et ipsum
Admovisse Jovem terris de fulmine finxit:
Sensit at immensos ignes; super ipse secutus
Morte Jovem didicit) *generatus possit haberi.*

Sensum, quo erat admirando ingenii acumine, pervidit *J. Scaliger: de fulmine* capiendum est ea fere potestate, quam *Salmasius* explicuit ad *Tertullian.* Pall. p. 139. etiam ipsum se Jovem terris admovisse finxit, quod ad fulmen attinet, jacto fulmine: *Euripid.* apud *Dicaearch. B. E.* p. 22. — ὅστ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς Θεοῦ μανεὶς ἐβρόιψε Σαλμωνεὺς φλόγα· plura, quae ad firmandam conjecturam valent, persequi non vacat. Ceterum Salmoneum et Tantalum pro hominibus impiis et Deos oppugnantibus posuit *Heraclit.* Alleg. Hom. p. 408. Vid. *Maxim. Tyr.* D. XXXVI. et *Hadr. Junii* Adagia in *Salmoneus alter*, ubi quod ex *Eunapio* profert, legitur apud *Suidam* in Εὐτρόπιος et Χρῆμα. Hemst. II.

Ead. l. 16. Πῶς γὰρ) Omnino legendum πῶς γὰρ οὐ; quod Graecis frequens. V. *Eurip.* Rhes. p. 472. C. Solan. Interpretes ita verterunt, ac si legissent, quod volebat doctiss. *Solanus*, πῶς γὰρ οὐ; eum in modum sane legendum foret, si tali ratione sententiam expleres: πῶς γὰρ οὐκ ἀντιβροντήσειέ σοι ὁ Σαλμωνεύς; *quidni enim Salmoneus adversum te ful-*

mina jacularetur? vel, *quid enim obstet, quo minus tuum fulmen Salmoneus aemuletur,* (nam utramque explicationem recipit ἀντιβροντᾶν, ut alio loco dicam) *ubi tu, velut perducta mandragorae potione altum stertis?* Verum nihil moveri debet, intelligenduinque, si ad superiora velis connectere, πῶς γὰρ φοβηθείη ἂν τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων τὴν τοῦ κεραυνοῦ φλόγα· sin ad proxima, πῶς γὰρ ἀπίθανος ἂν εἴη ὁ Σαλμωνεύς· utrumvis ad sententiam *Luciani* aeque commodum. Πῶς γὰρ οὐ, addita negatione, ut Grammatici loquuntur, καταφατικόν ἐστιν, aut, κατάφασιν δηλοῖ· contra πῶς γὰρ, ἀποβατικόν. *Lucian.* Gall. §. 14. οὗτος ζῶν μὲν οὐδὲ ὄβολον ἔδωκε τῷ Σίμωνι· πῶς γάρ; ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων· *hic, dum vivebat, nc obolum quidem dedit Simoni: neutiquam sane, ut qui ne ipse quidem divitias suas attingeret.* *Lys.* p. 94. v. 17. πῶς γὰρ ἄν, ὅστις etc. p. 178. v. 31. πῶς γὰρ, οἷς οὐδὲ ταὐτὰ etc. *Isaeus* p. 72. v. 11. πῶς γάρ; οἱ μὲν γὰρ ὀνομάζονται συγγενεῖς. *Gorg.* pro Palam. p. 189. v. 35. nam sub initium ejus orationis p. 187. v. 32. *H. Stephano* adsentior pro πῶς γὰρ, ὅσγε σώζει πατρίδα etc. reponenti πῶς γὰρ οὐ; ὅσγε σώζει. *Alciphr.* I. p. 92. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ibi vide *Steph. Berglerum. Athen.* VI. p. 265. E. πῶς γάρ; ὁπότε etc. In his, minimis quidem, sed ad nativam Graeci sermonis indolem permagni sane momenti, mirum est, quam saepe fuerit offensum. Hemst. II. Cf. ad Diall. Deor. XXVI, 2. Lehm.

Ibid. Ὑπὸ μανδρ. καθ.) *Sub mandragora dormis:* qua etiam epota somniculosi sunt homines. *Demosth.* Phil. Δ. ἀλλ' οὐδὲ ἀνεγερθῆναι δύναμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, ἤ τι φάρμακον ἄλλο τριοῦτον, ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. Brod. De hoc Proverb. paroemiogr. de Mandragora, *Dioscorid. Hesych.* Bourp. *Ubi tu perinde ac sub mandragora stertis.* Ita vertit *Erasmus,* bene secundum vulgatam lectionem; male secundum rationem. *Henr. Stephanus* in v. *Μανδραγόρας* videtur legisse ὑπὸ μανδραγόρου, non multo melius. Faceta satis est sententia versionis *Erasmi,* qui mandragoram herbam lactucae non absimilem, ut ex *Theophrasto* et *Plinio* patet, in arborem, umbram dormientibus facientem, transformat. Certe non ita scripsit, non ita intellexit *Lucianus.* Lege meo periculo ἀπὸ μανδραγόρου, id est, *post mandragoram sumtam,* vel, *post mandragorae potionem.* Sic et ad eundem sensum infra in Demosth. Encom. οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας, id est, *a mandragorae potu* vel *esu.* Sic etiam loquuntur medicorum filii, ἀπὸ πλησμονῆς, ἀπὸ φαρμάκου, id est, *statim post repletionem, statim post pharmaci potionem.* Mandragoram vero esse ναρκωτι-

κὸν φάρμακον, et somnum inducere, notum est vulgo. PALM. Viderit *Palmerius* in Erasmo lapsum; sed an non majore ignorantia ipse corrigit ἀπό? An non millies ὑπὸ apud *Lucianum* notat caussam efficientem: utque idem sit prorsus voculae ἀπό? vertit sane *Erasmus sub mandragora*: an ideo ille adspiciendus erat transformator herbae in arborem, quae dormientibus umbram faceret? Sed opinor scribebat nobilis ille Gallus haec, cum comes *Luciani* venit ad Ἀλεκτρύονος ἱερὸν, viditque illic ὕλην ἀνεστηκυῖαν, ἧς δένδρα ἦν μήκωνες ὑψηλαὶ καὶ μανδραγόραι in libro I. Verae histor. et tam vere nunc in Erasmo sic divinando conjicit, ac illi, qui vaticinari solebant tenentes os animalis, quod adligari debebat ad radicem mandragorae, in qua similitudinem somniabant corporis humani. Sic igitur et cum sub corona vendi aliquem dicet, credetur interprete *Palmerio* ex coetu militum circumstante vel serto facere arborem; et speciosius cum veles dicitur sub vitem sumicere hastas, stare censebitur in vinea. Jocosa hominum ingenia! an *Erasmo* unquam exciderit illud ὑπνωτικὸν ὁ μανδραγόρας? Lenius sodes. GRON. *Leo Allatius* ad Hexaëm. *Eustath.* pag. 57. ὑπὸ μανδραγόρου· quod ego potius probo, cum et vetustae quaedam editiones id agnoscant, et *Stephanus* Schediasm. lib. IV. c. 6. comprobet; animus ad *Palmerii* notata non est advertendus: vim mandragorae somnificam multis illustravit eruditionis non spernendae Graecus d. l. *Hesychius*. Μανδραγόρας εἶδος βοτάνης οἰνικὸν καὶ ὑπνωτόν· scribe ὑπνωτικόν· nam sic alibi: Ὑπνωτικὸν, ὁ μανδραγόρας· et *Suidas* ὑπνωτικὸς καρπός· alterum me sollicitat οἰνικόν· neque enim perplacet *Sopingii* conjectura μανικόν· ψυκτικὸν adprobarem, nisi nimis a literis recederet; talem enim mandragorae potestatem *Galenus*, *Paulus Aegineta* aliique adsignant; neque sane eo referri potest, quod vino mixtum adsumeretur, teste *Theophrasto*: alii persanabunt: huc spectat nobile Caesaris facinus, quod *Polyaenus* narrat Strateg. lib. VIII. illum omnes interemisse, qui se ceperant, latrones vino mandragora mixto inebriatos et in somnum delapsos: dissentiunt in hac historia *Suetonius*, *Plutarchus* aliique, quos loci non est examinare. Eximie *Noster* adv. Indoct. p. 554. (c. 23.) οἶει τοσοῦτον μανδραγόραν κατακεχύσθαι αὐτοῦ, ὡς ταῦτα μὲν ἀκούειν, ἐκεῖνα δὲ μὴ εἰδέναι, οἷος μέν σου ὁ μεθ' ἡμέραν βίος etc. *sed tantam in eo, effeminate, ingenii torpedinem esse putas:* non aliter usurpasse censeo innominatum Auctorem apud *Suidam*: καὶ φανεῖται πολὺν μανδραγόραν ἐκπεπωκώς· quae ex *Demosthene* et *Xenophonte* ab aliis adducta, non recoquo. HEMST. I. Jam diu hoc in loco intricata quaedam, ut putabant, difficultas

eruditos advertit: quicquid in *Luciano*, ubi mandragorae fiat mentio, studiose collectum ab *H. Stephano* Sched. VI. cap. 6. operae pretium est ejus verba proferri. Postquam hunc ipsum posuisset locum, et alterum ex Demosth. Encom. §. 36. ἀλλ' ἀνίστησι μὲν ἅπαντας οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας τοὺς αὐτοῦ πολίτας, ita pergit: *Quid? an aliud uno quam altero in loco significare voluisse Lucianum dicemus? Haud crediderim: sed quemadmodum dicuntur hic καθεύδειν ἐκ μανδραγόρου illi, quos Demosthenes μανδραγόραν πεπωκότας dicit, idem et de illis, quorum illic fit mentio, esse intelligendum. Sed quomodo ὑπὸ μανδραγόρᾳ in dandi casu legendo intelligi illud poterit? Ego vel retinens μανδραγόρα non subscribam ι literae α, ut talis sit genitivus, qualis Πυθαγόρα· vel in μανδραγόρου mutabo, ut in posteriore loco ἐκ μανδραγόρου habemus. Sive autem hoc sive illo modo genitivus scribatur, dixerim ὑπὸ μανδραγόρου sonare* prae mandragora, *pro eo quod est,* prae nimio mandragorae potu: *sicut dicitur* ὑπὸ οἴνου et ὑπὸ μέθης. *Denique nullo modo interpretationem illam admiserim,* sub mandragora dormis. *Mirum est autem, apud Erasmum eo ipso in loco, ubi male hunc locum interpretatur, (ejus enim illa est interpretatio) et tanquam lectionem illam vulgarem sequens* ὑπὸ μανδραγόρᾳ, *tamen recte (meo quidem judicio) legi* ὑπὸ μανδραγόρου. *Haec enim lectio cum in aliis editionibus exstat, tum vero in duabus Frobenianis anni* 1538. et 1540. Illas easdem editiones secutus etiam *Leo Allat.* ad *Eustath.* Hexaëm. pag 57. *Stephani* observata *Palmerium* fugerunt, quando *Erasmi* versionem tam salse irridet, ipse propterea vicissim a *J. Gronovio* irrisus: cujus equidem rationes *Erasmum* defendentis me non capere, lubens profiteor: hoc saltem recte, quod ὑπὸ mutari vetet in ἀπό· quanquam enim nihil alienum dixerit *Palmerius,* (est sane is usus, quem vult, voculae ἀπὸ non apud Graecos tantum, sed et apud Latinorum Medicos in *a* vel *ab* perquam receptus, ut *J. Rhodii* Lexicon Scribonianum ostendit) minime tamen isto auxilio indigemus: plane autem ipsi non concedendum, quod in Demosth. Encom. similiter ἐκ μανδραγόρου accipiat. Miror *Fabrum,* qui dederit, *veluti sub mandragoris recubans,* quasi non arborem quidem mandragoram cogitasset, sed Jovem mandragorae foliis, ut rosarum delicatuli solebant, contectum, quorum vim somnificam intimis penitus medullis hauserit. Neque admodum probo *Stephani prae mandragora,* vel, *prae nimio mandragorae potu:* rectius vim locutionis perspexit *J. Tollius* in Notulis *Rondelii* Expositioni Vet. Signi subjectis p. 294. a cujus sententia non discrepat *J. Gronovius.* Sane καθεύδειν ὑπὸ μανδραγόρου non aliter dicitur, ac frequentissimum illud,

ἀποθανεῖν ὑπό τινος. Eam ob caussam fieri omnino non potest, quin secundum casum praeponamus. *Stephani* ὑπὸ μανδραγόρα, demto ι, Florentina liquido praefert: id sequentes editores videntur immutasse pro suo quisque captu, hic in μανδραγόρᾳ, quod jam in utraque Veneta et Aldina prima reperitur, alius in μανδραγόρου· neque diffiteor, eam esse formam longe usitatissimam, sic ut alterius exemplum adhuc mihi in promtu sit nullum: non tamen idcirco spernenda videbatur principis editionis auctoritas, praesertim cum et *Stephanus*, haud parvum in hoc literarum genere momentum, accederet, et analogia formandi par in multis aliis nequaquam refragaretur. De mandragorae virtute soporifera complures: *Seren. Samon.*

Nec non mandragorae gustu sopor additur altus:

ibi vide *Rob. Keuchen.* p. 282. et *Seberum* ad *Poll.* V, 132. n. 73. *Xenoph.* Symp. pag. 512. v. 28. ὁ οἶνος ἅρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥςπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· ἀνθρώπους servant *Athenaeus* et *Stobensis*: *Artemidorus* I. c. 68. ἀνδρὸς, vel, ut *Tollius* etiam posuit, ἀνδράς· pro quo *Cornarium* animadvertimus in versione longe aliud expressisse, nimirum ἀνίας vel ὀδύνας. Hemst. II.

Pag. 68. l. 2. Λημᾷς) Haec illustrat *Erasm.* Adag. in *Saturniae lemae.* Proxime sequitur, τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι de Jove, cui prae senio aures obsurduerunt: ipsa locutio Platonica, sed paullo diversa potestate, quando quis frequenti et molesta paene rei commemoratione alium obtundit atque exsurdat: in Lys. p. 497. E. ἡμῶν γοῦν ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα, καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος· quae cum imitaretur *Aristaen.* I. Ep. 24. p. 110. scripsit ἐκκεκώφηκας ἡμῶν τὰ ὦτα. Nihil interest, utram formam usurpes, ἐκκωφᾶν an ἐκκωφοῦν· prior in *Aristophan.* Equ. v. 312. ubi prorsus displicet *Suidae* lectio ἀνακεκώφηκεν, quippe, nisi fallor, linguae Graecae genio contraria: posteriorem *Athenaeus* habet V. p. 188. C. πρὸς τὸ περιβόητον (τῆς Ἑλένης) ἐκκεκωφωμένοι κάλλος· *attoniti et stupore capti, dum celebratissimam illam Helenae formam spectabant.* Ingeniosissime *Salmasius* apud *Achill. Tat.* III. p. 195. restituit, τοσοῦτον ἡ λύπη με τῆς συμφορᾶς ἐξεκώφωσε, vel, ἐξεκώφησε, quod vulgo legitur ἐξεκούφισε. *Clem. Alex.* Str. V. p. 551. C. ἐκκωφούμενοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Adde *Stephani* Ind. Thes. in Ἐκκωφέω. Hemst. II.

Ead. l. 6. Οὐδέποτε ἦγες etc.) Ad ea sine dubio respexit, quae fabulantur de Lycaone, filiisque ejus improbissimis, quos fulmine Jupiter percussit, καὶ τὴν Ἀρκαδίαν συνε-

χῶς ἐκεραύνωσεν, ἕως ἡ γῆ παρακαλοῦσα τὸν Δία τὴν χεῖρα ἐξέτεινε· διὸ φασὶ πρώτως ἐν Ἀρκάσιν ἐκεχειρίαν γενέσθαι· Tzetz. ad *Lycophr.* v. 481. ibi plura, quae ex *Apollodori* Bibl. III. pag. 201. 203. descripsit. Eorundem etiam scelera impulisse dicuntur Jovem, ut diluvio Deucalioneo, cujus mox meminit *Lucianus*, genus humanum obruerét. HEMST. II.

Ead. l. 7. Ἡ αἰγὶς) Sic in Dial. Jovis et Cupid. et Deor. Judic. et Bis Accus. passim denique. BOURD.

Ead. l. 8. Καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὴς etc.) Interp. *Jaculorum in morem densissime ex edito loco devolantium. Barlaeus* dicit, alios reddere, *in morem levis et velitaris pugnae*; additque, vocem utrumque significare; non tamen adfirmat, utro hic sumendum sit modo. At posteriore omnino hic intelligendum videtur: vult enim *Lucianus*, fulgur ita praemitti, ante tonitru, quemadmodum velitatio praecedit pugnam: atque ita similiter infra in Abdicato §. 3. ταῦτ' εἶναι νομίζοντες ἀκροβολισμὸν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιπεσουμένου τοῦ κακοῦ. VITRING.

Ead. l. 9. Κοσκινηδὸν) *Cribri instar frequentes.* BROD. Hoc apud *Suidam* exstat et πετρηδὸν, σωρηδὸν apud *Hesychium.* Praeceps autem et abruptus vocum illarum sonitus artificiosam quandam rerum, quas exprimunt, imitationem in auribus efformant. Intra paucos versus similia *Philo Jud.* jungit in Flacc. p. 978. παντευχίαι σωρηδὸν προεκαμίζοντο — συνδεδεμένων δοράτων φορμηδὸν — ἁρμαμάξαι στοιχηδὸν ὑπὸ μίαν ὄψιν. Pari modo *Apul.* Met. IV. p. 146. *Estur ac potatur incondite: pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.* Acutum illud *Fabri* de *Luciano* ὑετὸς φαγδαῖος in oratione prosa φορτικῶς dici judicante non laudo: quid probabilius, quam, quod suspicatus est *Jensius*, haec esse e veteri poëta Tragico desumta? sunt sane verba Tragica, et grande quiddam sonant: sed praeterea horridum aliquid ac paene insulsum in istis, ποταμὸς ἑκάστη σταγὼν, qualia *Longinus*, ut puto, in castigato scriptore nunquam ferret: neque abhorret utique, si haec de ipso diluvio Deucalioneo a quocunque demum fuisse posita credamus. Poterant eadem ridicule quidem et per jocum a Comico quopiam videri dicta: eamque in partem potissimum inclinarem, nisi me retineret illud *Luciani* φορτικῶς, quod quin παρ' ὑπόνοιαν pro ποιητικῶς vel τραγικῶς sit positum, vix dubitandum videtur. Jam mihi cum illis compara dictum *Basilii Seleuc.* Or. I. de Noë, et diluvio sacro: ἄνωθεν οὐρανὸς χειμάῤῥους ἠκόντιζε etc. hoc scilicet vel *Lucianus* vel *Longinus* probare potuissent: non lubet alia proferre plura, ubi in hac ipsa re boni Patres, nimis saepe in tumorem orationis indecorum proni, paratra-

goediant. Jure merito *Photius* in *Eunapio* reprehendit ποταμοῖδες δάκρυον, quod in dithyrambo vix, ac ne vix quidem, condones, p. 100. ubi rectissimam, qua erat optima judicandi facultate, de scriptoris hujus stilo fert sententiam. Hemst. II.

Ead. l. 11. Τετοί τε ῥαγδαῖοι) In his verbis *Faber* delet τε. nec certe ad sensum requiritur, cum praecedat καί· debuisset etiam post ῥαγδαῖοι esse collocatum. Sed suspicor, haec verba ex antiquo aliquo Tragico esse desumta, et quamvis superfluum, maluisse *Nostrum* retinere illud τε. et certe si adsit, verba grandius sonant; ac propter eandem caussam existimo, idem illud τε ita initio orationis positum, ac legimus statim cum principio opusculi de Astrologia, Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή. Ceterum ῥαγδαῖοι ὕετοὶ iterum leguntur apud *Nostrum* Philop. §. 24. Jens. Cujus haec verba sint, nescio. Certe Tragici esse, non obscure innuit. Solan.

Ead. l. 12. Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου) *Temporis momento.* Brod. Ita *Noster* saepe §. 23. ad Atticorum elegantiam magis convenit ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, quod *Aristophanes* habet in Plut. v. 244. ibi vide *Ez. Spanhemium.* Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου *Aristid. Quinctil.* de Mus. III. p. 162. Hemst. II. Ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου Char. s. Contempl. c. 14. *Pollux* Onomast. XI, 33. ἀκαρὲς μέντοι τὸ μικρὸν λέγεται, ὃ διὰ σμικρότητα οὐκ ἔστι κεῖραι. Falsum autem, certe cum Lucianea formula non conveniens, praeceptum *Gregorii Cor.* p. 34. ed. Schäf. ἐν βραχεῖ, λείπει γὰρ καιρῷ, ἢ λόγῳ· καὶ τὸ ἐν ἀκαρεῖ δὲ τοιοῦτον ἐστί. An quis dixerit ἐν ἀκαρεῖ καιρῷ (vel etiam χρόνῳ, ut nonnullis visum) χρόνου, vel τοῦ χρόνου; Imo ἀκαρεῖ Neutrum est, ut etiam βραχεῖ in phrasi modo dicta; quod ipsum et a *Schäfero* ad *L. Bos* de Ellipss. passim de similibus, sic quidem dictis et explicatis, ellipsibus monere memini. Cf. etiam V. D. in Observv. Misc. Vol. V. p. 62. Lehm.

Ibid. Ναναγία ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος) Vid. de Dea Syr. c. 12. ubi fuse describit inundationem sub Deucalione factam. Vorst. Mirifice haec illustrant *Marmor Arondelianum*, et vicissim inde lucem capit *Lucianus*, ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΩΝ ΚΡ... ΟΥΑΦΟΥ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΣ ΕΠΙ ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΟΣ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΔΕΥΚΑΛΙΩΝ ΤΟΥΣ ΟΜΒΡΟΥΣ ΕΦΥΓΕΝ ΕΓΛΥΚΩΡΕΙΑΣ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΠΡΟ... ΟΝΚΑΙΤΟΥΔΙΟ . . ΤΟ . . . ΔΔ . . . ΜΥΟΥΤΟΙΡ . . ΟΝΙΔ . . . . . Ο . . ΤΑΣΩΤΗΡΙΑ ΕΘΥΣΕΝ. Ubi sic supplet *Palmerius*: πρότερον καὶ τοῦ διὸς πανομένου δι' ἑαυτοῦ τὸ ἱρὸν Ἀπόλλωνι δομήσατο καὶ τὰ σωτ. Ubi miror, illum Δίκ

παυόμενον in chronico et sermone pedestri poni pro ὄμβρων παυομένων. Primo ipsa rei ratio non patitur. Quid enim? cum ipse esset Athenis, cur Δία παυόμενον exspectare debuit? et eo cessante demum aedificavit templum? Deinde non Graecus sermo admittit, nec ante dixit ζεὺς ἐγένετο, sed κατακλυσμός· adeo licet dicatur Jupiter pro imbre, non poterit hic bono sensu dici pro cataclysmo: nec cataclysmus cessavit cessante pluvia. Sed nec per pluviam contigisse cataclysmum, auctor ante supposuit. Et quod ad ΠΡΟΤΕΡΟΝ potest ea suppletio ferri, licet ipse videns, *Seldenum*, cum id ponit charactere communi, facere sex puncta, conjecerim ΠΡΟΣΚΡΑΝΑΟΝ. dein suppleo ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΟΛΤΜΠΙΟΥ ΤΟ ΙΡΟΝ ΙΔΡΤΣΑΤΟ ΚΑΙ ΤΑ. De templo Jovis Olympii erecto ab Deucalione testatur clare *Pausanias* in Atticis p. 32. Gron.

Ead. l. 14. Κιβώτιον) *Deucalionis naviculam.* Brod.

Ibid. Τῷ Λυκωρεῖ) Lycori oppido prope Delphos, quod etiam *Lycoria* dicitur. Brod. Ad Parnassum adpulisse alii tradunt. V. *Apollod.* I. p. 10. B. C. Solan.

Ead. l. 15. Ζώπυρον) Recte observat *Thomas Magister*, dictum hoc a *Platone* esse desumtum; quem vide de Legg. III. ab initio fere, ed. Lugd. p. 585. C. D. ἐν κορυφαῖς που σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διαεσωσμένα. Sic passim *Origenes* c. Cels. locutus. Vide p. 194. 216. Solan. *Platonem* imitatus etiam *Dionys. Halic.* A. R. p. 36. v. 39. μικρὰ ἅττα διασώζουσαι ζώπυρα τοῦ Πελασγικοῦ γένους. p. 35. v. 34. ζώπυρα ἅττα περιλειπόμενα τοῦ παλαιοῦ γένους· plures alii; ne de Patribus ecclesiae dicam, qui saepius in Noacho, ad cujus familiam arctis oppido limitibus inclusam tota spes generis humani redierat, hanc locutionem ponunt. Tu vide *J. Fr. Gronovium* Obs. IV. p. 42. Hemst. II.

Ead. l. 16. Κακίας μείζονος) Deteriores enim postea abierunt homines, quam prius fuissent. Brod.

Pag. 69. l. 1. Τἀπίχειρα) Solent haud raro, quemadmodum μισθὸν, per illusionem ponere: vid. *Suid.* in Τἀπίχειρα· quod in *Aeschylo* legitur P. V. v. 28. Τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου, vetustior Scholiastes non inelegantèr exponit, τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἐπίχειρα τοιαῦτά σοι ἐγένετο ex ipso Tragico v. 319. *Philo Jud.* de Somn. p. 1119. D. ταῦτ' ἐστὶ τῆς ἀκαίρου παῤῥησίας τὰ ἐπίχειρα· prave legitur ἐπί. *Diodor.* XIII. p. 387. B. οἱ μὲν γὰρ ἐξαπατηθέντες ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας (non ἀγνοίας) ἔλαβον. Praeclarum est illud *Euripidis* apud *Clem.* Str. IV. p. 496. B. *Sola rerum humanarum virtus* οὐκ ἐκ

θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει, Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει. *Poll.* III, 143. et *Jungerm.* Hemst. II.

Ead. l. 2. *Εἰ μή τις ἄρα παρέργον* etc.) Quasi defungendi caussa, *νόμου, ὁσίας, ἀφοσιώσεως χάριν*, ut monuit *Des. Herald.* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. V. c. 3. §. 3. Eadem *Nostri* verba de Sacrif. §. 11. Simulatam illam in obeundis sacris et histrionicam religionem acriter insectatur *Plato* de Rep. II. et pluribus in locis. Pythagorei vetabant *τὰ θεῖα ἐν παρέργῳ τίθεσθαι.* Hemst. II.

Ead. l. 4. *Κρόνον*) Prov. *i. e. ἀνόητον καὶ μωρὸν, λῆρον, ἀναίσθητον.* Vorst.

Ead. l. 5. *Ἐῶ λέγειν, ὁποσάκις* etc.) Ex sententia *Gisb. Cuperi* Obs. III. p. 298. *his verbis sine dubio Lucianus ad Dionysii sive patris sive filii historiam respicit*, teneturque adeo eodem errore, *si is error est*, cujus *Ciceronem* accusavit *P. Victorius* V. L. XXI. c. 10. Ego de Dionysio utrovis ne cogitasse quidem *Lucianum*, cum ista scriberet, credo. Haec a *Nostro* paullulum, ut scenae serviret, in majus aucta: quis tamen dubitet, quin Eleorum templa sacrilegas manus aliquando fuerint experta? quanquam, si facinoris auctor fuisset deprehensus, gravissimis tormentis excarnificaretur: vide *Plutarchi* Quaest. Graec. p. 302. B. ubi proverbii originem explicat *Σαμβίκου δεινότερα πάσχειν.* De fanis Deorum *sacrilegis violationibus adpetitis, ipsisque Diis vadentibus in antra praedonum*, similia non pauca facete pernumerat *Arnob.* VI. p. 207. 208. etc. Hemst. II.

Ead. l. 6. *Τὸν νεὼν*) V. *Justin.* XXI, 3. et XXXIX, 2. *Plut.* V, 839. C. ed. St. Solan.

Ead. l. 7. *Ὀλυμπιάσιν*) Eo accentu plerumque scribitur. *Κεχρημένος πρότερον Ὀλυμπιάσιν Aristot.* Rhet. II. p. 106. *δρόμον ἀγωνίσασθαι Ὀλυμπιάσιν Demetr.* de Eloc. §. 191. *τοῦ γενομένου ἀγῶνος Ὀλυμπιάσι Apollon.* de Synt. III. p. 249. Apud *Demosthenem* autem adversus Theocr. p. 659. D. *Ὀλυμπιάσι νικήσας παῖδας στάδιον* consideranda est optimi Codicis Augustani lectio, *Ὀλύμπια νικήσας.* Quanquam vulgarem lectionem tueatur *Isocrat.* de Big. p. 351. C. *Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε*, et 357. B. pro vetustissimis tamen membranis facit *Antipater* Anth. I. c. 1. Ep. 5. — *ἄνδρας ἡνίκα Πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια·* et *Simonides* Ep. 8. et *Lucianus* infra §. 53. Verum in *Aristophanis* Lys. v. 1133. *Ὀλυμπιάσιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ·* ubi sane versus ratio produci syllabam istam postulat: contra in Vesp. v. 1375. *Ὀλυμπιάσι γὰρ ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγὼ*, ad metrum perinde est, pro brevi habeas, an longa: sed Scholiastes plane praecipit *Ὀλυμπίασι*, secus atque hoc in

loco plurimisque aliis editur: sic enim ille, *νῦν πρωπαροξύνεται· λέγεται γὰρ περὶ τόπου·* rationem adfert, tum *προπερισπᾶσθαι*, quando Olympiades significantur: *γίνεται γὰρ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπίας* (voluit, credo, *Ὀλυμπίᾳ*, nisi secundum casum ostendendae formationis ergo ponat) *τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιὰς, Ὀλυμπιᾶσι.* Sequitur aliud ex Grammatico nescio quo excerptum, quod, ut in istis Scholiis saepenumero fit, huc addiderunt: *καὶ ὅτι τὰ εἰς ι λήγοντα τῶν ἐπιῤῥημάτων ζητεῖ τὸν πρῶτον τοῦ ὀνόματος τόνον· οἷον, Ὀλυμπιὰς, Ὀλυμπιᾶσι* (hoc omnino cum instituto Grammatici pugnat: legendum, *Ὀλυμπία, Ὀλυμπίασι·* nisi malis *Ὀλυμπίαθι*, quam formam adnotavit *Etymol.* p. 25. v. 16. ut proxima sane videntur suadere) *πλὴν τῶν ἀπὸ τοῦ οθεν· ἐκεῖνα γὰρ ἐνήλλαξεν. οἷον, ἵππος, ἱππόθεν· σεσημείωται τὸ οἴκοθεν.* Illud *ἱππόθεν*, ne quem alium, quo modo me diu, habeat exercitum, est *Homeri* Od. Θ. 515. Veteres itaque tonum retraxerunt in antepenultimam. Vide porro adcuratissimum *Dukerum* ad *Thucyd.* VIII, 92. Hemst. II.

Ead. l. 8. *Ἀναστῆσαι τοὺς κύνας*) Nullus hic *Barlaei* canibus *οἰκουροῖς* locus est: vigilacissimum animal ad templorum custodiam veteres adhibebant. Aetnae in Vulcani templo canes excubasse mirifica quadam bonorum improborumque dignoscendorum sagacitate praeditos, refert *Aeljan.* de Anim. XI. c. 3. Idem alium illum commemorat sane diligentem, quem, quia, ceteris dormitantibus, Aesculapii donariorum expilatorem detexisset, publico demepso grati Athenienses remunerarunt, VII. c. 13. Aliquanto plenius etiam *Plutarch.* T. II. p. 969. E. inter alia: *ὁ δὲ φρουρὸς κύων ὄνομα, Κάππαρος·* nam operae quidem erat pretium, ad firmandam historiae veritatem, rarissimae bestiae nomen memoriae mandari. *Philostratus* quoque de V. *A.* T. VIII. c. 30. canes ad valvas templi Dictynnae in Creta custodes egisse narrat. Nolim porro nimis virtutem aestimari Scipionis ex eo, quod Capitolium ingredienti, velut hospiti Deorum ipsiusque Jovis et familiari canes nunquam adlatrarent: vide *Gell.* N. A. VII, 1. de Vir. Illustr. c. 49. Aliud sunt *φύλακες Ἡφαίστου κύνες Eubuli* apud *Athen.* III. p. 108. B. et alio loco explicandi. Sed quo plura in re satis protrita? Hemst. II. Possem e *Pausania* plura; sed monuisse Lectorem sufficit. De vicinis, qui in auxilium advocantur, parile, quod apud *Aristophanem* in Thesmophor. v. 248. *Τὸῳ ὕδωρ, ὦ γείτονες.* Hemst. I.

Ead. l. 11. *Τοὺς πλοκάμους περικειρόμενος*) Aurei plerumque Deorum crines, quique adeo furum cupiditatem irri-

tare poterant. Sed vis est in isto περιπειρόμενος· hoc enim ignominiosum, et cum magna contumelia conjunctum, ut dicemus ad Dial. Mer. VIII. meminit *Erasmus* in *Circumtondere comam*. Paullum distat, sic tamen ut cum *Luciano* comparari possit, illud *Persii* Sat. II, 28:

Idcirco stolidam praebet tibi vellere barbam
Jupiter? HEMST. II.

Ead. l. 12. Δεκάπηχυν κεραυνὸν) Atqui *Pausanias* auctor est, Jovem Olympicum dextra non *fulmen* sed *victoriam* gestasse, sinistra sceptrum. Mensuram autem statuae idem auctor nobis, quia minorem justa tradi censebat, invidit El. I. pag. m. 565. *Hyginus* pedes LX sedenti tribuit. Fab. CCXXIII. SOLAN.

Ead. l. 14. Φαέθοντες ἢ Δευκαλίωνες) *Orbis terrarum incendia aut eluviones.* BROD. Operae est *Libanium* audire scribentem T. II. p. 391. εἰ δ' εἴποντο πᾶσιν ἁμαρτήσαι δίκαι, σφόδρα ἂν ὀλίγον ἦν τὸ σωζόμενον· ὅστις οὖν ἐοικέναι βούλεται θεοῖς, ἀφιεὶς τιμωρίαις χαιρέτω μᾶλλον ἢ λαμβάνων. Est itaque cum tardus ad vindictam Jupiter iracunda ponit fulmina. HEMSTERH. I. Nec male *Belinus* conferri jubet *Martial.* L. V. Ep. 55. ad Bassum:

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?
Materia est (mihi crede) tuis aptissima chartis
Deucalion, vel si non placet hic Phaëthon.

Id est, ut aqua vel incendio pereant. Schol. LEHM.

Ead. l. 15. Τπέραντλον) Operae nonnihil huic est voci impendendum, tum ut explorati quid de ea constet, tum ut Lucianeae locutionis elegantia, quae sane fugit interpretes, illustretur. Ἄντλος, ἄντλον, ἀντλία, quemadmodum Latinis *sentina*, et aqua sordida, sive ex mari in naves ingesta, sive per tenues rimas et juncturas hiantes sese insinuans, et ipse locus navis inferior ad carinam, quo confluit haec aquae illuvies, foetoremque gravem et molestum contrahit. *Eustath.* ad Od. M. p. 1728. v. 56. ἄντλον, ὁ τόπος ἔνθα ὕδωρ συῤῥέει τότε ἄνωθεν καὶ τὸ ἐκ τῶν ἁρμονιῶν etc. *Etymologum* emenda: is ἀντλῶ dici monet παρὰ τὸ ἄντλον, hoc autem ἐκ τοῦ ἀντλᾶν (imo potius ἀνατλᾶν) καὶ καρτερεῖν ἐκεῖσε τὸ ὕδωρ τὸ διὰ τῶν ἐσχισμένων ὀπῶν εἰσερχόμενον· vulgo legitur ἐσφιγμένων τόπων· prius certum; de altero non contendam, si quis τόπων retineat: sed origo Grammatici hominis ingenio plane digna. *Aeschyl.* VII. ad Theb. v. 802.

Πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε, καὶ κλυδωνίου
Πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο·

aquam utique marinam, quam fluctus procellis agitati in navim involvunt: significat rejectos oppugnatores et depulsos, quantocunque impetu irruerent, intra moenia penetrare non potuisse: sic recte *Scholiastes* primus, qui, tametsi haud magni pretii, secundo tamen longe melior. Ambiguum est, utro modo capi conveniat in *Euripid.* Troad. v. 686.

Ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναὸς· ἦν δ' ὑπερβάλῃ
Πολὺς ταραχθεὶς πόντος —

vertunt: *Alius vero sentinam hauriens*: cur spernas, praesertim adcuratius servata τοῦ εἴργειν proprietate? *undam insultantem a navi arcens*: caute nimirum deflectendo, et subterfugiendo molem fluctuum imminentem. Praetermitto dissensionem veterum in explicandis *Homeri* locis Od. M. 411. O. 478. quem posteriorem protulit *Pindari Schol.* ad O. Θ. 79. Apud *Zenob.* C. I. n. 28. ἐμπόρου γάρ τινος τὴν ναῦν ἁλῶν πληρώσαντος, καὶ παθεύδοντος, τὴν ἀντλίαν ἐπαναβῆναι συνέβη καὶ ἐκτῆξαι τοὺς ἅλας, *Schottus* non optime, ut solet fere vir literas juvandi studio praeclarus, sed in vertendis Graecis haud sane pari sollertia, *aquam sentina hauriente*: at voluit *Zenobius*, sentinam, quae per inertiam dormitantis nauclerci evacuata non fuerit, tantum increvisse, ut irrumpens in ipsam navis alvum sales liquefaceret. In *Diogeniano* C. II. n. 34. perperam, ut arbitror, exstat ἐπαναστάσης, quod ostendit *Mich. Apostol.* C. II. n. 39. 40. Hinc non admodum est difficile definire, quid sit ὑπέραντλον σκάφος, ναῦς ὑπέραντλος· nempe cujus sentina, vel aqua per fatiscentes rimas illabente, vel tumidis fluctibus desuper infusis, tanta copia exundat, ut intra limites contineri amplius neque exhauriri possit, atque adeo periculum instet praesentissimum, ne mersa navis intereat; quod postremum vel maxime venit animadvertendum in explananda translatae potestatis ratione. Pauca duntaxat, et velut ad aditum aperiendum, delibabo. Primum integrum aliquem *Philonis* locum, quia corruptus vulgo fertur, adponam, de Somn. p. 1119. E. χειμῶνά τις ὁρῶν ἀκμάζοντα καὶ βαρὺ πνεῦμα ἐναντίον καὶ λαίλαπα καταιγίζουσαν καὶ κυματούμενον πέλαγος, ἐγκομίζεσθαι δέον, ἐξορμίζεται καὶ ἐξανάγεται· τὶς ἢ κυβερνήτης ἢ ναύκληρος οὕτω ποτὲ ἐμεθύσθη καὶ παρώνησεν, ἵνα, ὅσων εἶπον κατασκηψάντων, ἐθελήσας πλεῖν, ὑπέραντλος ἄνωθεν ἐπιχυθείσης τῆς θαλάσσης ἡ ναῦς γενομένη πλωτῆρσιν αὐτοῖς συγκαταποθῇ· partem vidit *D. Hoeschelius*, male quidem mutans ἐγκομίζεσθαι. ἐθελήσας absolute positum rariore structura, quanquam *Philo* saepius utatur, turbavit librarios. Idem p. 884. D. Hercules μόνος πλήρωμα καὶ ἕρμα ὢν ἐναυβάρει, δέος παρασχὼν τοῖς συμ-

πλέουσι, μὴ τὸ σκάφος ὑπέραντλον γένηται: ne tanti viri pondere depressa navis aquas hauriat et submergatur: et sane *Antimachus* in Lyda ideo Herculem ab Argonautis expositum tradiderat διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος, teste *Schol. Apoll. Rhod.* ad I, 1289. Similem in modum usurpavit *Plutarch.* Lucull. p. 499. E. ὁλκάδος πρὸς τὴν θάλασσαν ἤδη βαρείας καὶ ὑπεράντλου γενομένης· et *Dion. Cass.* LII. p. 473. A. elegantissimo loco, ubi Maecenas rem Romanam cum navi procellis jamdudum agitata componens Augustum, quam potest acerrime, adhortatur, ut ejus gubernacula capessat: μήτ' οὖν χειμαζομένην ἔτι αὐτὴν περιΐδῃς· ὁρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλός ἐστι, μήτε περὶ ἕρμα περιδραγῆναι ἐάσῃς· qua quidem in comparatione mirum est, ni versus *Alcaei* nobilissimos in mente habuit, qui post *D. Heinsii* conatus ad *Sil. Italic.* X, 325. neudum sunt persanati. *Diphilus* usu paullulum insolentiore navicularium ipsum, cujus ratis in hoc periculum sit adducta, ὑπέραντλον dixit γενέσθαι: adferam locum ex *Athen.* VII. p. 292. A. aliquanto minus, quam editur, depravatum: Ναύκληρος ἀποδύει τὴς εὐθὺς ἀποβαλὼν Τὸν ἱστὸν, ἢ πηδάλιον συντρίψας νεώς, Ἢ φορτί' ἐκρίψας ὑπέραντλος γενόμενος· fallatur autem, meo saltem judicio, si quis emollire tentet refingendo ὑπεραντλῶν γενομένης. Non invenuste *Heraclitus*, vel potius, qui nomen ejus mentitur, Ep. V. ἐὰν δὲ φθάσαν ὑπέραντλον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ εἱμαρμένον· *sin, antequam possim mederi, aquae intercutis copia quasi sentina corpus fuerit obrutum, mergetur in destinatam fati sortem*; cum quibus omnino conferendus est *Seneca* Ep. XXX. *Suidas* exponit, Ὑπέραντλον, πλήρη, additque incerti scriptoris verba: οἱ δὲ ὑπέραντλον ποιησάμενοι τὸν πλοῦν, ἀσφαλῶς παρεκομίσθησαν εἰς τὴν νῆσον· en mirificam versionem, *illi autem vento pleno navigantes*; vulgatum ego non expedio, nisi corrigas τὸ πλοῖον, tali sensu: *illi autem, cum navim ultra modum onerassent, tuto tamen ad insulam adpulerunt*: rectene conjectarim necne, inventus olim locus ostendet. Verum ea ipsa potestate, quam notavit *Suidas*, et alia quidem longe in re vocem adhibuit *Themistius* Or. XVIII. p. 221. B. οὔκουν αἱ σιτοθῆκαι μεσταὶ εὐρώτος καὶ ἀραχνίων, ἀλλ' ὑπερχειλεῖς καὶ ὑπέραντλοι· quid audio? σιτοθήκας ὑπεράντλους; equidem valde vereor, ut *Themistius*, si veteres illos auctores purae et elimatae dictionis capiamus arbitros, durissimam iis figuram adprobet: me si adpellet advocatum, vadimonium deserere sum paratus: satis erat audacem fuisse in ὑπερχειλεῖς. Quanto verecundius tralationem instituit *Euripid.* Hippol. v. 767. Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα Συμφορᾷ· gravi pressa ac tantum non mersa calamitate, sic ut nullae

resistendi vires ultra suppetant. Etsi nihil singulare doceat, caussa tamen est, cur *Scholiastae* verba sint producenda: ἐκ μεταφορᾶς, inquit, τῶν ἐν τῇ νηῒ μηκέτι τῆς ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένων· ἀδυνατοῦσα, φησὶ, πρὸς τὴν συμφορὰν, καὶ ὑπερβαρῆ νοσήσασα τὴν ἀγχόνην ἐβουλεύσατο· adparet, eos dici μηκέτι τῆς ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένους, qui, quando laxis, ut cum *Virgilio* dicam, laterum compagibus navis accipit inimicum imbrem rimisque fatiscit, exuberantem sentinam superare et vacuefacere nequeunt. Jam mihi confer *Aristophanem* in Pac. v. 17. Οὐ γὰρ ἔθ' οἷος τ' εἰμὶ ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας· hoc scilicet indicat, *ego enim tantum offarum subigendo parare non valeo, quantum ad istum scarabaeum explendum sit satis*: rectius, nisi fallor, quam *Scholiastes*, cui aliquid alienum est adsutum e *Suida*, eumque secutus *Flor. Christianus*: si tu, quod isti volunt, admittas, id certe secundum illam, quam dedi, explicationem consistere necesse est. Apud Comicum *Suidas* exhibet in Ἀντλία undecunque depromtum, οἷος τ' εἰμὶ περιανέχειν, ipse tamen servans vulgarem scripturam in Ὑπερέχει, quam ego vel propter *Euripidae Scholiastem* repudiare nolim. Non secus autem ac Phaedram χαλεπὰ ὑπεραντλον συμφορᾶ, dicere quoque licet συμφορὰν ὑπέραντλον, tam vehementer ingruentem, ut hominem obruat. Igitur *Luciani* ὑπέραντλος ὕβρις τοῦ βίου tanta est humanae vitae tamque gravis protervia atque injustitia, quae cogat eam subsidere, velut occupatam a sentina ratem, secundumque aliquod diluvium flagitet, nec, nisi submersis hominibus, expiari queat: hoc perquam venuste sequitur post, πόσοι Δευκαλίωνες ἱκανοί; §. 18. quamvis variata figura: μὴ ὑπέραντλος εἰςπεσὼν ἐπικλύσῃ αὐτόν. *Faber* iteravit priorum *inexhaustam*: id tamen in *Pollucis* interprete merito reprehendebat *Kuhnius* ad I, 92. quem, qua erat Graeci sermonis peritia, vim vocabuli habuisse perspectam non diffiteor. *Hesychius*: Ὑπέραντλα, πολλά· imo sane: sic expone, si lubet, ὑπέραντλον ὕβριν, πολλήν· sed idem agnosce, nihil hoc ad significandi valere proprietatem. Et huic jam voci satis est superque factum. Ceterum multa sunt apud alios hisce *Luciani* prorsus adsimilia: tu vide de malitia generis humani, quod nullis se vel exusti orbis vel aquis obruti poenis coërceri emendarique patiatur, Jovem ipsum conquerentem apud *Stat.* Theb. I, 215. addendus est *Lutatius*. Jure quidem metuebat *Ovidius*, ne Jovem brevi inermem haberemus, si quandocunque peccant homines, fulmina mitteret. Verum haec talia colligere non lubet. HEMST. II.

Pag. 70. l. 2. Τοῖς δεομένοις ἐπικουρήσας) Eadem locutio

in *Saturn.* §. 36. τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν Nigr. §. 26. Hoc multo frequentissimum: *Isocrat.* Arch. p. 130. A. *Demosth.* pro Cor. p. 517. B. *Eusebius* apud *Stob.* p. 20. v. 51. τοῖς δεομένοις τὰ δέοντα ἐπαρκέσαι. *Hierax* p. 106. v. 38. *Philostr.* V. A. T. V. p. 220. v. 19. de V. S. II. p. 547. 605. v. 13. Eodem modo *Paulus* 1. ad Timoth. V, 10. 16. Paraphr. Enchirid. §. 37. et *Mss. Casaubon.* Usurpari a scriptoribus Ecclesiasticis pro *sumtus, viaticum subministrare,* vel *stipem conferre,* monuit *Henr. Vales.* ad *Euseb.* H. E. VII, 5. *Aristoph.* Plut. v. 831. — ἐπήρκουν τοῖς δεομένοις τῶν φίλων· quem locum nisi cum *Luciano* contuleris, minus habebis elegantiam ejus perspectam. Hemst. II.

Ead. l. 5. Ὑποπτήσσοντες) Advocat *Des. Heraldus* ad ista *Arnobii* VII. p. 221. *Tum deinde salutet acclinis, ancillatum servuli pavibunda trepidatione imitatus,* ut ego quidem legendum existimo: quin opportunius etiam advocasset, quae Nigrinus commemorat §. 21. Hemst. II.

Ead. l. 6. Ὀδῷ —) *Euripid.* Med. 561. Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος. *Menander:* Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. γν. p. 168. Solan.

Ead. l. 7. Στήλην παλαιοῦ τεκροῦ) Proverb. Idem de Merced. Cond. §. 28. et alibi. Bourd. De columnis sepulcralibus intelligendum, et cippis. Anonym. Ut probet, in sepulcris etiam columnas erigi, haec adtulit *Fra. Luisin.* Par. III. c. 8. *Rufinus* Anth. VII. Ep. 146. — ὡς δὲ τέφον, νῦν σε παρερχόμεθα· te nimirum vetulam et jam capularem, quae cum rugis et deflorescente forma pristinos amatores amisisti. Hemst. II.

Ead. l. 9. Ἑτέραν) ὁδόν. Brod.

Ead. l. 10. Ἀνεάντητον καὶ ἀποτρόπαιον) Quarumdam venustate locutionum captus *Lucianus,* easdem scriptis saepius inseruit, sibique quodam suo jure vindicavit: adverte vero: Eunuch. c. 6. δυσοιώνιστόν τι ἀποφαίνων καὶ δυσάντητον θέαμα, εἴ τις ἔωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας ἴδοι τοιοῦτόν τινα· Pseudolog. c. 8. ἐκτρέπεσθαι τὸ δυσάντητον θέαμα. Proprie dixit ἑτέραν (ὁδὸν) ἐκτρέπονται· inde deductum ἐκτρέπεσθαί τινα, *fugere alicujus et abominari conspectum: Aristoph.* Pl. Οἱ δ' ἐξετρέποντό κ' οὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔτι. *Philo Judaeus:* παρθένοι δι' αἰδὼ τὰς ἀνδρῶν ὄψεις καὶ τῶν οἰκειοτάτων ἐκτρεπόμεναι. Hemst. I. Valde *Luciano* familiaris locutio, ut notatum *J. Brodaeo* Misc. IV. c. 1. *Theophyl.* Ep. 23. ἵνα σε πάντες ὥςπερ τι κακὸν δυσάντητον ἀποφεύξαιντο. *Infaustos malique ominis* Latini dicunt: *Ammian.* XIV, 6. p. 28. *Eruditos et sobrios, ut*

infaustos et inutiles vitant: ubi paene mihi persuasi legendum esse, *infaustos et mutilos*: eorum enim, qui non integri corporis erant, ut ait *Seneca*, malum omen faciebat occursus: facile tamen dissentientem feram. *Charisius* apud *Rutil. Lup.* de Fig. Sent. II. p. 11. *Hunc omnes conquirebant: illum vitabant, ne ab eo viderentur.* HEMST. II.

Ead. l. 11. Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην) Voces quae jungi solitae, de quibus ad *Heliod.* lib. II. BOURD.

Ead. l. 12. Ὑπὸ τῶν κακῶν) malis oppressum. BROD.

Ibid. Ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τρ.) Hoc loco notanda est insignis maximi viri hallucinatio, *Erasmi* dico, qui τὴν ἐσχατιὰν pro ultima desperatione sumsit, et hoc modo vertit: *ad extrema redactus consilia.* At nihil aliud est ἐσχατιὰ, quam praedium rusticum longe ab urbe situm, forte in finibus Atticae. Ideo vertendum erat, *ad hoc ultimum rus redactus.* Deus bone, quis ab erroribus homo se vindicabit, quando tantus vir reliquit etiam errores humanitatis suae indicia. PALM. Ἐσχατιὰ, παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ, τὸ ἁπλῶς ἔσχατον, κατὰ τόπον μέρος. παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον, ἐρημίαν τινὰ ἡ λέξις δηλοῖ. *Eustath.* ad Il. I. VORST.

Ead. l. 13. Ἐναψάμενος διφθέραν) *Aristoph.* Nub. v. 72. Eccles. v. 80. διφθέραν ἐνημμένος. περιβεβλημένος, inquit *Suidas. Myron Prienensis* apud *Athen.* XIV. p. 657. D. constituisse Lacedaemonios refert Hilotas πυνῆν τε ἕκαστον φορεῖν καὶ διφθέραν περιβεβλῆσθαι. *Alciphr.* III. Ep. 70. p. 446. στείλασθαι ἱμαντὸν ἀγροικῶς, νάκος ἐναψάμενος καὶ σμινύην λαβών. νάκος et διφθέρα hoc quidem usu non differunt. *Philostr.* Her. p. 664. v. 27. διφθέραν τε προσαρμοσάμενος (nescio, an praeponi debeat binorum Codicum ἐναρμοσάμενος) καὶ σμινύην φέρων: uterque jungit σμινύην ad opus rusticum faciendum, quo modo *Lucianus* δίκελλαν. ideo Timon §. 7. ὑποδιφθέρους· σκάπτει δὲ, οἶμαι etc. §. 8. δικελλίτης καὶ διφθερίας· et §. 42. δίκελλαν καὶ φιλτάτην διφθέραν jam novis opibus auctus Pani consecrat. Est autem διφθέρα, ἱμάτιον γεωργικὸν, στερεὸν, πρὸς ὄμβρων μάλιστα ἀποφυγὴν ἱκανὸν, ut recte Scholion illud insertum *Dioni* Or. IV. p. 70. C. quod, post *Casaubonum* tamen, animadvertit etiam *Kuhn.* ad *Poll.* IV, 119. n. 31. Porro de rusticorum διφθέραις apud Atticos *Is. Casaubon.* ad *Theophr.* Char. c. IV. p. 41. HEMST. II.

Ead. l. 14. Προσφιλοσοφῶν) *Seberus* ad *Poll.* X, 129. n. 100. observat *pro Luciani phrasi magis proprie Phocylidem dixisse* v. 149. σκάπτειν δικέλλῃ· multum abest a nostri scriptoris elegantia. Ego jam, inquit Timon, procul ab omni hominum,

quos pessime odi, consortio, cum solitudine atque isto ligone philosophor, et rationes meas deduco. Qui remotis arbitris, quando aperte proloqui non audent, calamitates vel suas vel aliorum deploxant, eos poëtae dicunt quasi proverbio *αὔραις καὶ ἀνέμοις διαλέγεσθαι· γῇ καὶ οὐρανῷ λαλεῖν*, ut illa nutrix in *Euripid.* Med. v. 57. quem locum facete alio deflexit *Philemon* in fabula Milite. *Noster*, ut Timonis sui personam tueretur, ligonem et solitudinem substituit. HEMST. II. *Boissonnadus* ad *Gregor. Cor.* p. 136. ed. Schäf. haec nostra confert cum verbis *Theogneti* Comici ap. *Athen.* L. XV. p. 671. C. *πεφιλοσόφηκας γῇ τε καὶ οὐρανῷ λαλῶν.* LEHM.

Pag. 71. l. 4. *Ὕπνον*) Vide *Celsum* apud *Origenem* VI, 329: *ὁ θεὸς ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ κωμῳδῷ Ζεὺς ἐκ τοῦ μακροῦ ὕπνου διυπνίσας* etc. SOLAN.

Ibid. Ἡδύμον) Ex *Homeri* II. B. 2: *Ἀλλὰ δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.* BAUD. Totus Homericus hic dialogus: in eo tamen *Aristophanis* multum inest. BOURD.

Ibid. Ἢ τὸν Ἐπιμενίδην) *Erasm.* in Proverb. *Epimenidis somnus.* BAUD. Varie traditur annorum, quibus dormiit Epimenides, numerus. Alii LVII. alii L. aut XL. faciunt. *Plin.* VII, 52. et *Diog. Laërt.* 29. A. quinquaginta septem. *Varro* de L. L. VII. quinquaginta. *Plut. an seni gerenda sit Resp. Tertull.* et *Pausan.* in Att. quadraginta. Vide *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 39. SOLAN. Cui non dictus Epimenidis somnus? Argute is, et personae suae convenienter, quippe homo rusticus, apud *Alciphr.* III. Ep. 38: *ὑπνοῖ δὲ, ὅσον ἤκουσα τετυφωμένου σοφιστοῦ λέγοντος Ἐπιμενίδην τινὰ Κρῆτα κεκοιμῆσθαι.* Vid. *P. Victor.* V. L. XXIV. c. 1. *A. Schott.* ad Prov. App. Vat. C. III. n. 97. *Menag.* ad *Diogen. L.* I, 109. *Faber* in Epimenidis aetate scrupulos movet, hunc nullius, alterum alicujus momenti. Niciam Nicerati filium, qui ad Epimenidem arcessendum fuit missus, quis illum docuit eum esse, quem Sicula clades nobilitavit? non *Diogenes* certe: nam is quidem tempus, sextam sive septimam et quadragesimam Olympiadem, adcurate perscribit. Athenienses Nicias et Niceratos plures, etiam in hac ipsa familia, possem, si hoc ageretur, ostendere: quid ergo prohibet, quo minus unum aliquem ex istius Niciae, qui expeditioni Siculae praefuit, majoribus intelligamus? Verum difficilior est nodus in *Platone*, qui disertis sane verbis Epimenidem Athenas advenisse refert *πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον* de LL. I. p. 780. F. *hoc est, ut opinor*, inquit *Aldobrandinus* ad *Diogen. L.* nam operae pretium erit eum audire, *antequam Persae in Lydiam venirent: τῇ-*

δε γὰρ ἔσως etc. *in quo cum Laërtio consentit Plato: nam Cyrus rex Persarum Sardis ingressus est victor annis decem postquam Epimenides urbem Athenas purgaverat.* Callidum utique commentum, sed quod, si propius inspicias, in irritum cadit: primum calculos male posuit vir eruditus; pro decem annis dixisset Olympiadas decem, remitteremus annorum aliquot dispendium; quanquam eo pacto totum illud *Platonis* cum *Diogene* conciliandi remedium evanescat. Deinde, communi nunc etiam, sed pessimo tamen nimis inconsiderate scribentium vitio, in eo peccat gravius, quod post posita quaedam philosophi verba sententiam dicat, ne lectis quidem, nedum perpensis, quae proxime consequuntur: καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν· ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον, παθόντες δὲ ἢ δράσαντες πλείω κακά. Haec quin ad Mardonii in Ioniam, Thraciam ac Macedoniam, aut potius Datis et Artaphernis in Atticam expeditionem pertineant, nullus est dubitandi locus: igitur *Plato* intercedit ipse, ne πρὸ τῶν Περσικῶν explicemus, *antequam Persae in Lydiam venirent*, statuitque plane, Epimenidem Athenis adfuisse secundo tertiove anno Ol. LXVIII. hoc est, sex et triginta plus minus annis post occupatas a Cyro Sardes, aut, si mavis, sub initium Olymp. LXX. tum praeterea III. LL. p. 804. D. hospitem illum Atheniensem ita loquentem facit: Ἆρ' οἶσθ', ὦ Κλεινία, τὸν ΦΙΛΟΝ ὅτι παρέλιπες τὸν ΑΤΕΧΝΩΣ ΧΘΕΣ γενόμενον· is Epimenides est, ut mox patet. Haec pro notarum modulo sufficiunt: nam de Epimenide, deque tempore, cui *Plato* confabulationes istas de legibus illigavit, longior est disputatio, quam ut hisce terminis circumscribi possit. Porro quod *Plutarch.* narrat de Is. et Osir. p. 378. E. Φρύγες δὲ τὸν θεὸν οἰόμενοι χειμῶνος καθεύδειν, θέρους δ' ἐγρηγορέναι, τότε μὲν κατευνασμοὺς, τότε δὲ ἀνεγέρσεις βακχεύοντες αὐτῷ τελοῦσιν, id quidem vere Phrygium, et istorum, quos ipsa natura paene brutos finxerat et servos, ingenio dignum: quod *Democharis* apud *Athen.* VI. p. 253. C. de abjecto Atheniensium erga Demetrium studio, ὀρχούμενοι καὶ ἐπᾴδοντες, ὡς εἷς μόνος θεὸς ἀληθινὸς, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν ἢ οὐκ εἰσὶ, luculentum pristinae virtutis in foedissimam adulationem versae specimen. Probabilius et figurate dormitare Deos conqueruntur, et alto velut sopore obrutos rerum humanarum curam intermittere, quando malis non interrupto felicitatis cursu bene est, dum boni non communes tantum aerumnas, sed istorum etiam injurias perpeti coguntur et exhaurire. Sic in Epigrammate, quod *Bachetus* edidit

ad *Diophant.* Arithm. V. Qu. 33. n. 21. a fratre frater iniqua hereditatis partitione fraudatus exclamat: *Ζεῦ βαθὺν ὕπνον ἔχεις.* Comici, quibus scenica protervia Deos irridere licuit, tam facetum Jovis, haud nimium diligentis rerum humanarum arbitri, somnum ad partes vocarunt: eorum aliquem quin, ut solet in plurimis, secutus fuerit *Lucianus*, *Celsi* locus apud *Origenem* dubitare nos non patitur: *Themistius* eodem respexit Or. VII. p. 91. A. Ridet etiam, sed acerbiore joco, Baalem dormitantem, ut vix sacerdotum clamoribus excitari possit, Elias III. Reg. XVIII, 27. Illa jam veritati sinceræ sacrisque literis propiora, cum apud *Stobaeum* Tragicus poëta dicit, *Οὐχ εὕδει Διὸς ὀφθαλμός.* *Aelianus* apud *Suidam* in *Βραγχίδαι*, *οὐ μὴν ἐκάθευδεν ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια.* Hinc *πρόνοια ἀνύστακτος*, quod in *Simplicio* alicubi corrupte legitur *ἀΰδυστος.* Rex vates *Psalm.* XLIII, 23. *Ἐξεγέρθητι, τί ὑπνοῖς, κύριε*, significans, Deo neutiquam convenire somnum illum, quem numinibus suis gentiles adscribant. Hermet. II. *Ead.* l. 5. *Ἀναῤῥιπίσας*) Non putem cum *Barlaeo* verbum hoc in *vibrandi* significatu accipiendum: nihil enim aliud denotat proprie, quam *ignem prope exstinctum flatu excitare*, quod *Aelian.* Hist. Anim. IX, 20. dixit *ῥιπίδι ὑπερεξάψαι*, alias *ἀναζωπυρεῖν.* Translate *Plutarch.* in Amatorio p. 785. *Τὸ ποιητικὸν καὶ μόθωνικὸν ἐξώρμησε καὶ ἀνεῤῥίπισεν*· et *Lucian.* in Gymnas. §. 21. quare in versione hujus loci pro *denuo vibrato fulmine* ponendum erat, *fulmine flatu rursus excitato.* In principio hujus Dialogi dixerat, exstinctum esse fulmen Jovis: *τὸ δὲ ἄϋδμόν σου, καὶ ἐκπεσὸν ὅπλον, καὶ πρόχειρον οὐκ οἶδ' ὅπως τελέως ἀπέσβη* etc. *L. Bos* Obs. Crit. cap. IX. pag. 48. Bona de hoc verbo Interpretumque errore notavit *L. Bos.* Dixi quoque ad *Pollucem* X, 94. Concinne solent alio referre scriptores Graeci: *Stasimus* Cypriorum Auctor: *Ζεὺς δ' εἰδὼν ἔλεησε καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι. Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων καμβώτορα γαῖαν, Ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο.* *Δῆμον ἀναῤῥιπίζειν* inter alia *Pollux* habet: *populi animos inflammare* dicas cum *Livio*: parum abest illud *Plutarchi* in Demosth. *αἱ δὲ πόλεις, πάλιν τοῦ Δημοσθένους ἀναῤῥιπίζοντος αὐτὰς, συνίσταντο*· et *Theopompus* apud eundem: *ἡ δὲ τοῦ ῥήτορος δύναμις ἐκριπίζουσα τὸν θυμὸν αὐτῶν, καὶ διακαίουσα τὴν φιλοθυμίαν.* Detestabile Ephesii Pythagorae vitium scite culpat *Bato* apud *Suidam*: *διαβολαῖς ταῖς εἰς πλησίους ἐκριπισθῆναι κουφότατος ἦν.* Tzetzes ad *Hesiod.* v. 226. *ἐκ μικρᾶς ἀφορμῆς ἀναῤῥιπίζονται πόλεμοι* sic vetustae; namque improbo *φόνοι*, quod *Dan. Heinsius* expressit. Mox *Αἴτνης* restitui; de qua emendatione ne quid scrupuli supersit, vide c. 19.

et c. 40. Postea deprehendi convenire mihi cum *Fabro*, quod laetor, quanquam ille haec rationum momenta non adtulerit. Hemst. I. Et recepit *Αἴτνης Hemsterhusius* in minorem nonnullorum Lucianeorum editionem suam; postea prae nimia quadam haesitantia, credo, in majorem inferre non ausus. Mihi quidem jam dubitatio nulla amplius est, *quin sic sit reponendum*. Praeter ea, quae e Timone ipso deducta sunt argumenti loco testimonia, confer etiam Diall. Marinn. XI, 2. et Diall. Mortt. XX, 4. quo posteriori loco de hoc ipso Epimenide agitur. Ceterum et *Belini Wielandii*que auctoritate, qui et ipsi in interpretationibus suis *Fabri* et *Hemsterhusii* judicium sequi non dubitarunt, nonnihil me motum fuisse haud diffiteor. Lehm.

Ead. l. 6. *Ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος*) Ex Oeta monte: ex Herculis scilicet busto. Brod. Offendit Graecus interpres ad Oetam montem, unde, quia nullas flammas vomat, fulmen accendi non possit: molliendae tamen difficultati remedium, quale res ferebat, petit ab Hercule, qui in summo vertice (*τῆς Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον* adpellat *Sophocl.* Trach. v. 1203.) fuerit crematus. Hoc sane verum; nam et casus iste loco nomen dedit non unum. Rogum, quo conflagravit Hercules, *πυρὰν* Graeci plurimum vocant: frequenter *Sophocl.* in Trach. *Theocrit.* Eid. XXIV, 81. *Clem.* Protr. pag. 19. C. *κατέστρεψε τὸν βίον διὰ τῆς ἐν Οἴτῃ πυρᾶς κεκηδευμένος*. *Hygin.* F. XXXVI. *Serv.* ad Aen. VIII, 300. Hoc nomen in eo loco resedit: *Theophr.* H. Pl. IX, 11. *τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πυράν*. vide *Liv.* XXXVI, 30. Itidem *Φρυγία ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα*· *Stephan.* in v. alia notant *Muncker.* ad *Hygin.* p. 83. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Dian. v. 159. Tertium vix reperias extra *Lutat.* ad *Stat.* Theb. IV, 158. *Oeta, in qua esset concrematus Hercules co loco, cui* Prestion *nomen est*: melius, ut puto, *Πρηστών*. nam ne de vitio suspicemur, prohibet originis ratio percommoda, *ἀπὸ τοῦ πρῆσαι*, quod de rogo Herculis succendendo posuit *Sophocl.* Trach. v. 1211. Probarem equidem istam solvendi nodi viam, si perpetuum aliquod ignis egesti monumentum Herculis pyra reliquisset: speciose poterat ex ejus herois, qui severissime vivus in malos animadvertisset, rogo flamma fulminis exstincti redintegrari: verum apud veteres nullum exstat ardentis Oetae vestigium. Non me praeterit, stare pro vulgata lectione *Is. Vossium* ad *Catull.* p. 287. 288. et credere insuper, *nonnunquam flammas et incendia, etiam cum accolarum damno, eructare hunc montem*: sed, ex quibus hoc conficiat, *Catulli, Statii Manilii*que loca perperam exposuit; quod cum lecto-

rem paullo peritiorem fallere videatur non posse, nihil est caussae, cur in pravis ejus interpretationibus refellendis operam insumam. Placet ergo *Tan. Faber*, pro *Οἴτης* reponens *Αἴτνης*· nihil verius vel arbitro *Luciano* §. 19. ubi Cyclopas *ἐκ τῆς Αἴτνης* Jupiter arcessi jubet ad acuendum fulmen: §. 40. Mercurius *ὑπὲρ τὴν Αἴτνην*, inquit, *ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι*· tum quid apud poëtas est vulgatius, quam haec fulminum Jovialium officina? Idem *Faber* pro *ἐνανσάμενος* libenter legerit *ἀνανσάμενος*· non adsentior: *ἐναύειν* hac significatione notum; alterius auctoritatem desidero: quamvis *ἀνάπτειν* et *ἐνάπτειν* pro *succendere, ignem immittere*, illud frequentissime, rarius hoc usurpari non ignorem. Hemst. II.

Ead. l. 8. *Τὸ Κρητῶν.*) Qui te juxta Gnosum oppidum sepultum praedicant. Brod. *Callimach. εἰς Δία*, et tangit illud alibi *Lucian.* Bourd.

Ibid. Τῆς ἐκεῖ σῆς τ.) Restituimus ex ed. J. vocem *ἐκεῖ* in aliis omissam. Vid. 3. de Sacrif. c. 10. Jov. Trag. c. 45. et Philopseud. c. 3. *Lactantius* ipsum sepulcri titulum exhibet I, 11. *ZAN KPONOT.* Vide et *Chrysost.* Hom. III. in Ep. ad Tit. Not. ad *Porphyr.* n. 17. Solan.

Ead. l. 12. *Τροδίφθερος*) *Coprina pelle amictus.* Brod.

Ead. l. 13. *Φιλόσοφος*) Ex eorum philosophorum familia, qui de Diis male sentiunt. Brod.

Ibid. Οὐ γὰρ ἄν) Excidisse videtur *ἄλλως*, vel simile quid. Solan. Nihil excidit: *οὐ γὰρ ἄν, οὐ γὰρ ἄν πότε, οὐ γὰρ ἄν που, ceteroquin, alioqui non*, ut *Budaeus* aliique docuerunt. Hemst. II.

Ead. l. 14. *Καθ' ἡμῶν*) *Τῶν θεῶν.* Brod.

Ead. l. 15. *Τὸν Ἐχεκρατίδου*) Echecratidae filium, e Colytto vico Atticae. Brod.

Ead. l. 16. *Κολυττέα*) Quid monuerit *Sponius* de hoc nomine, scio. Sed scripturam omnium, quos vidi, librorum sequi malui. Monendi tamen quibus Mss. Codicum copia est, ut videant, num in iis etiam, uti in marmoribus, quae ille inspexit, *ΚΟΛΑΤΤΕΤΣ* legatur. Certe *ΚΟΛΑΤΤΕΤΣ* scribitur in *vita Platonis* apud *Diog. Laërt.* p. 70. D. Vid. A. G. IV, 733. et *Suid.* Solan.

Ibid. Καθ' ἱερῶν τελείων) Quae *Homer.* Od. *Δ.* et *P. τελήεσσας ἑκατόμβας* vocat. Brod. Sic *Thucydid.* V, 47. Solan. Formula loquendi haud sane quam frequens: hunc solum *Budaeus* locum protulit C. L. G. p. 625. ubi *ἑστιᾶν* ita constructum adpareat: usitatius, quod ibidem ostendit, *καθ' ἱερῶν τελείων ὀμόσαι*· paullo diversum *κατὰ βοὸς, καθ' ἑκατόμβης εὔξασθαι*, de quo *Kuster.* ad *Aristoph.* Equ. v. 657. In Philops. §. 2.

dedimus ex sententia *Graevii*, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἐφ' ἱερῶν τελείων ἑστιαθῇ, cum prius esset in plerisque ἀφ' ἱερῶν τ. Quemadmodum autem καθ' ἱερῶν τελείων, sic perinde solent ἐφ' ἱερῶν τελείων, ἐπὶ τομίων ὁμόσαι: utramque structurae formam ad ἑστιᾷν traduxit *Lucianus*, haud satis scio, an praeter usum veterum. De ἱεροῖς τελείοις adeundus est *Dukerus* eruditissimus ad eum *Thucydidis* locum, quem indicavit *Solanus*. HEMST.

Pag. 72. l. 1. Ὁ νεόπλουτος) Atqui mox paterna bona fuisse indicabit cap. 8. Tamen sic iterum usurpat Toxar. c. 12. Mortuo ergo subito patre. SOLAN. Νεόπλουτος Jovi est, *qui recens, novissime, nuperrime, modo, dives erat*; nec video, quid sibi velint interpretes Latini, sic reddentes *repente dives*; nec, quid *Solanus*, quum de repentina patris morte nescio quid fabulatur. Nam etsi fere νεόπλουτοι ii sunt, qui, quum paullo ante pauperes fuissent, repentino quopiam casu magnas divitias nacti sunt, quales fere aut sinistre utuntur, utpote insueti, opibus suis, ut in Qu. hist. conscr. c. 20. aut magna adulatorum et parasitorum caterva cinguntur, ut Toxar. c. 12.: non tamen proprie ac natura sua haec notio repentinae possessionis voci inest, ut ubivis sit statuenda et tenenda. An vero etiam νεογνὸς sit *infans repente prognatus?* et νεόγαμος *mulier repente nupta?* etc. Imo notio ejus, quod novissime vel factum est, vel fuit, propria est omnium earum vocum, quae ex νέος sunt compositae. Timonem igitur nostrum τὸν νεόπλουτον intellige eum, *qui nuper admodum locuples erat*, minime autem gentium, *qui repente dives factus est, atque adeo etiamnum est!* LEHM.

Ibid. Ὁ τὰς ὅλας ἑκ.) Θύων subauditur. BROD.

Ead. l. 2. Ἑορτάζειν τὰ Διάσια) Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίου Διὸς, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος φθίνοντος. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς διαφέρει τὰ Διάσια, ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτῆς ὠνομάσθαι λέγων. Vide hac de re *Scholiast. Aristoph.* ad Nub. Sic ἑορτάζειν τὰ ἐπινίκια. ut apud *Long.* Pastor. lib. II. et *Lucian.* alibi, quod aliis notatum. BOURD. Vid. Scholium, et *T. Fabri* notam. Adde etiam *Thucydid.* I, 126. et Scholia. Meminit *Noster* Icarom. c. 24. ubi neglectum ab Atheniensibus hoc festum innuit; et, si foetus est genuinus, Charid. c. 1. SOLAN. Meminit hujus loci *J. Meursius* Graec. Fer. in Διάσια, sic vertens: *Ille est, qui crebro nos per integras victimas reficiens, recens locuples, qui integras hecatombas, apud quem solemus splendide epulari festum Jovis:* satis quidem incondite. Fallitur autem, quando Diasia Munychionis die nono et decimo acta putat: diserte *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 407. μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος φθίνοντος, ut *Castellano* jam ob-

servatum. longe alia est ἱππέων illa πομπή, quam memorat *Plutarchus* in Phocione. Ceterum ita loquitur de Diasiis *Lucianus*, quasi victimas eo festo Jovi immolassent: hoc negare videtur *Thucydides* I, 126. si paullo diligentius adtendas, non plane negat: ἔστι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως, ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια· si πολλοὶ, non omnes utique, sed illi nimirum, quibus instituti veteris, cum solis frugibus faciebant, major erat religio. Jam olim nonnihil in isto loco fuisse turbatum, non *Scholiastes* solum, sed vel maxime *Pollux* I, 26. suspicionem movet: utrosque in consilium si adhibeas, hunc in modum videri potest scripsisse *Thucydides*: ἐν ᾗ πανδημεὶ ἑορτάζουσι, θύουσι δὲ πολλοὶ οὐχ ἱερεῖα, ἀγνὰ δὲ θύματα ἐπιχώρια. Postquam illud ἁγνὰ semel corruptum fuit in ἀλλὰ, minime mirum est interiisse δέ· confer *Porphyr.* de Abstin. II. §. 16. possem multis firmare, quibus nunc supersedeo. Hoc probabilius sit, an memoriolam *Polluci* vacillasse, quod *Camerarius Kuhniusque* contendunt, arbitrentur eruditi. Hemst. II.

Ead. l. 7. Οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν) *Ut ita dicam:* ὡς δ' ἀληθεῖ λόγῳ, *ut vere dicam, at revera.* Brod. Eodem redit cum his in Harmon. ὥστε λόγῳ μὲν, ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναβάλψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ἅπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπεδεικνύμην τοὺς λόγους. V. etiam Dial. Jun. et Jov. οἰνοχοοῦν δὴ τῷ λόγῳ. Vide *Tan. Fabri* notam. Solan. Vid. *L. Bos* ad Harmonid. §. 3. Formula quaedam loquendi solennis: similes notant *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 36. *Jos. Wass.* ad *Sallust.* B. J. c. XIV. pag. 261. *Duker.* ad *Thucydid.* VIII, 92. Τῷ μὲν γὰρ ὀνόματι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ *Theon* Progymn. pag. 97. λόγῳ μὲν καὶ τῷ δοκεῖν, ἔργῳ δὲ p. 132. λόγῳ μὲν, τὸ δ' ἀληθὲς p. 138. Illam χρηστότητα et φιλανθρωπίαν, quae saepe mera sit stoliditas, tetigit *Herald.* de R. I. A. I. c. 5. §. 6. Hemst. II. Ἐπέτριψε, *perdidit:* frequens in *Aristophan.* fabula *Pluto:* ut v. 120. 351. 1120. et alibi. *Noster* pluribus locis. Vid. Ind. Hemst. I.

Ead. l. 9. Εὐήθεια] Mores nimium simplices et faciles hominem aliorum ludibrium faciunt et risum; degeneravit itaque vocabulum hoc in stultitiae significationem: centies apud *Palaephatum:* rara est et observanda ratio, cum νόσους εὐήθεις *Hippocrates* vocat τὰς εὐτρέπτους· qui facile mutantur, nec medici curam longa pertinacia detrectant: docuit *Galenus* in librum περὶ διαίτης ὀξέων. Idem tamen Τόμ. β. in *Prognost.* quem locum forte totum *Barlaeus* non inspexerat, in bonam quoque partem hoc nomen sumi ostendit pro-

latis e *Dinarcho*, *Demosthene* et *Platone* exemplis. Hos aemulatus *Theon Smyrnaeus* c. 1. scripsit: ὥςτε μόνος ἂν εἴη μουσικὸς ὁ κυρίως εὐήθης. Non vacat similia describere plura e *Platone*. *Thucydides* lib. III. c. 83. κακοτροπίαν et τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει, ut contraria et adversis frontibus pugnantia ponit: docte *Scholiastes*: τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἀπόνηρον· σημαίνεται τὸ εὔηθες ἐπὶ καλοῦ. haec ipsa *Thucydidis* verba voluit *Suidas* in *Εὔηθες*. HEMST. I.

Ead. l. 10. *Κόραξι καὶ λύκοις*) Idem passim Dial. Mort. Sic vocat παρασίτους καὶ κόλακας. dictum antea ex *Demosth.* ad Nigrin. §. 22. BOURD.

Ead. l. 14. *Ἐκμυζήσαντες*) Hanc perelegantem nudati spoliatique Timonis picturam exquisita phrasium luce ornavit *Lucianus*. *Ἐκμυζᾶν*, *sugendo exinanire*: ἐκμυζᾶν τὸν ἀέρα, *Hero* Spirit. p. 147. plus una vice, ubi junctum itidem ἀναςπᾶσθαι, sicut apud *Sotionem* Geop. VII, 15. διεκμυζῶντες ἀναςπῶσι μέρος τῆς τρυγός. Feris sanguinem medullasque exsugentibus tribuitur: *Aelian.* de Anim. I, 32. alibique saepe: *Testam. Patriarch.* p. 204. ὡς πάρδαλις ἐκμύζει ἔριφον· haec enim vetusta verbi forma (μύζειν *Hippocr.* habet de Carn. p. 250. v. 41. ἀμύζειν *Xenoph.* de Cyri exp. IV. p. 196. v. 18. vid. *Hesych.*) in recentiorum usum rediit. Ex his metaphorae ratio facilis ad intelligendum. Propriam vim et translatam junxit *Themist.* Or. XXII. pag. 282. C. μετάνοια βραδεῖα καὶ οὐ σφόδρα εὔκαιρος δαίμων· ὅμως (ita lege, ne sensus nutet, non ὅπως) δέ τινας οὐκ ἐᾷ πάμπαν ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν ἀπομυζηθῆναι· ista ἑρπετὰ sunt ejusdem generis, cujus et illae ferae, quae Timonem exhauserunt. *Aristid.* T. II. p. 312. C. δεινὸν γὰρ ἡ στάσις πανταχῇ καὶ θορυβῶδες, καὶ τῇ φθόῃ παραπλήσιον· ἕλκει γὰρ (*dilacerat enim*: nisi forte malis ob mentionem τῆς φθόης, ἕλκοῖ γὰρ, *nam exulcerat*) ἁπάσας τὰς δυνάμεις, καὶ προςπεφυκὸς ἐκμυζᾷ καὶ κενοῖ. Notum illud *Juvenalis* Sat. VIII, 90:

Ossa vides regum vacuis exsucta medullis:

cujusmodi plura dabit magnus *Bentl.* ad *Horat.* Ep. V, 37. eam vocem puto restituendam *Prudentio* Psychom. v. 600:

Mox spolia exsucto de corpore deripit —

id est, extenuato et prorsus arefacto, quale Avaritiam decebat: a me stat Egmondani Codicis auctoritas. *Αὖον* saepius a *Luciano* dici *exhaustum bonis et evolutum*, monuit *Kuster.* ad *Aristoph.* Thesmoph. v. 853. venuste subditur τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον· nam τὰ φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέντα αὐαίνεται καὶ σήπεται, ut est in *Demophili* Sentent. p. 624. Non procul ab hac mente *Theocrit.* Eid. XVI, 12. *Ἐνθ' αὖη σφίσιν*

ἔδρη — ibi Gratiis nostris aridum est minimeque locupletatum domicilium, cum nudis pedibus nullisque muneribus auctae domum redeunt, inque cistae fundum tristes se recondunt. Similis etiam in alia voce, quem *Hesychius* notavit, Comicorum usus: *Κρίνον, τὸ ξηρὸν· τάσσεται καὶ ἐπὶ πτωχοῦ.* HEMST. II.

Ead. l. 15. *Ἄνον*) Metaphora ab arbore vulsa. BROD.

Pag. 73. l. 1. *Πόθεν γὰρ*) Phrasis *Demostheni* familiaris, sed alio sensu. Vide etiam *Euripid.* p. 260. B. *Arrian.* ad *Epict.* p. 103. B. SOLAN. Priores interpretes, quasi cum sequentibus una serie cohaereret, *πόθεν γὰρ ἢ ἐπικουροῦντες.* Rectius disjunxit *Faber*, sed parum adcurate vertens. Distinguendum, ut bene in ed. *P. πόθεν γάρ; ἢ ἐπικουροῦντες*, intelligendumque haud aliter, atque apud *Demosthenem* creberrime, *non amplius agnoscentes illum, aut adspicientes* (*nihil illi quidem minus*: vel, *nequaquam sane*) *aut opem ferentes.* Ita solet interponi, praesertim apud Atticos, *πόθεν; πόθεν γάρ;* quando non simpliciter, sed oratione morata negant. Saepe fefellit interpretes; ut apud *Liban.* Declam. XIV. p. 418. C. *τί οὖν; ἤρκεσέ με ῥύσασθαι; πόθεν; quid ergo? valuitne ad me liberandum ara? neutiquam;* ubi pejus insuper tentatur: *Dion. Chrysost.* p. 395. D. 421. C ad quem optime monuit *Casaubon.* Diatr. p. 49. Grammatici exponunt *οὐδαμῶς· Schol.* ad *Euripid.* Phoen. v. 1614. ad *Aristoph.* Ran. v. 1503. quem *Suidas* descripsit: *Euripid.* apud *Plutarch.* T. II. p. 107. B. Corruptus *Hesychius: Ποθὲν, ἀπό τινος μέρους, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὕτω·* lege, *Ποθὲν, ἀπό τινος μέρους· ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὕτι*, vel *οὔτοι·* hoc posterius ad *πόθεν* pertinet; nam accentus significandi facit discrimen: illud autem *μεθ' ὑποκρίσεως* est, quod diximus, in oratione morata. Vide *Etymol.* in *Πώ*, qui perinde Atticis notat usurpari *πώμαλα.* Haec satis est tetigisse; nam ubivis obvia sunt exempla. Adde, si lubet, *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIII, 2. *Kuster.* ad Ecclez. *Aristoph.* v. 968. HEMST. II. Voluit scilicet in *Hesychio* praeclarus vir: *πόθεν, ἀπὸ τίνος μέρους.* Nam ab ipso Accentu suspensa est eâ vis, quam probabile est *Hesychium* indicare voluisse. Ceterum de hac ellipsi, sic fere explenda: *πόθεν γὰρ ταῦτα γίγνεσθαι δυνατόν;* vide etiam *Schöttgen.* ad *L. Bos* de ellipss. p. 803. ed. Schäf. LEHM.

Ead. l 2. *Ἐν τῷ μέρει*) *Vicissim.* BROD.

Ead. l. 3. *Τὸ ἄστυ*) *Urbem, Athenas.* BROD.

Ead. l. 4. *Μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς*) *Micyllus, Benedictus; adversus ingratos atra bile stomachatur.* hoc si verum foret, scribi debuerat, omisso *οἱ, ὅτι πλουτοῦντες παρ' αὐτοῦ* etc. Sed

multum sudabunt, dum probent Graecos usurpare *μελαγχολᾶν τινι*, pro *atra bile percitum stomachari alicui*. Recte *Faber*: *τοῖς κακοῖς* est *ὑπὸ τῶν κακῶν*· neque aliter *H. Stephan.* Thes. T. IV. p. 555. A. quem dum describit *Barlaeus*, invitum onerat adsumento deterioris versionis, *ob mala* vel *malos*. HEMSTERH. II.

Ead. l. 8. *Ἠγανάκτει*) Duo hic mutat *Tanaq. Faber*, *ἀγαπακτοῖ* pro *ἠγανάκτει*, et *ποιήσοιμεν* pro *ποτήσομεν*: quae utraque mutatio ex non satis perspecto Graecae linguae, hoc in casu, genio orta est. Verba autem, sicut recte vulgo leguntur, ita interpretanda: *At vero homo hic neutiquam fastidiendus et negligendus; jure enim indignaretur suam infelicitatem, cum et nos similes foremus exsecrandis illis adulatoribus, abditi virum, qui nobis* etc. *Ἠγανάκτει* tritissimo Hellenismo posita est pro *Fabri ἀγαναχτοῖ, indignaretur. ποιήσομεν* vero itidem pro *ποιησοιμεν* vel *ποιήσωμεν*; plane ut in Revivisc. §. 10. ubi Socrates reliquos Reviviscentes Philosophos perpellere studens, ut *Lucianum*, ad quem lapidibus obruendum, paullisper *νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπόντες*, venissent, caussam suam dicere sinerent, ait, *Παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ.* Rotundior namque hic sensus est, si *παρέξομεν* intelligatur pro *παρέξοιμεν*; *praebuerimus*. Manifestissime iterum apud *Nostrum* de Saltatione §. 3. *Ὅπερ οὐ σὸν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν Ὀδυσσέα τοῦ λωτοῦ ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς ἐπανάξομεν* etc. ubi recte interpres, *Quae non modo tua, ssd etiam nostra foret culpa, si non Ulyssis in morem te a loto abstractum, ad consueta literarum studia reduxerimus.* — Sed nec solus *Faber* in hanc usitatissimam, si quaequam, loquendi impingit formulam. Interpres *Luciani* Latinus, ubi tamen alibi bene se in eo gerat, labitur in Hermotimo §. 3. dum *ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκεῖνῳ, πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς*, vertit, *Etenim quantum ad illius operam adtinet, jam dudum trahor sursum, et cum ipsis versor*; cum debuerit, *Dudum adtractus fuissem sursum, cumque iis* (Virtute et Magistro, quique praeterea *ἐν τῷ ἄκρῳ* fuerint. Vide superiora.) *versarer*. Idem errat in Scytha §. 3. ubi in verbis, *Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα*, vertit *ἔγνω agnovit* pro *novisset*, ut jam animadvertit *Graevius*. Insulsa quoque est interpretatio, qua haec verba ibidem §. 8. [*καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε*] vertuntur: *Sed neque, ut puto, nisi mortuo Solone, rediit ad Scythas Anacharsis.* Tu verte: *Quin ne revertisset quidem, puto, in*

Scythas, si non mortuus fuisset Solon. Nec minus insulse vertitur et hoc in Phalaride I. § 5. *Ταῦτ' οἶδ' ὅτι συνεβουλεύσατ' ἄν, hoc sat scio, consilium mihi dedistis. Lucianus* voluit, *Id, sat scio, consilium mihi dedissetis.* At quid diutius his interpretis inficetiis immoror, quae passim et in aliis locutionibus vertendis, inquinatissimam tersissimi scriptoris versionem exhibent. Vel hinc etiam discimus, quam tuto stetur saepe versionibus. Non perspexit hunc Hellenismum etiam *Corn. Tollius*, qui, ubi in *Palaephati* Incredibilium c. VI. post memoratam sationem dentium Draconis a Cadmo factam, unde homines armati exstiterunt, legitur, *Εἰ δὲ αὐτὸ ἦν ἀληθὲς, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλο τι ἢ ὀδόντας δρακόντων*, vertit: *Illud autem si verum esset, nullus quidem hominum aliud consevit, quam draconum dentes.* Sed debuit, *nullus hominum quicquam aliud, quam dentes draconum, sereret,* vel *severit.* Non debuit in hac sola hujus loci mente fluctuari eruditus ad *Palaephatum* commentator; cum ea sit simplex, nec alia huic loco adfingi queat. Video hunc interpretis errorem correctum in Mythologorum Graecorum fasciculo, quem typis Wetstenianis edidit *Th. Gale.* Jens. Et ipse erravit *Faber*, et in errorem induxit *Jensium*, simulque *Abreschium* Dilucc. Thuc. p. 46. hujus sententiae suffragantem, quam tamen non videtur recte cepisse. Primum omnium mutanda erat interpunctio, quam libri fere sequuntur, minor quidem post *ἀμελητέος*, et major post *δυστυχῶν*, qua profecto omnis loci sensus pervertitur. Jam si colon post *ἀμελητέος*, et post *δυστυχῶν* comma, posuerimus, uti recte membra loci disposita sibi cogitarunt *Faber* et *Jensius*: quomodo tandem hinc talis sententia deduci poterit: *At vero homo hic neutiquam fastidiendus et negligendus: jure enim indignaretur suam infelicitatem, cum et nos similes foremus exsecrandis illis* etc. Quae quidem tum sane recta esset interpretatio, si scriptum legeremus: *εἰκότα γὰρ ἂν ἠγανάκτει δυστυχῶν, ἐπεὶ* (vel *εἰ*) *καὶ ὅμοια ἐποιοῦμεν* etc. Nam *ἄν* sic non minus h. l. necessarium erat, quam in Hermot. c. 3., quem locum *Jensius* temere adtulit, ubi *Jacobsius*, flagitante genio linguae, legi jubet: *πάλαι ἂν ἐσπάσμην ἄνω* pro *ἀνεσπάσμην*. Et Futurum *ποιήσομεν* uti lubens largior pro Optativo positum accipi posse, ita tamen pro Imperfecto, quo tum opus erat, ne capiatur, valde intercedam. Restat ergo, ut haec sit Jovis sententia: *Veruntamen* (licet ab amicis ingratis turpiter desertus) *non est homo spernendus et negligendus: nam jure suo indignabatur, quod infelix esset, quandoquidem et similia nos facturi sumus,* (vel *fecerimus*) *iis, quae scelesti isti adulatores faciunt, quum obliti fue-*

rimus viri, qui etc. Vult nempe ridiculus ille universi mundi rector, querelas illas, quas modo Timon de fortunae suae indignitate effudisset, haud injustas sane videri, quum et ipse ei non secus, ac sodales isti perfidi, defuturus esset, tam pio olim ac liberali numinis sui cultori. Unde et secundum haec mutavimus versionem Latinam: *Infelix enim jure indignaretur, si eadem faceremus, ac scelesti illi adsentatores.* LEHM.

Ibid. Ὅμοια ποιήσομεν) *Eorum ingratitudinem imitaturi sumus.* BROD.

Ead. l. 10. *Τοιαῦτα ταύρων τε καὶ αἰγῶν πιότατα*) Barbarum hic pronuntiat *Faber τοιαῦτα πιότατα*, legitque ex Cod. Reg. *Τοιαῦτα μηρία ταύρων τε* etc. Nec certe aliter videtur scripsisse *Noster*, qui et eadem haec habet in de Sacrificiis §. 3. *Τοιαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τῶν βωμῶν*, et in Philopatride §. 8. *Ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις μηρία καίομεν ταύρων, ἢδ' αἰγῶν.* Nimium tamen immite videtur *Fabri* dictum, *τὸ, τοιαῦτα πιότατα*, esse barbarum; cum ferme simili modo legatur in Demonacte: *Πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν.* JENS. Vocis *μηρία* ex Regio C. restitutae gratiam habemus *Tan. Fabro*: sine hoc enim adjumento oratio vitiosa male claudicat. Priores interpretes secutus est inconsiderate *Barlaeus*, in istis *αἰγῶν πιότατα* pro *αἶγας πιοτάτας* etiam constructionem Atticam nobis imputans. Quin rectissime dicantur *αἰγῶν πιόταται*, nemo dubitabit: *αἰγῶν πιότατα*, hoc quidem sensu, multum vereor, ut pro *Barlaeo* quisquam idoneis exemplis confirmet; nam si proferat *τῶν κολάκων τὰ πρῶτα, τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων* et similia, de quibus alibi exponam, operam omnino ludat. Errorem plane geminum, qui fuerat commissus ad *Sallust.* B. C. c. 52. ubi *effoeta parentum* pro *parentibus effoetis* nonnulli capiebant, castigavit acutissimus Latinae proprietatis judex *J. Fr. Gronovius* Obs. I. c. 2. p. 21. 22. Nihil huc faciunt *strata viarum*, et quae plura praeter alios collegit *de la Cerda* ad *Virgil.* Aen. I, 426. Verum est, hunc structurae morem, ut adjectivis secundos adjungant substantivorum casus, libenter usurpare Graecos, idque tum potissimum, cum res aliqua potest in varias separari species, ut *οἱ σπουδαῖοι τῶν γονέων, οἱ μεγαλοφυεῖς, οἱ πολύπειροι, οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ πρακτικοὶ τῶν λόγων, τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων, αἱ τοιαῦται τῶν ἀκροάσεων* apud *Nostrum* in *Prom.* §. 2. cujus generis, si quaeras, plura contulit *J. Jens.* ad Tragop. v. 9. illamque formam, quam nulla non lingua facile ferat, Latinos etiam fuisse imitatos, qua de re notant *Salmas.* ad *Tertullian.* Pall. p. 311. *Drakenborch.* ad *Sil.*

Italic. I, 564. sed ostende vel unum, qui genere mutato scripserit *τὰ σπουδαῖα τῶν γονέων, τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀνθρώπων.* Aliquantulum discrepat, quando singulari numero frequentant: *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο, Thucyd.* I, 5. *τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα, Herodot.* I, 24. *τὸν ἥμισυν τοῦ χρόνου, Demosth.* in Leptin. p. 542. B. *πολλὴν τῆς Ἀσίας, Plutarch.* T. II. p. 211. A. quomodo saepe *πολλὴν τῆς γῆς, τῆς ἱερᾶς χώρας* apud *Thucydidem* et *Diodorum Siculum, πολλὴν τῆς στρατιᾶς ἀπολέσας Joseph.* A. J. XI. c. 8. §. 3. Ex his autem necdum mihi satis est apertum, an vulgata *Zosimi* lectio I. pag. 7. *Τιβέριος — εἰς ἰσχάτην ὠμότητος ἐκτραπείς*, adversus *Stephanum* defendi possit scribentem *ἔσχατον ὠμότητος* vel *ἰσχάην ὠμότητα.* Porro, si dicere licet, quod sentio, non nimis videtur immite *Fabri* dictum ad solos relegantis barbaros *τοξαῦτα σιότατα*· huc minime quadrat, quod *Fabro* doctiss. *Jensius* opposuit, *τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων.* Hemst. II.

Ibid. Μηρία) Hanc vocem, quae in omnibus editis deerat, cum in Mss. inveniri testetur *Tan. Faber*, in textum lubens recepi. Solan.

Ibid. Ταύρων τε καὶ αἰγῶν) Ex *Homer.* I. Iliad. quae repetit multoties. Bourd.

Ead. l. 17. *Καὶ λόγων ἔριδες*) Sic in omnibus dialogis: haec enim *Luciano* subjecta materies. Bourd.

Ibid. Ἐπεπόλασαν) Nullum verbum aeque *Luciano* frequens. Sic Catapl. §. 1. de Merc. Cond. §. 23. et passim. *ἐμπολὴ τὸ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων ἀναγόμενον, ἐπεμπολοῦν, κερδαίνειν. Interp. Sophocl.* ad Ajac. Flag. *Hesych. Suid. Poll.* Bourd. Absurdissima adnotatio, quam consuetum *Bourdelotio* festinanter et inconsiderate scribendi dicam, an vix tenui cogitatione informata profundendi cacoëthes peperit. Eum in modum commentatur, ac si exstaret in *Luciano ἠμπόλησαν, ἐπημπόλησαν*, vel *ἀπημπόλησαν*· haec verba occurrunt illis in locis, quae adduxit. Multa sunt in observatiunculis ejus haud sane magni pretii peccata; quae quidem singula mihi notare non lubet, neque operae est pretium. Hemst. II.

Pag. 74. l. 1. *Μαχομένων*) *Τῶν φιλοσόφων.* Brod.

Ead. l. 2. *Ἐπιβυσάμενον*) *Procopio* verbum hoc reddidit *D. Hoeschel.* de Aedif. Justin. pag. 17. v. 18. adtulitque hanc ipsam *Luciani* nostri locutionem. Hemst. II. Vide me ad *Poll.* X, 172. *Hesych. Βύει, καμμύει, φράσσει τὰ ὦτα*· *Noster* in Gall. *ὑπανχένια περιβύειν.* Hemst. I. Cf. Char. c. 21. et Nigr. c. 19. ibique observata. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἀρετήν τινα*) Hic Stoicos pungit *Lucianus.* Brod.

Ead. l. 4. *Μεγάλῃ τῇ φωνῇ*) Sic passim inducit Pseudophilosophos suos *μεγάλῃ τῇ φωνῇ κεκραγότας*, magna et tragica voce sibi invicem obstrepentes. Bourd. *Ξυνείρειν* debito sibi loco positum est: crebro enim de futili quadam loquacitate usurpant: *Dio Chrys.* ad Alex. p. 363. de Cynicis: *οὗτοι δὲ ἔν τε τριόδοις καὶ στενωποῖς καὶ πυλῶσι ἱερῶν ἀγείρουσι παιδάρια καὶ ναύτας, καὶ τοιοῦτον ὄχλον σκώμματα καὶ πολλὴν σπερμολογίαν ξυνείροντες καὶ τὰς ἀγοραίους ταύτας ἀποκρίσεις. Philo* in Flaccum: *χλευάζοντες τὸν βασιλέα καὶ σκώμματα συνείροντες.* Vid. *Nostrum* Diall Mortt. II, 2. Pisc. §. 22. *ξυνείρετε τὴν κατηγορίαν καὶ διελέγχετε·* et Gall. c. 11. Hemst. I. Adde Somn. c. 8. et Nigr. c. 8. Lehm.

Ead. l. 5. *Πρὸς ἡμᾶς*) Potuit *Tan. Faber* opportuniorem locum reperire invehendi in lectores incuriosos et editores. Licet enim pro certissimo sit, hanc lectionem sic stare non posse, non tamen ideo discedendum ei fuit ad mutationem ejus omnino non necessariam, imo prorsus vanam. *Benedictus* est, qui ad hanc lectionem concinnavit ista Latina, *hinc factum est, ut hic quoque a nobis neglectus fuerit, quamvis non sit despicabilis.* Sed et *Benedictis* his et *Fabris* longe perspiciacior *Erasmus* noster, *haec in caussa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, cum haud mediocriter de nobis sit meritus.* Unde patet, divinum virum ita censuisse distinguendum, *διὰ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη, πρὸς ἡμᾶς οὐ φαῦλον ὄντα*, quae ipsa manus et mens *Luciani* est, ringentibus licet illis ut taceam enervari omnem sententiae huc facientis efficaciam, dum *φαῦλον* vertit *contemnendum*, quod huc non pertinet, voce adstricta et adludente ad pium et gratum erga Deos et eorum metuentem animum. Gron. Monet *Tan. Faber*, locum hunc aliter in Mss. legi, nempe *πρὸς ἡμῶν, οὐ φ. ὄ.* Et sane in L. ita legi, Excerpta penes *Perizonium* docent; ut Prom. c. 8. et aut ita legendum fuit, aut aliter erat interpungendum, ut ad *ὄντα* referretur, ut mox *ὡς πρὸς ἐμέ.* et pro Imag. c. 8. Aliter tamen in Bis Acc. c. 17. *ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ.* Solan. Si retineas, omnino probanda est *J. Gronovii* sententia: sin minus, jungi convenit *ἀμεληθῆναι πρὸς ἡμῶν.* ut §. 5. *οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν.* §. 25. Hoc, praeter auctoritatem Regii Codicis, quia magis congruit ad mentem *Luciani*, et jam olim secutus sum, et adhuc sequendum puto. Hemst. II.

Ead. l. 14. *Ἠόντισα*) Historiam, quam tangit, varie a veteribus narrari tradit *Diog. Laërtius* p. 36. A. Sed quod de fulmine habet *noster*, frustra apud alios quaeras. Nempe ficta sunt, inquies: neque ego repugno. Ita tamen ficta esse statuendum est, ut quod de incensa aede Dioscurorum ful-

mine dicitur, verum esse deceat. De eo tamen nihil *Meursius.* Pericles autem, cujus tum auctoritas in civitate summa, vix eripere Anaxagoram valuit, cum se palam ejus discipulum esset confessus. Quod ait autem ὑπερέχειν χ. petitum videtur ex Il. Δ. 249. et E. 433. I. 420. Od. Ξ. 184. *Euseb.* Praepar. Ev. XIV, 5. et *Plutarch.* 583, 2. SOLAN. Cum iis, quae *Diogenes L.* in Anax. de magni illius philosophi judicio collecta tradidit, partim admodum inter se diversa, conferas *Plutarch.* Pericl. T. I. p. 340. sq. Lond. ubi de disciplina Anaxagorae ejusque cum Pericle necessitudine exponitur, et *Eund.* Nic. T. III. p. 238. Ἀναξαγόραν εἰρχθέντα μόλις περιεποιήσατο Περικλῆς. LEHM.

Ead. l. 16. Ἡμᾶς τοὺς θεούς) Ead. in Jove Confut. et Tragoed. BOUAD.

Pag. 75. l. 1. Ὑπερέσχε αὐτοῦ τὴν χεῖρα) Etsi minime sit audiendus, *Cuperum* tamen audiamus Obs. III. c. 2. *Jovem introducit dicentem, se fulmen vibrasse in Anaxagoram philosophum, eumque tutatum esse a Pericle:* ὑπερέσχε, *inquit, γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς,* protenta namque manu tutatus eum est Pericles. *Quod interpretandum de judicio; nam in eo impietatis adcusatus Anaxagoras a Pericle defensus est discipulo suo:* ὑπερέσχε τὴν χεῖρα *autem eleganter dixit, quia in orando manus dextra movebatur, et adcommodabatur ejus motus ad verba pronuntiantis. Testatur id locus elegans Aristophanis* in Ecclez. v. 263. *ubi salax mulier:* Ἐκεῖνο δ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε. Εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη, illud autem non praevidimus, quonam modo manus tollere tunc meminerimus: quippe non manus, sed pedes tollere adsuetae sumus. *Isque apud Graecos in dicendo habitus erat, ut dextrum brachium humero exsererent. Praxagora ibid.* Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως δὲ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα, res illa difficilis est, tamen extendendae manus Ab humano nudantibus brachium. *Quare unius tantum manus mentionem facit Lucianus.* Haec *Cuperus:* quae talia sunt, ut a tirone parum adhuc exercitato, qui prima studiorum rudimenta publico commendabat, profecta esse facile existimes: eo certe capite, quicquid in *Luciano* conatur, excusatione, quam laude dignius est. Ut cetera praetermittam, quam alienum est, quod *J. Gronovius* etiam adtigit, locutionem illam ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, vetante Graeci sermonis genio, ad motum gestumque oratorum referre; praesertim in Pericle, cujus aetate, quemadmodum *Aeschines* testatur in Timarch. tam composita rhetorum erat modestia, ab omnique orationis externo cultu abhorrens, ut audax videretur et

importunum τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντα λέγειν· nihil dicam de Comici locis perperam huc adlatis. Est autem in ea loquendi formula, ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, praecipua quaedam virtus, quae ad Deos commodorum humanorum custodes proprie pertinet, inprimis si velut objecta manu imminentia mala propulsent avertantque. Ita quidem *Homerus* semper, Il. Ω. 374. in Camino:

Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνου.

Nec poëtae solum poëtarum principi, sed et orationis prosae scriptores hanc elegantiam debere voluerunt. *Philostr.* de V. A. T. VII. p. 302. ἡμῶν ἐς ἀμήχανά τε καὶ φοβερὰ ἐμβεβηκότων, θεῶν τις οἶμαι ὑπερέχει χεῖρα, ὡς μὴ ἐκπέσοιμεν σωτηρίας πόσης. *Aristid.* T. I. p. 302. D. κατελέλειπτο τὰ πράγματα ἐν τούτῳ Λακεδαιμονίοις, ὥστε δεῖν ἢ θεῶν τινα χεῖρα ὑπερέχειν. *Philo Jud.* Leg. ad Caj. p. 1024. B. θεοῦ μοι προνοίᾳ δοκῶ τὴν χεῖρα τὴν τῶν ἀδικουμένων ἀφανῶς ὑπερέχοντος. *Maxim. Tyr.* Diss. XXVI. p. 267. τούτοις καὶ τὸ θεῖον ἐθέλει ξυνίστασθαί τε καὶ ξυνεπιλαμβάνειν τοῦ βίου ὑπερέχον χεῖρα καὶ κηδόμενον. In *Euripidis* Iph. in Aul. v. 915. Clytaemnestra difficillimo tempore Achillem implorat, quasi praesentissimum aliquod ac tutelare numen:

— ἢν δὲ τολμήσῃς σύ μου
Χεῖρ' ὑπερτεῖναι, σεσώσμεθ'. —

Nicol. Damasc. in Exc. p. 433. εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ δεσπότης αὐτοῦ ὑπέρσχοι τὴν δεξιάν. Hinc festivissime jocum duxit *Aristoph.* Equ. v. 1170.

Ὦ δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεὸς σ' ἐπισκοπεῖ,
Καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν!

obscure Scholiastes unus: ἀντὶ τοῦ ὑπερασπίζει σοῦ. (ista descripsit *Suidas* in Ὑπερέχει) ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν περικεφάλαιαν, εἶπε χύτραν, ὡς μάγειρος· alter optime, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν χεῖρα. Horum tamen leporem frustra sis, si capere te putes, nisi, quo respexerit *Comicus*, ante habeas exploratum: sunt *Solonis* versus apud *Demosth.* περὶ Παραπρ. pag. 333. A.

Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος Ὀβριμοπάτρη
Πάλλας Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει·

proxime, quod omnem dubitandi locum intercludit, sequitur in *Aristophane* Ὀμβριμοπάτρα. Simul ex his patet, perquam facete *Lucianum* Olympio Pericli tribuisse talem phrasin, quae Jovem ceterosque Deos eximie decebat. Hemst. II.

Ead. l. 2. Εἰς τὸ ἀνάκειον) Vide *Suid.* et *Hesych.* verbo ἄνακας. Bourd. Templum Castoris et Pollucis: ἀνακοὶ enim διόσκουροι παρὰ Ἀττικοῖς. Vorst. Addendus et hic locus illis est, quae ab *Maussaco* perdocte notantur ad hanc vocem in *Harpocratione.* Quod propterea moneo, ut vites cum prio-

ribus interpretibus vertere *in Castoris et Pollucis templum*, aut cum *Fabro in Castorum aedem*, quo nil nasutius. Vera enim esse, quae observat *Maussacus*, censeo, et plane illos Ἄνακτες ex *Cicerone* intelligendos, ut nil commune habeant cum aliorum Graecorum aut Latinorum Castore et Polluce vel Castoribus; quos sane cum innuere vult auctor, novit ille *Διοσκούρους*, ut adparet ex dialogo de saltatione. Itaque idem observari debet in Revivisc. c. 42. ubi rursus dicuntur *οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀνάκτειον προθέμενοι κλίμακας*. Miror autem ea, quae observari video ad praecedentia *ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς*, quasi id respiceret ad orationis pronuntiandique gestum, et non unice ad patrocinium ac tutelam, eo modo, quo excellentissime id notavit familia Aemilia in nummo, Lepidum tutorem pueri Ptolemaei exhibente. Gron. Cum *J. Gronovius Maussacum* laudabat ad *Harpocr.* in Ἀνάκειον, nondum viderat, quae adversus sententiam ejus confidenter, ut solet, venditatam erudite disputata sunt ab *Henr. Valesio* p. 225. Eundem errorem notavit etiam *Jac. Oiselius* ad *Minuc. Felic.* pag. 126. De *Διοσκούροις ἄναξι* studiose *Davis. ad Ciceron.* de N. D. III, 21. de Ἀνακείῳ *Meurs.* Athen. Att. I, 7. quem, ibi non una vice labentem, *Luciani* loca fugerunt: hunc ipsum adtulit *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 12. Fuit autem Ἀνακεῖον vetustum, quod hoc proprio nomine sic dicebatur, in asty, ut liquido patet ex *Thucyd.* VIII, 93. *Andocid.* de Myster. p. 7. v. 9. *Lucian.* Pisc. §. 42. nam aliud erat multo recentius *Διοσκούρων ἱερὸν* in Piraeeo. Equidem non dubito, quin Anaceī fulmine icti conflagrationem ab historia sumserit *Lucianus*, cujus memoriam ex tot Comicorum, qui nunc perierunt, numero potuit unus aliquis facile conservasse. Ejusmodi sunt apud artis Rhetoricae magistros non pauca, de quibus, etsi prima specie ficta videri queant, idem statuere licet. Veluti quod legimus in *Hermogene* de Inv. I. p. 86. de hoc nostro Pericle: *ἠνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν*· fulminatum vere Periclis simulacrum ingenia rhetorum excitavit. Hemst. II.

Ead. l. 4. Ἐν τοσούτῳ) *Interim dum fulmen instauro et exacuo.* Brod. Interpres: *Quanquam vel id supplicii satis magnum in istis fuerit.* Ego malim: *verumtamen satis magna interim et haec ipsis erat poena.* Omisit interpres illa *ἐν τοσούτῳ*, quae significant *interea.* Auctor *noster* in Dial. Panopes et Galen. Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος· *nam me Neptunus jusserat, Panope, tranquillum interea servare pelagus*: et paullo post, ἢ Ἔρις δὲ ἐν τοσούτῳ

etc. In Contempl. §. 14. ἐν τοιούτῳ δ' ἐπαιρέσθων· ubi perperam interpres: *verum adeo in sublime adtollantur.* Debebat: *interim autem in sublime evehantur,* i. e. dum adhuc vivunt, ante mortem: habet iterum in Symposio, ubi Schol. exponit, μεταξύ. *L. Bos.* Anim. c. XIII. p. 58. Eundem vide de Ellips. p. 200. Verba haec *Schmiederus, Belini* judicium secutus, sic e cod. 1428. edidit: πλὴν ἱκανὴ ἐν τοιούτῳ καὶ αὐτὴ τιμωρία ἔσται αὐτοῖς ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσι, omissa nempe particula εἰ, ut jam ὁρῶσι sit Participium. Inconsideratius factum. Nam quod *Belinus* dicit melius hoc esse Graecum, quaero contra, an omnino sit Graecum, ita loqui. Quaenam enim erat poena illa, quae interea sufficeret? in qua re cernebatur? Frustra quaeras. Imo καὶ αὕτη legendum: *vel haec poena* (καὶ αὐτὴ foret *et ipsa*). Quaenam vero haec? Jam sequi debebat Conjunctio, vel ὅτι, vel, quae vere et rei convenienter sequitur, εἰ. Nam ita demum definitur res, neutiquam vero Participii ope. LEHM.

Ead. l. 6. Κεκραγέναι) Sic enim vociferatus est Timon: ὦ Ζεῦ φίλτε καὶ ξένιε, et reliqua. BROD.

Ead. l. 7. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον) Pater adscripsit τούτοις legere *Pricaeum* ad Matth. VI, 7. quod sane nec necessarium, et convenientior vulgata scriptura. GRON.

Ead. l. 11. Ἀμελούμενος) A Jove neglectus ac pro nihilo habitus. BROD.

Pag. 76. l. 2. Διχράνοις) Absurdum est, quod hic vides, Scholium. δίχρανα sunt *furcae;* et proverbium est apud Graecos tritum, quod et *Horatius* Latine dixit

naturam expellas furca, tamen usque recurret etc.

Sed haec jam *Barlaeus* occupavit. SOLAN. Tanti paene non est, fateor, ut subsistam: sed tamen jure voluit *Faber* καὶ interjungi ante καθάπερ. Timonis solicitam illam et male sedulam festinationem domo exturbandi Plutum duplici figura *Lucianus* exponit, *tantum non furcillis,* et, *velut illi solent, qui quam possunt celeriter ignem de manibus excutiunt:* haec sane, ut oratio recte procedat, separari debent. Est autem διχράνοις ἐξωθεῖν, *vi maxima ejicere atque exturbare,* quod docuit *Turneb.* Adv. XIII, 3. Tu vide *Scaligerum* ad *Festum* in *Furcilles,* ubi vir maximus *Cedreni* locum adduxit peropportunum. HEMST. II.

Ibid. Καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χ. ἀπ.) Ut verum fatear, non adsequor hic acumen *T. Fabri,* ἀνακόλουθον in his verbis videntis, ideoque καὶ ante καθάπερ inculcantis. Quaeso et ego, quae ἀνακολούθου species in his? *Et tantum non furcillis me ejecit domo, velut qui ignem manibus abjiciunt.* Tam

propere, et ne minimo quidem morae interjecto, ait Plutus, me Timon profudit, ac ii, qui ignem in manibus tenentes, eum prae dolore acerrime pungenti, illico dejiciunt. Certe illud *Fabri* καὶ videretur mihi, si adforet, δικράνοις ἐξωθητέον. JENS.

Ead. l. 4. Ἑταίροις) Scribe, ἑταίραις, *scortis.* BROD. Ἑταίραις primae edd. ceteraeque, ni fallor, omnes. Mutandum censuit *Cuperus* Obs. III, 2. *Emendo ἑταίροις: neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas sine dubio huc introduxisset emunctae naris homo, non secus ac parasitos, adulatores, aliosque socios et amicos Timonis.* Et hoc sane notatum quoque reperio ad marginem ed. *A.* 1 *W.* At vide, quantum judicia discrepent: invenerat *Brodaeus* in membrana scripta ἑταίροις: is reponi jubet ἑταίραις. Nos etiam meretricibus suum esse locum inter damnosissimas fundi quantumvis opulenti calamitates facile patimur: argumento *Cuperi* siculneo nihil est, cur quisquam moveatur; tanto minus, quia in *Alciphronis* III. Ep. 34. de hoc Timone nostro scribit Gnatho, σπαθήσας τὴν οὐσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους καὶ τὰς ἑταίρας: ibi commode *Berglerus* verba *Luciani* protulit: vid. Plutum *Aristoph.* v. 243. *Joh. Chrysost.* Οἱ μὲν πόρναις διδόασι, οἱ δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλαξιν, οἱ δὲ τέρασι. *Diogenes* apud *Stob.* p. 506. elegantissima divitiarum cum vitibus arbustisque, quae praeruptis et inaccessis rupibus innascuntur, comparatione. Rarius quidem occurrunt in tam sordido comitatu ἑταῖροι, *amici sodalesque;* et tamen nonnusquam. *Heraclid.* apud *Athen.* XII. p. 537. C. ποῖοι γὰρ οὐ κόλακες, ἢ τί πλῆθος οὐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν (Calliam Hipponici filium) ἦσαν. vertit *Dalecampius, quasi legisset* ἑταιρῶν· quod quidem necesse non est. *Philostr.* de V. S. II. c. 25. §. 3. Hermocrates paternas opes dissipavit ἐς ἄκρατον καὶ ἑταίρους οἵους παρασχεῖν καὶ κωμῳδίᾳ λόγον, οἷον παρέσχον οἱ Καλλίαν πότε τὸν Ἱππονίκου κολακεύσαντες. Ad eum locum *Olearius* et diversos Callias confudit, et prorsus ignoravit, in mente fuisse *Philostrato* notissimam *Eupolidis* fabulam Κόλακας, qua Calliam cum sodalibus suis impuris acerbissimum in modum traduxit, ut constat ex *Athen.* p. 506. F. et *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 284. HEMST. II.

Ead. l. 7. Οἱ λάροι) *Stolidi et obsonatores:* adagium a Lari, id est, gaviae ingenio sumtum. BROD. Quid voluerit *Scholiastes,* cum exponit per ἡδεῖς, ego nescire me lubens fateor: Coll. Gal. melius, ἀδδηφάγοι. *Vorstius* ἀνόητοι reddit, et ad Adagia *Erasmi* nos amandat. Certissimum est, quod *Barlaeus* monet, avem esse non voracem tantum, sed quae

etiam celeriter, quicquid in ventrem demisit, egerit; quod et in anatibus observatur. Solan. Stolidos talique ingenio praeditos, ut insidiis aliorum ac fraudibus sint expositi, significat: iidem Atticis *κέπφοι*. Proverbium a gaviae natura ductum, quae ostentata maris spuma inescari se patitur et capi. *Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 913. exponens, *ὦ κέπφε· εἴληπται οὖν εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν καὶ ἀνοήτων· καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. Eustath.* ad Od. E. p. 1522. v. 52. *λάρους τοὺς εὐήθεις φαμέν· οὕτω δὲ καὶ κέπφους·* ibi lege plura. Hoc in Timonem similisque ingenii homines quam apte conveniat, facile intelligitur. Longe aliud est, et ab origine manat diversa de voracibus et parasitis usurpatum, *Larus hians*, de quo *Erasmus* in Adag. descriptus ab *H. Stephano* Ind. Thes. v. *Λάρος*, *Suidas* in *Λάρος κεχηνώς*, quod ab *Aristophane* fluxit in Equ. v. 952. *Hesychius*: *Λαρὸν, ἡδὺ, προσηνὲς, γλυκὺ, ἀπολαυστικὸν, καλὸν, ἀπάνιον, ἄπληστον, λαβρόν. Λαρὸν* et *λάρον* confusa: posterius interjice ante *ἄπληστον*. Aliud etiam in *Aeliani* Ep. XVIII. *λάρου βίον ζῆν, omnem in fluctibus et navigando vitam degere*: par est ac paene idem — *ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο· Callimach.* Fragm. Bentl. n. CXI. et Epigr. LXII. Hemst. II.

Pag. 77. l. 2. *Ἐπιβολαῖς*) Antiquiores edd. omnes *ἐπηβολαῖς*, quod observatione haud indignum visum est. Nihil tamen hactenus reperi. Solan.

Ead. l. 4. *Ἀποπνίγεσθαι*) *Strangulari*: illud enim optime potest cum hoc verbo comparari, cujus apud Latinos elegantiam cum explanaret *J. Fr. Gronov.* Diatr. Stat. c. XXVII. mirum est, eum, qui proxima *Luciani* loca in medium adferebat, praetervidisse *τὸ ἀποπνίγεσθαι*. Herodes, homo liberalis et splendidus, *ἐκάλει τοὺς θησαύρους, εἰς οὓς ἀποτίθενται τὰ χρήματα ἔνιοι, πλούτου δεσμωτήρια*, narrante *Philostrato* in ejus Vita c. I. *Dion Chrysost.* Or. IV. p. 75. C. *ἀνέξοδον καὶ ἀχρεῖον φυλάττοντα τὸν πλοῦτον τῷ ὄντι, κατάκλειστον ἔν τισι κρυπτοῖς καὶ ἀφεγγέσι βαράθροις.* Sed omitto plura, quorum ex utriusque linguae scriptoribus larga seges est ad manum, constipare, *Lucianeis* hisce sensu verbisque quam simillima. Hemst. II.

Ead. l. 5. *Συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους*) Primum probo *J. Fr. Gronovii συλλογιστῶν*· neque improbabit quisquam, qui, quid orationis legitimae series postulet, adtenderit. Tum *συνεσπακὼς τ. δ.* ita plerique interpretes accipiunt, quasi dicat, ex consuetudine supputandi vix unquam intermissa digitos obriguisse, curvatosque vitium contraxisse, quemadmodum fere in Gall. §. 31. *ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον*

ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα· perperam, me judice. Paullo rectius, ut quidem videtur, *Benedictus: contractis contortisque digitis, ut fieri solet in rationum collectionibus:* nam solebant mobili digitorum gestu flexibusque variis numeros et rationes ducere: hae sunt τῶν δακτύλων αἱ κάμψεις *Alciphronis* p. 108. ubi vide *Bergler.* et inprimis *Joh. Wouwer.* de Polym. c. VII. *Firmic.* Astron. I. p. 6. *Vides ut primos discentes computos digitos tarda agitatione deflectant:* dixit etiam in eadem re *digitos agitare Plin.* II. ep. 20. Est ergo συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους, qui digitis sedet constrictis, ut numerorum formas effingendo colligat rationes suas atque explicet. *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. per gymnasia pingi refert *Chrysippum digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclidem propter mensurarum spatia laxatis:* vide *Savaronem. Martian. Capell.* VII. p. 286: *Quae* (Arithmetica) *mox ingressa septingentos decem et septem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem salutabunda subrexit:* habes ibi συνεσπασμένους δακτύλους· neque omittendum est, quod proxime praecedit: *Digiti vero virginis recursantes, et quadam incomprehensae mobilitatis scaturigine vermiculati:* id est, si modo tumidam Afri scriptoris locutionem recte capio, in modum operis vermiculati multifariam implexi. Addam *Zenonis Veronensis* locum Serm. I. de Avaritia: *Hinc* (Hic) *unus pecuniam suam tanquam hamum proponit, ut facultates ad se adtrahat alienas: quam peregrinantem ferali supputatione nutrire* (mox *Lucian.* ἀνατρεφόμενον) *non desinit, ut summam quaerat, non quam commodatio dedit, sed quam ei pepererint armati numero dies, menses et digiti.* Haec admodum esse corrupta, qualia in istius sive *Zenonis*, sive cujuslibet sermonibus, aut dicam potius laceris reliquiis sunt sane permulta, nemo diffitebitur: etiamsi quis posteriora sic refingat, *armati numero*, vel, *arctati in numeros dierum mensiumque digiti*, ab auctoris ipsa manu abesse tamen procul credo: certius a vetustis Codicibus exspectandum est auxilium. Hemst. II.

Ead. l. 6. Τῶν συλλογισμῶν) Adscripsit pater, forte συλλογιστῶν. Quod quidem manifestius, sed potest retineri quoque alterum. Gron. Miror probatam *Hemsterhusio* fuisse conjecturam, per se quidem illam haud indignam, at alienam ab h. l. Τὸ ἔθος scilicet hic non active est, *quod quis facere solet*, sed passive, *quod fieri consuevit*, vel, alia ratione ut dicam, Genitivus adjunctus non est Subjecti, sed Objecti. Deinde πρὸς τὸ ἔθος non est *secundum morem*, s. *ut fieri solet*, sed causam indicat, ex qua factum, ut contracti fuerint di-

giti. Sic saepe πρὸς cum Accusativo. Somn. c. 16. ext. ἐκταραχθεὶς πρὸς τὸν τῶν πληγῶν φόβον. Diall. Marinn. IX, 2. ὀλιγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως. Et sic saepius. Rectius itaque sensum verborum vix reddas, quam reddidit interpres Latinus: *digitosque contractos habebas ob frequentem computandi consuetudinem*, steif von dem ewigen Zählen, ut fere *Wielandius*. Lehm.

Ead. l. 7. Ἀποδράσεσθαι) Sic recte Scholia. In omnibus impr. ἀποδράσασθαι, minus apte. Solan. Properantius *Schmiederus* Futurum edidit. Caute certe in talibus mutandis versandum, praesertim ubi soli Scholiastae sunt duces. Ut h. l. et Diall. Deor. XV, 3. ἀπειλεῖν cum Infinitivo Aoristi, ita et ἐλπίζειν eadem nectendi ratione Diall. XIII, 3. προμαντεύεσθαι ibid. XI, 2. ubi *Hemsterhusius* conjecturae γενήσεσθαι pro γενέσθαι, quam in minori editione proposuerat, postea tacens resignasse videtur. Nam corrigendi tum non foret nec modus, nec finis, ubi propriam nostram cogitandi rationem sic vellemus veteribus intrudere, ut hi tandem ipsi se non amplius essent agnituri. Etiam cod. Aug. confirmat ἀποδράσασθαι, de qua Aoristi hujus verbi forma doctissime exposuit *Lobeck*. Parerg. ad *Phrynich*. p. 737. sq. De re cf. etiam Diall. Deor. VI, 2. Lehm.

Ead. l. 9. Δανάην παρθενεύεσθαι) Sic postea Δανάης παρθένευσις. Dial. Deor. et de Salt. ubi in quibusdam edition. Δαν. διαπαρθένευσις *imminutio*, *infloratio*. Bourd. Adde Necyom. c. 2. Lehm.

Ead. l. 12. Ἑξὸν δὲ) *Cum autem liceret*. Brod.

Ead. l. 13. Χρημένους τῷ ἔρωτι] Recte *Abresch*. Dilucc. Thuc. p. 329. τῷ ἔρωτι de *re amata* et *expetita*, ut et ἐπιθυμία Nigr. c. 31. μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις, et Diall. Deor. VI, 4. οἰηθεὶς τετυχηκέναι τῆς ἐπιθυμίας. Lehm.

Ead. l. 14. Ἐς τὸ σημεῖον) *Quo obsignata erant domi omnia*. Brod.

Ead. l. 15. Ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας) Ἀσκαρδάμυκτος, μὴ μύσας τοὺς ὀφθαλμούς. σκαρδαμυκτεῖν τὸ σκαίρειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμούς, τὸ πυκνῶς βλεφαρίζειν, ἱλλωπεῖν ἢ ἱλλωπίζειν. *Schol. Arist.* Equ. *Hesych. Suid. Poll.* aliam tamen etymologiam proferunt alii Grammatici, de qua postea. Bourd.

Ead. l. 16. Ἀπολαύειν ἔχειν) Mira dictio. sine Mss. auctoritate mutare nolui. Solan. Sensus minus adtento paullum intricatior, sic tamen, ut haud difficulter expediri possit. Avari ἐξὸν ἀπολαύειν οὐ τολμῶσι, ut modo *Lucianus*: magnos acervos oculis obire ipsis votorum finis est, congestosque nummos in arca contemplari, dum experiri non audent, quo

valeat nummus, quem praebeat usum: itaque, quod ad eos adtinet, videri poterat ἱκανὴ ἀπόλαυσις, copiam bonorum possidere satis largam, quibus, modo animum inducerent, possent frui: hoc est, τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, reconditis thesauris defossisque non quidem frui, id enim sapientis esset, sed duntaxat posse frui. Interea cur non hoc ἀπολαύσεως genere, quam avaritiae credas sufficere, contenti, fructum divitiarum aliquem, quod ipsi reformidant, alios capere patiuntur? Verum hoc ut faciant tantum abest, ut contra illam demum ἱκανὴν ἀπόλαυσιν existiment, si cæteros omnes pariter ab usu rerum suarum omni prohibeant, in eos non minus atque in semetipsos iniqui, haud secus ac canis ad praesepe etc. In his nihil est, ut arbitror, quod quis jure mutatum velit, nisi ipsos avarorum mores. Hemst. II.

Pag. 78. l. 1. *Τὴν ἐν τῇ φάτνῃ κύνα*) *Erasmus* in Paroem. *Canis in praesepi.* Brod. Sic alibi Proverb. *κύων ἐν φάτνῃ*, sic saepe vocat Philosophos et praecipue Cynicos, obvios insequentes. Repetit illud, adversus Indoctum. Bourd. Adludit manifeste ad *Aesopi* fabulam, quae in Aesopo hodierno non exstat: eandem iterum tangit adv. Indoct. extr. Solan.

Ead. l. 2. *Καὶ προσέτι γε καὶ κατ* etc.) Haec verba ita vulgo vertuntur: *Quin etiam ridebas istos, qui parcerent, adservarentque, et (quod esset absurdissimum) se ipsos zelotypia prosequerentur: nec intelligerent fore, ut aut sceleratissimus famulus, vel oeconomus, aut puerorum praeceptor furtim subiret, ludibria habiturus infelicem et inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam et oris angusti lucernulam, ac siticulosum scirpulum usuris invigilare.* Praeterquam quod illud *quem postea* de suo addidit, nihil minus hic fecit bonus interpres, quam cepit mentem *Luciani*, sive Jovis. Agitur nempe, ut diximus, de sordidissimo avarorum genere, quorum animi tanta macerentur enecenturque avaritia, ut non modo ipsi non fruantur honeste bonis suis, sed ne aliis quidem quicquam impertiant, eoque vesaniae abripiantur, ut dum tenacissima cura opibus suis parcant, easque conditas servent, sibi ipsi quasi invideant, ac ferme diffidant; at qui ignorent, quemadmodum perditus aliquis servus, vel dispensator, vel pueris erudiendis praefectus, clam subrepens (in cellam videlicet, vel penum, ubi cibus potusque adcumulata servantur: tale quid enim hic intelligi debere, ex fine paginae praecedentis liquidum est) intemperanter se ingurgitet, ac basilice agat, infelicem et morosum herum ad

fuliginosam et oris angusti lucernulam usuris suis invigilare sinens. Hoc, et nihil aliud, vult *Lucianus*, Servos furtim quibusdam hero suo sublectis, hilariter ac temulente vivere, dum miserrimus herus, ut ad justam sedeat lucernam, ab avarissimo animo impetrare nequeat. *Ἐμπαροινήσει* (pro quo multo potius legerem *ἐμπαροινήσῃ*, ut significetur, furacem servum id jam perpetrasse, et in secreta aedium parte etiamnum temulentum lascivire) non conjungendum cum *κακοδαίμονα*, et iis quae sequuntur, sed commate dividendum. Neque vero quarti casus illi, qui subjiciuntur, ab *ἐμπαροινήσει* pendent, sed ab ultima voce *ἐάσας*· quod interpreti fraudi fuit, eumque, ut supra monui, coëgit de suo duas voces adlinere. Sed nec *ἐμπάροινεῖν* cum quarto, verum cum tertio casu construi, doceat nos ipse *Lucianus* infra in Deor. Dialog. V. ubi Juno ad Jovem, *Μέμνησο γοῦν οἷά μοι διὰ τὸν οἰνοχόον τοῦτον (Γανυμήδην) ἐμπαροινεῖς.* et in Cataplo §. 26. *Πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινῶν.* Scio, aliter ibi *ἐμπαροινεῖν* sumi, nempe pro *ὑβρίζειν*, ut vulgo ab omnibus glossographis exponitur; at hic loci *τὸ ἐμπαροινεῖν* simpliciter esse *intemperanter indulgere cibo ac potui, atque inde lascivire;* ut et hunc locum non aliter, ac nos fecimus, ad mentem auctoris exponendum esse, non putem, alicui adtenta mente totam hanc *Luciani* periodon lustranti, visum iri dubium. — Ceterum quod avarus ille herus dicitur sedere *πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον*, eodem ferme modo itidem de avaro sermo fit in *Nostri* Gallo §. 29. *Ὁρῶ νὴ Δία πρὸς ἀμαυράν γε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα.* Quae de Strepsiade habet *Aristophanes*, notarunt alii. JENS.

Ead. l. 5. *Παιδότριψ*) *Suid. Παιδοτρίβας*· *ἀλείπτας, γυμναστάς*· *καὶ παιδοτρίβης ἡ εὐθεῖα*· *καὶ παιδότριψ παρὰ Λουκιανῷ ἐν Τίμωνι ἢ Μισανθρώπῳ.* Miscet *παιδοτρίβην* et *παιδότριβα*, a quo errore nec *Stephanus* sibi cavit in Thes. T. III. p. 9. *παιδοτρίβης* est *magister exercitor*: *παιδότριψ* in familia servulus, qui curam habet puerorum, in eoque munere operam conterit. *H. Stephanus*, quando e *Platonis*, vel potius *Aeschinis* Axiocho profert, *καὶ γυμνασταὶ, καὶ παιδότριβες*, lectorem frustratur: exstat ibi c. 7. *παιδοτρίβαι*, etiam in Codice Mediceo. Pari forma *οἰκότριψ*. HEMST. II.

Ead. l. 7. *Πρὸς ἐμαυρόν τι*) Lege *ἀμαυρόν τι*. BROD. Hunc locum imitatus est *Apul.* lib. 2. Miles. ubi de Milone hospite suo. *Lucian.* in Gall. §. 29. BOURD.

Ead. l. 8. *Διψαλέον θρυαλλίδιον*) Cui prae avaritia oleum

parce infunditur. Brod. Vid. *J. Gronovium* ad *Harpocrat.* in *Ἀδδηφάγους* p. 11. Hemst. II.

Ead. l. 9. *Ἄδικα* etc.) Sic optime ed. *J.* In omnibus impressis pessime *ἄδικον, π. μ. ταῦτα αἶ.* Unde doctorum conjecturae, quae plerumque corruptum quidem locum esse demonstrant, raro absque codicum ope veram restituunt scripturam. Coll. et P. *ἄδικα ταῦτα; πάλαι μὲν ἐκεῖνα.* L. *σοι.* Solan. Nihil admodum juvat ed. Juntinae lectio, quae ut ipsa possit consistere, mutatione habet opus: *πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα, σε πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι* etc. Sed in eo, quod a *Fl.* ed. proditum plurimae retinent, dummodo pro *σοῦ* rescribas, ut in re facili plerique jam viderunt, *σὲ*, nihil est, quod quemquam morari possit aut offendere. Quae *J. Gronovius* hic argutatur, nullius sunt pretii. Mox autem *ὡς πρὸς ἐμὲ* eam ob caussam interseritur, quia liberalitas illa Timonis erga alios effusissima praeclarum erat *εὐνοίας*, quantum ad eos quidem adtinebat, specimon: saltem istam in partem *τοῦ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον*, quod Pluto tantopere displicet, interpretaturi erant adulatores, ad quos fructus inde non contemnendus redundabat: ideo restringi debuit illud *οὐκ εὐνοϊκὸν*, adposito *ὡς πρὸς ἐμέ.* Paullo post *ἐν θύραις*, quod certatim impugnant, rectissimum est: vim praepositionis *ἐν* in istiusmodi multis loquendi formulis alibi satis munitam praestabo. Hemst. II. Locum a librariis depravatum esse, magna lectionis varietas arguit. Restitui eum duce cod. Gorl. Nam *σου* post *ταῦτα*, quod *Schmied.* e cod. 2957. recepit, ab aliena manu profectum esse, quae locum communem ad Plutum adplicare vellet, inde patet, quod in aliis libris alio loco, in quodam etiam ejus loco *σοι* scriptum deprehenditur. Deinde *ἐκεῖνα*, quod Gorlitiensis habet, cum *αἰτιᾶσθαι* junctum, aeque repugnat linguae genio, ac *ταῦτα*, quod in aliis reperitur. Praetuli itaque lectionem edd. J. et *A.* 2. *ἐκείνων.* De sententia ipsa non potest ambigi. Quae *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 246. et iterum p. 830. protulit, melius tacuisset. Aperte enim indicant, nescivisse ipsum, quid sibi vellet. Addam statim injuriam factam *T. Fabro* a *Gronovio*, *Jensio* et *Solano*, qui eum negligentiae vel praecipitantiae incusent, quod loquatur de verbis *ὡς ἐμὲ*, quum legatur *ὡς πρὸς ἐμέ.* Haud dubie oculis suis nihil vidit, nec videre poterat, nisi, *ὡς ἐμέ.* Certe sic equidem meis oculis, et iterum oculis meis, scriptum cerno in B. 2. Male tamen egisse illum non negaverim, quod non et alias inspexerit editiones: quo facto superflua ejus observatione facile

caruissemus. Denique θίβαις pro θύραις etiam in A. 2. inveni: neque tamen id cum *Solano* praetulerim optimae lectioni, quam tuitus est *Hemsterhusius*. LEHM.

Ibid. Πάλαι μέν σοὶ ταῦτα αἰτιᾶσθαι) Scribo σε. BROD. Non utique significabit, *te in his accusare* vel *harum rerum*, ut rebatur cl. *Faber*, et ideo scribit σε. Potest enim intelligi *haec tui* vel *hanc tuam rationem olim accusasse*. ut in Hermotimo, ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας οἶμαι ἅτινα ἠτιάσατο τοῦ Ἡφαίστου. Ita hoc loco vides eosdem rei et personae casus, in quo reticetur quartus casus agens, quia ipse is erat. Codici Academiae adscriptum πάλαι μέν που. Sed non necessarium. In duabus sequentibus notulis adparet, eundem *Fabrum* sibi fecisse fraudem, imminutas et decurtatas contemplantem nescio unde voces, quae in ipso contextu sunt integerrimae et plenissimae. GRON.

Ead. l. 12. Τοῦ τε γὰρ Τίμωνος etc.) Pulchre vidit et monuit *Jac. Gronovius*, *Fabrum* in duabus ad haec verba (τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ ἂν δοκοίη) notulis, fraudem sibi fecisse, qui decurtata et imminuta spectarit verba. Priora certe nemini, vel leviter his literis tincto, possunt non censeri elegantia. Quod ad ὡς πρὸς ἐμὲ (*Faber* has duas voculas citans, omittens πρὸς, corrigit εἰς ἐμὲ) adtinet, non male id vulgatus interpres *quod ad me adtinet* reddidit: *estque locutio* alibi ab *Nostro* amata. Ipse Timon posthac §. 42. Ὦ Μίδα, ὦ Κροῖσε, καὶ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς τὸν Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem* (sic namque Latini etiam loquuntur) sive, *cum Timone ejusque opibus non fuistis comparandi.* In Contemplant. c. 7. Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ. *Prae me*, sive, ut interpres, *si mecum componatur, caecus est ille Lynceus.* In Hermotimo §. 4. Καὶ τοῦτο ὀλίγου ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν. *Et hoc, si ad virtutis exercitationem referas, exiguum.* Ibid. §. 13. Παῖδας εὖ ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας ὡς πρός σε. *Persuasum habeas, te putaturum omnes, si tecum comparentur, esse infantes.* §. 81. Ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. *Agrestis homo et rudis, cum vestris rebus collatus.* paullo post, Τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα νομίζεσθαι ὡς πρὸς ἐμέ. *Alios vero mancipia et piacula prae me censere.* Apud eundem *Nostrum* in Imaginibus §. 13. Ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. *Prae illa enim omnia a Musis abhorrentia.* In Philopseude §. 16. Ἀμαυρόν τι θέαμα, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας. *Res spectatu tenuissima, quantum ad nos obtusa acie laborantes.* In

Hippia §. 5. *Εἶτ' ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, περιττὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. Deinde continua illis domus, longe quidem praestantior, quam ut balneo conveniat; sed necessaria ad excipiendos opulentiores.* De non temere cred. Calumn. §. 27. *Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. Etenim justus quidem erat, si cum aliis compararetur, Aristides.* Xenophon quoque I. Cyrop. *Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι.* Non satis adcurate *Leunclavius, eamus in hostem, quem ego visum a me antehac, certo scio pugnandi adversum nos rudem esse,* vertit. Praeterquam quod *ὑμᾶς*, non *ἡμᾶς*, legitur, atque adeo *vos*, non *nos*, in versione dicendum fuerat, debuit quoque ita, *pugnandi rudem esse, si vobiscum comparetur.* — Saepe omittitur *ὡς*, eadem significationis vi manente. *Noster* in Halcyone §. 8. *Νεοχιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα.* In Hermotimo §. 7. *Οὐδὲν γάρ ἐστι ταῦτα πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον.* In Zeuxide, *Τί ἂν ἡμεῖς ἡμεν πρὸς αὐτούς;* In Pseudomanti, *Παῖς ἂν εὖ οἶδα ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε.* De Parasito, *τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι.* In Rhetorum praeceptis, *τί γὰρ ὁ Παιανεὺς πρὸς ἐμέ;* De Electro, *ὡς τοὺς κόρακας, ἢ τοὺς κολοιοὺς σειρῆνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς.* In Pseudologista, *ὡς τὸν τοῦ Σινωπέως πίθον, τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό.* In Navigio seu Votis, *οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ Ἴροι.* Ex tot itaque in uno *Luciano* exemplis patet mira doctissimi ceteroquin *Fabri* oscitatio; neque enim eum nunquam ad hanc locutionem, ita frequentem, advertisse, credibile est. Haec autem, de qua agimus, loquendi ratio est elliptica; ut, cum dicitur, *οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Πμωνα*, subaudiendum sit *ἐξετάζεσθαι.* Ita enim plene hanc phrasin effert *Noster* in Saturnalibus §. 4. *Οὐ μικρὰ ὅλως, οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς. Non omnino exigua, neque prorsus facile abjicienda, si ad vim universi imperii exigantur.* Intelligi potest et *παραβάλλεσθαι*, id quod addit *Josephus* contra Apionem p. 1070. D. ed. Genev. *Ἀνκοῦργοι καὶ Σόλωνες ὡς ἐχθὲς δὲ καὶ πρώην, ὡς πρὸς Μωσέα παραβαλλόμενοι, φαίνονται γεγονότες.* Jens.

Pag. 79. l. 1. *Ὡς πρὸς ἐμὲ*) Aut non vidit *Tan. Faber* illud *πρὸς*, aut non satis adtendit, cum videret. *ὡς ἐμὲ* aliud longe est, quam *ὡς πρὸς ἐμέ.* Vide notam nostram ad c. 6. *πρὸς ἡμᾶς οὐ φαῦλον ὄντα.* Adde pro Imag. c. 8. *τὰ πρὸς τοὺς Θεούς.* Ego nihil muto. Solan.

Ead. l. 2. *Ἐν θίβαις*) Restituo *ἐν θήκαις*· nec *θήραις*

(θύραις) placet. Brod. Patet, jam olim fuisse variam hic lectionem. *Brodaeus* enim IX. Miscell. c. 7. videtur legisse θίβαις et θύραις· at rejiciens utrumque, reponit θήκαις. Cl. quoque *Faber* ita emendat; qui non raro cum *Brodaeo* convenit. Sic in verbis apud *Nostrum* praecedentibus (πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι) *Brodaeus* pariter ac *Faber* legunt σε pro σου. (sed istum locum aliter exponit *Gronovius*.) Ita infra §. 28. in verbis (οὐ γὰρ δεῖ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς) *Brodaeus* pro δεῖ legit δὴ, item *Faber*. Jens. *Brodaeus* θήκαις. alii θίβαις, quod probo. V. *Athen.* 129. E. et *Casaub.* Solan.

Ead. l. 3. Παχύτερος) Unde *Horatius* festive dixit *nummos alienos pascere*. Anonym.

Ead. l. 4. Οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας) Hoc omne Pluti mutuatum ab *Aristophanis* Pluto. tu consule. Tangit idem in Catapl. in Somnio et alibi. Bourd.

Ead. l. 8. Ἀπίασιν) *E vita migraturi sunt.* Brod.

Ead. l. 12. Τὸ ὅλον) *Prorsus, penitus.* Brod.

Pag. 80. l. 1. Ἀπάγοι) *Tanaq. Faber* concoquere ait se non posse illud ἀπάγοι, cum in sequentibus non legatur educta foras ab marito uxor, sed domi cujuslibet libidini vulgata: quare legit προάγοι. Mitis scilicet haec et plausu digna crisis. Sed et parum differentiae, hoc quidem in loco, ἀπάγειν inter et προάγειν, mihi liquet. At nihil profecto mutandum. Quanquam non revera foras educta hic intelligenda est femina, satis tamen commode *Lucianus* utitur verbo in perductionibus ad stuprum usitato. Ita enim ipse illud iterum de hac re usurpat in De Gymnasiis: τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ οὐδενὸς μεγάλου ἕνεκα παραπολλυμένας ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. *Virtutes, corporum bonas habitudines, pulchritudines, et audaciam, nullius magnae rei gratia vobis perire video, cum neque periclitetur patria, neque devastetur regio, aut amici, vel domestici ad stuprum rapiantur.* Ita quoque in Cataplo: οἱ δὲ, υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες. *Illi vero liberos ad stuprum raptos indignati.* In Fugitivis §. 18. Ἔνιοι δὲ, καὶ ξένων τῶν σφετέρων γυναῖκας ἁπάγουσι μοιχεύσοντες. *Alii vero hospitum suorum uxores rapiunt, eas stupraturi.* et §. 30. Οὗ τὴν γυναῖκα ὤχετο ἁπάγων. *Cujus uxorem rapiebat. Antoninus Liberalis* c. 13. de Melitaeo quodam Tyranno, cui nomen Tartaro: Οὗτος εἴ τις διαβοηθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἁπῆγεν αὐτὴν καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. *Hic si qua virgo inter populares formae praestantia ferretur, abducebat eam, et ante nuptias violabat.* Iterum ibid. τότε δ' οὖν εἴρητο (ὁ Τάρταρος) πρὸς

τοὺς θέραπας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα etc. *Tunc vero dicebatur ad ministros Aspalidem perducere.* et iterum, ἡ δὲ παῖς, ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Puella vero, simul rumor differebatur, antequam abducturi ipsam venirent, suspendit se.* *Aelianus* in elegantissima illa Aspasiae historia lib. XII. Var. Hist. cap. 1. Ἡ δὲ Φωκαΐς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. *Phocais vero non jussui paruit, donec eam Satrapa, qui perducebat eam, considere cogeret.* Et hic certe ὁ ἀπάγων Σατράπης Aspasiam non foras eduxit, quippe quae jam erat in aula Cyri; quare eo magis frustra *Lucianum* hic refingere tentat *Faber.* Ita et γυναικῶν ἀπαγωγαὶ leguntur in *Nostri* Phalaride. In eodem hoc sensu, quo ἀπάγειν, invenio et ἀνάγειν sumtum ab *Nostro* in Tyrannicida c. 5. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. *Ad eum, qui ephebos ad se trahebat, qui nuptis vim inferebant, virgines perducebantur.* Per me tamen licuerit, si quis et hic maluerit ἀπήγοντο. Dixerunt id Latini *perducere.* *Suetonius* in Tiberio cap. 45. *Feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quantopere solitus sit illudere, evidentissime adparuit Mallioniae cujusdam exitu, quam perductam, nec quicquam amplius pati constantissime recusantem, delatoribus objecit.* Sic Lollia Paullina *perducta* Caligulae memoratur ab eodem in Calig. c. 25. Sic *perductus*, haud dubie ad stuprum, dicitur Pausanias, interfector Philippi Macedonis, ab *Justino* IX. c. 6. ubi vide *Bernecceram.* Apud *Ciceron.* lib. I. in Verr. 12. *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat:* et V. in Verr. 12. dicitur Tertia quaedam per dolum ad Verrem perducta. Jens.

Ead. l. 5. Ἐπ' ἀρότῳ) *Ad liberos procreandos.* Brod. Εἰς τὸ σπερμαίνειν γενεάν, ut ait *Hesiod.* εἰς σπόρον τῆς γονῆς. Bourd. Consule Not. ad *Jamblich.* n. 210. Solan. Legitima quaedam apud Athenienses haec erat formula. *Isidor. Pelus.* III, 243. παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι· quanquam in *Artemidoro* II. c. 24. ἄροτρον dicatur esse ἀγαθὸν πρὸς γάμον καὶ παίδων γονήν, si hoc visum somnianti obveniat, hic tamen satis est certum debere legi ἐπ' ἀρότῳ. Vitium frequens fefellit *Sam. Petitum* ad LL. Att. p. 436. et *Lindenbrog.* ad *Donat.* p. 643. anim. adverterunt *Gataker.* de N. T. Styl. c. XI. ubi verecundas honestioresque de re venerea locutiones pluribus illustrat, et *L. Kuster.* ad *Jamblich.* de V. P. §. 210. cui γεννήσεις memorantur αἱ ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γενομέναι· *Ari-*

staen. I. Ep. 19. καὶ ἐπ' ἀρότρῳ παίδων γνησίων ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν· miteris sane, elegantissimi *Josiae Merceri* perspicaciam non minus hic cessasse, quam *Lambecii* in Prodr. Gell. ad IV, 3. Quin *Desid. Heraldus*, tametsi ad *Arnob.* VII. p. 263. hunc ipsum protulisset *Luciani* locum, p. 119. scripsit, *contrahitur matrimonium ἐπ' ἀρότρῳ παίδων.* Multo gravius corruptum in *Alciphr.* I. Ep. 6. peritissimo linguae Graecae *Berglero* non obstitit, quo minus certam emendationem perviderct: parentes, inquit, οἵ με ἐγγυητὴν ἐπίκληρον ἐπὶ παίδων ἀραρότων γνησίων συνῆψάν σοι γάμῳ· non aliter exstabat in duobus Bibliothecae Heidelbergensis Codd., quorum a *Neveleto* instituta collatio penes me est. Audi *Platonem* in Crat. p. 279. C. ubi inter alias τῆς Ἀρτέμιδος origines hanc etiam, nescio an nimis ridiculam, adjungit: τάχα δ' ἂν καὶ ὡς τὸν ἄροτον μισησάσης τὸν ἀνδρὸς ἐν γυναικί. Ad Amorem sic *Oppian.* Halieut. IV, 26. Πρῶτος δ' εὐναίοις ἀρότοις ἐπεθήκαο τέκμωρ. (paullo ante simili ratione *Lucian.* μέτρον ἐπιθήσοντας) ubi *Rittershusius*, ut solet, plena manu. Imo liberos ipsos *Euripid.* Med. v. 1281. vocat τέκνων, ὧν ἔτεκες, ἄροτον. *Hesych.* Ἥροσεν, ἐγέννησεν· inde ἀροτὴρ, *pater legitimus.* Ceterum utriusque vocis ἄροτος et ἄροτρον invicem commutatae, si quis quaerat, exempla reperire licet in *Theophr.* H. Pl. VI, 5. et *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 9. v. 44. *Plutarch.* T. II. p. 495. E. *Suid.* in Προηροσίαι. HEMST. II. Ornate rem ipsam et splendide *Theognis* praepinxit:

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον
Ὅς τὴν ἀλλοτρίην βούλεϊ' ἄρουραν ἀροῦν.

Diogenes etiam in adulterio comprehensus rogatus quid faceret, respondit: Ἄνθρωπον φυτεύω, seu, ut alii, σπείρω. Talia facile sexcenta reperias. HEMST. I.

Ead. l. 7. Κατακλείσας παρθενεύοι) Vid. *Budaei* C. L. G. p. 691. ubi ex hoc loco docet, παρθενεύειν esse *virginem custodire.* Eodem pertinet κατακλείσας· nam castae virgines, et honestiores matronae, quae publicum virorumque conspectum fugientes thalamum servabant, κατάκλειστοι et θαλαμεύμεναι· *Salmas.* ad *Tertullian.* Pall. p. 177. utrumque junxit *Philo* in Flacc. p. 977. E. γύναια κατάκλειστα μηδὲ τῆς αὐλείου προερχόμενα καὶ θαλαμευόμεναι παρθένοι. *Plutarch.* περὶ Πολυπρ. p. 519. E. τὸ γὰρ τοσαύτας παρελθόντα κοινὰς καὶ δεδημοσιωμένας γυναῖκας ἐπὶ τὴν κατάκλειστον ὠθεῖσθαι καὶ πολυτελῆ etc. hoc sane vel *Horatio* judice vincet *Plutarchus. Clem.* Paedag. III. p. 232. C. ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις τῶν ἄλλων οἴκοι τὰς κατακλείστους γυμνὰς ἐν τοῖς βαλανείοις θεάσασθαι. Vid. *Hieronym.* ad Jes. c. 7. HEMST. II.

Ead. l. 9. *Ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων*) *Ὀφθαλμῶν κοιλῶν*, quae omnia amoris ac tristitiae signa sunt. BROD.

Ead. l. 10. *Παραπαλειν*) *Non desipere videretur.* Recte vim verbi explicuit *Barlaeus.* Addam tantummodo, *Lucianum* hoc verbum ab *Aristophane* desumsisse, qui conjungit *ληρεῖν* et *παραπαίειν* in Plut. v. 508. *Δύο πρεσβύτα ξυνθιασώτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπαίειν. Vos duo vetuli, nugarum et vesaniae socii.* VITRING.

Ead. l. 12. *Ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ*) *Cereri.* BROD. *Aeschines, Demosthen. Aeschyl.* quales Vestales. BOURD. De continentia matronarum in hoc festo an hic locus sit intelligendus nescio; de *virginibus* enim loqui videtur *Lucianus*, quae quasi Cereris *Vestales* essent. *Bourdelotius* nos, pro more suo, ad auctores, non citatis locis, amandat. *Lucianus* alibi etiam meminit; Dial. matris et Musarii: *καθάπερ οὐχ ἑταῖρα, τῆς δὲ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις οὖσα.* At nullibi, inquies, legimus apud auctores de ejusmodi Sacerdotibus. Fateor. Sed *Scholiastes Theocriti* ad Id. IV. p. m. 328. C. *virginum* meminit, quae eaedem videntur cum ea, quam hic *Lucianus ἱέρειαν* vocat. Adi etiam *Hesych.* (v. *πρυτανεῖον*) ubi tales publice ali solitas docet. V. Pott. 379. Ceres *legifera*, *Virgil.* IX. 58. *Ovid.* Met. V, 343. V. *Plutarch.* V. 1576, 2. SOLAN. *J. Meurs.* Graec. Fer. in *Θεσμοφόρια.* HEMST. II.

Ead. l. 13. *Ταὐτὰ καὶ αὐτὸς*) Sic recte censuit *T. Faber* scribendum pro *ταῦτα κ. αὐτ.* Neque enim *ταῦτα ἀγανακτῶ* Pluti menti convenit, sed *ταὐτὰ* cum sqq. *ἀτίμως λακτιζόμενος* etc. conjunctum: *Eundem in modum et ipse indignor turpiter me calcitrari* etc. Saepe autem *ταὐτὰ* et *ταῦτα* permutata reperiri constat. Char. c. 8. pro *κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ σὺ πράττε* in nonnullis libris falso scriptum *κατὰ ταῦτα.* Quod autem in minori edit. *Hemst.* sic legitur: *διόπερ ταῦτα καὶ αὐτὸς πολλάκις ἀγανακτῶ*, miror, unde fluxerit, quum neque editor ejus rationem reddiderit, neque ipse ego sic usquam scriptum repererim. LEHM.

Ead. l. 15. *Στιγματίας δραπέτης*) Frontem literatus hoc charactere *ΦΦ. ἁπλῶς* pro servo, ut Catapl. BOURD. His usus est *Des. Heraldus* ad *Martial.* III. Ep. 21. *Clem. Alex.* Paed. III. p. 220. A. *ὡς γὰρ τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτω τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα.* HEMST. II.

Ead. 81. l. 1. *Ἄμφω*) Sic Il. B. 124. pro *ἀμφότεροι.* SOLAN.

Ead. l. 2. *Τάνταλος*) *Horatius:*

Tantalus a labris sitiens fugientia captat

Flumina — Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congestis undique saccis
Indormis inhians, et tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. SOLAN.

Ead. l. 10. Ἐς τὸν τῶν Δαναϊδῶν πίθον ὑδρ.) *Plato* scribit, Danaidas apud inferos has poenas dare, ut urnis perstillantibus aquas adsidue hauriant, atque in perforata dolia inferant, gravi nimirum et inutili labore. *Ovid.* IV. Metam.

Molirique suis letum patruelibus ausae
Adsidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.

Idem in Ibin:

Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas.

Hujus fabulae mentionem facit rursus *Lucian.* in Hermot. item de Dipsad. et in Dial. Crat. ac Diog. *Alciphron* in Ep. Galeni ad Cyrtonem ad hanc adlusit: καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς Δαναϊδῶν τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους. *Plautus* in Pseud. *In pertusum ingerimus dicta dolium: operam ludimus. Catullus:*

Dolia virgineis idem ille repleverit urnis.

COGN. Accentuum etiam ad nos cura pertinet, si quid inde redundet ad *Lucianum* detrimenti. Δαναϊδῶν edd. quotquot inspexi, omnes: scribi tamen debebat sine controversia Δαναΐδων, ut recte monuit *Berglerus* ad *Alciphr.* p. 10. Quod paullo ante praecessit, ὥςπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου, quem usum in hac oratione praestet, aut quomodo cum ceteris apte cohaereat, vix ac ne vix quidem intelligo: si ab ipso *Luciano*, quod infitias ire non ausim, fuerit profectum, ego quidem veteres illos, adcuratissimos stili exactores, sic scripsisse existimo, ut quaedam tamen emendatius, si diligentiorem adhibuissent limam, potuerint scribi: lubens in *Horatii*, judicis acerrimi, sententiam concedo,

— Ubi plura nitent, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. HEMST. II.

Omnino quidem hoc verissimum, et in *Lucianum* quoque nostrum bene conveniens. Sed h. l. censoris nota, nescio an paullo acrior sit et ejusmodi, quae in ipsum repercutiatur auctorem. Videamus. Sapientiorem jam fore Timonem dixerat Jupiter, neque istius stultitiae quidquam amplius verendum. Quibus Plutus: At vero nunquam is homo desinet, tanquam e perforato cophino, priusquam prorsus (plene) ego influxero, data opera me exhaurire, quasi praeoccupare velit influxum, metuens, ne, quum copiosius inciderim, ipsum inundem. Ver-

bosius haec, non nego; ineptiam tamen non video; neque obscuri quidquam vel inconcinni deprehendo; praeter hoc unum, quod tamen parvi momenti fuerit, quod Plutus nunc εἰςρέειν se dicit, nunc ὑδροφορεῖν et ἐπαντλεῖν, in quo aequabilitas comparationis aliquo modo laesa videatur. Ceterum in similibus veteres non omnia ac singula ad pulvisculum expenderunt, ac quiescentes in capite rei, quod dicunt tertium comparationis, recte, id est, perspicue et graviter proposito. *Adfluunt* Timoni opes sine intermissione. Atque is sine intermissione exhaurit eas, i. e. *profundit*, quasi consulto cavens, ne ipse inundetur. Ergo cista Timonis similis est κοφίνῳ τετρυπημένῳ, similis, quod deinde magis etiam exponitur, Danaidum dolio, ex quo quantum influit, rursus effluit. Optime sic depingitur dissolutae profusionis levitas et ineptia. Cetera quaeque minus curavit *Luciani* nostri ingenium. LEHM. Ad vocem εἰςρυῆται conf. *Isocrat.* de Permut. Πόσον δὲ πλοῦτον εἰς τὴν πόλιν εἰςρυήσεσθαι, δι' ἡμῶν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος σωζομένης. HEMST. I.

Ead. p. 11. Τοῦ κύτους μὴ στ.) *Fundo vasis liquorem non continente.* BROD.

Ead. l. 12. Σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· οὕτως εὐρύτερον) Sic distingue has voces, ut recte Latina praeiverunt, et nuper fecit quoque *Faber*. Mox διφθέραν inepte verterunt *Salmurii sagum* et ineptius nunc impressum *fagum*. *Faber rhenonem* transtulit. GRON.

Ead. l. 15. Εἰ μὴ ἐμῤῥάξηται etc.) Verto, *nisi hiatum istum, et perpetuo apertam fissuram obturaverit:* quod hic est τὸ ἀναπεπταμένον, id in Dial. Mort. IV. τὸ ἀνεῳγὸς dicitur. Passim apud *Lucianum* τὸ ἀναπεπταμένον sumitur pro *apertura*, sive pro *eo, quod apertum est.* Ita de Domo § 3. 6. Merc. Cond. §. 3. Abdic. §. 27. VITRING. Pro εἰ μὴ rescripsi ἢν μὴ ex Aug. Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 791. Sic et Diall. Mortt. III, 2. *Matthiae* pro vulgatis: εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω, recte edidit: ἢν μὴ etc. LEHM.

Ead. l. 16. Εἰς τὸ ἅπαξ ἀν.) *Tan. Faber* aliter haec conjicit transponenda. Sed profecto εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον sensu commodissimo, et huic loco satis conveniente, dicitur; quem non absurde expressit interpres, *perpetuam perstillationem.* Adde, quod *Th. Magister*, voce ΚΑΘΑΠΑΞ, haec verba eo, quo hodie in *Luciano* legimus, ordine disposita, in dictionibus Atticis adlegat. JENS. Dem. (77. C.) *Tan. Faber* εἰ μὴ — ἐμῤῥαξ. — etc. *Th. Mag.* cum Codd. nostris facit in Καθάπαξ. SOLAN.

Pag. 82. l. 3. Ἐκ τῆς Αἴτνης) Illic enim fabrili arti dare operam feruntur. BROD.

Ead. l. 5. *Τί τοῦτο ὑποσκάζεις*) Distingue: *τί τοῦτο; ὑποσκάζεις; Τί οὖν; τί τοῦτο*; sic solent usurpari. HEMST. I. et II.

Ead. l. 6. *Οὐ τυφλὸς μ.*) Caecus a Graecis divitiarum Deus fingitur: *Posidonius* in subterraneis Hispaniae locis hujus domicilium constituit, eo quod regio ea metallorum foecunditate reliquis antecellat. Battus apud *Theocrit.* in Messor. non solum caecum esse Plutum, sed et Cupidinem dicit. COGN.

Ibid. Καὶ χωλὸς ὤν) Lege *ὤν*. BROD.

Ead. l. 9. *Χωλὸς ἀμφοτέροις*) *Lucianus* hic imitatus est *Aristophanem* in Pluto, qui consimilia quaedam de Pluto divitiarum Deo narrat, qui caecus quidem semper est, at tum demum claudicans, quoties ad bonos viros mittitur, alias pedibus pernicissimis. COGN. *Ἀμφιγυήεις.* Ut Vulcan. *Homericus. Aristoph.* in Plut. BOURD.

Ibid. Ἀμφοτέροις) *Ποσὶν* addi non solet. BROD. Vid. *L. Bos.* de Ellips. s. v. *ποῦς*, ibique editores. LEHM.

Ibid. Ἐλθεῖν) P. L. et ed. J. pro *τελεῖν*. SOLAN. *Τελεῖν* retinendum omnino videbatur cum *Fabro*: talia sunt *τελεῖν ἐπὶ* vel *εἰς τὸν σκόπον, τὸ προκείμενον, τὴν ἐλπίδα*. HEMST. II. Quodsi etiam pluribus opus sit, offert ea liberali manu *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 445. 446. LEHM.

Ibid. Τὸ τέρμα) Metaphora a cursoribus. BROD.

Ead. l. 11. *Ὀνείρων*) Alii Codices *ὀρνέων*. BROD. P. et J. *ὀνείρων*, quod etiam in Ms. R. G. reperiri testatur *Faber*, quodque ego verum puto. Vid. Odyss. *Λ.* 221. SOLAN. *Euripides* quidem in Meleagro *πλούτου ὠκεῖαν* esse *πτέρυγα* dixit apud *Stob.* p. 448. sed valde tamen languet vulgata lectio, si comparetur ad *ὀνείρων*, quod perquam venusta figura significat divitias, quando negligentissima profusione diffluxerunt, quasi somnium aliquod opulentae felicitatis praetervolasse. *Ὀνείρους* quoque veteres alis instruxerunt: *ταννσίπτερε οὖλε ὄνειρε Orpheus* H. 85. *πτᾶνος ὄνειρος· Basil. Seleuc.* in V. Th. p. 78. *ὀνείρου φύσις* etc. *ἀποπτῆναι πάλιν ἀφανῶς.* Ad *ὀνείρους* conferri solent, quae ita dispereunt, ut nullum pristinae possessionis ne vestigium quidem relinquant. *Apollon. Rhod.* IV, 385. — *δέρος δέ τοι ἶσον ὀνείροις Οἴχοιτ' εἰς ἔρεβος μεταμώνιον* — HEMST. II. Cf. et *Homer.* Il. II, 71. Non dubitabam recipere, confirmatus et auctoritate cod. Aug. et A. 2. Praeterea et sequentia *οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν* favere videbantur. Itidem celeritatis notio Char. c. 17. *ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες* (*οἱ ἄνθρωποι*) *τῷ βίῳ ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες* etc. LEHM.

Ead. l. 12. *Ὑπληγξ*) Allegorice haec dicta a celeritate

equorum in stadio Olympico, aut aliis stadiis, vel eorum, qui pedum pernicitate certabant. ANONYM.

Ead. l. 16. *Πρίασθαι βρόχον)* Sic fine hujus dialogi. BOURD.

Pag. 83. l. 2. *Ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους*) Sic de Merced. cond. dixi ad *Heliod.* fine operis. BOURD. *Horat.*

Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.

ANONYM. Hoc inter praecipuas pretiosasque splendidorum hominum delicias adnumerat inprimis *Lucianus*, non mediocriter, ut videtur, ista descriptione delectatus: nihil in eo frequentius, quam *οἱ ἐξελαύνοντες ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, οἱ ἐξυπτιάζοντες ἐπὶ λ. ζ. Chrysostom. περὶ Τελείας ἀγάπης· ζεῦγος λευκῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζώμενον·* ex eo longum foret similia congerere. Vid. *Bocharti* Hieroz. II. c. 7. §. 2. HEMST. I. et II.

Ead. l. 3. *Χρυσόχειρες*) *Annulos aureos manibus gestantes.* BROD. Quibus manus auro sunt annulisque oneratae: *ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν λαμπρᾷ ἐσθῆτι·* Epist. *Jacob.* II, 2. ubi notavit *Luciani* locum *L. Bos. Πορφυροῖ*, purpureis induti; similiter *ἁλουργοί·* res in plerisque facilis et nota; in paucis tamen, quae paullo reconditiorem habent rationem, quosdam fefellit. *Simmias* in Securi: *Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ' ἐστυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας·* hoc video tentari in nuperrimis ad *Philen* Animadv. p. 181. scilicet vix dubitatur, quin legendum sit, *χρυσοβαρεῖς*, *opulentos et longe ditissimos.* Non bene, si quid video: neque tamen opus erit propterea, ut reges ipsos in cortinam tinctoriam demittamus: *χρυσοβαφεῖς*, quia vestibus *χρυσοβαφέσι* auro variegatis induuntur. Vox autem ipsa ne scrupulum injiciat, *ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς* dabit *Callixen.* apud *Athen.* p. 200. D. Quam *Casaubonus* ex Epitoma protulit non contemnendam, ut ait, lectionem *χρυσογράμμους*, illud interpretamentum est lectionis priscae. *Hesych. Χρυσορραγές, χρυσοβαφές·* prius vocabulum unde sit ductum, discere licet ex ipso *Hesychio* in *Ῥήγεα*, *Etymol.* in *Ῥῆγος*, *Schol. Homer.* ad Il. I. 657. HEMST. II.

Ead. l. 4. *Ὄναρ*) *Per somnium.* BROD.

Ead. l. 7. *Πλουτοδότης*) *Constantinus πλουτοδότῃρ* exhibet ex *Hesiodo*, apud quem non reperio. Hinc DIS, et DIS PATER, Romanis. SOLAN. Exstat illa vox in *Hesiodi* Opp. et Dies. *δαίμονες Πλουτοδόται*, in quos post mortem abierunt aurei generis homines. *Orpheus δαίμονα* sive Genium *Πλουτοδότην* vocat H. 72. Cererem Eleusiniam *Πλουτοδότειραν θεὰν* H. 39. De Plutone H. 17. *Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην καρποῖς ἐνιαυτῶν*, quod a vetusta *τοῦ πλοῦτος*, quam bene *D. Heinsius* ad *Hesiodum* exposuit, potestate pendet. Tradit

Schol. Aristoph. ad Ran. v. 482. cum Daduchus in Lenaeorum festo praelata face diceret, *Καλεῖτε θεὸν*, respondisse magno clamore, qui sacris intererant, *Σεμελῆϊ Ἴακχε Πλουτοδότα*. Iacchus Diis *χθονίοις* accensetur: *Artemid.* II, 44. Serapis etiam *πλουτοδότης*· in quibus omnibus adpellationis ratio non est obscura. *Lucian.* D. Meretr. VII. *δεήσει στεφανῶσαι καὶ τὴν Πλουτοδότειραν.* Hemst. II.

Ead. l. 9. *Ἐς δέλτον ἐμβαλόντες*) Tabulae testamenti sive ligneae cerataeque, sive cujuscunque generis apud veteres quidem Atticos, nisi fallit memoria, nunquam; apud recentiores aliquando *δέλτος* vel *δέλτοι*. In *Hieroclis Ἀστείοις* §. 22. *πινακίδες*· Scholasticus in naufragii periculo *πινακίδας ἤτει, ἵνα διαθήκας γράφῃ*. Merito autem *Lucianus κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς*· quanta enim in obsignando cura debuerit adhiberi, ex jure notum. Hac tota de re testamentaria cum multi diligentissime tractaverint, hujus loci, digni profecto, cujus haberetur ratio, mentionem a quoquam esse factam, non succurrit. Hemst. II.

Ead. l. 12. *Πρόκειται*) Ad mortui *πρόθεσιν* vel collocationem proprie pertinet: *Noster* de Luct. §. 12. 13. *Proclus* ad *Platonis* X. de Rep. *ὁρᾶσθαι πᾶσι νεκρὸν ἐν τῇ πατρῴᾳ προκειμένην οἰκίᾳ*· alibi, si quid diligentiam hominum eruditissimorum effugit, sedulo colligemus. Quandoquidem vero collocatio in celeberrimis aedium locis ipsoque adeo atrio fiebat, ut cadaver ab omnibus inspici posset, quid est rei, cur *Lucianus* addiderit, *ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας;* potuit intelligere priorem illum mox post animam efflatam corporis in humum deponendi morem, quod Graecis est *χαμαὶ κατατιθέναι, χαμαὶ κεῖσθαι*· malo tamen existimare, haec ad veram *πρόθεσιν* esse referenda, sed invidiosius a *Luciano* describi, ut amicorum familiariumque contemtum et in curando divitis jam emortui corpore gravem incuriam perstringat: eodem spectant *παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ* et *περιμάχητος ταῖς γαλαῖς*. Hemst. II.

Ead. l. 13. *Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες*) Cum alibi active fere hanc vocem usurpari apud alios, et hunc *nostrum* constet, videtur requiri *ἐπελπισθέντες*· sed praeterquam quod *Basilium* sic etiam usurpasse video (in *Constantini* lexico), contra fidem Codd. non placet temere conjecturas pro *Lucianeis* obtrudere. Solan. *Ἐμὲ* conjungi non debet cum *ἐπελπίσαντες*, sed cum *περιμένουσι*· tantilla res implicuit eruditos: ceterum vide, quae dicemus ad Diall. Mortt. V. Hemst. II.

Ead. l. 15. *Τετριγότες οἱ νεοττοὶ*) Ex Iliad. *B.* In vaticinatione Calchantis. Boud. Il. II, 314. Proprium est de stridore pullorum, quem edunt, ubi advolat mater. Vid. *Op-*

pian. de Venat. L. III. v. 125. Unde et de stridulo umbrarum per Orcum circumvolitantium sono Necyom. c. 11. *περιεπέτοντο ἡμᾶς τετριγυῖαι τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί.* Quod et ipsum praeeunte *Homero* dictum Odyss. XXIV, 5. sq. Quin etiam elephantorum fremitum *Noster* hac voce exprimit Zeux. c. 10. ubi vid. adnott. Lehm.

Ibid. *Ἀφαιρεθῇ*) Anglic. *ἀφηρηθῇ* et *ἀνῳχθῇ*. Tangit autem veterem testamentorum formam et literarum, de qua alibi. Bourd.

Ead. l. 16. *Τὸ λῖνον*) *Quo tabulae testamenti ligantur.* Brod. *Tabulae, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signantur, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositae supra linum cerae signa imprimantur*: haec *Paulus* V. Sent. Rec. T. XXV. §. 6. proinde recte *Lucianus* primo loco posuit *τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῆναι*, quae locutio apud *Demosth.* est in Phaen. p. 1023. E. altero *τὸ λῖνον ἐντμηθῆναι*, tertio *τὴν δέλτον ἀνοιχθῆναι.* Vid. *Kirchmann.* de Annul. c. VII. qui *Nostri* verba produxit. Haec autem scena quanquam in agro Attico agatur, eaque aetate, a qua procul abest *Lucianus*, multa nihilominus intermiscet, quae in pravos sui temporis mores praecipue conveniant. Hemst. II. Neque id sane mirandum, quum proxime aequalibus scripserit suis, nec solum ingenii artisque suae exercitandae et ostentandae caussa, verum ut et voluptatis aliquid, multo vero plus utilitatis, inde caperent sive lectores, sive auditores. De voce *λίνον* moneo, rectiorem scripturam me invenisse in A. 2. Ceterae omnes exhibuerunt *λῖνον*. De vera syllabae prioris quantitate, si forte dubites, adeas velim *Dorvill.* ad *Charit.* p. 669. Lips. et *Boissonad.* ad *Nicet.* T. II. p. 263. Lehm.

Pag. 84. l. 1. *Ὁ κοινὸς*) Placet *καινός*. Brod.

Ead. l. 2. *Ἐκ παιδικῶν τίμιος*) Id. Dial. Mort. interpretes *Martial.* et *Petronii.* Bourd.

Ibid. *Ὑπεξυρημένος*) An ut pubertatem vixdum ingressus videatur? An vero notatur hoc ut barbarum? Vide Diall. Mortt. IX. et Scyth. c. 3. Solan.

Ead. l. 4. *Ἔξωρος*) Vide Dial. Simyli et Pol. ubi aetas diserte additur, et si clarius velis, finem Galli; et Ver. Hist. II. c. 28. Eadem vox occurrit et de Sacrif. c. 7. et Alex. c. 6. Solan. Ut meretriculae *χαρίζεσθαι*, sic deliciae dicebantur *ὑπηρετεῖν*, cum se viris praebebant. Pseudol. *καὶ ὡς παραδοὺς σεαυτὸν τῷ ὀλέθρῳ ἐκείνῳ στρατιώτῃ συμπεριεφθείρου πάντα ὑπηρετῶν*· saepius *Aristophanes.* Utraque tamen non

raro confusa: nam apud *Athenaeum Matho* de feminis τῷ ὑπηρετεῖν usus est, uti de deliciis χαρίζεσθαι *Noster* Diall. Mortt. IX, 4. ἤδη μανθάνω, ἅτινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο. HEMST. I.

Ead. l. 5. Ἐκεῖνος μὲν] Operae pretium videtur esse, licentiam observare, qua auctor sententias inter se connexuit. Protasis, quae a verbis: Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον inceperat, finita est cum voce ἀπολαβών. Jam quum in apodosi sequatur ἐκεῖνος μὲν, et quae proxima particula δὲ his respondeat, reperiatur demum c. 23. in. ὁ δὲ etc. facile fieri potest, ut decipiatur aliquis, qui hunc sibi sententiarum nexum ἐκεῖνος μὲν, — ὁ δὲ invenisse videatur. Imo ἐκεῖνος μὲν et ὁ δὲ uterque est idem ille beatus heres. Et dum scripsit *Lucianus* ἐκεῖνος μὲν, cogitabat sibi, qui illi responderent, alteros illos spe hereditatis frustratos, volebatque, ne dicam debebat, sic pergere: ἐκεῖνος μὲν — μετονομασθείς· τοὺς δὲ μάτην κεχηνότας ἐκείνους — καταλείπει etc. Hujusmodi paullo liberiorem nectendi rationem passim indulsit sibi, maxime in familiari sermone, scriptor noster. Minor tamen fere ipsius, quam Criticorum, culpa censenda, quod hi nonnunquam aliena ei prae nimia sedulitate ac diligentia obtrudere conati sunt. Exemplum luculentum Diall. Deor. XIV, 2. de quo tamen suo loco. LEHM.

Ead. l. 6. Πυῤῥίου ἢ Δρομ. ἢ Τιβίου) Dixerunt ad *Persium* viri clarissimi: de his nominibus copiose *Aristophan.* BOURD. Nomina servorum, quorum ultimum a regione ductum est; est enim in Phrygia mons *Tibius.* Emenda obiter apud *Theophrast.* Eth. Char. π. ἀναισχ. — p. 30. B. Τίβιε. Vid. *Stephan.* Byzantin. et *Salmas.* Plin. Exercitt. 34. G. et de Merc. cond. c. 25. Alex. c. 29. A primo fit *Byrrhia* — *Terentii*; cujus ut et *Dromonis* etymologia in propatulo est. V. *Graev.* ad de Saltat. §. 29. SOLAN. Servorum apud veteres nomina variis ex caussis ducta, ut exponunt *Donatus* ad *Terent.* Andr. A. I. Sc. 3. ubi vide *Lindenbrog.* p. 635. *Hellad.* apud *Phot.* p. 870. v. 20. *Strabo* VII. p. 467. A. a qualitate corporis et specie formae, ut *Pyrrhias*, *Thylacus:* a moribus, ingenio, itidemque, quod ominis ergo fieri solebat, serviendi diligentia, *Dromo*, *Synetus*, *Onesimus*, *Molo*, *Parmeno:* creberrime tamen aut ex iis gentibus, unde mangones advehebant, ut *Thrax*, *Syrus*, *Davus*, *Carion*, *Geta*, *Phryx*, *Lydus:* Λυδὸς ὁ Φερεκλέους, Lydus Phereclis servus apud *Andocid.* de Myster. p. 3. v. 23. aut talia certe indebantur, quae penes eas gentes pro nominibus propriis plurimum essent

usitata, *Manes, Midas*. Ad horum alterutrum *Tibius* quoque referri debet, nonnihil enim hac in parte discedunt. Aliis tantundem est, ac *Phryx*: nam tota Phrygia, si *Suidae* fides constat, dicta quondam *Tibia*: sumsit a proverbiorum auctore in *App. Vatic.* C. II. n. 71. locus paullulum intricatior, quem sic lego: *Μάνης* (hoc recte viderat *Canterus*) *καὶ Τίβης· ταῦτα ὀνόματά ἐστι Φρυγιακά· διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται, εἷς Μάνης ἐν Φρυγίᾳ·* (quasi nullum fere hominis aliud ibi nomen reperiatur) *τὸν δὲ Τίβην ὁ Μένανδρος συνεχῶς* (an *συνήθως*; quanquam non valde necessarium. *Th. Reinesius* V. L. III. c. 6. p. 467. *Glaseri* praeceptoris sui interpretationem merito repudiavit) *Τίβιον ὀνομάζει* (ego in *Menandri* reliquiis saltem exstare vocabulum illud non recordor) *καὶ ὅλη ἡ Φρυγία Τίβια καλεῖται·* neque tamen in his nihil adhuc superesse, quod me moretur, lubens fateor. *Tibium* ex *Stephano* multi notarunt, Phrygiae montem, a *Tibio* quodam, ut ait, adpellatione deducta: *ἐκ τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι.* At *Strabo* disertis verbis significat, in Paphlagonia tritissimum Tibii fuisse nomen, atque ideo servis indidem adportatis tributum. Haec *Casaubono* ratio constitit, cur XII. p. 830. B. ubi nomina *Strabo* non pauca recenset Paphlagonica, quorum usus itidem frequens fuerit per Cappadociam finitimasque regiones, pro *Τίβηρος* reponi voluerit *Τίβιος·* neque multum refragor; nisi parum interesse putes, utrum legatur, quia videri possunt eadem origine profecta *Τίβος*, *Τίβης*, *Τίβιος*, *Τίβηρος*. Minimum tamen abest, quin lib. IV. p. 298. A. *ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοί εἰσιν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας* corrigendum censeam *Τιβίους·* postquam commemoraverat Belgarum *παρωκεανιτῶν*, qui Oceanum adtingunt, partem Venetos, monet, eos sibi videri *οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν*, quorum alii aborigines esse Paphlagonas opinentur: *διὰ δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλάγονας φασὶν αὐτούς·* inde sequuntur in productiore promontorio Osismii, quos si Timios adpellavit Pytheas, id nullam non tantum auctoritatem habet, sed nec rationem: si Tibios, fateor equidem neminem a me posse proferri alium, qui nomen hoc usurparit: verum tam propinqua Paphlagonum mentio conjecturam suggerit haud absurdam, Pytheam existimasse, derivatos simul et dictos ut Venetos a Paphlagonibus Venetis, sic Osismios seu Tibios a Tibiis. Hoc utcunque sit, nam aliorum industriam provocare potius volui, non certi quicquam constituere, peraeque vitiata fuit haec vox in *Theophrasti* Char. Eth. c. IX. p. 44. *εὐωχοῦ Τίμιε*, judice *Salmasio* P. E. pag. 84. cui praeter *Menagium* accessit *Needhamus*: tametsi hoc quidem in loco patrocinium *Casaubono* parari, et

satis commode vindicari posse lectionem vulgatam arbitror. Hic autem qualiscunque de Tibio dissensus ad concordiam redigi potest, si sumas plura fuisse, quod sane verum est, nomina virorum propria, quae et gentium sint, olimve fuerint: sic Σέλλος, Ἕλλην, Λάκων, Ἀττικός, Ἀθηναῖος, ejusque generis non pauca. Pari modo Τίβιος et antiquum populi nomen, quod pedetentim exolevit, et multorum in ea gente proprium: quocirca servis, qui ex Phrygia, Paphlagonia proximisque terris petebantur, imponi consuevit. Hoc et plura reperies Epigr. XVII. eorum, quae *Bachetus* edidit ad *Diophant.* V. Quaest. 33. *Synes.* Ep. III. τούτου (Harmonii) τὴν θυγατριδῆν ὁ θεῖος Ἡρώδης καὶ θυρωρὸς εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους ἀπέδοτο, id est, ut ego quidem intelligo, *vilissimo mancipio desponsam velut vendidit, atque in manus tradidit:* mitto, quae aliis jamdudum observata: saepe *Noster*, ut Index ostendet: hujus autem loci plerique, quos supra memoravi, meminerunt. Quae vero in usu quotidiano *frequentissima* fuerunt servorum nomina, ad scenam eadem sunt traducta: hinc Davi, Syri, Phryges, Getae, Sacae. *Schol. Aristoph.* ad Acharn. v. 242. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκέται, Ξανθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέτας. Porro nominibus olim liberi servique distinguebantur: postea discrimen illud sic confusum est, ut ista nota non amplius possent dignosci. Insignis est *Olympiodori* locus ad Alcib. I. *Platonis* a *Casaubono* productus ad *Pers.* V, 116. πάλαι γὰρ καὶ τοῖς ὀνόμασι διεκέκριντο οἱ ἐλεύθεροι τῶν δούλων καὶ ταῖς θριξί. Γέται γὰρ καὶ Δᾶοι καὶ Φρύγες ὠνομάζοντο· νῦν δὲ καὶ ταῦτα συνεχύθησαν. Hinc jam patet, ob quam caussam *Lucianus* mancipium infame, postquam obsequio flagitioso luculentam hereditatem crevit, repente mutato nomine scribat in publicum prodire, et pro Pyrrhia, Dromone vel Tibio salutari Megaclem, Megabyzum aut Protarchum, haud secus ac Simon ille coriarius in Gallo divitiis auctus Simonidem se dici postulavit. Diversas mutandi nominis rationes ex vitae conditione mutata politissimus exponit idemque doctissimus *Jos. Mercerus* ad *Aristaenet.* I. Epist. 14. Ad *Lucianum* optime conveniunt, quae ponit *Theophrastus* in Maledici descriptione pag. 110. *Illius*, sic iste nequam, in cujuscunque mentionem inciderit, *patri nomen primitus erat Sosias: deinde in castris militavit Sosistratus:* ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι· τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν· haec ego sanissima judico, neque digna, quae, cum eruditiss. *Needhamo*, ullam in partem solicitentur: perquam maligne et ἠθικῶς loquitur maledicentissimus veterator: id servuli servaeque conditionis humanitatem solantes dictita-

bant, inter suos nobili se loco natos esse: fortunae scilicet invidia factum, ut malam servitutem serviant: Thraces inprimis: unde notum illud *Menandri* apud *Zenob.* C. II. n. 12. Θρᾷξ εὐγενὴς εἰ πρὸς ἅλας ἠγορασμένος, vel, ut *Apostol.* habet C. II. n. 59. ἐωνημένος· sed ex eodem *Comico* quae leguntur apud *Strabon.* p. 455. C. omnem dubitandi ansam amovent: Πάντες μὲν Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται Ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι Ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος) etc. quae tu Getam aliquem de Comoedia vernilis ingenii crede pronuntiasse. Hoc illud est, quod Aeschini *Demosthenes* objecit pro Cor. p. 494. F. cum turpissimis ortus parentibus in civium adscriptus numerum fortuna paullo meliore uteretur, patrem, qui Tromes dictus fuerit, Atromerum vocasse; matrem Empusam, eo saltem cognomine notissimam; satis magnifice Glaucotheam. Inter Christianos idem quoque nec unam ob caussam factitatum: de haereticis, quando scholae suae praeficiebantur, colligere licet e *Photio* I. contra Manich. §. 3. 4. De iis, qui martyrium subituri nomen vel prophetae, vel sanctissimi cujusdam viri adsciscebant, *Euseb.* de Martyr. Palaest. p. 429. quae totidem paene verbis ab eo repetuntur ad *Jes.* c. XLIV. p. 527. B. Hemst. II.

Ead. l. 7. Μεγακλῆς) Studio *Lucianus* ea delegit nomina, quae grande quiddam et superbum sonarent. Megacles non unus in Alcmaeonidarum gente Athenis nobilissima: Comici hominem primarium, qui multum splendori generis arroget, aliosque prae se fastidiat, ita vocant, quemadmodum Κοισύραν feminam potentem: *Aristoph.* Nub. v. 46. ubi ἐγκεκοισυρωμένην intelligo longa Coesyrarum serie superbam: *Hesychius* e vetustis Grammaticis opportune, sed hoc pacto constituendus: Ἐγκεκοισυρωμένη, διὰ Κοισύραν τὴν Μεγακλέους μητέρα τοῦ Ἀλκμαιωνίδου· ἐστὶ δὲ, σεμνυνομένη τῷ γένει. Ἐγκεκορδυλημένη, ἐνειλημένη καὶ ἐγκεκαλλυμμένη· plura sine dubio plenius adnotarat, quae nefaria manus, ut alia in eo infinita, truncavit. Protarchus, praeter alios, ex *Platonis* Philebo notus. De Megabyzo vir magnus ad *Diogen. L.* II, 51. *Sic vocabantur Ephesiae Dianae sacerdotes, ut observavit doctiss. Turnebus. Sed et alios ita solitos adpellari, conjicio ex hoc Luciani loco in Timone,* Ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ᾖ ποτε (*loquitur de servo, quem herus instituit heredem*) ἁρπασάμενός με etc. Graecorumne ullus isto nomine unquam fuerit adpellatus, haud equidem scio: sed tum Persarum multos, eosque nobilissimos et historiae Graecae cognitissimos, tum antistites Ephesiae Dianae ita fuisse dictos, satis est exploratum. Inter

Persas qui orti memorantur ex illustri familia et regibus conjuncta, nunc Megabazi, alias Megabyzi parvula variatione solent scribi: utramque formam habet *Herodotus;* secundam semper *Ctesias*, in *Photii* saltem Excerptis: nam Megabazum ex eo producit *Stephan.* in *Κυρταῖα*, quod ne nimis calide mutaret in Megabyzum, retinere debuerat *Berkelium* non ignota scripturae discordia: vide exactissimae virum doctrinae *C. A. Dukerum* ad *Thucydid.* I, 109. Corruptum arbitror literis trajectis in *Xenoph.* Cyrop. VIII. p. 136. v. 25. ubi Cyrus in Arabiam misit *Μεγάζυβον. Liban.* T. II. p. 490. C. *οἱ τοὺς περὶ Μεγάβαζον ἀποκτείναντες ἐν Μακεδονίᾳ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκφερομένους εἰς ἀφροδίτην ἄδικον ὑπὸ τῆς μέθης·* interpres, *qui Megabasum interfecerant;* nec cetera nimis recte: si sic reliquit, vix *Libanius* effugere potest, quin historiae violatae sit reus; non enim ipse Megabazus eo venerat, tantum abest, ut fuerit interfectus, sed legatos miserat ad Amyntam Macedonem, teste *Herodoto* V, 17. cum quo ut illi conveniat, malim sane lenissima manu mederi, *οἱ παρὰ Μεγαβάζου*, *missi a Megabazo.* Idem homo *Ctesiae* Megabyzus, sed *Dinoni*, quod aliquanto longius distat, Bagazus apud *Athen.* XIII. p. 609. A. *ἡ Βαγάζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ξέρξῃ ἀδελφὴ ὄνομα Ἄνουτις καλλίστη ἦν τῶν ἐν Ἀσίᾳ γυναικῶν καὶ ἀκολαστοτάτη·* scio, *Casaubonum* haec eum in modum reformare, ut cum *Ctesia* consentiant: verum cur viro maximo non plane subscribam, rationes habeo, quas nunc quidem explicare commodum non est: ex eo autem mihi probabile fit, Persicae vocis asperitatem, ut solebant saepius, emollivisse Graecos, ad suaeque linguae similitudinem ac mitiorem sonum adcommodasse: quare eos, qui nominis istius, tanquam si de genuina pronuntiatione liquido constaret, originem ex hodierno Persarum sermone repetere satagunt, si quis in tenebris micare existimet, ab opinione mea non multum dissidebit. Porro ad Persarum Megabyzos quam prope accedant, quidve habuerint commune Dianae Ephesiae sacerdotes, non facile dixero: eos certe, seu *ἱερεῖς* sive *νεωκόρους*, adpellatos fuisse *Μεγαβύζους* tam luculentis veterum testimoniis est firmatum, ut nullus dubitationi relictus sit locus: diserte *Strabo* XIV. pag. 950. A. *Ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ· συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους.* *Strabonem* in hac caussa testem quis prudens aspernetur? qui et ipse, quando Ephesi versabatur, curiosissimus rerum antiquarum indagator potuit sciscitari, et *Appianum* habet suffragatorem de B. C. V. p. 676. B. *καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς*

Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγάβυζον ἡγοῦνται, ὑποδεξάμενόν ποτε τὴν Ἀρσινόην ὡς βασιλίδα, ἀχθῆναι μὲν ἐκέλευσεν, Ἐφεσίων δὲ αὐτὴν Κλεοπάτραν ἱκετευσάντων μεθῆκεν Antonius: ex quibus simul liquet, tum qua vixerit aetate, quantaque dignatione fuerit Megabyzus iste, tum quam carum habuerint Dianae suae sacerdotem Ephesii. Verum in *Strabone*, nisi fallor, vitium haeret unius literae: refinge *μετιόντες*, *etiam aliunde arcessentes:* nam fieri potuisse saepius existimo, ut civium nemo dignitatem quantumvis amplissimam amissae virilitatis damno cuperet consequi: quare eunuchus aliquis, sed tamen *ἄξιος τῆς προστασίας*, aut talis certe, qui corporis integritatem splendidissimo muneri postponeret, alicunde fuit conquirendus. *Heraclit.* Ep. ad Hermodor. *Sed neque canem canis exsecat, ut vos Deae sacerdotem exsecuistis Megabyzum, metu ne virgini vir consecretur: et quo pacto impii adversus naturam, pii sitis adversus simulacrum. Principio enim id agitis, ut Diis primus imprecetur sacerdos amissa virilitate.* Haec et plura Latine dedit *Politianus* Obs. et Em. cap. LI. cujus fidem ut in dubium non voco, sic unde literas illas *Heraclidi* habuerit erutas, nescire me profiteor. tale quidem nihil iis in Epistolis invenias, quae nunc vulgatae *Heraclidi* nomen mentiuntur. Eodem refero *Menandri* locum apud *Suid.* in *Ζάκορος — οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅς τις* (forte melius *Ὥς τις*) *γένοιτο ζάκορος* — ubi plane videtur positum pro Eunucho: nam de *Quinctiliano* I. O. V, 12. p. 456. quin ita voluerit intelligi, nihil est cur dubitemus, praesertim cum lateri junctus haereat Bagoas. At *Plauto* quid facies Bacch. A. II. Sc. III. 72.

> *Nos apud Theotimum omne aurum deposivimus,*
> *Qui illic sacerdos est Dianae Ephesiae.*
> Nic. *Qui istic Theotimus est?* Chr. *Megalobuli filius,*
> *Qui nunc in Epheso est, Ephesiis carissimus.*

J. Meursius primum legit *Megalobuzi*, vel *Megabyzi*, quod jam praeceperant *Turneb.* Adv. XVIII, 31. et *Lambinus*; deinde nodum hunc nectit: *Sed hoc quid est, quod Plautus dicit*, Theotimum filium Megabyzi, *si ille Megabyzus Eunuchus?* quem ut solvat, operae pretium est audire. *Explico:* Megabyzi filius *idem valet, ac si dixisset* Megabyzus: *nam adpellativum illud nomen fuit: quomodo ἰατροῦ παῖς pro eo, quod est ἰατρός.* Vide, quo possit prolabi, qui nativam Graeci sermonis indolem non penitus perspexerit; quod *Meursio* defuisse scientissimo ceteroquin universae Graecorum antiquitatis, adfirmare non vereor: falli se passus est vir egregius isto vul-

gari, γραμματικῶν, φιλοσόφων, ἰατρῶν παῖδες, putavitque nihil obstare, quo minus eadem loquendi ratio e numero plurali migraret in singularem: hoc si vel Graecis licuisse ponas, probandum utique fuerat, Latinis idem placuisse. Ut autem motae difficultati occurratur, quid si *Megabuli* (hoc ad metri leges aptius respondet) *filius* retineas; non sacerdotis, sed viri clari, cujus filius sacerdotio fuerit functus? Sin malis; in quam sententiam eruditi viri propendent, *Megabyzi filius*, statuendum est, Megabyzum istum, antequam imminuta virilitate dignitatem susciperet antistitis, liberos, Theotimum saltem, procreasse, qui Theotimus sacerdos quidem Ephesiae Dianae, non princeps sive Megabyzus, (hoc patris erat munus) sed inferioris gradus. Suspicari tamen potius lubet, vitii quiddam in hoc *Plautino* loco residere, quod vide, an sic curari possit: *Megalobyzus fidius:* pro *medius fidius:* quo pacto optime sane sententiae consultum erit. Ipsum vero nomen fueritne dignitatis, et splendidum hominem apud Ephesios ac magnificum proprie significarit, an ab antiquiore quodam Megabyzo, qui summa cum laude in hoc munere sit versatus, ad successores propagatum venerit, ego quidem, ubi veteres silent, definire non sustineo: hoc tamen docet memoriae vetustae fides, saepius usu venisse, ut primi sacri ordinis auctoris nomen ad posteros demanaret. In Olba Jovis templum Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου· unde οἱ πλεῖστοί γε τῶν ἱερευσαμένων ὠνομάζοντο Τεῦκροι ἢ Αἴαντες. *Strab.* XIV. p. 989. *Lucianus* autem quin, ut Megaclem et Protarchum, vulgata quidem inter Graecos nomina, non ab usu tamen communi, sed a Comoedia, sic et Megabyzum petiverit, minime dubito. Fuit apud Comicos in ista voce non potestas solum, ut arbitror, viri divitis et splendidi, verum praeterea divitiarum ostentatoris inepti. Sic fere *Crates* apud *Athen.* VI. p. 248. A. eximie restitutus a *Casaubono*: ῥιγῶν δ' ἐν Μεγαβύζου δέξεται ἐπὶ μισθῷ σῖτον. *Apollon. Tyan.* Ep. II. ἢ προῖκά γε χρηστέον αὐτῇ (σοφιστείᾳ) πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας· ἐπείπερ ἤδη σοὶ καὶ τὰ Μεγαβύζου· *quoniam tibi jam partae sunt opes ingentes, quae supercilium tollant.* Vim comicam ipsa nominis forma Graeca multum adjuvat, quippe quae complectatur et τὸ μέγα, ex quo factum, ut μεγαλοβύζους etiam dixerint, et βυζὸν, id est, ut *Hesychius* exponit, πυκνὸν, συνετόν· γαῦρον δὲ καὶ μέγα. *Etymol.* in Βύκτης· τὸ γὰρ βῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐλέγετο· καὶ Σώφρων βύβα (an βυζά; quamvis apud *Hesych.* Βυβὰ (ita legendum) ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάττεται) ἀντὶ τοῦ μεστὰ καὶ πλήρη καὶ μεγάλα· βύζειν εἰς τὸ νῆμα· hunc in modum iste locus distingui debet: posteriorum sensus, *de verbo* βύζειν *quaerenda est*

vox νῆμα, quam vide p. 603. v. 38. Ex scena delati quoque *Μεγαβύζιοι λόγοι*, quos *Hesychius* interpretatur, sed ita, ut facile sit intellectu, diversos abiisse veteres Grammaticos, unde ratio significationis sit derivanda, a Persicis Megabyzis, an ab Ephesiae Dianae sacerdotibus: hoc mihi verosimilius videtur. Multa reperies de Megabyzis ad *Quinctilianum* notata, sed parum adcurate cogitateque, ut virum doctissimum satis adpareat festinantem et rerum copia, quae ad manus erat, obrutum meditandi tempus digerendique sibi non indulsisse. HEMST. II.

Ead. l. 8. *Μετονομασθεὶς*) Ut ille etiam in Somnio *Luciani*, qui ex Simone fit Simonides. ANONYM.

Ead. l. 9. *Ἀληθὲς — πένθος*) *Juvenal.*

Ploratur lacrimis amissa pecunia veris. ANONYM.

Ead. l. 10. *Θύννος*) Proverbium: piscis est marinus; in portu Lusitano magno numero capitur ad Lysibonam et juxta mare Herculeum. De eo *Plin.* IX. c. 15. *Athen.* VII. *Eustath.* ad Il. Z. et Od. M. X. COGN. *Aelian.* Hist. Animal. Proverb. sic id. Piscat. inde *σαγηνεύεσθαι*. BOURD. Lepidum et elegans *οἷος* in obliqua oratione, post verba praesertim adfectus animi significantia, ita, ut exclamatio quasi obliqua efficiatur. Cf. Diall. Mortt. VII, 2. *ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται*. Cogita, si vis: *ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος, ὅτι τοιοῦτος αὐτοὺς ὁ θύννος* etc. LEHM.

Ead. l. 11. *Τὸ δέλεαρ*) *Magna ad eum incscandum munera.* BROD. Ad verbum de eadem re Diall. Mortt. VI, 4. LEHM.

Ead. l. 12. *Παχύδερμος*) *Rerum imperitus, crassoque ingenio praeditus.* BROD. *H. Stephan.* Th. T. III. p. 11. *Παχύδερμος, qui est cute crassa. Adfertur autem ex Timone Luciani pro fatuo seu stupido* etc. *sed Budaeus exponit, rusticus et illotus squalidusque.* Crassa cutis et rigens ad indicium trahebatur stuporis ac stoliditatis: huic enim hominum generi subtiliter sentiendi facultas videtur occalluisse; ideo *παχύδερμοι καὶ ἀναίσθητοι· Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 1239. *ὡς παχύδερμον δὲ αὐτὸν χλευάζει.* Vid. *Aelian.* V. H. XIII, 15. ibique *Kuhnium. Philoponi* locus ad *Aristot. περὶ Ψυχ.* II. productus etiam a *Suida* in *Μαλακός*· inter alia: *διὸ καὶ τοὺς ἀνοήτους παχυδέρμους καλοῦμεν*· in *Plautinis* quoque salibus *corium bubulum et elephantinum.* Hoc sine dubio voluit *Lucianus*; sed praeterea significat mancipium nequam, cujus corpus ex continuis flagrorum ictibus compedumque vestigiis cicatrices duxit creberrimas et obduruit: hoc suadet mentio *πέδης, μαστίγων, μυλῶνος*. Recte *Faber, εἰ παριὼν ἄλλως* pro *ἄλλος*.

Conferendus autem cum *Luciano* locus egregius *Philonis Jud.* p. 888. C. D. Quomodo *Noster τὸν μυλῶνα προσκυνῶν*, sic et *Demosth. περὶ Παραπρ.* p. 343. C. *ὁ τέως ἔτι προσκυνῶν τὴν Θόλον*, ubi publicis diariis per biennium fuerat nutritus Aeschines. Poena servorum *μυλῶν* vel pistrinum: *Demosth.* in Stephan. I. *ὥστε ἐν τῷ μυλῶνι προσῆκεν αὐτὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ τῶν λοιπῶν κύριον γενέσθαι·* et saepius *Lys.* Or. I. p. 93. v. 24. *μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν*, ex quo loco *Luciani* elegans usus eorum, *ἐμπεσὼν εἰς ἐμὲ*, patet: venuste *Liban.* T. II. p. 632. C. *ἀπὸ μυλώνων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀγρυπνιῶν ἄγεσθαι ἐπὶ δυνάμεις τε καὶ ἀρχῶν λαμπρότητας, a sordidissima servilique conditione ad honores tolli.* *Ἀνάκτορον* quorumvis Deorum templum, vel interior templi recessus, et propterea Castorum etiam: proprie vero Cereris Eleusiniae: *τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον ταῖν θεοῖν.* Notat *H. Steph.* Th. T. I. p. 424. hic pro *ἀνάκειον* quosdam poni velle: male. Hemst. II. Praestantissimae *Fabri* emendationi *ἄλλως* pro *ἄλλος* frustra relucteris. Est autem *ἄλλως τι ποιεῖν*, *temere, inconsulto*, *aliud agendo facere aliquid*, ut Diall. Deor. XIX, 1. Cupido de Minerva: *ὑφορᾶται ἀεὶ, καί ποτε ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτην* etc. Ceterum in nostro loco omnino abest haec vox a Gorl. Lehm.

Ead. l. 14. *Τὸν μυλῶνα*) *In pistrinis enim trusatilem molam egerat.* Brod.

Ibid. *Ἀνάκτορον*) Idem est cum *Ἀνάκειον* (*Harpocr.*) ubi mancipia venundari solita. *Demosth.* Or. I. in Steph. s. fin. p. 106, 2. Vid. *Meurs.* AG. IV, 842. et *Suid.* in *Ἀνάκαιον*, et not. ad Conv. c. 9. et 32. unde satis liquere arbitror, de Castore et Polluce intelligendum. Solan.

Pag. 85. l. 4. *Ἱπποτροφίας*) Vide *L. Bos.* Obs. Crit. p. 62. *Heraclides* tradidit, Empedoclem fuisse *λαμπρᾶς οἰκίας ἱπποτροφηκότος τοῦ πάππου* apud *Diogen. L.* VIII, 51. Hemst. II. *Bud.* C. L. G. v. *ἱπποτροφεῖν. Isocr. περὶ ζευγ.* T. III. p. 158. ed. Auger. *Ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶ, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν.* Eo autem consilio potissimum opulentiores alebant equos magnis sumtibus, ut in ludis publicis certaminum praemia ferrent. Occurrunt de eadem re *ζευγοτροφῶ, καταζευγοτροφῶ, καθιπποτροφῶ, τεθριπποτροφῶ.* Belin.

Ead. l. 5. *Ἡ μὴν εὐμορφότερον*) Id. Dial. Mort. et copiose in Somnio, ubi de Simonide. Bourd. Omnium, qui sub Ilium venere, Graecorum longe formosissimum fuisse Nireum, posteris *Homerus* persuasit: hinc faceta illa inter Nireum et Thersitem altercatio apud *Nostrum* Diall. Mortt. XXV. Eadem vero, quae hic, ferme reperias ibid. IX, 4. *Horat.* Ep-

od. 15. *Formaque vincas Nirea. Achill. Tatius* lib. VI. p. 387. ἐμοὶ δὲ οὐδὲν μέλει τούτων, εἴτε ἐστὶ καὶ Κόδρου εὐγενέστερος, εἴτε Κροίσου πλουσιώτερος· Cecropis enim et Codri nobilitatem proverbiis celebrarunt: quapropter *Synesius* Ep. 3. ὑπὲρ εὐγενείας ἀμφισβητεῖν τῷ Κέκροπι de homine splendido genere nato: ut in *Calvitici Encomio* τῷ Βελλεροφόντῃ σωφροσύνης ἀμφισβητεῖν de singulari castitate dixit: eo respexit *Themistius* in *Βασανίστῃ*· τοὺς προγόνους, ἀνερευνῶντες Διοτρεφεῖς καὶ Διογενεῖς καθάπερ Ὅμηρος λέγει, καὶ τῇ παροιμίᾳ πρέποντας τῇ ἀπὸ Κόδρου. Alia quaedam non dissona conjunxit *Philo* περὶ Προνοίας apud *Euseb. Προπαρασκ.* lib. VIII. c. ult. πλουσιώτερος Κροίσου, Ἀγγκέως ὀξυωπέστερος, ἀνδρειότερος τοῦ Κροτωνιάτου Μίλωνος, καλλίων Γανυμήδους. Possem aliquanto plura e *Maximo Tyrio* atque aliis: sed operae non est. Hemst. I.

Ead. l. 6. Κέκροπος) *Cecrops* et *Codrus* Atheniensium reges fuerunt. Brod.

Ead. l. 7. ἑκκαίδεκα] Cod. 1428. exhibet ς, id est, *sex*; qui numerus, etsi per se plus quam sufficeret, tamen posthabendus vulgato. Nam *sedecim* est numerorum hyperbolicorum unus, cujus tum est usus, ubi vel unum multum foret. Diall. Deor. I, 1. Jupiter Prometheo dicit, pro facinoris atrocitate eum dignum esse, cujus jecur non ab uno, sed ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν tondeatur. Sic et in Somn. s. Gall. c. 12. Micyllus inter alia gratissima etiam *annulos sedecim* se gestare somniaverat. Et in nostro loco tanto insignior redditur adulatio, quanto plures comparantur Croesi, quum vel unius divitiis isti omnium temporum Pyrrhiae et Dromones contenti esse soleant. Vocis σύναμα accentum me transposuisse, quum in omnibus ceteris libris συνάμα legatur, non est, quod multis probem. Lehm.

Ead. l. 9. Συνειλεγμένα) *T. Fab. sibi peperit.* Male, cum de quaesitis ab eo, cujus heres est, intelligi debeat. Solan. Expressit fere eadem, quae *Horatius* Sat. de Ulysse et Tiresia,

Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno etc. Anonym.

Ead. l. 11 Αὐτόπους) Quia antea dixerat οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε. Solan.

Ead. l. 15. Οὐ γὰρ Ἀριστ.) *Aristidem*, Justum cognominatum. *Plutarch* in ejus Vita. Brod. Hac de re oratores Graeci. Idem Jove confutat. Bourd. Cui sumtus funeris defuit. *Corn. Nepos.* Solan.

Ead. l. 16. Ἱππονίκῳ καὶ Καλ.) *Hipponicus* pater fuit

Calliae prodigi nepotis, de quo alias complura. Brod. Atheniensis uterque. Calliam *Laccoplutum* dictum, *Suidas* ait. Fuit utique Atheniensium ditissimus, *Plut. περὶ Φιλοπλ.* *Hipponici*, ut videtur, filius. Adeo autem ille scelestus, ut, cum Solon consilium ei suum de nominibus novis faciendis aperuisset, ingentes pecunias mutuatus, agros emerit; quo facto creditores, mox lege de novis tabulis lata, frustratus est. V. *Plutarch.* Sol. 158. et 935. f. Pericl. et in Arist. 612. *Callias* munera a rege Persarum accepisse creditus. *Calliae* hujus *divitis* matrem viduam duxerat primo Pericles, qua repudiata Aspasiam deinde duxit. Vide *Plutarchum* in v. Pericl. 301. A. ed. St. Vid. *Aristoph.* Av. pag. 554. et Ran. pag. 233. et Ecclez. Solan. Ista gens tanta floruit per omnem Graeciam divitiarum opinione, ut, quia Graecorum nemo cum illis comparari posse videbatur, proverbio locum dederit: *Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου πλουσιώτερος Aeschin.* D. II. §. 9. Vid. *Maximi Tyr.* Diss. XXIII. p. 238. 239. *Lysias* pro Aristoph. p. 156. *Καλλίας ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ, ὃς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι* etc. *Andocid.* de Myster. p. 17. v. 8. A pari virtutis morumque laude longe abfuerunt: quare a Comicis acerbius exagitati saepe in exemplum ponuntur talium hominum, quibus indignis amplissimae opes contigerunt: *Maxim. Tyr.* Diss. XXX. p. 309. *μηδὲν τῶν παρὰ τὴν ἀξίαν φοβηθῇς, καὶ πλουτήσεις κἂν Ἱππόνικος ᾖς, νικήσεις κἂν Κλέων ᾖς*, (vid. *Nostrum* §. 30.) *αἰρήσεις κἂν Μέλιτος ᾖς.* Recte vero *Lucianus* atque ex historiae veritate Aristidem, ut vita dissimillimum, opposuit: nam Calliae daducho capitis postulato hoc inimici gravissimum objecerunt crimen, quod cum bonis adflueret, Aristidem *ἀνεψιὸν* in summa paupertate vivere pateretur: cujus invidiam, quae judicum animos vehementissime commoverat, quemadmodum ipsius Aristidis interventu depulerit, legere licet in *Plutarch.* T. I. p. 334. Eam historiam respexit *Teles* apud *Stob.* pag. 516. Ordinem illustris familiae contexuit *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV, 16. in haud paucis lapsus: liberalius et adparatiore doctrinae copia *J. Fr. Gronovius* Obs. IV. c. 7. p. 103. Nos alias hanc operam non paucis adhuc difficultatibus impeditam navabimus, et multos aliorum errores conabimur expurgare. Hemst. II. Calliae opulentia conspicua etiam fit ex toto *Xenophontis* Symposio. Lehm.

Pag. 86. l. 1. *Ἄνω καὶ κάτω*) Tetigit hunc locum *Fr. Luisinus* Par. III, 18. Hemst. II.

Ead. l. 3. *Ἔχει σε* etc.) Vid. supra Somn. c. 7. *ξῆμαιον ὤν.* et hoc ip o Tim. c. 24. *J.* haec aliter habet, nempe *πρὸς*

αὐτὸν (L. αὑτὸν) ἔρχεται, deestque σέ. Minus commode. Solan. Retinuimus cum *Hemst.* et *Schm.* vulgatam lectionem. Nam variantes illae παρ' αὐτὸν, πρὸς αὐτὸν, πρὸ αὐτῶν manifesto originem habent ab interpretamento παρ' αὐτὸν, addito a nonnemine ad explicandam vocem ἀπάγειν, quae vel per se sola significat *domum secum abducere*, ubi id quidem loci ratio fert. Unum sit exemplum *Xenoph.* Anab. I, 3, 14. ubi bis ἀπάγειν de eo, qui exercitum Graecorum *domum* abducat. Elegantiam autem interpretationis παρ' αὐτὸν (ad se *ipsum*, in *ipsius* domum) non cepit *Solanus*, qui mallet παρ' αὑτόν. Multo magis aberravit *Belinus*, qui conjecerit παρ' αὐτῷ ἔχει, et reddiderit: m'emmène, et garde chez lui. Quod autem nonnulli habent ἔρχεται, corruptum id haud dubie ex ἔχει σέ. Lehm.

Ibid. Τὸν Ἑρμῆν) Scribe σε τὸν Ἑρμῆν. Brod. Sic post hoc Dial. Inde cognomentum Mercurii κερδῷος. §. 41. Bourd.

Ead. l. 5. Κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν] *ex ipsius decreto. Hemst.* vertit in min. ed. *ex ipsius sententia*, quae quidem verba in versione sua non debebat omittere *T. Faber.* Nam erat tum Plutus a Jove καταπεμφθείς. Ceterum in examinandis variis hujus loci lectionibus haud sane difficile fuit in veram auctoris manum, vel sine magno acumine, incidere. Lehm.

Ead. l. 9. Δυσεύρετον οὕτω χρῆμα) Τοὺς τοῦ πλούτου ἀξίους. Brod.

Ead. l. 10. Οὐδ' ὁ Λυγκεὺς) *Aristoph.* in Plut. v. 210. Βλέπουτ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον Λυγκέως. Ὀξυωπέστερος Λυγκέως *Philo* περὶ Προν. apud *Euseb.* Προπ. Εὐαγ. VIII. p. 387. A. *Plotin.* Ennead. p. 545. D. saepe *Noster*, ut *Erasmus* observat in *Lynceo perspicacior: G. Cognatus* in *Lynceus.* Hemst. II. *Apulej.* Metam. lib. II. *Vides hominem perspicaciorem ipso Lynceo vel Argo et oculeum totum:* et cui non notum illud *Horatii: ne corporis optima Lynceis* (vel *Lyncei*) *Contemplere oculis.* Hemst. I.

Ead. l. 14. Σαγηνευόμενος) L. σαγηνεύομαι *circumdor.* Brod.

Pag. 87. l. 4. Εἰρήσεται γὰρ) *Dicendum est enim.* Brod.

Ead. l. 8. Σοῦ δυσέρωτας) Δυσέρως, qui modum amori statuere non potest, sed ejus violentia se totum abripi patitur. exposuit illam vim *D. Heins.* L. Th. c. IV. non quidem ignotam *H. Stephano*, cujus in Thesauro hic ipse locus adducitur. *Luciano* frequens, ut notavit *Jungerman.* ad *Poll.* VI, 189. Epigramma editum a *Kustero* ad *Suid.* in Ἀκοστήσας.

Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάνδε κορύναν
Ἄνθεσο (ita legendum pro *Ἄνθετο*) *Πᾶνι φίλῳ*
Δάφνι γυναικοφίλα.
Ὦ Πᾶν δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἴσα γὰρ αὐτῷ
Καὶ μοὶ Πᾶν φιλέεις καὶ δυσέρως τελέθεις.

Sumsit a *Theocrito* Eid. I, 85. Similiter δυσάνιος vel δυσήνιος apud *Hippocratem*, de quo *Foes.* in Oecon. Hemst. II. *Ibid. Εἰς βαθυκήτεα πόντ.*) Ex *Theognide:*

Ἦν (paupertatem) *δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον*
Ῥίπτειν, καὶ πέτρων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. Brod.

Adludit ad *Theognidis* poëtae carmen illud de paupertate, quod in Progymn. *Aphthonii* in sententiae exhortatoriae exemplo exstat: *Χρὴ πενίην φ.* etc. Ad hoc item adlusit *Lucian.* de Merc. Cond. *Theodoretus* quoque de Curat. Graec. Adfect. lib. II. adducit. Cogn. Ex *Homero*, ut postea *πετρῶν κατ' ἠλιβάτων*, quod ex eodem est. Bourd. Vana est haesitatio *Fabri* inter hanc lectionem, et eam, quae in *Theognidis* editionibus obtinet; qua aut uti non debuit, aut melius oportuit se inde expedire, cum id posset, non auxilio *Stobaei* et *Plutarchi*, qui potuerunt aliter citare, quam *Lucianus*; sed *Lucianus* se ipse defendit, ostenditque in libello de Mercede conductis cap. 5. et apologia ejus libelli sequente c. 10. et quomodo citare voluerit, et ex quo, clare et *βαθυκήτεα* dicens, et ipsum nomen *Theognidis* adjiciens. Unde inprimis adparet, ab *Bourdelotio* temere notari ex *Homero*, ut postea *πετρῶν κατ' ἠλιβάτων*, quod ex eodem sit. Nihil falsius. Etiam paullo post negare nequibit *Faber*, verius vertisse *Erasmum*, et ex ejus imitatione *Benedictum*, illa verba *ὅτιπερ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐῶρας αὐτοὺς, quod illos nullo pacto respexisses*, quam ipsum, *quod ipsos ne primo quidem congressu adspicere voluisses.* Sed vice versa queri debeo, cum sic loquatur etiam *Lucianus* in Saltatione, *ἄμεινόν ἐστιν οἶμαι ἀρνήσει τὸ πᾶν ἰάσασθαι, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὁμολογεῖν τι τοιοῦτον παρανενομηκέναι*, vertisse *Opsopaeum, neque sub initium fatearis, aliquid tale te flagitiose deliquisse; Benedictum, nec initio, te tale quid deliquisse, fatearis.* Gron. Apud *Theognidem* hodie aliter legitur in hunc modum:

Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα
Καὶ γύρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου.
Ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Ed. *J.* cum Ms. *T. Fabri βαθυκύτεα.* Sed eadem sibi non satis constans alibi vulgarem sequitur scripturam, quae in Coll.

etiam invenitur. Vide Merc. Cond. c. 5. et Pro Merc. Cond. c. 10. Solan. Editus Theognis meusque scriptus, μεγακήτεα· quam vocem servant *Aphthon.* Progymn. p. 14. *Schol. Thucyd.* ad II. c. 43. *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 998. v. 25. Apud *Stob.* p. 518. ad marginem additur βαθυκήτεα, quasi varia vetusti codicis lectio: utrumque reperias in *Plutarcho*, hoc T. II. p. 1039. F. illud p. 1069. D. Cum *Luciano* consentit *Clemens* Str. IV. p. 483. C. ut difficile sit dijudicatu, utrum ab ipso *Theognide* fuerit profectum. Μεγακήτης post *Homerum* Odyss. Γ. 158. ponto vel mari frequenter adjungunt, *Apollon. Rhod.* IV, 318. *Dionys. Perieg.* v. 1087. alii: longe rarius est βαθυκήτης. Ut plurima sunt in *Homero*, quorum certa ratio posterioribus minime constitit, sic quam germanam habeat potestatem μεγακήτης, opinionum dissidio Grammatici dubium relinquunt. Qui μεγάλα κήτη ἔχοντα, quod in maris epitheto percommodum esse non diffiteor, interpretantur, videant illi, quo pacto haec virtus adhiberi possit ad μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ Il. Θ. 222. Λ. 5. 599. Hoc alios compulit, ut exponerent μεγάλως κοίλην, vel εὐρύχωρον καὶ πλατεῖαν, vel, quod habet *Dionysii Schol.* μεγαλόπλατον· imo in Etymologo legas, μέγα κύτος ἔχουσαν, ὅ ἐστι πλατεῖαν p. 574. unde, quae sit origo diversae lectionis βαθυκύτεα, manifesto colligi potest. Nolo commemorare, quid moliantur in explicanda Lacedaemone κητωέσσῃ Il. B. 581. Equidem existimo, κῆτος olim in compositis magnitudinem immensam indicasse: quod si sumseris, planus erit ubique vocabuli istius intellectus. Nunc *H. Stephanum* audiamus in Thes. Ind. *Βαθυκήτεα πόντον Lucianus dixit, vel quod in profundis suis recessibus cetos habeat, vel quod habeat cete ingentia: est enim et piscosum mare et profundum.* Mallem haec indicta, quae prorsus ab ingenio linguae Graecae abhorrent: ad compositorum enim rationem se minus adtendisse satis declarat: ego vertam, *profundissimum* vel *immensae profunditatis mare. Amm. Marcell.* XXIX, 1. p. 600. *angustiis formidandae paupertatis adtriti, cujus metu vel in mare nos ire praecipites, suadet Theognis poëta vetus et prudens.* Hemst. II.

Ead. l. 9. Πετρῶν) *Ac se e scopulis praecipites dederunt.* Brod.

Ead. l. 10. Ὅτιπερ) Videtur *Lucianus* scripsisse aut ὅςπερ, aut ὅτε πέρ: quamvis libri omnes habeant ὅτιπερ. De ὅτε vide Diall. Marr. VII. extremo. Hermot. c. 23. De ὅς Scyth. c. 2. Solan. In Timone, quem *Tan. Faber* iis notis illustravit, quibus si in reliquos similes exstarent, aut ab eodem viro, aut ab aliis conscriptae, *Lucianus* certe longe me-

lius haberet, unicum indicabo intactum ei locum, qui levicula mutatione nitori suo reddi posse videtur. *Novi*, inquit Mercurius, *adeo perdite te* (Plutum) *amantes, ut mortem sibi consciverint, ὑπεροράσθαι νομίζοντες ὑπὸ σοῦ, "ΟΤΙΠΕΡ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἑώρας αὐτούς·* hoc est, *Benedicto* interpreti, *rati fastidiri sese abs te, PROPTEREA quod illos nullo pacto respexisses.* Sed jocus, quem voce *ὑπεροράσθαι* captat, nisi aliter et legas et vertas, perit. Scribo itaque *ὑ. ν. ὑπὸ σοῦ, "ΟΣΠΕΡ οὐδὲ τ. ἀ. ἑ. ἀ.* et verto, *despici se a te rati, quos ne adspexisti quidem.* Sic enim aliquo modo servatur jocus ille. Quomodo enim eos caecus Plutus adspiceret? Ridet itaque querentes *se superciliose adspectos a caeco;* quae vis est vocis *ὑπεροράσθαι.* SOLAN. *in Specimine.* Frigidior est jocus, sive ὅςπερ, sive ὅτεπερ corrigas, sive acquiescas in ὅτιπερ, quod adhuc praeplacet. Vis autem lusus sane est in verbis *ὑπεροράν* et *ὁράν*, et adluditur ad Pluti caecitatem. *Οὐδὲ τὴν ἀρχὴν* male ab interprete redditum; est *omnino non.* Verterim sic: *despici rati a te, quod ipsos omnino non adspiceres.* LEHM.

Ibid. Οὐδὲ τὴν ἀρχὴν) *Nunquam, prorsus.* BROD.

Ead. l. 12. *Κορυβαντιᾷν*) *Corybantiare,* ut ex *Plinio* docet *μακαρίτης Scalig.* ad *Catull.* BOURD.

Pag. 88. l. 3. *Προσωπεῖον*] *Lucian.* pro Imag.: *ὥςπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προσωπεῖον εὔμορφον ἐπιθείη τις φέρων.* HEMST. I.

Ead. l. 6. *Εἰόμενοι*) Placet *οἰόμενοι.* BROD.

Ead. l. 8. *Αὐτῶν*) Lege *αὑτῶν.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Ἐρῶντες ἀνεράστων* etc.) Profert *Thom. Mag.* in *Ἀνέραστος.* HEMST. II.

Ead. l. 11. *Ὅτι καὶ* etc.) Sic edi curavimus; cum in vulgatis edd. legatur tantum *καὶ* etc. auctoritatem secuti Ms. a *Fabro* memorati, et ed. *J.* quae ὅτι habet sine *καί.* SOLAN.

Ead. l. 12. *Αὐτὸ*) Legendum *αὐτοί.* SOLAN.

Ead. l. 14. *Οὐ γὰρ δεῖ*) Emenda *δή.* BROD. P. L. et Coll. *δή.* Emendaverat et *Vorstius* in suo codice, cujus pars prima penes me est. In omnibus impressis legitur *δεῖ*, nullo prorsus sensu. SOLAN. Arg. tamen exhibet *δή.* LEHM.

Pag. 89. l. 1. *Ἐπίχριστος*) *Fucata.* BROD.

Ead. l. 7. *Συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ*) Paucis rem totam complectitur Plutus *Aristophaneus* v. 107. Cum istis plane concordant, quae *Longinus* de Sublim. c. 43. p. 236. 238. neque hoc *Tollium* praeteriit. HEMST. II. et I.

Ead. l. 11. *Φευκτῶν*) Legendum est *φευκτέων*, quia *φευκτὸς* mere Tragicum est, et *inevitabilis* significat, non *vitandus.* SOLAN. Apud philosophos *αἱρετὰ* et *φευκτὰ* inter se

pugnant. *Cebes* p. 77. οὕτω γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη, καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί· saepissime *Plato:* quare nihil hic mutandum. Hemst. II.

Ead. l. 12. *Τέθηπε*) *Miratur.* Brod.

Pag. 90. l. 1. *Ἐγχέλεις*) De multiplici forma numeri pluralis in hac voce, ἐγχέλυες, ἐγχέλυς, ἐγχέλεις agit *H. Stephan.* Th. L. G. T. I. p. 1931. hujus etiam loci non immemor. Hemst. II. De genere vocis monendum, et masculinum, et femininum occurrere, illud tamen minus frequenter; apud *Nostrum* Anachars. c. 1. ὥσπερ οἱ ἐγχέλεις, quantum nunc quidem scio, sine lectionis variatione. Contra τὰς ἐγχέλεις Diall. Marr. XI, 2. et saepius. Unde et h. l., ubi Articulo non facile carere poteramus, e codd. 2957. et Aug. restituimus cum *Schmiedero* αἱ ἐγχ. In R. vero οἱ ἐγχ. esse traditur. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἐξώδης*) Cod. Angl. *ἰξώδης*. utrumque rectum, *ἰξωδὴς* tamen legit interpres. Bourd. Mendose plerique libri *ἐξώδης*. Vera scriptura *ἰξώδης*, quam expressimus, ex *J. B.* 1. et *S.* est: agnoscunt etiam P. et L. In uno tamen L. *ἐξώλη τε*. Solan. In A. 2. *ἰξώδης*. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἀπολυθῆναι*) Post vocabulum hoc expuncto *Πλοῦτος* scribe *ἀλλὰ μεταξὺ* etc. *διέλαθε*. Post vocem hanc loquitur *Πλοῦτος, τὸ ποῖον; Ἑρμ. ὅτι τὸν θησαυρὸν* et reliqua. Brod. Male hic notata Pluti persona: loquitur enim haec idem, qui superiora, Mercurius. Marcil. Nomina personarum antea perturbata restituit jam ante nos *Benedictus.* Solan. Locum in cunctis edd. excepta *Salm.* prava personarum distinctione laborantem adjuvit, praeter *Brodaeum*, *Franc.* etiam *Luisinus* Par. III. c. 2. Hemst. II. Reperitur jam in Arg. ed. recta personarum dispositio. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἑρμ. τὸ ποῖον; ὅτι τὸν Θησ.*) Male notata etiam hic persona Mercurii, et omissa Pluti. esse debet: *Πλοῦτ. τὸ ποῖον; Ἑρμ. ὅτι τὸν θησαυρόν.* Marcil.

Ead. l. 15. *Ἐχόμενος τῆς χλαμύδος*) *Laciniam ducens.* Dixi ad *Petron.* Bourd.

Ibid. Τὴν ἐσχατιὰν) *Aeschin.* in Tim. p. 13. v. 43. *τούτῳ γὰρ κατέλιπεν ὁ πατὴρ* etc. *ἐσχατιὰν δὲ Σφηττοῖ, Ἀλωπεκῆσι δὲ ἕτερον χωρίον·* ad ea, quales fuerint Atticorum *ἐσχατιαί*, optime docuit antiquus *Scholiastes* et nondum editus, cujus verba ex *Harpocratione* et *Suida* paullulum emendata describere non gravabor. *Ἐσχατιαί εἰσι τόποι ἔσχατοι τῆς χώρας περατούμενοι ἢ εἰς ὄρη ἢ εἰς θάλατταν· τὰ ἐπὶ τοῖς τέρμασι τῶν δήμων ἐσχατιαὶ ἐκαλοῦντο. Ἄλλως· ἐν τοῖς χωρίοις ἐναπελαμβάνοντο ὄρη ἢ ἄκρα κατὰ τὴν Ἀττικήν· παρ' αὐτὰ δὲ ὑψηλοὶ τόποι εἰσὶν, οἳ ἐσχᾳ-*

τιαὶ καλοῦνται. Saepe ἐσχατιαὶ *singulorum agri suis finibus distincti et separati*, ut monuit *Casaub.* Lect. Theocr. c. XIV. eorum errorem castigans, qui *de nescio quibus agrorum extremitatibus interpretantur*; sed tamen remotiores, et ad cujusque demi fines positi, vel mari montibusve proximi: meminit *Demosth.* in Phaenipp. p. 1023. B. ἐπορευόμην Κηθήραδε (lege Κυθήραδε) εἰς τὴν ἐσχατιὰν αὐτοῦ· καὶ πρῶτον μὲν περιαγαγὼν τὴν ἐσχατιὰν αὐτοῦ πλέον ἢ σταδίων οὖσαν τετταράκοντα· et compluries in sequentibus, ad quae pertinet *Harpocrationis* observatio in Ἐσχατιά. Nonnunquam vero quin ultimos agri Attici sive demi fines ἐσχατιαὶ significent, dubitari non potest: vide *Xenophont.* E. II. p. 276. v. 20. *Hesych.* in Ἅλμυρίδες. eum in modum historici non raro: ut *Diodor. Sic.* XVII. p. 576. τῆς Λυκίας περὶ τὰς ἐσχατιάς· illudque proverbii vice positum a *Constantio* Ep. ad Antioch. in *Athanasii* Apol. καί τοι τίς ἀγνοεῖ καὶ τῶν τὰς ἐσχατιὰς οἰκούντων. Quamobrem merito *Lucianus* Timoni, ut longius ab hominum, quos odio capitali prosequebatur, occursu ingrato abesset, ἐσχατιὰν colendam commisit, ὀρεινὸν καὶ ὑπόλιθον γήδιον· non aliter, quam *Libanius* Δυσκόλῳ suo, quem pinxit Declam. XXXVI. p. 793. B. 795. B. 799. C. Hemst. II. et partim I.

Pag. 91. l. 2. Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι) Hoc est, *Pessimo cuipiam Atheniensi.* Cleonem et Hyperbolum *Aristophanis* Comoediae infamant. Brod. *Aristophan.* in Pace. Bourd. Adde gravissimum de Ὑπερβόλῳ *Thucydidis* testimonium, qui μοχθηρὸν ἄνθρωπον vocat VIII, 73. Solan. Nobile par hominum improbissimorum, quos vitiis vitaeque turpitudine infames, neque tamen eo minus Athenis magna praeditos auctoritate, quia solent plerumque Comici, junxit etiam *Lucianus:* caute quidem neminem alium addens inferiorem; nam hos utrosque in administranda republica versatos provectior aetate videre potuit Timon. Cleon Cleaeneti filius jam vivo Pericle, cum is odio civium atque invidia laborare coepisset, viam ad rempublicam adfectavit. *Plutarch.* Per. p. 170. D. ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον (Periclem) ὀργῆς πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν· eo defuncto sine controversia primas tenuit, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα βιαιότατος τῶν πολιτῶν, τῷ τε δήμῳ παραπολὺ ἐν τῷ τότε πιθανώτατος, teste *Thucyd.* III, 36. IV, 21. Postquam ad Amphipolin pulsus a fortissimo duce Brasida, et in fuga caesus interiisset Cleon, deterior Hyperbolus aliquo tempore inter demagogos praecipuum in republica locum occupavit: ad *Aristoph.* Pac. v. 680. *Scholiastes:* μετὰ τὸν Κλέωνα Ὑπέρβολος ἐπολιτεύσατο· mox, οὗτος μετὰ τὴν τοῦ Κλέωνος δυναστείαν (ita solent aliquando poten-

tiam civis eminentem, qui factionis sit caput, vocare: *δυοῖν οὐσῶν ἐν τῇ πόλει δυναστειῶν, τῆς Θουκυδίδου καὶ Περικλέους. Plutarch.* T. I. p. 155. A.) *διεδέξατο τὴν δημαγωγίαν·* donec Alcibiadis consilio sociatis factionibus, quam aliis paraverat, ipse nihil minus metuens poenam subiret, testularumque suffragiis ex urbe ejiceretur. In hos utrosque Comici certatim impetum fecerunt, ut ostendit testis inprimis fide dignus *Aristoph.* Nub. v. 549. 558. ubi vide *Ez. Spanhemium:* neque mirum est, qui praeclarissimis viris nequaquam parcebant, in eos stili acerbitatem exercuisse, qui tot veris criminibus oppugnari possent. *Plutarch.* T. II. p. 826. D. *τὴν Περικλέους πολιτείαν ἐπαινοῦμεν καὶ τὴν Βίαντος· ψέγομεν δὲ τὴν Τπερβόλου καὶ Κλέωνος.* Egregie *Dion Chrys.* p. 282. A. Atheniensis populi quasi *δαίμονας* et genios, a quorum arbitrio nutuque pendeant toti, numerat Pisistratum ac Themistoclem: tum Alcibiadem, Niciam, Cleonem et Hyperbolum, *τοὺς μέν τινας ἐπιεικεῖς τυχὸν, τοὺς δὲ πάνυ πονηροὺς καὶ χαλεπούς·* p. 541. D. *οὐδεὶς πώποτε οὕτως ἐγένετο θρασὺς δημαγωγὸς οὐδὲ Τπέρβολος ἐκεῖνος ἢ Κλέων.* Cleonem et Cleophontem in hoc genere sociavit *Demetr.* de Elocut. §. 315. Hyperbolum et Cleophontem *Isocr.* de Pac. pag. 174. B. plures *Himerius* Prop. ad Flavianum apud *Phot.* p. 615. *Ἐσυκοφάντει Περικλέα Κλέων· ἔφυγε Νικίας Τπέρβολον· Δημάδης δ' ἔκρινε Δημοσθένην· Κλεοφῶν Ἀλκιβιάδην ἐγράφετο.* Hemst. II.

Ead. l. 5. *Ὀρεινὸν*) Male Basil. edit. ult. *ὀνειρὸν*, ut et quaedam aliae editt. Bourd.

Ead. l. 7. *Ἐκεῖνος*) Non ignoro, quam vim saepe pronomen illud habeat, velut, quod paullo ante protulimus e *Dione, Τπέρβολος ἐκεῖνος·* neque tamen non hic malim *ἐκείνῳ*, scilicet *Τίμωνι.* Hemst. II. Non adsentiebar: *ἐκεῖνος* est *illic*, ut modo *οὑτοσὶ, hicce, hocce in loco.* Prom. s. Cauc. fin. *καὶ γὰρ οὗτος ἤδη πλησίον ὁ ἀετός.* Diall. Marr. VI, 3. *αὕτη σοι πλησίον.* Fugitiv. c. 29. et saepius. Idem et a *Schaefero* alicubi notatum in Meletemm. Lehm.

Ead. l. 12. *Περιεσχημένον*) Adducit *Thom. Magist.* in *Κατέσχημαι.* Hemst. II.

Ead. l. 14. *Ἀργειφόντα*) *Homeric.* Patet Dial. Jovis et Merc. postea. Bourd.

Pag. 92. l. 2. *Ἆρα*) Anne *ἆρα;* ut volunt distingui Grammatici, quando est interrogantis. Reitz. Minime vero. Quidni etiam conclusiva particula *ἄρα, ergo,* in interrogatione occurrere possit? Imo corrigendum Diall. Mortt. XIII, 1. *σὺ δὲ Φιλίππου ἆρα* (olim *ἄρα*) *ἦσθα; Ergone Philippi*

tu filius eras? Itidem XX, 4. *ὁ δὲ Σωκράτης ποῦ πότε ἄρα ἐστίν;* Char. c. 10. *Τί ἄρα ὁ Σόλων ἐρεῖ;* Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 788. sq. LEHM.

Ead. l. 3. *Εὐαδίκητος*) Quem alias Graeci *ἐπιτήδειον*, Latini *opportunum* et *obnoxium* vocant. Eleganter *Hipparch.* apud *Stob.* pag. 573. v. 39. *θνατοὶ καὶ σάρκινοι, εὐαδίκητον καὶ φθαρτὸν κεκτημένοι σῶμα.* Cum his compone, quae Paupertas de se praedicat in *Aristoph.* Pl. v. 558. HEMST. II.

Ead. l. 5. *Ἐγχειρίσας*) Secuti sumus emendationem *Tan. Fabri*, cum tamen in omnibus legatur *ἐγχειρήσας.* SOLAN.

Ead. l. 6. *Τῷ πάλαι*) *Qui dudum fuit Timon.* BROD.

Ead. l. 7. *Ῥάκος ἤδη γεγενημένον*) *Jam laboribus exercitatum atque adtritum.* BROD. Male *Brodaeus*: melius *Erasm.* Ad. in *Pannus lacer, hominem fastiditum et rejectum* exponit. Hic divitiis et voluptatibus corruptum, atque ad nullos amplius usus idoneum intellige. Receptam vulgo fuisse proverbii formulam *Lucianus* indicat Pseudol. §. 18. *ἄχρι δή σε, τὸ τοῦ λόγου, ῥάκος πολυσχιδὲς ἐργασάμενος ἐξέωσε·* iisdem verbis de Merc. Cond. §. 39. Hinc sumsit *Scaliger* in Strom. Proverb. v. 1337. *Antiphilus* I. Anth. LVI. Ep. 3.: *Μυριετὴς, ἁλίοιο βίου ῥάκος* — qui piscatione corpus ad ultimam senectutem contriverat. Proximum est *Euripidis* in Autolyco primo de athletis apud *Athen.* X. pag. 413. E. cum aetate florent, incedunt *πόλεως ἀγάλματα* — *ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν Τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.* Cadaver Crinagorae *ῥάκος* dicitur in Epigr. quod edidit *R. Bentlejus* ad *Callimach.* p. 470. Similes alias usurpare veteres solent figuras: quale mihi visum fuit *Aristophanis* illud apud *Polluc.* X, 33. *Τί μ' ὦ πόνηρ' ἐξώρισας ὡς κλινῆριον·* ita si legas, jambus erit tolerabilis; ceteroquin ejus loci integritatem non praesto. *Aristophanes* etiam in Equ. v. 529. Cratinum effoetum et prae senio paene delirantem lectulo comparat *Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόντος* etc. Paullo aliter *Seneca*, teste *Gell.* N. A. XII, 2. *Qui hujuscemodi versus amant, liqueat tibi, eosdem admirari et Soterici lectos:* vilissimos puta, nullaque artis admiratione dignos. *Ion* apud *Hesych.* in *Σάρον, ὡς παλαιὸν ἄγεις σάρον·* sic enim emendandum videtur: *θέλει δὲ λέγειν,* inquit *Hesych. ὅτι ἄχρηστοί εἰσι, διὰ τὸ γῆρας·* ac si diceret, *tanquam scopas ducis vetustate absumtas. Petron.* cap. 114. p. 525. *Si quid ingenui sanguinis habes, non pluris illam facies, quam sportam.* HEMST. II. et partim I.

Ead. l. 10. *Οὕτως*) Legendum *οὗτος.* BROD.

Ead. l. 11. *Ἀπολείψει, ἀγαθὴν σύνεργον*) Legendum *ἀπολείψῃ*, ut jam *Faber* recte monuit. *Hic vero continuo in*

telliget, qualem me reliquerit, bonam auxiliatricem et rerum praestantissimarum magistram. Ceterum *Scholiastes* ex Ms. in fol. legit hic ἀγαθὸν σύνεργον, idque observari jubet, cum Πενία, quae loquitur, sit femina. Sed mirum, ni in malum eodicem inciderit interpres ille, ubi vitio librariorum, ignorantium σύνεργος et διδάσκαλος etiam in genere femineo dici, ἀγαθὸν pro ἀγαθὴν scriptum fuerit. JENS. Si ἀπολείψει, auctore *Tan. Fabro*, in ἀπολείψῃ mutes, innumera tibi cum *Luciani* tum aliorum, qui ita scripsere, loca erunt mutanda. Sic *noster* in Prometh. c. 5. ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγαναχτεῖν εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὰς λήψεται. quem locum itidem *Jensius*, ut et sequentem solicitavit. Sic in Dial. Terps. et Plut. seu Diall. Mortt. VI. μὴ δὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. In Dial. Min. et Sostr. ἀλλ' ὅρα εἰ δικαίως κολασθήσομαι. Sic *Philostratus* in vita Apoll. IV. p. 146. Vide etiam in Asino cap. 4. εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ etc. 11. εἰ δέ μοι καιρὸς ἐπιτρέψει· in Bis Acc. c. 30, εἰ μακρῷ χρήσομαι τῷ λόγῳ. SOLAN.

Ibid. Ἀγαθὴν σύνεργον) *Synes.* Ep. 100. p. 239. C. φιλοσοφοῦμεν, ὦ γαθὲ, τὴν ἐρημίαν ἀγαθὴν ἔχοντες συνεργόν. HEMST. II.

Ead. l. 14. Αὐτὸν) Leg. αὖτόν. SOLAN. Sequentia verba: τὰ δὲ περιττὰ etc. negligentius ab interprete reddita corrigere placebat. Περιττὰ omnino, *quae praeter rem adduntur, supervacua*, h. l. sunt externa bona, quae ab opulentia proficiscuntur, corollarii quasi loco verae sapientiae adjecta. Eadem dicit πολλὰ, *vulgaria*, quae vulgo petantur et deprehendantur in hominum vita. Haec jam genuinus Paupertatis adsecla *aliena* ducit, i. e. a verae sapientiae cultu abhorrentia, quae impediant, quo minus iis studeas, quae per se sunt bona et honesta. Egregia profecto sententia, quasi e montana illa, quam Servator noster divinus habuisse traditur, oratione excerpta. LEHM.

Pag. 93. l. 5. Τοῖς βώλοις) Qualis gleba Aegyptia: de qua copiose *Achill. Tat.* in Clitoph. BOURD. *Alciphr.* III. Ep. 34. p. 348. de Timone nostro: ταῖς βώλοις τοὺς παριόντας βάλλει· ibi recte *Berglerus* monuit, hic itidem ταῖς β. potius legendum esse, quam τοῖς, quod in omnibus exstat *Luciani* edd. Peritissimi *Bergleri* judicium sum secutus, etsi non ignorem in *Apollonio* legi III, 1392. — οἱ μὲν ὁδὰξ τετρήχοτα βῶλον ὀδοῦσι λαζόμενοι πρηνεῖς —. Τοῖς βώλοις *Gesnerus* ediderat in *Aelian.* Ep. XIII. bene Ald. et Gen. ταῖς. HEMST. II. Ita recte factum secundum *Phrynichum* et *Moeridem. Th. Mag.*

paullo subtilius de agello semper ἡ βῶλος, de gleba utrumque, et ὁ et ἡ β., usurpari notat. Vid. tamen ad hunc *Lobeck.* p. 54. et *Schaefer.* ad *Schol. Apoll.* p. 333. LEHM.

Ead. l. 8. *Τῶν εὐχῶν*) Praefero σῶν εὐχῶν. Hae voculae saepius commutatae. HEMST. II. Mancum foret sine articulo. Infra c. 52. *τῷ σῷ ὀνόματι.* Luc. s. Asin. c. 56. *τοῦ σοῦ* (ὄνου) Diall. Deor. V, 4. *τὸν σὸν υἱόν.* ibid. §. 5. *τῆς σῆς κύλικος.* XI, 1. *τόν σὸν υἱόν.* XXV, 3. *τοῦ σοῦ πυρός.* Pluribus non opus. Alterutra autem vox festinanter scribentibus vel cernentibus scribis saepe omissa. Supra c. 6. in *τῆς ἐκεῖ σῆς ταφῆς* abest alterum a codd. Aug. et Gorl. Unde Diall. Deor. II, 2. *Schmiederus* e cod. quodam Par. recte restituit *τὴν σὴν πρόςοψιν*, quum vulgo *σὴν* desideretur. LEHM.

Ead. l. 9. *Δέχου τὸν ὅλβον*) Respicit solennem litationis ad populum renuntiationem, de qua *Casaub.* ad *Theophr.* Char. 59. Adde Alex. c. 14. SOLAN.

Ead. l. 11. *Ἀνθρώπους μισῶ*) Inde cognomen *μισάνθρωπος*· c. 44. Interp. *Aristoph.* ad Aves et Lysistr. BOURD.

Pag. 94. l. 1. *Μηδὲν σκαιὸν*) *Ποιήσεις* subauditur. BROD.

Ead. l. 2. *Τὸ ἄγριον*) *Τὴν ἀγριότητα.* BROD.

Ead. l. 3. *Ἀθηναίων τὰ πρῶτα*) *Princeps, primae classis homo.* BROD. Atticis perinde atque Ionibus locutio familiaris: plura notat *Faber* ad *Lucret.* I, 87. *Lucian.* Baln. §. 3. *ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα*· *Euripid.* Hec. v. 794. — *πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων*· *Aristoph.* Ran. v. 424. *Κᾄστι τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας*· *Liban.* T. II. p. 211. C. *Τούτῳ Μένανδρος μὲν ἦν πατὴρ, τὰ πρῶτα Κορινθίων*· *Herodot.* IX, 77. *Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων ἦν Λάμπων ὁ Πύθεω, Αἰγινητέων τὰ πρῶτα*· nam supervacuum illud *φέρων*, quod edd. trahunt, optime judicavit *Jac. Gronovius*, auctore Med. Codice, resecandum esse, observans *φερόμενον* in hoc genere loquendi locum habere, non *φέροντα*· sic et *Xiphilinus e Dione* p. 796. A. *Cornelius Fronto ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος.* Pari modo *Philostr.* de V. S. II. c. XXVII. §. 5. Megistias *οὐ τὰ δεύτερα φυσιογνωμονούντων νομισθείς.* *Olearium* probo itidem §. 1. praeferentem ex Cod. S. *μηδὲ δεύτερα* (nisi forte praestet *μὴ τὰ δεύτερα*) *τῶν προειρημένων σοφιστῶν μηδὲ Ἱππόδρομόν τις ἡγείσθω.* In multis eandem loquendi formam sectantur. *Sophocl.* Philoct. v. 435. *Πάτροκλος, ὅς σοι* (repono, *ὅς σοῦ*) *πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα*· ibi *Camerarius* ex *Euripide* profert Herc. Fur. v. 1428. *Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες*, id est, Herculem. *Phrynich.* Ecl. D. A. p. 78. *οὕτως ἄρα μέγιστόν ἐστιν ὀνομάτων γνῶσις, ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται*· quin scripserit *πταίων ὁρᾶ-*

ται, vix aut omnino non dubito: Polemonem intelligit, de quo Sophistarum principe modo fuerat locutus: structurae rationem exempla, quae posui, satis confirmant; ὧν τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα νομισθείς· exquisitius loquendi genus librarii pro more contaminarunt regulis Grammatices vulgatissimis obsecuti: tale erat in Somn. ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις. Verum observari meretur, istam dictionis elegantiam multo frequentissime de uno homine, aut certis saltem et designatis usurpari: τὰ πρῶτα Ἀθηναίων, hic vel ille, cujus mentio fuerit expressa: at τὸ πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, quicunque sunt Atheniensium praecipui. Excusamus *Basilium* in V. Thecl. p. 54. Thamyris γένει λαμπρύνεται, καὶ πλούτῳ κομᾷ, καὶ τῆς πόλεώς ἐστι τὸ κράτιστον· debuerat potius, καὶ πόλεώς ἐστι τὰ κράτιστα· idem adcuratius pag. 86. αἱ μὲν γὰρ (γυναῖκες) ἐφήδοντο τοῖς πραττομένοις κατὰ τῆς Θέκλης, ὅσον ἀσελγὲς καὶ ἀκόλαστον ἦν· ὅσον μέντοι γε σωφρονοῦν καὶ κόσμιον etc. Diversum est, quando *Sophocl.* in Phil. v. 449. τὰ πανουργὰ καὶ παλιντριβῆ et τὰ δίκαια καὶ τὰ χρῆστα pro hominibus ponit πανουργοῖς καὶ παλιντριβέσι, et δικαίοις καὶ χρήστοις. Ex Latinis similia notat *P. Burm.* ad *Quinct.* Decl. I. p. 13. hunc ipsum quoque *Luciani* locum proferens. Hemst. II. Infra c. 55. κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα. Lehm.

Ead. l. 10. Τόνδε φέρω etc.) *Homer.* II. O. 202. Brod. Tenuit, ut plurimi principis poëtarum versus, quasi proverbii locum. Sostratus eo quam opportune fuerit usus ad Antigonum regem, narrat *Sext. Empir.* adv. Gramm. p. 276. §. 276. Hemst. II.

Ead. l. 14. Πλείστη χάρις) Loquendi formula testificantis gratum animum, tum quoque, si quid oblatum honeste recuset: §. 37. Contra, οὐδεμία σοὶ χάρις, *nullam in partem tibi sum obstrictus:* quod impudenti tribuit *Theophrast.* Char. Eth. p. 46. qui, cum lavisset, mercedis vice balneatorem hoc dicto remunerabatur: eo in loco κἀκεῖ si vertas, *et ibi, et tum porro*, potestate illa, quam nec Latini refugiunt, nihil est, cur quicquam aliud desideres. Atticae venustatis est, quod *Aristoph.* habet in Lysistr. v. 865. 869. οὐδεμίαν ἔχω γε τῷ βίῳ χάριν· τοῖς δὲ σιτίοις Χάριν οὐδεμίαν οἶδ' ἐσθίων· *vitam cibosque nihil amplius moror: nihil in his est, quod me possit oblectare. Lys.* in Andocid. p. 105. v. 34. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ etc. Hemst. II.

Pag. 95. l. 2. Οὕτως) Erunt forte, qui hac sint lectione contenti. Mihi multo magis placet, ἄφνω καταλιπὼν οὗτος ἀπίστως· ubi magna cum invidia repeti vides illud οὗτος. Alia res est §. 38. οὕτως ἀτίμως. Hemst. Cum eadem invidia

dictum οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς, *ita, ut hic vides; adeo perfide, ut in eum statum, in quo jam me vides, dejicerer.* Multo minus in hoc quidem loco placet οὗτος. LEHM.

Ead. l. 5. Τάτε ἀναγκαῖα] Quod *Belinus Fabri* versionem: *quae tempus postulavit*, reprehendit et corrigit *necessaria*, rursus accidit ei, ut, quae non satis perspecta haberet, vituperaret. Nam *quae tempus postulat*, exquisite dictum pro *necessariis rebus.* Alia passim sunt in *Fabri* interpretatione nota profecto censoria digniora; veluti quod paullo ante μετ' ἀληθείας καὶ παῤῥησίας ita reddidit: *cum Veritate et Libertate dicendi*, quasi personas cogitans, quum nihil insit, nisi hoc: *sincere ac liberaliter*, quippe relatum ad superiora illa Adverbia οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς. LEHM.

Ead. l. 8. Οὐ οὕτε κόλαξ θωπεύων) Similes sententiae a multis congestae ad *Matth.* Evang. VI, 20. Ceterum egregius est *Teletis* locus apud *Stob.* p. 69. ubi caussam suam Paupertas agit adversus ingratos, docens quantorum eos bonorum compotes faciat. HEMST. II.

Ibid. Θωπεύων) *Κολακεύων, ἀπατῶν, Interp. Aristophan.* Acharn. *Hesych.* BOURD.

Ead. l. 15. Ἡβηδὸν οἰμώζειν π.) *Ne puberibus quidem exceptis.* BROD. Omnes interpretes ad Jovem haec pertinere sibi persuaserunt; ac si diceret Timon: Plutum suum sibi Jupiter habeat: hac re sola mihi poterat gratificari, si homines universos infortunio mactaret: ac tum sane liquidior oratio procederet ita constituta, ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν π. ἀ. ἡ. οἰμ. ποιήσαι, vel ποιήσειε, vel ποιήσῃ. Id quidem non plane repudiandum videtur; nescio tamen, an satius fuerit ad ipsum Timonem referre, hoc sensu: Ego hac in solitudine aversus a conspectu malorum, quae nostra fert aetas, paupertate mea, cui iste ligo sufficiet, contentus vivam: at tu, Mercuri, cum illo Pluto, quocum mihi nihil esse commune volo, hinc te quamprimum aufer ad Jovem: mihi ad animum explendum hoc unicum fuerit satis, si cunctos mortales plorare non quidem jussero, sed re vera fecero. Formula solennis et nota, μακρὰ κλαίειν, οἰμώζειν σοὶ λέγω, σὲ κελεύω· id parum erat Timoni pro odio, quo ferebatur in humanum genus, acerbissimo, nisi pessimos ad lacrimas ejulatusque compelleret, ac pessimis modis mulcaret: ideo ποιῆσαι, non κελεῦσαι vel λέξαι. Convenit ad hanc mentem responsio Mercurii, quam sic capio: Hoc tu ne feceris, o bone: neque enim omnes ad gemitum sunt facti: quin tu mitte potius iracundum istud et juveniliter ridiculum, ac Plutum recipe. Heracliti dictum sine dubio respexit, qui Ephesios, cum Her-

modorum, civem omnium excellentissimum, urbe expulissent, ἐκέλευσεν ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι. Vit. Auct. §. 14. ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν ἡβηδὸν οἰμώζειν· ibi vide plura. Vel sic tamen in *Luciano* praetulero: ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιήσω. Vera sunt, quae de voce ἡβηδὸν notat *Tan. Faber*; *Barlaeus* ad hunc locum paene dixeram prorsus nugatur. Vid. *L. Bos* Anim. c. VI. Hemst. II. Recte *Hemsterhusius* haec verba Timonis intellexit. Nam qui in ποιῆσαι Subjecti loco posuerunt personam tertiam, *Erasmus*, *Faber*, *Belinus*, *Wielandius*, tum fundamento ii caruere Grammatico, quum non pateat, unde illa jure deducatur, ἐμοὶ contra proxime positum etiam verbi ποιῆσαι subjectum includere consentaneum sit, tum ambiguitatis cujusdam maculam insperserunt loco, quia, si de tertia persona cogitetur, jam non liquebit satis, utrum Plutus, an Jupiter, sit intelligendus: in utrumque enim aequo propemodum jure convenerit. Hactenus ergo recte *Hemst.* Sed quod jam ad hanc sententiam efficiendam hunc in modum scribi mavult: ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν — ποιήσω, equidem, quin *Luciani* haec fuerint, aliquantum dubito. Multo magis Lucianeum Imperfectum cum Infinitivo, hoc sensu: *Mihi vero hoc satis foret, omnium aetatum hominibus ejulatum expressisse.* Quodsi sic manca videantur verba, — neque tamen mihi ita videntur, cf. paullo post c. 38. Ἐχρῆν μέντοι, et ejus generis multa alia loca — simplicior haec foret correctio: ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἂν ἦν, etc. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 261. alteram, admodum diversam, ejusdem *Hemsterhusii* conjecturam ἢν — ποιήσαι amplexus est, non satis idoneis de caussis. Lehm.

Pag. 96. l. 3. Οὗτοι ἀπόβλητά εἰσι) Ex hoc *Homeri* Il. III. versu:

Οὐ γὰρ ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Heliod. lib. 5. *Apul.* Apol. 1. *Casaub.* ad *Athen.* c. 25. lib. 1. Bouhd.

Ead. l. 5. Δικαιολογήσομαι) Unde apud Graecos τὰ δίκαια. *Demosth.* initio περὶ στεφάνου. Vertit *Terentius* in Eun. *justa*, quod interpp. neque *Donatus* notarunt. Anonym. Scribe δικαιολογήσομαι· nam ἵνα intelligitur. Hemst. II. Diall. Mortt. X, 9. βούλει μικρὸν καὶ ἀφέλωμαι τῶν ὀφρύων; Char. c. 7. βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε; c. 9. βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν; c. 20. βούλει οὖν — ἀναβοήσας παμμέγεθες παραιτήσω αὐτοῖς; Nihil hac ratione certius et frequentius. Lehm.

Ead. l. 7. Μακρὰν) Ῥῆσιν subaudio, ut et in μακρὰ, ῥήματα. Brod. Ex more et lege judiciorum, in quibus reo plus aquae quam actori concedebatur, quem hic tangit. Axo-

NYM. Restituï μακρὰ, quod in ed. *Fl.* sola, a qua reliquae omnes male discesserunt: ita mox §. 38. μακρὰ εἰπεῖν. HEMST. II. *Μακρὰ* etiam in Arg. Ceterum vid. *L. Bos* de Ellipss. p. 430. ed. *Schaef.* et Commentatores; nec non *Kuster.* ad *Aristoph.* Av. 1207. LEHM.

Pag. 97. l. 2. *Ἐπιβουλεύουσί μοι*) *Fabrum*, qui σοὶ legendum arbitratur, juvat Timon §. 36. conquestus Plutum, infinitorum sibi malorum caussam καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγεῖν· cur tamen hic quicquam mutandum sit, ratio ista non est satis gravis: hic Plutus injurias sibi factas expostulat, se scilicet objectum esse, quasi nullius pretii, pestibus illis, qui, dum Timonem adulatoriis laudibus inebriabant, sibi omni modo insidiarentur. HEMSTERH. II.

Ead. l. 5. *Μαλακῆς χλαμύδος*) Parum abest, quin melius legi putem *χλανίδος*. *Χλανὶς* delicatulorum indumentum, opportunius tum junctum habet *μαλακῇ*, tum *τὴν διφθέραν* oppositam: ita *χλανὶς* et *τρίβων Teleti* apud *Stob.* p. 528. Nihil est in scriptis Codicibus frequentius, quam ut harum vocum altera locum alterius invadat: qua de re plura dicemus ad Amores. HEMST. II.

Ead. l. 8. *Μηκέθ'*) Ed. J. et Mss. R. G. et L. Reliquae edd. *μήθ'*, quod ut minus venustum exsulare jussimus. SOLAN. In A. 2. et Arg. exstat etiam *μηκέθ'*. LEHM.

Pag. 98. l. 3. *Ὑπόστηθι*) *Thom. Mag.* in *Ὑφίσταμαι, ἀντὶ τοῦ ὑπομένω, λογογράφοι· Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι· ὑπόστηθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμέ.* Ceterum in hac sententia *L. Bos* Ell. Gr. p. 247. statuit vulgarem illam omissionem τοῦ ὅρα vel σκόπει ante particulam ὅπως, castigatoque interprete sic vertit: *Sustine et fac, ut adulatores illi dirumpantur prae invidia.* Mihi secus videtur. sensus est, nisi valde fallor, talis: *Quin tu suscipe curas istas, tantumque onus imponi tibi patere, Timon, tum mei caussa, tum, quanquam durum sit, atque impetibile, hominem ab optima Paupertate jam ad unguem factum denuo divitiis obrui, ut adulatores isti invidia rumpantur.* Si forte auctoritati suae minus tribueret Timon, telum secundae rationis adhibet certissimum Mercurius ad eum, qui tam male volebat hominibus, permovendum: quod enim spectaculum Timoni gratius, quam si adulatores pessime de se meritos rebus suis opimis non macrescere videat, sed dirumpi? Nihil ergo in hac oratione, quod supplementi alicujus indigeat, modo *ὑπόστηθι* repetitum jungas cum ὅπως οἱ κόλακες etc. Verum interseri debet καί· καὶ εἰ καὶ χαλεπὸν τοῦτο etc. HEMST. II. Nihil interserendum plenissimae orationi. καὶ εἰ est *etsi*, et promiscue id passim usurpari alterius εἰ καὶ loco pro contextus rationibus, uti no-

stra wenn auch et auch wenn, non meminit familiarissimus *Luciani* interpres; uti et *Schaeferus* monuit in Meletem. p. 34. qui quidem pariter peritus ac circumspectus veterum Graecorum restitutor multa ejusmodi loca contulit ad *Long.* p. 355. Ex Nostro nunc unum tantum succurrit exemplum notatum ex Imagg. c. 14. καὶ ἦν κηρῷ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα etc. Sic igitur nec *Bosiana* indigemus Ellipsi σκόπει s. ὅρα ὅπως, quum ὅπως cum ὑπόσηθι cohaereat, quamquam, ut apud *Nostrum* haud raro, paullo laxius; nec *Kistemakeri* ad Thuc. p. 134. opus est distinctione post καὶ, qua adhibita sane necessarium esset alterum καὶ *Hemsterhusianum.* Omnino observare liceat hac oblata occasione, caussas rerum antea propositarum saepe a *Luciano* sero demum, interjectis aliis quasi per aliquam parenthesin, addi solere secundum familiaris, quem is fere sectatur, styli naturam. Quod quidem ideo potissimum tenendum, ne forte ad Ellipsin, vel etiam ad emendandi consilia temere confugias. Ceterum οἶστον falso ut properispomenon in omnibus editum reperio, excepta una Argentina. Lehm.

Ead. l. 4. Οὐκ οἰστὸν) *Ferendum non est.* Brod.

Ead. l. 5. Διαῤῥαγῶσι) *Eunap.* Aedes. p. 37. οἱ δὲ παραδυναστεύοντες ὀηγνύμενοι τῷ φθόνῳ. *Luciani* verba protulit *Des. Herald.* ad *Martial.* IX. Ep. 99. Saepe etiam indignationem et dolorem, quem quis ex rebus ingratis apud animum concipit, significat. *Aristoph.* Equ. v. 339. et *Kuster. Aristides* de Momo T. III. p. 679. B. qui nihil in Venere culpandum inveniebat: ὁ δὲ Μῶμος διεῤῥήγνυτο οὐκ ἔχων ὅτι αἰτιάσεται. Hoc quoque Latinis usitatum. *Cicero* ad Quint. Fratr. III. Ep. 9. *ut his malis reipublicae licentiaque audacium, qua ante rumpebar, nunc ne movear quidem.* Hemst. II. A Graecis sumserat *Virgilius: Invidia rumpantur ut ilia Codro.* Hemst. I.

Ead. l. 8. Τῇ εἰρεσίᾳ) *Virgil.* Aen. VI, 19. alarum remigium etiam vocat. Bourd. E veteribus hujusmodi multa collegerunt *J. Meurs.* ad *Lycophr.* v. 25. quaedam tamen inconsulte scribens, *Nic. Heins.* ad *Ovid.* A. A. II, 45. *Arn. Drakenborch.* ad *Sil. Italic.* XII, 98. Hemst. II. Dithyrambica libertate *Pindarus* aves dixit ἐρέσσειν πτεροῖς· quae translatio familiaris apud Graecos in usum concessit Romanorum: *Plautus* in Amphitr. *non ocyus quivi, si me Daedaleis tulissem remigiis. Apulej.* Lib. V. Metamorph. *Sed ubi remigio plumae raptum maritum proceritas spatii fecerat alienum.* Hemst. I.

Ead. l. 11. Σκάπτε, ὦ Τίμων, βαθ. κ. ἐγὼ δὲ ὑμ. ὑποστ.) Verba ultima nec interpres, nec quisquam, qui ad ea quid commentatus est, imo ne *Thomas Magister* quidem intellexit.

Sciendum est, Plutum adsumere hic personam thesauri sui, atque adeo dicere, *Fode, mi Timon, alte penetrans*, vel *impingens: ego vero vobis supposítus ero*, hoc est, *ego a vobis effodiar*. Non aliter haec intelligenda esse, patet ex praecedentibus §. 39. ubi Mercurius ad Timonem, *Καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς ἔχεις·* ad Plutum autem, *σὺ δὲ τὸν θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι.* hoc est, ubi te, Thesaure, tetigerit Timon suo ligone, tuque tactus inclamaris, parcet tibi. Quae notanda inprimis sunt; quippe ubi clarissime patet, Plutum cum thesauro suo ab Mercurio confundi, quod idem in loco, quo de agimus, fieri, certissimum est. Et quis, quaeso, alius Plutus, quam thesaurus? Ecce, fodit Timon, et continuo thesaurum ipsum, sive Plutum ligone pertingens, exclamat, *ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι Κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ κερδῶε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον;* Patet ergo satis evidenter, superiora Pluti verba, *ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι*, non significare *ego vero a vobis discedam*, quemadmodum vertunt et intelligunt omnes; sed, *ego vero vobis supposítus ero, sive*, ut ita dicam, *substabo*. Neque vero usquam in toto hoc dialogo Plutus, ubi Timoni reconciliatus est, memoratur vel abiisse, vel abitum adornasse; cum non ut abiret, sed ut de integro copiam sui Timoni faceret, fingatur venisse. Frustra ergo *Faber* (praeter jejunam admodum, quam movet *τῷ ὑμῖν*, controversiam) tentat *ἀποστήσομαι*, ubi, licet abitum Pluti significaret hic locus, tamen ex *Th. Magistro* potuisset discere, ipsum ita, uti hodie, et quidem recte, habemus, *Lucianum* in hoc loco legisse; quanquam ipse *Thomas Nostrum* non satis percepit, ac *Barlaeum* in errorem induxit. Ait autem *Thomas*, *Ὑφίσταμαι καὶ ἀντὶ τοῦ, κρυφίως ἵσταμαι. Λουκιανὸς ἐν Φιλοψευδεῖ· Ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς· καὶ ἀντὶ τοῦ, ὑποχωρῶ. ὁ αὐτὸς ἐν Τίμωνι· Ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι.* Male, ut probavimus, haec *Thomas* in ultimis: imo jam ipse aliquo modo veram, quae hic poscitur, *τοῦ ὑφίσταμαι* dedit significationem; nempe *κρυφίως ἵσταμαι*. Sed longe planius in sequentibus, *Ὑφίσταμαι καὶ τὸ, ὑποκάτω τινὸς ἵσταμαι. καὶ Ὑφίστημι, τὸ, Ὑποβάλλω τι.* quae omnia nostrae expositioni hujus *Lucianei* loci sunt convenientissima. JENS.

Ibid. Βαθείας) *Πληγάς*. BROD. Intelligendum *πληγὰς*, *infer ictus profundos*, ligone alte in terram demisso. Sic §. 53. *κατοίσω καὶ τρίτην, impingam tertium ictum*. CLER. Intelligunt *πληγάς· ego γῆς·* mox *ἐκ τοῦ βάθους·* utrum maluerit, non patefecit *Budaeus* C. L. G. p. 412. tria Timonis loca proferens, ubi *καταφέρειν* valeat *adlidere, incutere, adigere*. In Somn.

§. 3. σκληρότερον κατενεγκόντος ὑπ' ἀπειρίας, scilicet τὸν ἐγκοπέα· in Prometh. §. 2. *Aelian.* de Anim. XI, 32. εἶτα τὴν σμινύην καταιέρων διέκοψε etc. *Achill. Tat.* I. p. 15. καὶ ἀνατείνουσα τὴν ἅρπην καταφέρει τῆς ἰξύος· prorsus eodem modo atque hic τὴν δίκελλαν καταφέρειν βαθείας τῆς γῆς, *ligonem adigere in profundam terram.* HEMST. II. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 3. sic verba intelligit: σκάπτε (τῇ δικέλλῃ) βαθείας (πληγὰς) καταφέρων. Quodsi γῆς βαθείας cogitetur, putat scribendum fuisse τῆς βαθείας. LEHM.

Ead. l. 12. Ὑμῖν ὑποστήσομαι.) Alii Codices ἀποστήσομαι. BROD. Lectio genuina haec, quam sola tamen habet ed. J. in reliquis enim impressis, et ipsis Coll. legitur ὑμῖν ὑποστήσομαι, (nisi quod P. et L. agnoscunt ἀποστήσομαι) duplici mendo, uti acute viderat *Tan. Faber*, quamvis ὑμῖν quidem ferri aliquo modo posset: Hellenismus enim est frequens apud Graecos et Latinos. *Terent.* Phorm. *Qui mihi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes;* quod et adnotatum est. In P. vero et L. ὑ— ἀ— *Jensii* commenta ad hunc locum adeant, quibus subtiliora placent. *Chrysostom.* ad Pop. Ant. 348, 2. εἰ δὲ καὶ διηνεκῶς ἀπολαύσωμεν, ἀλλὰ τῷ θανάτῳ πάντως ἀποστησόμεθα, ut recte Eton. ed. quanquam in aliis quibusdam mendose scribatur ὑπ—. De ἡμῖν, unum hunc *Livii* locum adducam, L. XXII. c. 60. *Haec VOBIS ipsorum militia fuit.* V. Nigr. c. 5. et de Sacrif. c. 6. SOLAN. Omnium edd. excepta Junt. lectionem tuetur *Thom. Mag.* in Τφίσταμαι, ἀντὶ τοῦ ὑποχωρῶ. ὁ αὐτὸς ἐν Τίμωνι, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. De verbi potestate consentiunt *Suidas*, Τποστήτω ἀντὶ τοῦ ὑποχωρησάτω, et, paullo tamen aliter, *Hesychius*, εἰξάτω, παραχωρησάτω. Perquam rara sunt, quae huc conveniant, exempla: multo tritius ὑπεκστήσομαι· ut in *Achill. Tat.* VI. p. 375. Νῦν μὲν αὐτὴν θεράπευσον· ὁρᾷς γὰρ ὡς ἔχει λύπης· ὥστε ὑπεκστήσομαι, καὶ μάλα ἄκων, ὡς μὴ ὀχληρὸς εἴην. quod ipsum si legeretur hoc in loco, (utriusque vocis minimum est discrimen) nemo mutatum cuperet. Verum quoniam et Codd. quidam ἀποστήσομαι praeferunt, et cum ea lectione acutissimi *Fabri* conjectura conspirat, nihil aliud ultra quaerendum censeo. *Euripid.* Hec. v. 1054. Ἀλλ' ἐκποδὼν ἅπειμι, κἀποστήσομαι θυμῷ ῥέοντι θρηνὶ δυσμαχωτάτῳ· quod plane congruit. *Plato* Euthyd. ἀφίσταμαι· ἀμάχω τὼ ἄνδρε. Quod ὑμῖν tentaverit *Faber*, non probo: ὑμῖν, tibi Timoni et Thesauro, qui personam in hac scena gerit. Quod *J. Jensius* arbitratur, sic exponenda esse haec verba, *Ego vero vobis suppositus ero*, aut, *substabo*, ignoscat, si dixero, id mihi quidem videri parum conveniens: is enim ipse locus, unde sibi praesidium petit vir doctissimus, aliter

est capiendus. Ibi Plutus neutiquam cum Thesauro suo confunditur, aut ejus personam adsumit, sed contra a Mercurio admonetur, ut ad ligonem Timonis fodientis ex intimis terrae visceribus thesaurum protractum submittat et adducat, quippe inclamanti Pluto obtemperaturum. Haec, uti decebat, ad amussim quadrant cum iis, quae *Lucianus* explicuit §. 29. 30, ibi solicitudinem Mercurii, quod Thesaurum sibi comitem non adscivissent, ita sedat Plutus, ut nihil in ea re periculi esse confirmet, siquidem ipsum in terra relictum intus jusserit manere, nec cuiquam aperire, nisi se audiverit evocantem. Olim in mentem mihi venerat, *Ἐγὼ δὲ τοῦτον ὑποστήσομαι, ego vero hunc Thesaurum tibi sub ligone constituam*, vel, *sponsorem pro me dabo*: quod nunc damno: nam et scribendum foret *ὑποστήσω*, et locus *Hesychii* longe diversum habet sensum: *ὑποστῆσαι* enim is dicitur, qui pro se alium, ut emat, sive quod ipse velit interea latere, sive quamcunque ob causam, vicarium substituit. Hemst. II. Reperta in Aug. lectio *ὑπεκστήσομαι* nullam amplius dubitationem relinquit, quin sic vere scripserit *Lucianus*. Verbum ipsum hac ipsa vi et constructione apud *Nostrum* admodum frequens. Philops. 29. Amor. 17. et saepius. Lehm.

Ead. l. 15. *Ὦ Ζεῦ τέραστιε*) Prodigialis Jupiter invocabatur, ut prodigia bene verteret iis, quibus obveniebant: erat autem prodigium, ictu ligonis thesaurum effodere. Cler.

Ibid. Φίλοι Κορύβαντες) Estote mihi faventes, o Corybantes. Videbatur Timon sibi *κορυβαντιᾶν*, hoc est, *furere*, cum sibi visus esset cum duobus viris colloqui, qui se Deos dicebant, deinde thesaurum invenire. Vix nimirum in re tam inusitata credebat oculis suis, et sanus ne esset ipse addubitabat. Ideo invocat Corybantes furoris praesides, ut sibi faventes sint. *Corybantes* et *Curetes* erant satellites Jovis, qui instar insanorum circa eum saltasse armati dicuntur clypeos hastis tundentes: qua de re vide *Callim.* H. in Jov. v. 52. ejusque interp. *Τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους κορυβαντιᾶν φαμέν·* verba sunt *Strabonis* X. p. 326. Cler. Quia Corybantes metallarii. Anonym. Illos furoris terrorumque repentinorum auctores propitiabant, si quod portentum aut prodigium subito fuisset oblatum, stuporemque excitaret. Similiter exclamat juvenis ille *Aristophaneus* inter vetularum, quas supra portenta quaevis aversabatur, manus prope direptus — *ὦ Ἡράκλεις, Ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω*, Ecclez. v. 1061. Notat ibi *Faber: Ex Luciani Timone adparet* (*sed et aliunde constat*) *Corybantas bonis et secundis rebus praefuisse.*

Nimis, credo, festinabat, cum ista scriberet: nisi testes adsint certiores, nihil ipsum *Lucianus* juvabit: apud quem ut *Ζεὺς τεράστιος* invocatur, sic et *φίλοι Κορύβαντες* in prodigio tam inusitato. Cur tertium addiderit *Ἑρμῆν Κερδῶον*, palam est: vid. *Alciphr.* III. Ep. 47. et *Berglerum. Liban.* T. I. p. 367. D. *ἦλθον εἰς Διὸς Κτησίου καὶ Ἑρμοῦ Κερδώου*· ab his thesauri inventionem avarus homo precibus volebat impetrare. De versu Euripidis ad *Luciani* Gallum dicemus. HEMST. II.

Pag. 99. l. 1. *Κερδῶε*) Mercurio, ut supra visum est ad c. 15. acceptum referebant, quicunque thesaurum inveniebant. inde *ἕρμαιον* toties *Nostro* memoratum, *κοινὸς Ἑρμῆς*, et si quae talia. *Κερδῶος* apud *Lycophronem* v. 208. etiam legitur. SOLAN.

Ead. l. 2. *Μὴ ἄνθρακας*) *Erasm.* in Prov. *Thesaurus carbones erant.* BROD.

Ibid. *Ἀνεγερόμενος*) Quasi hoc somnium esset. BROD.

Ead. l. 5. *Ὦ χρυσὲ*) Jambus: cetera ex *Pindaro* 1. Olympionicarum. BOURD. *Euripidis* versus, qui apud *Stobaeum* legitur. VORST. Exstat etiam inter *Eurip.* fragmenta ex Bellerophonte v. 64. p. 461. ed. novissimae in hunc modum:

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

Deinde desiderantur sex versus. et mox:

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὐδὲ μήτηρ ἡδονὰς τοίας δ' ἔχει,
Οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
Οἵας σύ, χ' οἵ σε δώμασιν κεκτημένοι.
Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.
An dives, omnes quaerimus; nemo, an bonus.
Non quare et unde: quid habeat tantum rogant.
Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quaeris? Nihil.
Aut dives opto vivere, aut pauper mori.
Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.
Pecunia, ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris aut blandae potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tu, compotesque tale gaudebunt tui.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores Coelitum atque hominum movet.

Exstat etiam hujus fragmenti pars apud *Stobaeum.* (*Grot.* Flor. 367.) *Senec.* Ep. 115. *Cum hi novissimi versus in Tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejiciendum et ac-*

torem et carmen consurrexit uno impetu: donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, ut exspectarent, viderentque, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Henr. Stephanus cohaerere hos versus inter se, licet alioquin argumento conveniant, non putat. Sed et hosce duos illi subjunctos alicubi legere se ait meminisse:

Κρεῖσσον γὰρ ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα ναίειν δόξαν ἡμπολημότα

p. 27. tract. de habendo delectu sententiarum, quem Comic. Sententiis praemisit. V. *Athen.* IV. p. 159. B. Solan. Utrique versus in scriptis antiquorum sunt pervulgati: nescio quid caussae sit, cur in *Luciani* Gallo (c. 14.) Euripideus versiculus ita repraesentetur:

Ὦ χρυσὲ δεξίωμαι κάλλιστον πτέρας·

nam vera scriptio est βροτοῖς, quam *Sextus Empiricus* adservavit adv. Mathem. p. 55. *Clemens Alexandr.* aliique plures. Postea *Noster* facete addidit *καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν·* non ita *Pindarus:*

ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἄτε διαπρέπει νύκτωρ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. Hemst. I.

Ibid. Δεξίωμα κάλλιστον) Haec *Euripidis.* Brod.

Ead. l. 6. *Αἰθόμενον*) *Pindarus* Hymno Ol. primo. Brod.

Ead. l. 8. *Γενέσθαι χρυσὸν*) In aureum imbrem mutatus Danaë vitium obtulit. Brod.

Ead. l. 10. *Καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα*) De quibus in Charonte, dissertatione Solonis et Croesi. Bouad. Vid. *J. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VI, 9. Hemst. II.

Ead. l. 13. *Τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι*) *Longus* lib. 1. et 2. proprie dicuntur *ἀναθεῖναι* et *ἀνακεῖσθαι*, ut notavit *Isaac. Casaub.* ad *Athen.* Bourd. Mutato vitae genere prioris insignia Diis praesidibus suspendebant; quam consuetudinem Epigrammata veterum inprimis celebrarunt. *Long.* Pastor. IV. p. 175. Daphnis jam dominus ex pastore et servo *τῷ Διονύσῳ μὲν ἀνέθηκε τὴν πήραν, καὶ τὸ δέρμα· τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα καὶ τὸν πλάγιον αὐλὸν* etc. Vid. *Jungermann.* p. 213. Conferendus *Aristoph.* in Plut. v. 843. Hemst. II.

Ead. l. 14. *Πυργίον*) *Pausan.* in Attic. *φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους.* Brod.

Ead. l. 15. *ἐνδιαιτᾶσθαι*] In Philosopho cognomine *Diogenes: ὅτε καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοάν, καὶ πομπεῖαν αὐτῷ κατεσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι· ἐνδιαι-*

τήματα Graeci plerumque vocant *amoenia*; ubi jucunde vivitur, ad litus vel in campis virentibus constructa. Liberius aliquanto vitam humanam τὸ περίγειον ἐνδιαίτημα dixit *Theoph. Simoc.* Ep. 10. HEMST. I.

Pag. 100. l. 1. *Δεδόχθω*) Ex formula ψηφισμάτων, quam passim imitatur. BOURD. Ἔστω, δεδόχθω propositum immutabile designat; saepe *Aristaenetus*, quem in istis formulis emendavit *Josias Mercerus* p. 243. et 272. HEMST. I.

Ead. l. 3. *Ἐλέου βωμὸς*) *Pausan.* in Attic. *Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ εἰς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ ἐλέου βωμός.* BROD. Ara Clementiae Athenis, quam *Stat.* L. XII. Theb. divine describit. ANONYM. V. Demon. c. 58. et A. G. IV, 995. De ara illa ex instituto *Meursius* Ceramico gemino c. XVI. SOLAN.

Ead. l. 5. *Κατάλυσις*) Sic Vit. Auct. c. 10. et *Plut.* in Catone 641, 1. Apud *Clem. Alex.* p. 32. C. *ἀλλ' ἐκ πατέρων, φατὲ, παραδεδομένον ἡμῖν ἔθος ἀνατρέπειν οὐκ εὔλογον.* SOLAN.

Ibid. Μονήρης ἢ δίαιτα) Sic postea in Saturnal. *μονιοὶ λύκοι*, quorum victus, ut suum, *μονήρης*. BOURD. Conf. Saturn. Epist. ad Div. c. 4. et notam *Bourdelotii*. Atqui et res nota est, et ab *Aeliano* prodita, *συννόμους* esse lupos, quamvis ille binos tantum tradat, sive lupum cum lupa, (de anim. IV, 3.) ad pastum prodire. Ego proverbialem esse phrasin puto, quarum non semper severe pensitanda ratio est. Aliter *Bourdelotius*, cujus notam, si lubet, vide ad Epist. ad Div. inter Saturn. c. 4. ubi diserte *Noster leones et lupos solitarios vesci* vulgo tradi ait. SOLAN. *Liban.* T. I. p. 320. C. *ἀλλ' ἤδει καὶ μονήρη καὶ μόλις ἀρκοῦντα.* Saepe aliis in locis utitur. *Hippocr.* Ep. ad Philopoem. Melancholici *σιγηροὶ ἐνίοτε εἰσὶ καὶ μονήρεις, καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσι.* Ex Scriptoribus Ecclesiasticis sumtum illud *Hesychii*, *Μονήρη βίον, μοναχικὸν βίον*· iis enim *οἱ τὸν μονήρη βίον ἐπανηρημένοι* sunt *monachi*. Lupi, cum quorum moribus haec vita comparatur, sunt *μόνιοι, μονοπεῖραι*. Vid. *Bochart.* Hieroz. III. c. 10. p. 823. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. v. 84. *Menag.* Etymol. L. G. in *Lougarou*. HEMST. II. *Buffonus* quoque in hist. Animal. hanc ferae illius naturam confirmat, observante *Wielandio*. LEHM.

Ead. l. 7. *Αὐτὸν*) Castiga *αὐτῶν*. BROD.

Ead. l. 8. *Ἴδω μόνον*) *Duntaxat adspexero*. BROD.

Ibid. Ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα) Nefastus et inauspicatus dies. Vide Pseudol. VORST.

Ead. l. 11. *Φυλέται δὲ καὶ φράτορες*) Sic in Catapl. *Demosthen. Thucyd. Heliod.* BOURD.

Ead. l. 12. Ψυχρὰ) *Frigida et inania.* BROD.

Ead. l. 15. Τρυφάτω μόνος) Adpositissimus est *Quinctiliani* locus de C. C. Eloqu. c. IX. §. 9. *Pulchrum id quidem, indulgentiam Principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem.* HEMST. II.

Ead. l. 16. Ἐνωχείτω (recte *Faber* ἐνωχείσθω) μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος ἐκείων τῶν ἄλλων. καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν) Diu in postrema horum verborum parte, quo eam recte intelligerem, haesi, nec dum perspicuum ejus sensum percipio. An vult Timon, Decretum esto, semel semet ipsum excipere laute et splendide; semel genio suo indulgere et frontem exporrigere, siquidem moriendum sit; et ut apud *Catullum*,

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.
* * *
Soles occidere et redire possunt:
Nobis, cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

At turbat illud sequens, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν; quod cum debeat connecti proxime praecedenti membro, non satis concinne cum eo cohaeret: multo minus cohaerere potest cum superioribus. *Faber* τὸν στέφανον exponit de corona, qua mortui apud Graecos solerent coronari. Dictio quoque ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, videtur quidem παροιμιακῶς sumta; sed tum dici solet κἂν δέῃ ἀποθανεῖν· ubi quis, quamvis homo et mortalis sit, tamen se aliquid quodcunque praestiturum jactat. Sic in *Aristophanis* Pluto, versu 216.

Ἐγὼ γὰρ εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν,
Αὐτὸς διαπράξω ταῦτα.

et in Lysistrata v. 123. Ποιήσομεν, κἂν ἀποθανεῖν ἡμᾶς δέῃ. JENS. Ἐνωχείτω) Nihil mutandum; in eo enim est ἔμφασις et elegantia, ut neminem praeter se ad epulas vocet. Sicut ille apud *Horatium: Populus me sibilat, at mihi plaudo ipse domi.* Sequentia ejusdem sunt venustatis, ἑαυτὸν δεξιώσασθαι ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν. ANONYM. Rescripsimus ἐνωχείσθω, ut emendavit *T. Faber:* quanquam in libris nullum hic subsidium, qui omnes habent ἐνωχείτω. V. *Athen.* 663. D. SOLAN.

Pag. 101. l. 1. Ἐκείων τῶν ἄλλων) Prius si serves, reponendum foret τοὺς ἄλλους. Verbum probum, etsi apud *Stephanum* nulla munitum auctoritate, notat *ejicere, excutere.*

Plutarch. T. I. p. 922. A. *Τούτων μέντοι τάχυ τῶν λογισμῶν ἐξέσεισεν αὐτὸν ἡ παρὰ τῶν ὄχλων δόξα.* *Arrian.* Epict. IV. c. 9. p. 413. *ἠγωνίας μήτις ἐκσείσῃ σε τούτων τῶν λόγων καὶ ἔργων· ἰδοὺ ἐκσέσεισαι ὑπ' ἄλλου μὲν οὐδενὸς, ὑπὸ σαυτοῦ δέ·* similis usus in *ἐκτινάσσειν* et *ἐκπλήττειν.* Apud *Chrysost.* Hom. XXVIII. prius legebatur: *καθάπερ οἱ ἄνθρωποι κλάδους ἐλαιῶν ἐκκόψαντες ἐκσείουσι τοῖς βασιλεῦσι διὰ τοῦ φυτοῦ ἐλέου αὐτοὺς καὶ φιλανθρωπίας ἀναμιμνήσκοντες·* sed *Montfauconius* dedit *ἐπισείουσι·* utrum anteponas, parum refert. Hoc pacto non incommode procederet *ἐκσείων τοὺς ἄλλους, expellens et proturbans a me alios omnes.* Ut tamen verum fatear, vix dubito, quin emendatione praeclara ipsam *Luciani* manum adsecutus sit ingeniosissimus *Faber.* HEMST. Neutra ratio omnino mihi placebat. An forsitan *ἐκσείειν* h. l. absolute positum videatur pro *ἐκσ. ἑαυτόν;* Certe verbum simillimae potestatis *ἀποσπᾶν* sic *Nostro* familiare esse, dubitari non potest. Vid. Char. c. 21. Diall. Deor. XX, 5. Idem de verbo *ἀποῤῥίπτειν* valet. Vid. Ver. Hist. I, 30. Quod si ita esset, quod tamen praestare nolim, addi hoc verbum iis posset, de quibus *L. Bos* agit s. v. *ἑαυτοῦ.* *T. F. Benedicti* conjectura *τὸν ἄλλον* minus etiam, quam illae, tolerabilis. LEHM.

Ead. l. 2. *Ἅπαξ ἑαυτὸν δ.* etc.) Ad haec verba intelligenda duo sunt notanda: primum scilicet ad eos, qui fatalem horam sibi adesse sentiebant, arcessitos fuisse amicos, propinquos et vicinos, quorum manus prensabant, hac ratione ultimum ipsis vale dicentes, et si quid haberent, quod rogarent mandarentve, per dextram obtestantes. Vid. *Terent.* Andr. A. II. Sc. 5. Apud *Euripid.* in Alcest. v. 191. moritura Alcestis *δεξιὰν προὔτειν' ἑκάστῳ.* Insigne praeterea hac de re exemplum est apud *Xenoph.* Cyrop. VIII. c. 43. ubi Cyrus moriens ad liberos, *Εἴ τις,* inquit, *οὖν ὑμῶν ἢ δεξιᾶς τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὅμμα τοὐμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω·* ibidem postquam mandata dedisset filiis, *Καὶ χαίρετε,* inquit, *ὦ φίλοι παῖδες* etc. *Ταῦτα εἰπὼν, καὶ πάντας δεξιωσάμενος* (nota idem hic verbum, quod apud *Lucianum*) *συνεκαλύψατο, καὶ οὕτως ἐτελεύτησε.* Secundo notandum, mortuis olim coronas fuisse impositas: vid. *Lucian.* de Luct. §. 16. *Clem. Alex.* Paedag. II. *Aristoph.* Ecclez. et Lysistr. Si jam ad utrumque illud adtendamus, commode explicari possunt haec verba. Scilicet Timon hic, quia erat *μισάνθρωπος*, ab hominum consortio remotum se tenere decreverat, non tantum, dum bene valebat, verum etiam, cum morti foret proximus, hominem nullum neque ex propinquis,

neque ex vicinis adfore sibi volebat, cui dextram porrigeret, aut vale diceret ultimum; aut qui de more coronam ipsi, cum animam efflasset, imponeret: eo innuens, se solum velle omnia facere, solum esse usque ad extremum vitae halitum: non saepius modo huic modo illi porrigere dextram, sed semel tantum sese suam ipsius prensare velle manum; se ipsum etiam sibimet coronam imponere, ne hoc facerent alii, cum esset mortuus. L. Bos.

Ibid. Ἦν δέῃ ἀποθανεῖν) Mortuis stadio vitae decurso tanquam victoribus corona solebat imponi. *Porphyr.* de Antr. Nymph. p. 270. ἀφ' ἧς (ἐλαίας) καὶ τὰ νικητήρια τοῖς ἀθληταῖς τοῦ βίου δίδονται καὶ τῶν πολλῶν πόνων τὸ ἄκος. Quae *Suidas* habet in *Μελιττοῦτα*, στέφανος (ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς) ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις, sumta sunt ex *Aristophanis Schol.* ad Lysistr. v. 601. Plura dabit *Kirchmann.* de Funer. I. c. 11. Ceterum, quantumcunque dissimulent interpretes, occultum aliquod vitium prodit oratio languens et dissoluta. Me nondum poenitet pristinae conjecturae: ἦν δὲ δέῃ ἀπαθανεῖν, καὶ αὐτῷ vel ἑαυτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν. Primum formula quaedam usitata et elegans ἦν δέῃ, *si res et usus ita prorsus ferant; si eo descendere sit necesse.* *Xenoph.* Cyrop. I. p. 19. v. 34. ἦν δὲ δέῃ μοχθεῖν, τῶν πόνων (τὸν ἄρχοντα δεῖ πλεονεκτοῦντα φανερὸν εἶναι.) *Thucydid.* VIII, 81. μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς, οὐδ' ἢν δέῃ τελευτῶντα τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρίσαι. *Sopater* apud *Stob.* p. 312. v. 10. τὸ μὲν γὰρ αὐτόν τινα, ἢν τι καὶ δέῃ, παθεῖν, αἱρετώτερον τῆς λεγομένης εὐπραξίας πολλάκις. *Antonin.* de Reb. suis XI. §. 3. Οἷα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος· quam facile vero potuerit intercidere δὲ ob sequentem syllabam similem, opus non est, ut moneam. Deinde Timon sensum fortunae praesentis cum odio generis humani miscens ita ratiocinatur, quasi post mortem ipse sibi solus advocato nemine justa funeris curare atque exsequias ire cuperet: *quod si in hoc tam felici rerum mearum statu moriendum sit, debitumque fatali naturae necessitati omnino solvendum, mihimet ipse quoque coronam ut imponam, decretum esto:* animus infestus Timonem abripit in facetiam sane venustam et salis comici plenam. Neque multum distat §. 46: φόνου τάχα προκεκλήσῃ με· scilicet magno vulnere Gnathonides ad orcum demissus dicam erat Timoni scripturus. Forma loquendi nonnihil diversa *Seneca* Ep. XXX. p. 113. *Bassus noster videtur mihi prosequi se et componere et vivere tanquam superstes sibi, et sapienter ferre desiderium sui.* Hemst. II. et partim I. Sic, ut vulgo exhibeatur, locum non sanum esse, jam patere puto. Sed eo, quod legamus

cum *Hemst.* ἢν δὲ δέῃ, aberremus a vero: nam δεξιοῦσθαι illud non minus pertinet ad moribundum, quam alterum illud, quod sequitur. Simplicior, credo, erit, ac verior, emendatio, si legeris καὶ ἑαυτῷ pro ἢ αὐτῷ. Nam in his voculis vitium manifesto latet. LEHM.

Ead. l. 3. Στέφανον) *Coronam, qua olim mortui coronari soliti erant.* BROD.

Ead. l. 9. Ἐπὶ κεφαλὴν πίπτοντα) Aliud exemplar, βαπτίζοντα. BROD. Πίπτοντα ed. *J.* Coll. et Ms. R. G. In reliquis edd. βαπτίζοντα. Lege πτίσσοντα, et vide Hermot. c. 79. et quae ibi a me adnotata sunt. SOLAN. *Tan. Fabro,* qua erat recte judicandi facultate, merito displicuit πίπτοντα· quod si reperiretur in contextu *Lucianeo*, sedes mutare jussissem. Nihil est certius, quam βαπτίζοντα· non satis erat Timoni in caput istum dare praecipitem, nisi protinus etiam submergeret, nulla relicta fugiendi periculi spe. Plane postulat illam lectionem, quod sequitur, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυνηθείη. Porro usitatissima phrasis in *Luciano* ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλήν, quae, quo sustentetur, illo πίπτοντα nequaquam indiget. HEMST. II.

Ead. l. 10. Τὴν ἴσην) δίκην, τιμωρίαν. BROD.

Ead. l. 11. Ἐχεκρατίδης) Scribe Ἐχεκρατίδου. BROD. Liquidam *Tan. Fabri* emendationem, invitis omnibus libris, admisimus. SOLAN. Verum est, Ἐχεκρατίδης praeter hunc locum nusquam in hoc libello scribi: quia tamen defendi potest, a *Luciano* refingendo manum abstinui. Primum Ἐχεκράτης et Ἐχεκρατίδης inter se convertuntur; neque insolens est, ut primitivum et patronymicum nomen in eadem persona locum obtineant: ita Λευκόλοφος et Λευκολοφίδης· Ἀδείμαντος ὁ Λευκολοφίδου, quemadmodum legi debet in *Xenophontis* E. I. p. 258. v. 15. atque *Aristoph. Scholiasta* ad Ran. v. 1561. ut patet ex eo *Platonis*, quem profert, loco Protag. p. 220. F. hic tamen ab *Aristophane* dictus et *Eupolide* Λευκόλοφος. *Hippocr* Ἐπιδημ. I. p. 951. E. Ἐπαμίνωνα vocat, qui p. 957. B. est Ἐπαμινώνδας. Apud *Harpocr.* in Ἐπιβολή· ὡς καὶ παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Νικομαχίδου· atqui haec ipsa est oratio, quae exstat, κατὰ Νικομάχου γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορία· in ea Νικομαχίδην uno loco p. 184. v. 10. nominat *Lysias*, quem alibi semper Nicomachum. Hercules etiam Ἡρακλείδης, ut monet *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 989. v. 47. *Euripides* filius Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου *Suidae.* Hinc adparet, non esse de nihilo, quod pro *ab Agnonide* quidam Codices in *Corn. Nep.* Phoc. c. 3. praeferant, teste *Hier. Magio, ab Agnone*: quomodo in Argum. Pythion. *Pindari* idem archon Athenis Simon et Simonides: multa de hoc genere in medium proferre

possem, quorum ignoratio errandi ansam saepe praebuit. Deinde filio nomen patris raro quidem, sed tamen aliquando aptatur; ut *Diogenem Laërtium* dici censuit *Valesius*, Laërtii filium: quod nunc pluribus persequi non vacat; interea vide *Burm.* ad *Grat.* Cyneg. v. 103. Utroque modo Timon Ἐχεκρατίδης Echecratis vel Echecratidae filius dici potuit: nihilominus, si vel unus Codex accessisset, reddere non fuissem veritus Ἐχεκρατίδου. Hemst. II. Adde, quae docet *G. Koen.* ad *Gregor.* Praef. p. XVIII. et p. 290. ed Lips. Lehm.

Ead. l. 12. Ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ) Interpretum errores persequi non juvat. Egregie de hac loquendi formula meritus est *L. Kusterus* de Verb. Med. p. 133. et seq. longoque intervallo industriam superavit *Budaei* C. L. G. p. 167. 168. et *H. Stephani* in Thes. T. IV. p. 730. tametsi nonnulla sint, quae mallem mutata. *Aemilium Portum* nihil hic vidisse in Lex. Ion. pro hominis ingenio non valde mirum est. Otium aliis fecisse potuerat *H. Valesius*, si, quae collegit ad *Harpocr.* p. 74. 284. disponere licuisset ipsi atque in ordinem redigere. Νόμον εἰσηγεῖσθαι dicitur is, qui in comitiis populi legem proponit ac suadet: tum Ἐπιστάτης, vel Προέδρος, vel Πρύτανις sententias rogat, populumque mittit in suffragia: hoc est apud Atticos ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῷ δήμῳ, ἐς τὴν ἐκκλησίαν, ut *Thucydid.* I, 87. Emendandus *Diogen. L.* VII, 10. ἐκκλησίᾳ κυρίᾳ τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἵππων Κρατιστοτέλους Ξυπεταίων· *concionem legitimam in suffragia misit ex Proedris Hippon F. Cratistotelis, demo Xypetaeon:* istorum mirifica circumfertur versio: neque boni interpretis munere funguntur apud *Thucyd.* VIII, 15. melius *Hudsonus* in Psephismate, quod *Josephus* habet A. J. XIV, 8. sed prava loci distinctio virum doctissimum fefellit: scribendum est, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ, τῶν προέδρων ἐπεψήφιζε Δωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ οἱ συμπρόεδροι τῷ δήμῳ, perinde atque apud *Diogenem L.* In *Aeliani* editione curatissima V. H. III, 17. p. 234. exhibuit e Mss. *Abr. Gronovius*, καὶ διὰ ταῦτα οὔτε ἐψήφιζεν Ἀθηναίοις τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον· quae simulac vidi, non amplius dubitandum putabam, quin vere dudum conjecissem, οὔτ' ἐπεψήφισεν Ἀθηναίοις τὸν τῶν δ. etc. sententia non minus liquida, quam expedita. In ipso hoc Socratis facto referendo ejusdem verbi usus est apud *Xenoph.* Memor. I. p. 414. v. 16. structura variata *Themist.* Or. XX. p. 239. B. οὔτε ἐπιψηφίσαι κατεβιάσθη κατὰ τῶν ἀμφὶ Περικλέα etc. στρατηγῶν· non intellexit *Petavius.* Male nonnunquam mutari solent ψηφίζειν et ἐπιψηφίζειν· hoc pro altero restitui debet

Hesychio in *Ἀξ οὐρανία* e *Suida*: is in *Κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ* nescio cujus antiqui scriptoris locum adtulit, qui ad eandem sine controversia pertinet historiam Socratis: *ὁ δὲ οὔτε ἐψηφίζετο, οὔτε κατεχειροτόνει, καίπερ Ἐπιστάτης ὤν*· in quo ne credideris quicquam esse praesidii ad tuendam *Aeliani* vulgatam lectionem: multum differunt *ψηφίζεσθαι*, quod hic sumtum e *Platonis* Apol. p. 25. B. et *ἐπιψηφίζειν*. Ejus vice Socrates in *Aeschinis* Axiocho §. 12. *ποῦ δ' οἱ πρώην δέκα στρατηγοί; ὅτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπηρόμην τὴν γνώμην*· omnino perperam haec acceperunt *Ficinus*, ab eoque praeeunte deceptus *Clericus*: quod recte quidem animadversum a doctiss. *Horreo*; sed idem gravius commisit, quando locutionem sanissimam et Attici fori propriam solicitat, et talem substituit, quae Graeci sermonis ingenio prorsus repugnat. *Demosth.* adv. Androt. p. 699. F. *ταῦτ' ἐπήρετο ὁ Ἐπιστάτης, διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος*· p. 700. C. *οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Ἐπιστάτης ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν*· nam et *ἐρωτᾶν* similiter usurpari solet, *Schol. Aristoph.* ad Pac. v. 664. ex *Philochoro*, *προτιθέναι διαψήφισιν Xenoph.* E. I. p. 263. v. 39. *προτιθέναι, ἀναδιδόναι ψῆφον, χειροτονίαν*· quorum diversam rationem explanandi tempus non est; haec enim extremo digito tetigisse nunc contenti sumus. Illud autem Timonis perquam elegans ac facetum, quod solus et legem suadeat, et sententias perroget, et se quasi totam populi concionem adspiciat. Hemst. II.

Pag. 102. l. 1. *Ἀγχόνη*) *Ingens dolor*, propter quem laqueo vitam finiant. Brod. *Inde laqueus illis paretur*: laqueus pro quolibet mortis genere, ut alibi observamus. Bourd. *Aristoph.* Ach. v. 125. — *ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη*; ibi *Schol.* accentu distingui docet *ἀγχόνην* et *ἀγχονήν*· *ὀξυτόνως μὲν γὰρ τὸ εἶδος τοῦ πάθους· βαρυτόνως δὲ τὸ σχοινίον καὶ ὁ βρόχος*· quod praeceptum non hujus tantum, sed aliorum etiam, si verum est, saepissime violatur. *Aeschin. περὶ Παραπρ.* p. 33. v. 18. *τοῦτο δὲ ἆρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ*. Ita *βρόχος* apud *Nostrum* Pseudol. §. 19. *Heliodor.* VII. p. 339. *πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν*. Expressit *Fulgent.* Mythol. p. 7. *mocrorum improbior angina*. Hemst. II.

Ead. l. 3. *Κεκονιμένοι*) *Pulvere conspersi, festinantes*. Brod. Saepe *Lucianus*, cujus loca *Kusterus* indicavit ad *Aristoph.* Eccles. v. 291. *Polyaen.* IV. c. 2. p. 313. *Φίλιππος ἰδρῶτι ῥεόμενος, κεκονιμένος* ex palaestra: prave legitur p. 387. *στρατιώτην ἐκδραμεῖν πνευστιῶντα* (idem vocabulum *Lucianus* adjunxit) *κεκονιαμένον*. Correxerunt in *Hesychio*: *Κεκονιαμέ-*

νος, κεκονιορτωμένος· perinde est, utrum probes κεκονιμένος an κεκονισμένος· κονιορτοῦν frequens in *Theophrasto* περὶ Φ. I. pro *pulverem plantarum radicibus adspergere.* Addenda, quae perdocte notat *Wesselingius* noster Obs. II, 23. Hemst. II.

Ibid. Ὀσφραινόμενοι τοῦ χρ.) Pariter in Pisc. §. 48. ὀσφρᾶται τοῦ χρυσίου. *Aristid.* T. III. p. 512. C. de philosophorum istius aetatis impudentissima natione: καὶ προσιόντων (τῶν πλουσίων) εὐθὺς ὤσφραντο· καὶ παραλαβόντες ἄγουσι, καὶ τὴν ἀρετὴν παραδώσειν ὑπισχνοῦνται· quae belle conveniunt cum perpetua fere *Luciani* querela. *Cicer.* Or. I. contra Rull. §. 11. *Nunc quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfecerint? Amm. Marcellin.* XXII. c. 4. *lucra ex omni odorantes occasione:* meminerat credo, dicti *Juvenalis*

— *lucri bonus est odor ex re*

Qualibet. His propemodum inducor, ut venustius scribi credam in *Aristoph.* Pl. v. 783. Βάλλ' ἐς κόρακας· ὡς χαλεπόν εἰσιν οἱ φίλοι Ὀσφραινόμενοι παραχρῆμ' ὅταν πράττῃ τις εὖ, quam, quod vulgatur, Οἱ φαινόμενοι. Paullo aliter *Arrian.* Epict. I. c. 10. p. 112. ἀλλ' ὀσφρανθεὶς μόνον τῆς Ῥώμης, ἀπάντων τούτων ἐπιλήσῃ. Hemst.

Ead. l. 5. Ἀκροβολιζόμενος) E loco altiore atque opportuno lapidibus e longinquo impetens: *Xenoph. E.* IV. p. 301. v. 27. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν ὑπερδεξίων βάλλοντες μάλα κακῶς ἐποίουν. Ἀκροβολισμὸς est lapidum conjectus apud *Philostr.* de V. A. T. IV. p. 147. in quo haeret *Olearius:* diversa loquendi figura VIII. c. 3. p. 324. τοιαῦτα ἠκροβολίσαντο πρὸ τῆς δίκης. Hemst. II.

Ead. l. 6. Παρανομήσομεν) Scholia παρανομήσωμεν, quod placet: πότερον ἀπελαύνω, ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσωμεν. Παρανομεῖν vero, quia omne cum hominibus commercium velut lege lata sibi Timon interdixerat: saepius autem illi παρανομεῖν dicuntur, qui praeter ordinem consuetum et vitae institutum faciunt. *Liban.* T. I. p. 806. D. ὁ ἐλπιζόμενος πλοῦτος ἀνέπειθε καὶ παρανομεῖν. Hemst. II.

Ead. l. 9. Γναθωνίδης ὁ κόλαξ) Hoc nomen parasiticum. *Terent. Liban. Long.* Bourd.

Ead. l. 10. Ἔρανον) Copiose *Casaub.* ad *Theophrasti* Char. p. 281. Bourd.

Ibid. Ὀρέξας) Emendo ex conjectura, ὠρέξατο. Brod. Cur ex conjectura, vel qualicunque caussa alia, suspicetur *Brodaeus* IX. Miscell. c. 7. legendum hic ὠρέξατο, pro vulgato ὀρέξας, ne conjectura quidem adsequor. Quin si ὠρέξατο esset scriptum, locus haud dubie foret vitii postulandus.

Quid enim, quaeso, ὁ πρώην ὠρέξατο foret? Deberet ὃς ὠρέξατο. At vulgata sunt plana et rotunda; quod qui non prorsus infans in his literis est, abunde perspicit. Ceterum lepidissime in fine dicit *Lucianus* ἐμημεκώς. pro quo lector exspectaret ἐκπεπωκώς, *qui epotavit saepe domi meae integra dolia.* At id, quod consequitur, ponens loco ejus, quod necessario praecedit, miram quandam captat isthoc ἀπροσδοκήτῳ elegantiam; simul lurconis illius et bibonis spurcissimam intemperiem tanto magis declarans, ut qui non modo ingentem vini vim in unius domo exhauserit, sed et ibidem evomuerit. JENS.

Ead. l. 11. Ἐμημεκὼς) *Diog. Laërt.* 139. F. ἐμεμέκει. SOLAN.

Pag. 103. l. 1. Νὴ καὶ σύγε, ὦ Γναθ. γυπῶν ἁπάντων βορώτατε) Nisi hic excidit Δία, ut legendum sit Νὴ Δία, notandus est usus τοῦ νὴ simpliciter pro *revera*, sine Dei alicujus adjuncto nomine. JENS. Non caret haec ratio exemplis. Diall. Mortt. XX, 3. Menippo salutanti: Χαῖρε, ὦ Εὔφορβε etc. respondet Pythagoras: Νὴ καὶ σύ γε, ὦ Μένιππε. Neque adeo addendum Δία, quamquam additum reperitur in cod. Aug. Cf. Diall. Deor. XX, 7. ibique Adnot. LEHM.

Ead. l. 2. Βορώτατε) Vide diligentissimi *Maittairii* Ind. *Aretaei* in Βορός. HEMST.

Ibid. Ἐπιτριπτότατε) Sic antea ἐπίτριπτοι ῥήτορες, quod epitheton philosophis passim adcommodat. BOURD.

Ead. l. 4. Νεοδιδάκτων διθυράμβων) Adsentior in hujus vocis explicatione *Tan. Fabro.* Ceterum nova cantica prurientes aures inprimis delectabant. De *Homeri* loco, quem protulit *Barlaeus*, vide *Plat.* de Rep. IV. p. 634. *Xenoph.* Cyrop. I. p. 21. v. 21. σφόδρα μὲν καὶ ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 685. C. Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους· ποιητής, inquit, οὐκ ἄσημος γράφει· eum esse Terpandrum, ostendit *Strabo* XIII. p. 919. B. et *Euclid.* Introd. Harm. p. 19. ex quo Terpandri locus apud *Strabonem* est emendandus. HEMST. II.

Ibid. Διθυράμβων) De quibus fuse *Marcil.* ad *Horat.* Alii ad Artem poëticam. Gl. Mss. διθύραμβος, ὑμνος εἰς Διόννυσον. BOURD.

Ead. l. 6. Ἐλεγεῖα) *Lugubre carmen.* BROD. Unde *Elegi miserabiles*, quorum usus maxime in threnis. ANONYM.

Ead. l. 9. Προκαλοῦμαί σε) Vulneris consulto dati cognitio pertinebat ad Areopagitas: itidem φόνου, πυρκαϊᾶς, φαρμάκων, in Amor. §. 29. qui locus fugit *J. Meurs.* in Areop. c. IX. ceteroquin studiosissimum eorum collectorem, quae de

Areopago *Noster* hinc inde commemorat. His *Luciani* verbis utuntur praeter *Meursium Heraldus* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. V. c. 3. §. 8. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. V, 15. HEMST. II.

Ead. l. 14. Ἴσχαιμον) *Sanguinem sistens.* BROD. *Sanguinem sedans.* Vox medica. *Hippocr. Galen.* ut θυμὸς, θύαιμος, *Tzetz.* ad *Lycophr.* BOURD.

Pag. 104. l. 1. Ὁ ἀναφαλαντίας) Meminit hujus loci *J. C. Scaliger* ad *Aristot.* H. An. p. 344. Exstat praeterea vox haec in Philopatr. §. 12. saepius apud *Poll.* II, 26. ubi vide Comment. IV, 144. 149. Istum, quem describit, e scena οὖλον θεράποντα, οὖλον μὲν τὰς τρίχας, εἰσὶ δὲ πυῤῥαὶ, ὥςπερ καὶ τὸ χρῶμα, καὶ ἀναφαλαντίαν, Latini proprie vocant *reburrum. Gloss.* veteres: *Reburrus*, ἀναφάλαντος· in iisdem *Calvaster, Recalvaster*, ἀναφαλαντιας. Rariore forma, quam vix in antiquioribus invenias, ἀναφάλας. *Joh. Malela* Chron. P. I. p. 133. P. II. p. 151. φαλαντίας in Philops. §. 18. *Alciphroni* restituo I. Ep. 28. τρίκουρον καὶ φάλαντον, vel, φάλανθον (utroque enim modo scribitur) γερόντιον, pro τάλαντον· prioris vocabuli potestatem pete ab *Hesychio* in Τρίκουρος. HEMST. II.

Ead. l. 2. Βδελυρώτατος) *Impurissimus.* Legend. *Casaub.* ad Char. *Theophr.* BROD.

Ead. l. 5. Ἐπομοσάμενος) Saepius peccatum in hac voce: in omnibus enim legitur ἐπωμ. *Jensius* de mendo primus monuit. Alicubi tamen recte scribitur in edd. ut in Hermot. et in Apol. pro Merc. Cond. c. 6. SOLAN.

Ibid. Ἀδικώτερον τῶν κύκνων) Eodem proverbio passim utitur. Sic in Cycnis. BOURD.

Ead. l. 6. Καὶ γὰρ π ρ.] Quodsi haec, omisso γὰρ, una serie proferantur, uti in omnibus libris olim editum erat, magna inest verbis inconcinnitas et asperitas, et καὶ προςῆλθον etc. facile potest pro enuntiatione copulativa accipi, quod longe ab auctoris sententia alienum foret. Itaque meum ducebam, verba ita expleta et distincta restituere, ut jam ille ipse sensus inesset, quem interpretes Latini, rectum judicium secuti, reddiderunt. Parenthesin scilicet feci, et inserui γὰρ post καὶ, confirmatus partim ad hanc libertatem *T. Fabri* perquam adposita observatione. LEHM.

Ead. l. 12. Ἐπιπεδὰν) Lego ἐπιπεδᾶν. BROD.

Ead. l. 13. Καὶ ὅπως) Ὅρα subaudi. BROD. Vide Prom. c. 5. et Diall. Deor. XX, 2. Sic *Eurip.* Cycl. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ. Sic *Xenoph.* Cyrop. V. p. ed. St. 72. C. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἐπὶ τῆς τραπέζης μ.*) *Theogn.* 115.

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι. SOLAN.

Pag. 105. l. 1. *Πιστευτέα*) Pro *πιστευτέον.* BROD. Ad eandem fere formam, qua *Homerus* Od. *Λ.* 455.

ἐπεὶ οὐκ ἔτι πιστὰ γυναιξίν. SOLAN.

Ead. l. 7. *Τὸ δέον*) *Si opus sit.* BROD. Idem est propemodum *τὸ δέον* vel *τὰ δέοντα παραινεῖν τινι*, quod mox *τὰ συμφέροντα νουθετεῖν τινα.* Erat *Brodaeus*: recte *Faber.* HEMST. II.

Ead. l. 9. *Φιλοφρονήσομαι*] In B. 2. *φιλοφρονήσωμαι*, quod suspensum sit ab *ὡς.* At *ὡς* non est h. l. *eo consilio ut*, sed *quippe*, aut, si malis, *nam*, ut supra c. 46. *ἀλλὰ ποῦ τὸ συμπόσιον; ὡς καινόν τι σοι ᾄσμα — ἥκω κομίζων.* C. 27. *οἱ δὲ — ἀπόλλυνται μὴ ἐντυγχάνοντες. ὡς εἴ γε τις αὐτοῖς* etc. cf. Prom. c. 1. Nigr. c. 8. Judic. Vocal. c. 4. Char. c. 1. *ὡς, ἵν' με σὺ ἀφῇς* etc. ubi male *Benedictus* Annaebergensis mutari vult *ὡς* in *ὅς.* Ex quibus exemplis non minus, quam e sententiarum sic connexarum natura, patet, pleniorem semper interpunctionem huic voci praecedere debere; quam quidem et h. l. restitui, et supra c. 19. et Nigr. c. 8. LEHM.

Ead. l. 10. *Κατέαγα τοῦ κρανίου*) *Comminuta est mihi calvaria.* BROD. Adducit *Thom. Mag.* in *Καταγῆναι* et *Κεφαλή.* Vid. *H. Stephan.* Anim. ad Lib. de Dial. p. 44. *Κατέαγα τὸ κρανίον* structura minus Attica, ut quidem sanciunt Grammatici, *Alciphr.* III. Ep. 54. HEMST. II.

Ead. l. 13. *Ψήφισμα*) *Plebiscitum, decretum*, de quo mox. BROD.

Ibid. Συγγενὴς etc.) Perquam adposite Niceratus apud *Xenoph.* in Symp. p. 518. v. 19. *ἐμοὶ γὰρ αὖ τῶν φίλων οἱ μὲν εὖ πράττοντες ἐκποδὼν ἀπέρχονται, οἱ δ' ἂν κακόν τι λάβωσι, γενεαλογοῦσι τὴν συγγένειαν, καὶ οὐδέποτε μοῦ ἀπολείπονται.* HEMSTERH. II.

Ead. l. 14. *Παρ' ἐμοῦ*) Sicuti Latinis *ab aliquo solvere, numerare, dare*, sic et Graecis *παρά. Theophrasti* Testamentum apud *Diogen. L.* V, 54. *εἴ τι αὐτοὶ ἐκτήσαντο, καὶ ἃ νῦν παρ' Ἱππάρχου αὐτοῖς συντέταχα δισχιλίας δραχμάς.* HEMST. II.

Ead. l. 15. *Καὶ ἐδέδετο*) *Et in vinculis erat.* BROD.

Ead. l. 16. *Ἐπειδὴ πρώην ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηΐδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικὸν, κἀγὼ προσῆλθον αἰτῶν τὸ γινόμενον*) Haec ultima verba in mendo delitescunt. Lege, *αἰτῶν τό γε νόμιμον*, et videtur bene legisse *Erasmus*, qui vertit, *id quod ad me redibat.* Sed non tam bene ei successit, quando *θεωρικὸν* interpretatus est *aerarium.* Debebat potius interpretari *donativum.* Erat enim *τὸ θεωρικὸν* pecunia, quae ex publico populo tribuebatur ad spectaculorum impensas Panathenaicorum,

Pythiorum et Olympiacorum tempore. Sed ex hoc loco emergit non mediocris difficultas. Timon supra non semel *Κολυττεὺς* dictus est. At *Κόλυττος* demus seu pagus Atticae, vel potius pars Athenarum *Harpocrationi* et *Suidae* Aegeidi tribui tribuitur: quomodo igitur hic Timon dicit se accessisse ad illum, qui Erechtheidi tribui donativum theoricum distribuebat, ut suam legitimam partem acciperet, qui cum esset Colyttensis domo, non erat Erechtheidis tribulis. Certe hoc videtur *ἀσύστατον*. Ergo vel falsus est *Harpocration*, et qui eum sequitur *Suidas*, et male Colyttum pagum accensuerunt Aegeidi, (quod magis puto) vel male *Lucianus* Timonem Colyttensem facit; quod non est verisimile, cum id non semel dixerit. PALM.

Ibid. *Ἔλαχε — διανέμειν*) V. *Plaut.* Asin. I, 2. v. 29. *Turnebus τριττυάρχην* dictum ait, qui hoc munere fungebatur. SOLAN.

Ibid. *Τῇ Ἐρεχθηΐδι φυλῇ*) *Ἐρεχθεία δῆμος τῆς Ἀττικῆς τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. Steph. Byz.* Adi A. G. IV, 1083. nec quicquam muta. SOLAN. Quam difficultatem eruditissimi viri *Palmerius* et *Faber* moverunt, qui tolli possit, non video. Legi quidem jubet *Faber Αἰγηΐδι*, tempore *Suidae* nondum locum hunc *Luciani* corruptum fuisse putans: sed ex *Suida* quibus machinis hoc extundi possit, mihi plane obscurum est. Ego injuriam *Luciano* fieri nullam arbitror, si culpam tribus perperam positae in ejus incogitantiam conferamus: qualia praestantissimis etiam scriptoribus excidisse nonnunquam imprudentibus, palam est. In *Stephano Byzant.* vitiose scribitur *Ἐρεχθία*, ut jam *Meursius* animadvertit in Rel. Att. nullo tamen jure *Stephanum* ipsum accusans, et corruptissimum, in quod inciderit, exemplar: objecti criminis eum absolvit ordo literarum, qui satis clare testatur legi debere *Ἐρχία* vel *Ἔρχεια*. Tum porro totus locus hunc in modum est constituendus: *Ἔρχεια, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἐρχέως τοῦ ξενίσαντος Δήμητραν. τετρασυλλάβως δὲ τοὺς Ἐρχιέας φασίν· ὁ δημότης Ἐρχειεύς· καὶ Ἰσοκράτης Ἐρχειεὺς ἦν· τὰ τοπικὰ, Ἐρχειᾶθεν, Ἐρχείαζε, Ἐρχειάσιν.* Diphthongum in istis vocabulis adsciscas, an simplex *ι*, parum refert. HEMST. II. Huic subtilissimo de *Fabri* conjectura *Αἰγηΐδι* judicio lubentissime et ego omni ex parte subscribo. *Suidae* verba videlicet haec sunt: *Κολυτεὺς παρὰ Λουκιανῷ. εἰς τὸ Τίμων ἢ μισάνθρωπος. Κολυτεὺς δὲ ὁ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος.* Unde nonnisi cum insigni quadam praecipitantia ad eam opinionem abripi poterat *Faber*, quasi *Suidae* ante oculos fuisset in *Luciano*

suo lectio *Αἰγηῖδι*, quam is ibi laudaret. Nam nemo, qui adtentus illa legat, inveniet ibi aliud quidquam, quam hoc: *Colyttum legi in Luciani Timone: esse autem eum pagum Aegeidis tribus.* Jam quum *Suidae* et *Harpocrationis* adnotationi aliquid sane pretii sit statuendum, dissensus, qui *Lucianum* inter et illos Grammaticos esse deprehenditur, non est editori mutatione violenta tollendus; — etenim quam quaeso originem censeamus habuisse lectionem, in quam omnes libri consentiunt, *Ἐρεχθηῖδι*; — sed potius recto et subacto judicio aestimandus. Novimus autem bonum *Lucianum* iis, in quibus alii multum, saepe nimium quaerunt, h. e. rebus minoris momenti, pro ingenii sui natura aut parum, aut nihil tribuere solitum. Quodsi talia vellemus corrigere, corrigeremus non librarios, sed *Lucianum* ipsum. Quod procul abesto! Lehm.

Pag. 106. l. 1. *Διανέμειν τὸ θεωρικὸν*) Pecunia primum bellica; dein *χρήματα εἰς θεῶν τιμὰς καὶ ἑορτὰς διδόμενα ἐν τοῖς Παναθηναίοις καὶ Διονυσίοις. Hesych.* haec autem pecunia dividebatur in solos cives, ut pararent sibi *πεπλώματα*, et alia vel ad sacrificia vel ad spectacula necessaria, ut patet lin. seq. distributio videtur *μνᾶς. ἐπέδωκε τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικοῖς εἰς ἕκαστον μνᾶς, εἰς θυσίας. Demosth.* ex quibus verbis non omnibus civibus distributum videtur *τὸ θεωρικὸν*, sed *τοῖς θεωρικοῖς*. Vocabant autem *θεωρικοὺς τοὺς τοῖς θεοῖς ἀπαρχὰς ἀπάγοντας, ἐστεφανωμένους. Hesych.* sive *θεωρικοὶ ἢ θεωροὶ* erant oratores illi, quos extra fines ad sacra, vel ad trium dierum continuorum ludos, vel ad oracula Senatus mittebat. *Sept. Flor. Christian.* ad Pac. *Aristoph.* Locus alius hac de re fusius dicendi. Bourd. Luculenti commentarii vicem huic loco praestabit *Demosth.* adv. Leochar. p. 1047. B. C. *καὶ μετὰ ταῦτα ἦκε Παναθηναίων ὄντων τῶν μεγάλων τῇ διαδόσει* (interponendum videtur *ἐν τῇ διαδόσει*) *πρὸς τὸ θεωρικόν· καὶ ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι δημόται ἐλάμβανον, ἠξίου καὶ αὐτῷ δίδοσθαι* etc. Primus harum largitionum auctor Pericles ad captandam popularem auram, qui propterea in gravem bonorum civium reprehensionem incurrit: *Plutarch.* T. I. p. 156. E. *ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι.* Plura dabit de *διανομαῖς*, etiam *τοῦ θεωρικοῦ*, *Herald.* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. VI. c. 3. Adtulit hunc *Nostri* locum *D. Heins.* Lect. Theocr. p. 321. *Τὸ γιγνόμενον Budaeus* interpretatur, *virilem portionem ex eo, quod distribuebatur, poscens.* C. L. G. p. 84. vid. *Kuhn.* ad *Pausan.* p. 466. Hemst. II.

Ibid. Τὸ θεωρικὸν) Duos aut tres obolos, qui ad spectandos ludos singulis Atheniensibus dabantur. Brod.

Ibid. *Αἰτῶν τὸ γιγνόμενον*) *Ratam partem.* Brod. Bene *Barlaeus* praemunivit has postremas voces, ut contra *Palmerii* mutationem essent stabiles. Sed debuit ipse *Lucianus* sua vindicare, qui utique in principio Somnii sic locutus fuit, *οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον*, ubi advertit *Bourdelotium.* Sed sic elegantissime Graecis dictum, nemo melius docebit *Theophrasto*, in capite *περὶ ἀναισθησίας· οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾷν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται;* Denique *Noster* in Pseudomanti c. 54. *Μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος, τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτώ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμὰς καὶ τὸ γιγνόμενον ἔτι πρὸς ταύταις πέμψας.* Ita proprium id est in pecuniariis rationibus. Gron.

Ead. l. 2. *Πολίτην*) *Civem esse.* hi autem oboli peregrinis hominibus non elargiebantur. Brod.

Ead. l. 3. *Μέγα ὄφελος*) *Decus tui generis et praesidium* cum *Horatio* dicas. *Aeschin. περὶ τῆς Παραπρ.* p. 31. v. 22. ridendo Demosthenem vocat *τὸ μέγα ὄφελος τῆς πόλεως.* Theodotus *ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. Philostr.* de V. S. II. p. 567. Vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Eccl. v. 53. et quae dicemus ad §. 55. Hemst. II. et I.

Ead. l. 4. *Τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων*) Ex *Pindaro*, *στήρισμα.* Bourd. V. *Plut.* 414, 1. 623, 2. et *Aristid.* Panath. et nostrum ex Pindaro Demosth. Enc. c. 10. Solan. *Pindari* celebratissimum encomium Athenarum, *αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθᾶναι*, cujus praeter alios meminerunt *Aeschin.* Ep. IV. *Liban.* Socr. Apol. 657. D. *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 298. ridendi materiam Comicis suppeditavit. Idem est principum virorum, qui civitatis sunt columina, titulus. *Liban.* Decl. XXXVI. p. 813. *προσκυνεῖν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, καὶ ἔρεισμα, καὶ ὀφθαλμὸν καὶ κρηπίδα καὶ τὰ κάλλιστα ὀνομάζοντα.* Plura, hoc etiam *Luciani* loco non praetermisso, collegit *Rittershusius* ad *Oppian.* Cyn. I. v. 1. Hemst. II.

Ead. l. 5. *Αἱ βουλαὶ ἀμφ.*) Consule *Libanium* in hypothesi Orat. *Κατὰ Ἀνδροτίωνος.* Brod. Areopagum intelligit, et Senatum, qui singulis annis legebatur, Atheniensium: *τὴν ἄνω βουλὴν*, et *τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους*, vel postea, *τοὺς ἑξακοσίους.* Plerumque distingui solent: *τὸν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τοὺς ἑξακοσίους Dion Chrysost.* p. 541. D. Quid praeter istius aetatis, qua Timon vixit, morem *Lucianus* in hoc libello Atheniensium reip. tribuerit, alibi disputabimus. Hemst. II.

Ead. l. 7. *Ἐπειδὴ Τίμων* etc.) *Menag.* ad *Diogen. L.* III, 4. p. 186. Hemst. II.

Ibid. Κολυττεὺς) *Suidas*: Κολυττεύς· παρὰ Λουκιανῷ εἰς τὸ Τίμων ἢ Μισάνθρωπος. Κολυττεὺς, ὁ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος. GUIET.

Ead. l. 9. Διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων) Consueta quaedam in populi decretis formula, quibus viri optime de rep. meriti cohonestantur. Exempla, si lubet, quaeri possunt in *Demosthen.* pro Cor. p. 481. D. 486. C. 487. D. 492. E. F. *Aeschin.* in Ctesiph. p. 435. D. *Diogen. L.* VII, 10. *Grutero* p. 1159. Inscr. 11. App. ad Marm. Oxon. p. 288. et seq. HEMST. II.

Ead. l. 10. Νενίκηκε) Ead. narrat. de Merc. Cond. §. 13. BOURD.

Ibid. Ἐν Ὀλυμπίᾳ) Εἰς Ὀλυμπίαν, ἐν Ὀλυμπίᾳ, cum de ludis Olympicis sermo est, vulgo dici hinc monet *Cuper.* Obs. III, 14. HEMST. II.

Ead. l. 11. Τελείῳ ἅρμ.) *Quadriga ab equis perfectae adultaeque aetatis tracta.* BROD. *Euseb.* Chr. Can. p. 24. 205. de Nerone: ἅρματι πωλικῷ καὶ τῷ τελείῳ καὶ δεκαπώλῳ. HEMST. II. Cf. *Abresch.* in Observv. Miscell. p. 241. LEHM.

Ibid. Συνωρίδι πωλικῇ) *Biga pullorum.* BROD. Πωλικῇ cur addiderit, ex more ludorum patet, in quibus varie certabatur. Vide *Pausan.* El. II, 178, 7. et 35. SOLAN.

Ead. l. 13. Ἐθεώρησα εἰς Ὀλυμπίαν) Hunc loquendi morem illustrat *Duker.* ad *Thucydid.* III, 104. *Lysias* p. 103. v. 35. θύειν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν βουλόμενοι ἢ θεωρεῖν. HEMST. II.

Ead. l. 16. Πρὸς Ἀχαρνέας) *J. Gronovius* ad *Harpocr.* p. 22. *Non dubito, quin etiam* Ἀχαρνεὺς *dixerint pro ipso demo, unde testatur Stephanus Herodianum dixisse* Ἀχάρνεις pro Ἀχάρνα· *et sic fecit fortasse Lucianus Timon.* ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχαρνέας. Haec parum ad eximendum hujus loci scrupulum prosunt: πρὸς si retineas, eorum omnino adjungi Accusativum necesse est, adversus quos res fortiter atque egregie sint gestae: ita postulat usus hujus praepositionis apud historicos frequentissimus. Jam vero Acharnenses hic omnium minime conveniunt, inter Atticae regionis demos pars praecipua et validissima, quorum inprimis intererat, ur Peloponnesii, Archidamo duce Athenienses adorti, agris suis, quos positis ibi castris evastabant, expellerentur. Quam ob rem non dubito, quin ingeniosa *Fabri* conjectura plerosque sit habitura suffragatores, περὶ Ἀχάρνας, ut respiciat *Lucianus* illam historiam, quam *Thucydides* memoriae mandavit II, 19. 20. et seq. Ego tamen nondum a

me possum impetrare, ut dimittam illud πρός· atque adeo perlibenter restituam Ἀχαρνᾶνας· ita duplici victoria Timonis virtutem, caesis et Acarnanibus et Peloponnesiis, fuisse potitam mentitur impurus adulator. Acarnanes autem strenui et belli laude ac mercenaria militia clari saepe cum Lacedaemoniis adversus Athenienses steterunt: quin etiam Pericles in Acarnaniam, prius Peloponnesum depopulatus, expeditionem suscepit: *Plutarch.* T. I. p. 163. D. quo pertinent haec *Aristidis* T. I. p. 302. C. τῶν ἐν Ἀκαρνανίᾳ (ὑπὲρ τῆς ἐκεῖ πραχθέντων Ἑλλάδος) et T. II. p. 48. B. οἶδα δὲ εἰς Οἰνιάδας Ἀκαρνάνων διαβάντας· vide *Diodor. Sic.* XI. p. 286. B. jam nihil impedit, quo minus Demeas ponere credatur, in hac ipsa expeditione virtutem Timonis enituisse: nam ut eo referas, quo voluit *Faber*, haud omnino necessarium videtur: ἀριστεύειν ὑπὲρ τῆς πόλεως recte dicitur, ubicunque locorum quis pro patria fortiter rem gerit. Porro non insolens est, has utrasque voces sedem inter se mutare: *Senecae* in Hippol. v. 21. pro *Acarnan* vel *Acharnan* reddiderunt *Acharneus J. Fr. Gronovius* et *J. Meursius* in Rel. Att. Vide, quae dicemus ad Diall. Mer. VII. HEMST. II. Vitium inesse verbis πρὸς Ἀχαρνέας, jam post *Fabri* et *Hemsterhusii* demonstrationes clarum cuique, qui non coecutiat, esse debet. Qua ratione illud emendandum, neque hoc in ambiguo reliquit acumen ac diligentia summi Critici. Vellem modo ea vere dixisset egregius vir, quae dicturum se esse ad Diall. Merett. VII, 3. h. l. pollicetur. Certe *J. F. Reitzius* ibi male in ejus locum successit. Nam nihil profecto certius per omnem provinciam Criticam obtingere potest, quam illic pro Ἀχαρνανεὺς, quod retinuit *Reitz.*, legendum esse cum *Guyet.* et *Menagio* Ἀχαρνεὺς, quod vel leviter tantum varias lectiones lustranti in oculos incurrat necesse est. Inde vero simul patet, quam facile tribus *Acharna* et *Acarnania* terra a librariis permutari potuerint, et vere sint permutatae. Viderer itaque mihi profecto meo loco jam novum errorem *Luciano* nostro inferre, si veterem diutius tolerare vellem; idque eo magis, quum etiam *Wielandius*, quo erat eleganti judicio, in versione Germanica *Hemsterhusii* emendationem secutus sit. LEHM.

Ead. l. 17. Δύο μοίρας) Complures μόρας scribunt. BROD. T. *Faber* vocem Graecam in versione retinet; idem (M. viros) inserit. Alius vir doctus *cohortes* mavult, ego *agmina*. SOLAN. Facinus illustre, si spectes, ad Iphicratem quanta redundarit laus ex eo, quod unam modo Lacedaemoniorum moram conciderit: in illa historia narranda formulam quasi so-

lennem veteres usurpant Iphicratem *κατακόψαι τὴν μοῖραν* vel *μόραν*. *Demosth.* in Aristocr. p. 757. D. *Plutarch.* Ages. pag. 607. F. *Harpocr.* in *Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ* ex *Androtione* et *Philochoro:* mihi dubium non est, quin hoc ipsum *Luciano* fuerit in mente. Nullum est discrimen inter *μοῖρα* et *μόρα*, nisi quod haec forma sit propria Laconicae dialecti: quare nihil erat caussae, cur pro *τὴν μοῖραν* in *Pausania* III. p. 228. *μόραν* reponeret *Kuhnius*: vid. *Poll.* I, 129. De mora bene jamdudum notaverat ad Iphicr. *Corn. Nepotis Lambinus* n. 17. obiter etiam *Langbaen.* ad *Longin.* p. 112. A *Cragio* reprehendendo, qui *μόρας* et *λόχους* recte distinxerat, melius abstinuisset *J. Meursius*, ut ostensum ab *Henr. Valesio* in Not. *Maussaci* ad *Harpocr.* p. 309. Hemst. II.

Pag. 107. l. 1. *Διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα*) Quod nulla arma possideam. Brod. *Belini* ad haec verba inprimis de *Hemsterhusii* (vel potius proxime *Fabri*) versione adnotatio, qua cum fastu quodam insigni illius longe majoris viri sententiam ridiculam reddere subit, adeo est ipsa ridicula et absurda, ut impudentiam hominis non satis possis mirari. Si quem juvet muris adspectus dormienti leoni insultantis, adeat is ipsum spectaculi locum. Lehm.

Ibid. Προεγράφην) *Προσεγράφην*. Marcil.

Ead. l. 2. *Ἐν τῷ καταλόγῳ*) *Κατάλογος* matricula vel tabula, in qua ex civibus eorum, qui militaris erant aetatis, atque ad expeditionem adigebantur, nomina proscribi solebant: hoc est *προγραφῆναι ἐν καταλόγῳ*. *Marcilio* redonamus, quam male addidit, literam: vid. *Schol. Aristoph.* ad Equ. v. 1361. Illam tabulam adfigi moris erat publice ad statuas *τῶν Ἐπωνύμων*, heroum, a quibus tribuum Atticarum nomina sunt ducta, in foro, ut *Idem* docet ad Pac. v. 1183. Qui a Stratego vel Taxiarchis in catalogum fuisset relatus, eum subterfugere militiam non licebat, nisi caussas adtulisset gravissimas: is litium in populo litigandi juxta et bellandi studiosissimo fons perpetuus. Tolmides apud *Diodor. Sic.* XI. p. 285. D. *πρεῖττον ἔφησεν ἐθελοντὴν στρατεύειν μᾶλλον, ἢ διὰ τὸν κατάλογον ἀναγκασθῆναι δοκεῖν*. Vide porro *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. XIII, 12. *S. Petit.* ad LL. Att. p. 546. 549. Hemst. II.

Ead. l. 7. *Τῇ Ἡλιαίᾳ*) *Ἡλιαία δέ ἐστι τὸ μέγα δικαστήριον Ἀθηναίων, ἐν ᾧ τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων ἐκρίνετο. ἡ βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. Etymol.* Vorst. Cf. *Schol.* ad *Aristoph.* Nub. 50. et Equ. v. 253. citante *Belino*. Lehm.

Ead. l. 8. *Χρυσοῦν ἀναστῆσαι*) *Alciphr.* I. p. 126. *τότε ἂν ὡς ἀληθῶς χρυσοῦν αἱ ἑταῖραί σε στήσαιμεν*· ibi vide *Berglerum*. *Στῆσαι χρυσοῦν, χαλκοῦν* vulgatius apud Atticos est receptum;

sed *ἀναστῆσαι τινὶ χρυσῆν, χαλκῆν εἰκόνα Aelian.* V. H. VIII, 16. Plura dicemus ad Lexiph. §. 11. HEMST. II.

Ead. l. 9. *Ἐν τῇ ἀκροπόλει)* Dixi ad illud *Petron. rident Tritonidis arces.* BOURD.

Ibid. Ἀκτῖνας) Radii capiti circumdati Deum notant. Sed numismatum enarratores adi, et vide Alex. c. 27. SOLAN. *Μηνίσκοι, lunulae, nimbi radiati*, statuarum capitibus adponi solebant, ut monuit ex hoc loco *L. Kuster.* ad *Aristoph.* Av. v. 1114. et diu ante, productis *Aristophanis* versibus *Scaliger* ad Catal. p. 211. *Hug. Grotius* ad Imag. p. 39. Neque eo tantum addi solebant nimbi, ne desuper avibus conspurcarentur, quae *Scaligeri* fuisse videtur opinio, verum etiam honoris divinitatisque significandae caussa: quam ob rem eorum dignitati concessa fuit corona radiata, qui vulgarium hominum sortem excedere videbantur, quod recte docuit *Th. Bartholin.* de Luc. Hom. I. c. 12. p. 72. adferens haec ipsa *Luciani* verba et quae leguntur in libello de Dea Syria. Alia quaedam dedit *Schegk.* ad *Vell. Paterc.* II. c. 59. §. 6. Hic autem turpissimus adulator eum in modum concinnat Timonis imaginem, ut mixtam Jovis Solisque formam complectatur. Solaribus signis accessisse radios nihil est mirum: *Pausan.* VI. p. 514. *τοῦ δὲ (ἀγάλματος Ἡλίου) αἱ ἀκτῖνες ἀνέχουσι·* saepe duodeni: notum illud *Martiani Capellae* II. p. 43.

— radiisque sacratum
Bis senis perhibent caput aurea lumina ferre.

Artemidor. IV, 51. visus sibi fuit quidam per forum incedere specie solis *ἔχων ἀκτῖνας ἕνδεκα· στρατηγὸς ἀπεδείχθη τῆς αὐτοῦ πόλεως· καὶ μῆνας ἕνδεκα ἐπιζήσας τῇ ἀρχῇ ἀπέθανε·* adparet somniatorem istum duodecim habiturum fuisse radios, si integrum explendi mensium numerum potestas fato fuerat concessa. Plerumque septeni; unde Sol *ἑπτάκτις*, quae vox *Proclo* restituenda in *Tim. Plat.* p. 11. pro *ἑπτάκις·* cujus rei non naturalem tantum caussam veteres Theologi, sed et mysticam tradiderunt. Hinc *ἑπτάτονοι ἀκτῖνες Nonno* Dionys. XXXVIII. v. 303. eodemque relata fuit *ἑπτάτονος* vel *ἑπτάχορδος λύρα.* Inter amuleta quoque draco, is enim, ut notum, soli sacer, septem radiis circumdatus. *Galen. περὶ τῆς τῶν Ἀπλ. Φαρμ. δυν.* IX. *ἐντιθέασί τε καὶ δακτυλίῳ αὐτὸν (χλωρὸν ἰάσπιν) ἔνιοι, καὶ γλύφουσιν ἐν αὐτῷ τὸν τὰς ἀκτῖνας ἔχοντα δράκοντα, καθάπερ καὶ ὁ βασιλεὺς Νεχεψὼς ἔγραψεν ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ·* ut legendum credam *τὸν ἑπτὰ ἀκτ. ἔχ. δρ.* persuadet mihi *Marcell. Empir.* p. 147. *In lapide jaspide exsculpe draconem radiatum, ut habeat septem radios, et claude auro, et utere in collo.* Tales hactenus reperiuntur in gemmis

antiquis. His expensis, prono cursu delabi me fateor ad illam opinionem, scripsisse *Lucianum*, *καὶ ἀκτῖνας ἑπτὰ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ*· cur enim coronae septem? at ratio numeri in nostra lectione est manifesta. HEMST. II. Res loquitur ipsa. LEHM.

Ead. l. 12. *Τραγῳδοῖς καινοῖς*) *Καινοῖς* addi consuevit, quod novae quotannis tragoediae et comoediae agerentur. BROD. Apud *Demosth.* pro Cor. ea formula passim occurrit. SOLAN. Formula non ignota: majoris operae videtur rationem ejus certam reddere. *P. Victorius* V. L. IX, 20. novas fabulas a *Terentio* dici observat, ut a Graecis *καιναὶ δράματα*· Graecos autem non fabulas solum novas adpellasse, sed histriones etiam novos; unde *καινοῖς τραγῳδοῖς* apud *Plutarchum.* Per ista non multum profici satis patet. *Kuhnius* in *Aelian.* Ind. v. *Καινὸς*, apertius exponit, *tempore, quo novi Tragoedi spectantur; novis Tragoedis certantibus:* quanquam ea veterum, quae profert, loca minus adcurate cum hac locutione comparet. *Jac. Perizonius* ad *Aelian.* V. H. II, 13. ita versatur in hac re, ut incertus fluctuet, nec satis expeditum habeat, quid constitui velit, aut qua in parte a *Kuhnio* sibi discedendum putet. Scripserat *Eusebius* in Chron. p. 205. *Νέρων κιθαρῳδίαις, τραγῳδίαις κατὰ Ῥώμην* etc. *ἐστεφανοῦτο κήρυξιν*· (addendum foret ex usitato Graecorum loquendi more *ὑπὸ κήρυξιν*, si recte *Scaliger* interpretatur, *sub praeconibus* vel *praeconio:* sed *κήρυκες* est *praeconum certamen*, ut in *Philostrati* V. A. T. IV. c. 24. de Nerone: *αἱ δὲ νίκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες*· ipse *Euseb.* p. 44. *Νέρων δὲ κηρύκων ἀγῶνα ἐστεφανοῦτο, τραγῳδοὺς, κιθαρῳδοὺς, ἅρμα πωλικὸν, καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ δεκάπωλον.*) Istorum pravam *Hieronymi* versionem postquam castigavit vir maximus Anim. in *Euseb.* pag. 196. haec mox subjungit: *Malim vero*, ludis tragicis et citharoedicis coronabatur sub praeconio. *Nam hoc frequentissimum fuit, ut coronae bene meritis darentur celeberrima die, puta, τραγῳδοῖς, Διονυσίοις, hoc est,* spectaculis tragicis *aut* Liberalibus, *ut est apud Demosthenem in oratione pro Corona, in ψηφίσμασι, quae ibi producuntur, et in Decreto Atheniensium in gratiam Hyrcani Judaeorum Ethnarchae apud Josephum.* In quibus nihil est, quod reprehendam, nisi quod disjungere videatur *Scaliger, spectaculis tragicis aut Liberalibus*, quae fuerant copulanda: quoniam vero ad certum aliquod tempus designandum aeque ac *Διονυσίοις*, cui pari structurae forma conjungitur, hic loquendi modus adhibetur, facile concedendum est *Scaligero*, per *τραγῳδοὺς* ipsam significari temporis conditionem, atque adeo ludos scenicos, quibus fabulas agebant novi actores; cujus generis similia multa paul-

lo peritiores praeterire non possunt: quamvis alioquin propria loquendi ratio alia non est, ac si Latine dicas, fabulam esse commissam, aut rem quamlibet evenisse ludis Megalensibus, histrionibus vel actoribus novis, recteque propterea dederit *Faber*, *tragoedis novis*: nam quod priores interpretes expresserant, *per tragoedos novos*, abhorret ab antiqui moris veritate: non enim tragoedi, sed praecones in theatro solebant *ἀνειπεῖν*, *ἀνακηρύττειν*, *ἀναγορεύειν στεφάνους*, nisi quis forte tragicus actor idem esset et praeco. Nunc videndum est, ut cuncta simul sub lectoris conspectum adducantur, in hac formula quomodo veteres varient. *Aeschines* in Ctesiphont. p. 433. C. commemorat *νόμον τὸν δεδωκότα ἐξουσίαν ποιεῖσθαι τὴν ἀνάῤῥησιν τοῦ στεφάνου τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ*. et p. 434. E. *μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς*. Diversa sunt apud *Demosth.* de Coron. populi decreta, ubi plenius occurrat, *ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς*. p. 486. C. p. 492. *στεφανῶσαι Χαρίδημον καὶ Διότιμον χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, καὶ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς*· et 493. A. in eo psephismate, quod Ctesiphon in gratiam Demosthenis suaserat: mox in lege posterius omittitur *ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι*, prius ab *Aeliano* V. H. II. c. 13. sed in ipso adcusationis libello, quem *Aeschines* adversus Ctesiphontem detulit p. 481. D. auctius, *ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς*. Aliquantulum hinc divertit *Plutarch.* T. II. p. 603. C. Academia domicilium erat perpetuum Platonis, Xenocratis et Polemonis, *πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν*· ita distingui debent, ne quis errore interpretis implicetur. Contra Scriptor Arg. ad *Aeschinis* Orat. conditum a Ctesiphonte decretum jussisse refert *ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν καινῶν*· mutat iterum hanc formam, modo scriptura vitio careat, *Anonym.* in Hypoth. Orat. pro Cor. *ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν, ἴσως ὅτι πλήθη συντρέχει ἐπιθυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν*· optimum *Victorium* memoria fefellit, quando notat, *In plebiscito etiam quodam, incluso nunc in oratione Demosthenis pro Ctesiphonte, scriptum est, τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν*· extra Hypothesin illam, cujus auctor se non doctissimum satis prodit, nusquam invenias. Cum his jam tempus est ut componamus, quae in Aeschinis *παρανόμων γραφῇ* reperiuntur apud *Demosth.* p. 481. D. *ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις δεῖ τραγῳδῶν τῇ καινῇ*· offendit lectio

tam inusitata: *Wolfius* adsciscit εἰσόδῳ, haud inepte: *Perizonius*, si verum dicere licet, absurde ἡμέρᾳ· quis enim auribus exercitatis inauditum loquendi genus ferat, τραγῳδῶν τὴν καινὴν ἡμέραν; Ego, cum praestantissimus Cod. Aug. suppeditet καινῶν vel τῶν καινῶν, non video, quid obstare possit, quo minus auctoritati ejus obtemperemus tot exemplis firmatae. Porro solent integra locutione καινῶν ἀγωνιζομένων τραγῳδῶν *Plutarch.* Symp. p. 710. F. *Aeschin.* in Ctesiph. p. 433. B. οὐδὲ ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων. *Idem* p. 434. B. rariore forma scripsit, quam alibi exstare non sane memini: γινομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττον τινὲς etc. quod si sanum, qui potest aliter explicari, quam, *factis enim, qui celebrari solent in asty, ludis tragicis?* Ἐν ἄστει vero, quia Liberalibus urbanis, Διονυσίοις ἀστικοῖς, τοῖς κατ' ἄστυ, sive μεγάλοις ista fieri solebat fabularum commissio: sic et p. 435. A. τὸν χρυσοῦν στέφανον, ὃς ἂν τῷ θεάτρῳ ἐν ἄστει ἀναῤῥηθῇ. Tandem in illo populi decreto, cujus *Scaliger* meminit, ad Hyrcanum misso apud *Joseph. A.* J. XIV, 8. pag. 699. ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ Παναθηναίοις, καὶ Ἐλευσινίοις ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι· eum in modum postrema constituo. Verum ex hoc loco facile cuivis in mentem veniat, pro τραγῳδιῶν in Anonymo Hypotheseos auctore revocandum esse τραγῳδῶν· eo magis, quod insolens quiddam et vix usitatum sonet, τραγωδιῶν ἀγομένων. Imo non diffiteor, multo mihi phrasin expeditiorem videri, si corrigere concedatur utrobique τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, et, τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγωνιζομένων· nam licet τραγῳδοὺς in hac formula capias pro ludis ipsis scenicis, quibus actores novas tragoedias agebant, quod secundum *Scaligeri* mentem prolata a nobis exempla satis adstruunt, tamen vix crediderim, quemadmodum usurpantur ἀγομένης τῆς ἑορτῆς, ἀγομένων τῶν Διονυσίων, Παναθηναίων, Ὀλυμπίων, sic perinde dici posse τραγῳδῶν ἀγομένων· est enim in his rebus perceptu quidem difficilis, attamen aliquis modus, et certi fines, ultra quos usus, quantacunque libertate gaudeat, non procedit: neque a meo judicio multum discrepabit, si quis in ipso *Aeschine* τῷ γινομένων anteponat ἀγωνιζομένων. Ceterum cur τραγῳδοῖς καινοῖς dici consueverit, ratio est, quod Liberalibus urbanis non tantum poëtae recentes fabulas in scenam darent, ut disertis verbis docet *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 311. praesertim Tragici tetralogias suas, quam in rem egregius est, at parum hactenus, ni fallor, intellectus *Diogenis L.* locus III, 56. sed etiam actores scenici

sorte ducti suis quisque poëtis adtribuerentur. Atque haec est illa *νέμησις ὑποκριτῶν*, de qua *Hesychii* verba nonnihil, quam vulgantur, emendatibra proponere juvat: *Νέμησις ὑποκριτῶν· οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ νεμηθέντας, ὑποκρινουμένους τὰ δράματα. ὧν ὁ νικήσας εἰς τοὐπιὸν ἀκρίτως παρελάμβανεν· ἔστιν οὖν ὡς ἂν* (vel *οἷον*) *διαίρεσις·* eadem fere in *Suida:* quod initio dicitur, neminem morari potest: deinceps sequentia sic interpretor: *quorum poëtarum qui superior discessit, in posterum sine sortis discrimine suos sibi actores legebat:* nam in notas *Maussaci* ad *Harpocr.* p. 294. summi *Valesii* subitanea quaedam est, et non meditata conjectura refingentis *εἰς τὸ πιεῖν ἄκρατον παρ.* quam adtentiore cura repetitam ipse sine dubio primus abjecisset: *ἀκρίτως χωρὶς κλήρου* pari modo sumitur a *Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 277. Ex his, ut mihi quidem est persuasum, expediri debet proverbium aliquod ab *Harpocratione* et *Suida* commemoratum, quod postquam *Erasmus* perperam accepit, haud scio, an quisquam alius feliciore cura fuerit adgressus. Primum *Harpocrationem* ita restitue: *Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Λυκοῦργος ἐν τῷ πρὸς Δημάδην. Δίδυμος φησὶ* (ita Mediceus Codex: hoc autem probes, an Suidae, *ὡς Δίδυμος φησὶ*, nihil interest) *ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ὁρμοζομένων πρὸς τὰ ἐπιόντα, καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτούς.* Talem, si cui forte difficilior videatur, habent sensum: *Aliis* (pone, in sequentem annum) *tragoedis* vel *ludis tragicis decertabit. Lycurgus Orat. contra Demadem. Proverbium ad eos spectat, qui sese comparant ad res venturas suscipiendas, et largis promissis magnificos se faciunt.* Sic nimirum existima, Demadem, ut judicium effugeret, operam suam in posterum luculentissimam Atheniensibus venditasse; perfecturum se multis et egregiis meritis, ne eos sui adcusatorum e manibus erepti unquam poeniteat: imo vero, Lycurgum respondere, hunc hominem tot criminum convictum, quem nunc tenetis, dimittite, et vanis pollicitationibus ductari vos sinite; scilicet *τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται.* Conjecturae fidem facit usus *τοῦ ὁρμόζεσθαι πρός τι* certissimus hac structura: *Sext. Emp.* adv. Gramm. p. 265. *πρὸς τὰ παρόντα ὁρμοζόμενοι πρόσωπα.* contra *σεμνοποιεῖν ἑαυτὸν πρὸς τὰ ἐναντία*, aut simili modo qui dixerit, nemo, ut opinor, dabitur. Jam *Erasmum* lege in *Alios tragoedos provocat:* nam de *Schotto*, homine literarum studiosissimo, ad *Suidae* Prov. C. XIII. n. 86. non magnopere miror, si nihil extricet. Nunc teneri non possum, quin *Mich. Apostolii* locum proferam ex C. XIX. n. 41. *Τορώνη*) *Δίδυμος φησὶν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ὁρμοζομένων*

καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία. Ἰσοκράτης δὲ φησὶν πόλιν εἶναι ἐν Θράκῃ. Ex iis, quae dixi, dubium esse nemini potest, quin ista *Δίδυμος — τὰ ἐναντία* ad paroemiam illam commemoratam ejusque declarationem pertineant: tum animadvertendum, in *Harpocratione* praecedere: *Τορώνην· Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ, πόλις ἐν Θράκῃ* etc. His perpensis quid planius est, quam ut colligas, duos articulos disparatos vel ipsius *Apostolii* culpa, vel Codicis, unde sua descripsit, perverse in unum coaluisse? Porro si suspiceris, de Torone quae dicuntur, ad proverbium aliquod explicandum debuisse scribi, quandoquidem tale est *Michaëlis* institutum, id quoque non est, ut longe quaeras: sponte enim offert se, literarumque ordini commode respondet *Τορωναίου λιμένος κωφότερος*, cujus meminit *Zenob.* C. IV. n. 68. hunc in modum restituendus: *Κωφότερος τοῦ Τορωναίου* (vel *Τορωναίων*) *λιμένος*] *Λιμὴν ἐστὶν ἐπὶ Τορώνῃ τῆς Θράκης· ταινίας δὲ ἔχει δύο μακρὰς τὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους καταίρουσας* (vel *καθήκουσας*, vel potius *κατατείνουσας*) *ὡς μὴ ἀκούεσθαι τοῖς ἐν αὐτῷ τὸν τῆς θαλάττης ἦχον·* cui emendationi tanto minus diffido, quod *Petri* nostri *Wesselingii* calculum tulerit: haec in Prov. Alexandr. truncata n. 91. pariter autem cum in *Hesychio* v. *Λημνίσκους* prave legeretur *στενὰς*, eruditus homo ad marginem refinxit *ταινίας*. Vide jam, quomodo mirifica moliatur in *Apostolio* vir primarius *Th. Reinesius* V. L. I. c. 24. et proverbium excudat *Τορωναῖοι*, vel, *Τορώνης σπόγγοι*, quale nulla Graecorum memoria putem exstitisse: subscripsit tamen ejus sententiae *Reinesio* non inferior *L. Holstenius* ad *Stephan.* in *Τορώνη·* praeterea, ut error saepe errorem trahit, pro Isocrate Socratem, quippe *Θρᾳκικῶν* auctorem, substituendum arbitratus est; de quo, si ad manum habuisset *Harpocrationis* locum, nunquam cogitasset. Ceterum ut *τραγῳδοὺς ἀγωνίζεσθαι*, sic et *τραγῳδοῖς νικᾶν Andocid.* in Alcibiad. p. 34. *Isaeus* p. 54. *οὗτος τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυῤῥιχισταῖς* (ineptum est *πυῤῥιέταις*, quod vulgatur) *ὕστατος.* Hemst. Ad proverbii, quam dedimus, explicationem confirmandam pertinet illud *Alciphronis* III. Ep. 71. *Διονυσίοις τοῖς ἐπιοῦσι, proximis Liberalibus.* Ceterum emendatio *Zenobii* quanquam valde sit probabilis, haud tamen adsperner, si quis, duce *Suida*, refingi malit: *στενὰς δὲ ἔχει δύο καὶ μακρὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρσεις·* sunt enim *κατάρσεις οἱ ἐπιτήδειοι εἰς καταγωγὴν τόποι, καὶ εἰς τὸ προσορμίζεσθαι*, ut monet *Scholiast. Thucydidis* ad IV, 26. *παραπλέων δὲ τὴν χώραν, ἣ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ*

καταφυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις. Vide notata de verbo καταίρειν supra p. 322. 323. IDEM *in Addendis.*

Ead. l. 14. Καὶ γὰρ καὶ ῥήτωρ — ἐθέλοι) Rursus vituperat *Belinus* recta Latinum, obliqua Francogallicum, inpretem, id est, se ipsum, quod haec verba decreto ipsi inserta sint, quum sejunctam contineant sententiam. Vides vigilantem eundem simul et dormientem. Dormiebat autem Criticus. Nam cui oculorum usus concessus sit, non poterit is non videre, verba ista a decreto ipso avelli prorsus non posse. Ad vim autem sententiae efficiendam, qua maxime opus est in fine talis populi sciti, requiri mihi videbatur alterum καὶ, quod saepius post καὶ γὰρ a librariis omissum, et iam Prom. c. 7. inserendum putabam. *Etenim etiam rhetor est optimus Timon,* non tantum civis honestus, sapiens, fortis, rerum civilium peritus etc. LEHM.

Ead. l. 16. Τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα) Cl. *Faber* in his verbis manifestum errorem agnoscit, quia σοὶ, non τοὶ vulgatum sit. Sed ne parum *Faber* et hic audiendus sit, vereor. Etenim neutiquam debuit, ut saepe alias solet, separatim spectare *Faber* haec σοὶ παρά σε· at σοὶ eo, quo locatum est, ordine spectatum, elegantiam et consuetudinem loquendi *Nostro* frequentissimam exhibet. Παρέλκει nimirum σοὶ, ut in Nigrino §. 5. Οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. *Ita tibi et ipse, plenus numine atque ebrius sermonibus circumeo.* In Deor. Marinor. Dial. II. §. 2. Τυφλὸς εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον et III. Ἦ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥέει; In Necyom. §. 21. similiter post ψήφισμα apud Inferos κυρωθὲν legimus, Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν ἐκκλησίᾳ. In Contempl. §. 1. Οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώττω. et §. 5. Σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων, ἐπισκόπει ἅπαντα. et passim alibi, etiam apud alios. Miror profecto doctissimum *Fabrum,* quod usus hujus voculae σοὶ, ita receptus, eum fugit: nec tantum id hic ad Timonem ostendit, sed et ad Mortem Peregrini §. 31. ubi cum rectissime legatur, Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν Ἠλιδι, *Faber* continuo: *leg.* ait, Ταῦτα μέν τοι. — Sicut σοὶ, ita et μοὶ saepe παρέλκει. Timon Noster §. 41. Ἄγε δὴ, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπιῤῥώσον σεαυτήν. Similem in modum ἡμῖν elegantur abundat in Necyomant. Καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι. In Contempl. Κἆτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδή. In de Sacrif. Ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος. In Hermot. Ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μενέτωσαν οἱ τυφλοί. Non satis ad hunc pleonasmum etiam τοῦ ἡμῖν videtur adtendisse, omnis elegantiae et politae eruditionis quondam decus, *Aegid. Menagius,* dum in verbis *Luciani*

adv. Indoctum §. 3. *οὐδὲ διατριβὰς τοιαύτας ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποιοῦ*, non locum habere *τὸ ἡμῖν* sibi videri ait, legendumque censet *ἢ μήν*. Plane autem nihil ibi mutandum: nam vel ex hoc, quem ostendimus satis esse frequentem, pleonasmi usu potest et illic locutus esse *Lucianus*; vel intellexisse *ἡμῖν* tanquam *σὺν ἡμῖν*, *nobiscum*. Dialogum enim istum videtur *Lucianus* scripsisse contra popularem quendam et aequalem suum. Paullo quoque ante dixerat: *Τί οὖν φῂς, καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι;* ubi *ἡμῖν* itidem, ut videtur considerasse interpres, potest esse *παρέλκον*. — Invenio quoque *τὸ αὐτῷ* apud *Lucianum* redundare in Contempl. *Εἰ μάθοι, ὅτι ἡ μὲν, ἕξει τέλος αὐτῷ*. Apud eundem in De luctu: *Λοιπὸν οὖν ἐστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὔθ' ὅ, τι* (sic enim divisim, non junctim *ὅτι*, ut vulgo, legendum) *πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. Reliquum igitur est, eum talia nugari ob eos, qui adsunt, plane ignarum quid filio suo acciderit.* Apud Latinos quoque *mihi, tibi, vobis* aliquando *παρέλκειν*, quis ignorat? Jens.

Pag. 108. l. 3. *Ὅσαγε*) *Ἀντὶ τοῦ, ὅσονγε*. Brod.

Ead. l. 5. *Ἀλλὰ γαμῶ*) Ego, quanquam ceteroquin singularis hujus libelli venustas et comicus lepor mirifice me capiat, offendi me tamen profiteor hac nimis adfoctata deterrimi adsentatoris atque incredibili blanditia, quae cum nihil habeat ingeniose ridiculum, nullam probabilem ingenii adulatorii notam, tuto potuerat a *Luciano* ac sine ullo elegantiae dispendio praetermitti. Hemst. II.

Ead. l. 9. *Πληγὴν λαμβάνων*) Vid. *Des. Herald.* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. II. c. 9. §. 11. Hemst. II.

Ead. l. 10. *Τυραννίδι*) *Cives tuos ultro pulsans.* Brod. Invidiose et odiose supra modum Athenis praesertim. *Terent.* in Phorm. et passim alibi. Anonym.

Ead. l. 11. *Τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους*) *Des. Herald.* Obs. et Emend. c. 48. Tyrannidem Athenis vulgo potentioribus ad inferendas injurias promtis objiciebant, nullumque erat in civitate liberrima crimen invidiosius: Comicis frequens. *Aristoph.* Vesp. v. 415. *Ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ, καὶ τυραννίς ἐστιν ἐμφανής.* v. 462. Hemst. II.

Ead. l. 12. *Τὸν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας*) Commode notavit *Stephan. Berglcr.* ad *Alciphr.* I. Ep. 32. *αἴτησόν τι παρ' αὐτοῦ* (*τοῦ σοῦ ἐραστοῦ*) *καὶ ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. Poll.* IX, 156. ex *Hyperidis* oratione pro Lycophrone: *ἢ νεωρίων προδοσίαν, ἢ ἀρχείων ἐμπυρισμὸν, ἐμπρησμὸν* in quibusdam libris olim fuisse lectum, e *Polluce* colligi potest) *ἢ κατάληψιν ἄκρας*. Haec erant talia, ut cri-

men apud Athenienses nulli gravius potuerit impingi. HEMSTERH. II.

Ead. l. 16. *Τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας*) *Opisthodomus*, locus est Athenis in arce, ubi aerarium. BROD. *Ἁπλῶς* interpres *effosso aerario*. Sed aliud voluit hic Demeas, cum enim dixisset *τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας*, subjungit *τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας*. Nam *ὀπισθόδομος* locus erat *ὀπίσω τοῦ νεὼ τῆς καλουμένης Πολιάδος ἔχων θύραν, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον. Interpres Aristoph.* ad Plut. *Lucian. Herod.* BOURD. Haud dubie *διωρύξας* pro participio ponitur: scribe ergo *διορύξας*. *Imo vero dives es, effosso aerario*, sive, *ut qui aerarium effoderis. Scholiastes* legit *ὀρύξας*, minus recte. JENS. Secuti sumus *Jensii* emendationem omnino necessariam. In omnibus *διωρύξας* prave legitur praeter *J.* quae habet *διαῤῥήξας*. Vide initium Ver. Hist. SOLAN.

Pag. 109. l. 7. *Μικρὸν*) Ex ed. *J.* adripui: reliquae *μιαρὸν*, quod minus adridet, quamvis alibi a *nostro* usurpatum videam, Catapl. c. 12. quia hic *robur*, non *justitia*, Timonis requiritur. SOLAN. *Μιαρὸς* et *μικρὸς* saepe confunduntur: illud hujus vice restituit egregie summus *Bentlejus* in *Callim.* Ep. VII. Hic omnino repudiandam censeo scripturam editionis Juntinae. Convicium gravius, quale merebatur Demeas, atque Atticis perquam familiare. HEMST. II.

Ead. l. 10. *Ἐκπετάσας τὸν πώγωνα*) Character philosophi, quem passim proponit, ut Vit. Auct. in Pisc. in Catapl. BOURD.

Ead. l. 12. *Τιτανῶδες βλέπων*) *Erasm.* in Adagio, *Titanicus adspectus*. BROD.

Ead. l. 13. *Αὐτοβορέας*) *Ipsemet Boreas, aut Triton*: Deus marinus ac buccinator. BROD. Sic *Αὐτοθαῖδα* in Rhet. Praec. cap. 12. SOLAN. Praeterquam ex hoc loco aliunde notae non sunt hae *Zeuxidis* tabulae, neque *Junius* in Catal. Artif. quemquam alium extra *Lucianum* adduxit testem. *Αὐτοβορέας* autem verus et ipsissimus Boreas: *αὐτοανθρώπῳ ὅμοιος* quale sit, videbimus ad Philops. §. 18. *Alciphr.* III. p. 446. *στείλας ἑμαυτὸν ἀγροικῶς* etc. *αὐτοσκαπανεὺς ἐδόκουν. Ὅ, τε βασιλεὺς τὸν τρόπον ἦν αὐτοαπλότης* apud *Suid.* in v. Vid. *Simpl. Verin.* sive *Salmas.* de Transsubst. p. 534. Ejus generis apud philosophos frequentantur, *αὐταρχὴ, αὐτοσοφία*, quibus adpellationibus Deum adficiunt. HEMST. II.

Ibid. Ζεῦξις) Zeuxidis hanc tabulam, quaenam fuerit, haud facile est ex hoc loco conjicere. In Poecile positam fuisse suspicor. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς) Tangit hunc locum *Oct. Ferrar.* de Re Vest. P. II. lib. IV. c. 6. HEMST. II.

Ibid. Κόσμιος τὸ βάδισμα) Sic in Harmon. βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. Dixi ad illud *Petron. Incessus tute compositus.* Sic in tractatu de Saltat. et in Demonact. vita, et antea. BOURD.

Ibid. Σωφρονικὸς) *Scholiastes* hic aliter legit; nempe Σωφρονίσκος· in quo nullam prae vulgata lectione perspicio elegantiam. JENS.

Pag. 110. l. 1. Τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν) Φιλοχρήματοι isti philosophi καὶ ῥυπαροὶ τὴν καρδίαν, nihil aliud in his dialogis laudant, quam τὸ ὀλιγαρκές. Sic pag. seq. et passim, quibus tamen nihil usquam satis. BOURD.

Ead. l. 3. Μεγάλην τὴν κύλικα) Sic Lapith. τῷ ζωροτέρῳ *amariore:* amabant calices amariores: μεγάλην autem videtur esse κύλικος ὄνομα, ut apud *Virgil.* I. Aen. *Achill. Tat.* lib. II. BOURD. Vocem ζωρότερος *Phrynichus* improbat p. 24. tanquam poëtis proprium, pro quo meliores usurpare amant εὔζωρον et εὐζωρότερον· alterum tamen frequentatur a probatis scriptoribus. HEMST. I. Vid. ad illum *Phrynichi* locum Commentatores p. 145. sq. ed. *Lobeck.* LEHM.

Ead. l. 5. Ὥσπερ ἰκτῖνος) Vid. *P. Burm.* ad *Petron.* p. 193. *Plato* de Rep. I. p. 589. E. ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες etc. Testimonium est coqui non nimis honorificum de philosophis apud *Athen.* IX. p. 404. D. Τῷ φιλοσόφῳ παρέθηκα κωλέαν, πόδας· Ἀδδηφάγον τὸ ζῶον εἰς ὑπερβολὴν Ἐστίν —. HEMST. II.

Ead. l. 7. Τὸ γένειον ἀνάπλεως) Ut in Lapith. et Merced. Cond. quod in Nigr. §. 25. dixit ἐμφοροῦνται. BOURD. Verbum παραγκωνίζεσθαι saepius est in *Heliodoro* cum propria tum translata significatione: lib. VII. p. 312. ὥσπερ τινὰ τῶν ἀγειρουσῶν καὶ ἀληθῶς ἀλῆτιν διωθεῖτο καὶ παρηγκωνίζετο· p. 319. ὡς ἑταιρίδιον τὸ ἐθελάστειον ἐκεῖνο καὶ μάτην θρυπτόμενον παραγκωνισάμενος· p. 359. τὸ μέχρις ὀνόματος ἀξίωμα ἡμῶν παραγκωνισάμενος. lib. VIII. p. 370. πᾶσαν δὲ γυναικείαν αἰδῶ παραγκωνισαμένη· lib. X. p. 515. πᾶσαν τὴν ἐκ φύσεώς τε καὶ ἡλικίας αἰδῶ παραγκωνισαμένη. HEMST. I.

Ead. l. 8. Ἐν ταῖς λοπάσι) Refutat *Thomam* hoc inter alia loco Doctiss. *Jensius* L. L. p. 11. est etiam proverbium et titulus Satyrae Varronis Menippeae: εὑρεῖν ἢ λοπὰς τὸ πῶμα. Ceterum ablego Lectorem ad *Gruterum* in *Phaenom. Ciceronis*, ubi haec et illa *Luciani* superiora ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα etc. e *Persio* illustrat. HEMST. I. In antecedentibus observo, Interpretem non satis adcurate ἐπικεκυφὼς cum κυνηδὸν junxisse, vertentem: *canum more incurvus.* Imo vero

κυνηδὸν ἐμφορούμενος indicat voracitatem caninam, et ἐπικεκυφὼς cum sqq. arctius cohaeret. Lehm.

Ead. l. 9. *Τὰ τρύβλια*) Generaliter pro catinis apud *Aristoph.* ubi tamen interpretantur τὸ τρύβλιον εἶδος ὀξυβάφου, ad Pac. ad Concion. aliter etiam *Hesych.* Bourd.

Ibid. Τῷ λιχανῷ) De indice digito, sive λιχανῷ, *Casaub.* ad *Athen.* c. 13. lib. I. Bourd.

Ead. l. 10. *Μεμψίμοιρος* etc. ὄφελος) Ita vertenda haec verba: *Semper querulus, ut totam placentam, vel suem totum inter alios accipiat, quod edacitatis et insatiabilitatis culmen est.* Testatur *H. Steph.* vocem ὄφελος verti *culmen, fastigium* in vulgatis Lexicis, sed sine exemplo. Hoc accipiat, neque enim aliter hic locus verti potest. Quo sensu sumtum ὄφελος deducendum ab ὀφέλλω, quatenus significat, *augeo, adcumulo.* Hinc ὄφελος inter alia ab *Hesychio* dicitur significare αὔξησιν, *augmentum.* Cler.

Ibid. Πλακοῦντα) Ea enim domum auferre apud veteres moris erat. Vid. Nigr. c. 25. Solan.

Ead. l. 11. Ὅ, *τι περ λιχνείας καὶ ἀ. ὄφελος*) Ad sequentia referunt *Erasmus, Benedictus,* et, quod miror, *Tan. Faber,* contra primas edd. in quibus major est distinctio post ὄφελος posita. *Clerico* si locutionis indoles, quam et priores ignorarunt, fuisset perspecta, res melius successisset. De eo, quod in quoque genere praestantissimum est atque excellit, istam loquendi formulam usurpant Graeci. *Xenoph.* Hell. V. pag. 328. v. 32. *παμπληθεῖς ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ὅ, τι περ ὄφελος ἦν τοῦ τοιούτου* (male *τούτου τοῦ*) *στρατεύματος. Arrian.* A. A. V. c. 15. p. 214. *τῶν πεζῶν ὅ, τι περ ὄφελος ἐς τρισμυρίους, peditum strenuissimos ad triginta millia. Aristid.* T. I. p. 5. A. Musas adloquitur, invitans, ut sibi Jovis hymnum peracturo propitiae subveniant: εἴτε ἐν Ἑλικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύετε, *τῶν Διὸς ἔργων τε καὶ δωρεῶν ὅ, τι περ ὄφελος, Vos, o Musae, operum Jovis et donorum decus atque ornamentum: Canterus* in his vertendis prorsus aberravit. *Arrian.* de Venat. c. XX. *καὶ τοῦ θεάματος ὅ, τι περ ὄφελος ἀπολλύοιτο, et spectaculi quod jucundissimum est,* vel, *et jucundissima spectaculi pars intereat: Holstenius* non adcuratissime, *et spectaculum, maximum operae pretium perit.* Similis usus in ὅ, τι περ ἄνθος ἦν. *Thucydid.* IV. c. 133. ὅ, τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει· imitatur *Dion Cass.* XLVI. p. 313. B. *πᾶν ὅ, τι περιῆν* (non muto: quanquam videri possit, ὅ, τι περ ἦν) ἄνθος αὐτῶν ἔξω τῶν ὁρώντων (lego τῶν διαδράντων) σφᾶς, ἔφθειραν. L. p. 428. C. *καὶ γὰρ πλῆθος πολὺ ὑμῶν ἐστι πᾶν ὅ, τι περ ἄνθος καὶ παρὰ τῶν ὑπηκόων καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ἐξειλεγμένον.* Igitur in *Luciano,*

si lectionem receptam probas, tota placenta, vel porcus earum rerum, quae gulae heluationique inserviunt, delicatissimum, vel caput coenae intelligetur: sed vereor equidem, ne ante ὅ, τι περ exciderit ἤ, quod reprehendi malim, tali sententia: *Querulus semper, et portione sua non contentus, ut placentam totam, aut porcum solus prae aliis accipiat, aut quodcunque aliud gulae supra cetera gratissimum fuerit adpositum.* Hemst. II. Hoc quidem *Lucianus* sic dixisset: ἢ ὅ, τι ἂν λιχνείας etc. Prior *Hemsterhusii* sententia multo commodior, qua ὅ, τι περ ad placentam et porcum refertur, quippe delicatissimos huic gulae cibos. Ὅτι, περ, *quod quidem*, s. *quippe quod*, neque vero *quodcunque*. Lehm.

Ead. l. 14. Ἐπὶ τῇ κύλικι) Solent ἐπὶ τῆς κύλικος. *Diogen. L.* II, 82. ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαλλάξῃ· sed multo frequentius ἐπὶ τῇ κύλικι· *Arrian.* A. A. VII. cap. 27. ὀδύνην τε αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξεῖαν. *Aristaen.* I. Ep. 3. p. 18. οὓς (Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην) ἐπὶ τῇ κύλικι συνάγοντες ἐθελγόμεθα· minus opportune *Mercerus*, *quos in pateram coactos delibavimus*: debuerat, *quos inter pocula consociantes delectabamur.* Aliter *Appian.* de B. M. p. 363. Χρυσίον ἐπί τε τῇ κύλικι καὶ τῇ τροφῇ etc. προτιθέναι, *aurum illi, qui calicibus eductis et cibi ingerendi multitudine superior est, praemium ponere.* Hinc λόγοι ἐπὶ τῇ κύλικι, *sermones ad vinum*, ut *Cicero* dixit *ad vinum disertos* pro Coel. §. 67. vel, *qui ad mensam solent suboriri*, ut *Atta* in Megal. apud *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VII, 33. Iidem λόγοι ἐπικυλίκειοι *Athenaeo* initio libri I. ubi vide *Casaub.* ἐπικυλίκειοι ἐξηγήσεις *Diogen. L.* IV, 42. Vox corrupta in *Plutarcho* de Mus. pag. 1148. D. Ἔχεις τοὺς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους· Interpr. *circularem de musica disputationem*; *Luisin.* Par. III. c. 11. melius ad sensum, *sermones de musica ad mensam habitos*: sed quod *Aldus* impresserat ἐπικυλικίους adjecta litera juvandum fuit. Hinc κυλικηγορεῖν *Athen.* XI. p. 461. E. p. 480. C. καὶ τὸ κυλικηγορεῖν, ὅταν ἐπὶ τῇ κύλικι τὶς ἀγορεύῃ. *Poll.* VI, 29. λάλος, λῆρος, φλύαρος, κυλικηγορῶν, φορτικός. Commoda distinctione sententiam *Luciani* dilucidiorem dedi. Τότε δὴ saepe apud *Nostrum*: *Duker.* ad *Thucydid.* V, 16. Hemst. II. Rejice majoris distinctionis notam post κύλικι, ut intelligas περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος λόγοι πολλοί εἰσι· hoc si displiceat, omnino censendum est, vocem esse omissam διαλέγεται aut simile quid post κοσμιότητος· alias enim haec non commode cohaerent: notandum vero ὑποτραυλίζων γελοίως, id enim antepono receptae lectioni γελοῖος· *Metrodorus*, teste *Diogene*, hoc linguae vitio impeditum fuisse Epicurum memoriae mandavit, qui fortunatam

veri philosophi vitam luxuriae et voluptatis finibus inclusisse existimabatur. HEMST. I.

Ead. l. 16. Ὑποτραυλίζων) Ψελλίζων καὶ μηδὲν ἔναρθρον λαλῶν. *Interp. Aristoph.* ad Nub. BOURD.

Ibid. Γελοίως) In omnibus *Luciani* operum editionibus γελοῖος· mendose, haud dubie. *Hemsterhusius* recte in sua emendavit. SOLAN. Quid in γελοῖος ὑποτραυλίζει mendosi insit, equidem non capio. An forte aeque mendosum sit supra c. 23. ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ἄθλιος ἐκχέῃ τὰ κατ' ὀλίγον etc. et superius c. 12. ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, et similia in innumeris locis? Quippe amant Graeci, inprimis noster scriptor, Adjectiva vel cum, vel sine, Articulo, quamquam hoc subtili quodam discrimine, de quo alias, adjungere verbis ita, ut modus vel ratio, tanquam Adverbiorum vice, significari videatur. Quod quum de multis, e. g. ἑκών, ἄκων, ἄσμενος, de Adjectivis temporis, χρόνιος, παννύχιος etc. porro de his maxime Lucianeis δυστυχής, κακοδαίμων, ἄθλιος, ἀνόητος, et similibus aliquot, ita constet, ut a nemine in dubitationem vocetur: quidni etiam de voce γελοῖος idem valere possit? quum praesertim in hoc nostro loco lectionem γελοῖος constanter tueantur omnes libri. Nam quod *Schmiederus* Augustanum codicem dicit *videri* confirmare lectionem γελοίως, id nec perspicuum satis est, nec etiam magni momenti. LEHM.

Pag. 111. l. 1. Εἶτα ἔμετος) Idem Lapith. de his vomitibus copiose alibi. BOURD.

Ead. l. 2. Τῆς αὐλητρίδος etc.) *Utraque manu tibicinae adhaerentem.* BROD.

Ead. l. 3. Τῶν πρωτείων) *Nulli primas concesserit.* BROD.

Ead. l. 5. Τὰ πρῶτα) *Primum locum tenens.* BROD.

Ead. l. 6. Γοητεία) Hanc passim nugonibus istis exprobrat, ut in Piscat. in Catapl. BOURD.

Ead. l. 7. Πάνσοφον τὸ χρῆμα) *Faber* legendum monet πάνσοφόν τι χρῆμα. Verum quidem est, in hac loquendi formula, saepe τι poni, ut alibi apud *Nostrum*, παρθένος πάγκαλόν τι χρῆμα, et similiter saepe apud *Aelianum*, *Aristophanem* et alios. Sed mihi hoc in loco vulgata scriptura praeponitur; intelligendum enim est, quasi diceret, *Denique ut summatim dicam*, τοῦτο τὸ χρῆμά (Thrasycles nempe) ἐστι πάνσοφον, καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς etc. Id enim hic Articulum τὸ valere, ex toto contextu perspicuum est. Et sic quoque in Vit. Auct. Ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς· πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. *Age vero, advertat quilibet animum: id, quod videtis, est lautum aliquid, et divites* (emtores) *postulans.* Sane non ita temere immittenda falx critica, ubi quid primo adspectu videtur re-

cedere a vulgari loquendi consuetudine; cum omnes voces non omni loco adhiberi queant eodem modo. Jens. *Aristoph.* Pac. 38. *Μιαρὸν τὸ χρῆμα, καὶ κάκοσμον, καὶ βορόν.* Hemst. Diall. Marr. IV. extr. verba: *ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τεράστιον* inverte, ut licebit, hunc in modum: *τεράστιον τὸ πρᾶγμα.* Num mutabis tum *τεράστιόν τι πρᾶγμα*; quamquam neque hoc absurdam praebuerit sententiam. Lehm.

Ead. l. 8. *Οὐκ εἰς μακρὰν*) *Brevi.* Bourd.

Ead. l. 9. *Χρηστὸς ὤν*) Ironia. Brod. Ironiam *Brodaeus* interpretatur, quae hoc quidem in loco omni aculeo destituta est: utcunque tamen exprimere conatus est *Faber.* Mihi, quanquam remedium nullum succurrat, displicet illud *χρηστὸς ὤν*· debebat sequi *ἄξιος ὤν*, aut aliud quiddam argutius. Non me fugiunt *ταυτησὶ τῆς χρηστῆς* Diall. Mer. XII. et hujus generis alia non pauca: neque tamen propterea sententiam de hoc loco muto. Hemst. II. Mihi vero *χρηστὸς ὤν* non male videtur ad superiora convenire *πάνσοφον χρῆμα καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελὲς*, quibus et ipsis color quidam est ironiae. Certe de mutandis verbis non esse existimo, quod cogitemus. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὥςπερ οἱ* etc.) *Faber* deleri hic vult *ὥςπερ.* Utique si quid mutationis hic opus, legerim pro *ὥςπερ οἱ, οἱπεροῦν,* sensu convenientissimo, *qui nimirum divitiarum tuarum admiratione capti* etc. At maximam quicquam hic solicitandi necessitatem non video. Jens. Si interponas, *οὐδ' ὥςπερ οἱ* etc. omnis orationis intricatioris difficultas fuerit sublata: sed cum *Jensio*, non maximam esse quicquam hic solicitandi necessitatem sentio. Hemst. II. Recte *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 31. *ὥςπερ οἵ* explicare videtur *quippe qui*, quamquam nunc quidem nullum in promtu est rarioris hujus usus exemplum. Nam quae *Abreschius* ipse illic profert, non omnino satisfaciunt. Quomodo vero cunque explices, si *ὥςπερ* legitur, etiam *οἵ* est legendum, quemadmodum et *Schmiederus* scripsit, non *οἱ*, uti vulgo scriptum. Lehm.

Pag. 112. l. 1. *Ἁπλοϊκὸν*) Recte *simplicitas* cum liberalitate conjungitur, quod simpliciores soleant esse liberaliores. Hinc *ἁπλότης* sumitur pro *liberalitate* in N. T. Vide, quae notavimus in Addit. ad *Hammond.* ad *Rom.* XII, 8. Cler.

Ead. l. 2. *Μάζα*) Pro quovis genere panis. tenuiorum cibus, unde mirum, *Carionem μάζαν* accepisse pro delicatiori cibo. Fuere quidem *μάζαι* in deliciis, sed compositae. *Aristoph. Hesiod. Athen. Hesych. Suidas.* Bourd. Idem plane Thrasyclis temperantiam simulantis victus, qui Persarum, de quo vide *Brisson.* de R. P. II. p. 213. 214. (Polite describit

illorum inemtas dapes *Xenoph.* Cyr. L. I. Hemst. I.) Salem pauperioris fortunae hominibus obsonium fuisse, res nota: *salem delingere*, ἅλα λείχειν Athenis malebat Diogenes Cynicus, quam παρὰ Κρατερῷ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν· *Diogen. L.* VI, 57. Egregia quaedam est *Apollonii Tyan.* figura, et ad exemplar Pythagoreorum praeceptorum expressa Ep. VII. *Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἐμπόρον κάλων σείειν· ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἁλίαν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ· Mercatorem* (Euphratem sugillat ex sapientiae studio lucrum turpissime captantem, quales philosophos Socrates καπήλους adpellabat) *oportet omnem, ut ajunt, rudentem commovere: mihi contra sit in honesta pauperie nullas opes venantem juste temperanterque vivere.* Haec recte jam pridem intellexit *Casaubonus* ad illud *Persii* Sat. V.

— *regustatum digito terebrare salinum;*

itidemque *Gatakerus* A. M. P. c. 43. p. 879. ne de me dicam ad *Poll.* X, 169. quo magis mirificus est in his explicandis *Olearii* error, qui indicari tantum debet, non refutari. *Τὸ θύμον* apud *Lucian.* et *ἡ ἐννεάκρουνος* ad Atticorum tenuiorem vivendi rationem pertinet. *Aristoph.* Pl. v. 253. Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες· optime *Schol.* τῆς αὐτῆς πενίας μετασχόντες. Hemst. II.

Ibid. Θύμον) Male θυμὸν antea, qua loquendi formula passim utitur. Bourd.

Ead. l. 3. Ἡ κάρδαμον) Dixi ad illud *Petronii Nasturcii succum.* Bourd.

Ead. l. 4. Ἐννεάκρουνος) Fons Athenis, qui ab aliis dicitur Καλλιρόη· de quo interpr. *Aristoph.* male apud *Hesych. εἰνεάκρουνος* dicitur. hac de re legendus *Thucydides*, qui rem totam indicat, et *Portus* interp. Bourd. *Κρήνη Ἀθήνῃσιν*, novem venis saliens; unde et hoc nomen isti impositum. Vid. *Hesych.* et *Etymol. M.* Vorst. Adpositus est *Alciphronis* locus III. p. 386. *Si nemo me beatorum vocet*, inquit parasitus, *ἀνάγκη με σκάνδικας ἐσθίειν καὶ τήθεα, ἢ πόας ἀναλέγειν, καὶ τῆς Ἐννεακρούνου πίνοντα πίμπλασθαι τὴν γαστέρα·* ibi *Berglerum* haec *Lucianea* non praeterierunt: p. 392. *ἐρῶν τῆς Καλλιρρόης.* Aristippus ad Antisthenem in Epp. Socraticorum p. 25. *καὶ ἀπὸ τᾶς Ἐννεακρούνω λοῦσον τε καὶ πῖνε, καὶ τὸν αὐτὸν τρίβωνα θέρους τε καὶ χειμῶνος ἔχε ὑπόωντα, ὡς πρέπει ἐλεύθερον καὶ ζῶντα ἐν Ἀθάναις δαμοκρατικῶς.* De Enneacruno vel Callirrhoe fonte multa commentatores eruditissimi ad *Thucyd.* II, 15. Hemst. II.

Ead. l. 9. *Εἰς τὴν θάλ. ἐμβαλεῖς*) Hoc Diogenis est monitum in Vit. Auct. §. 9. cujus suasu Crates id ipsum fecisse dicitur. *Diogen. L.* VI, 87. et *Menagius*: eam historiam ob

oculos habuit *Hieronym.* Consol. ad *Julianum*: *Contemnis aurum: contemserunt et multi philosophi; e quibus unus, ut ceteros sileam, multarum possessionum pretium projecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum, malae cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis: philosophus gloriae animal, et popularis aurae vile mancipium totam simul sarcinam deposuit.* Improbat, et merito quidem, *Plut.* de Nobil. p. 218. §. 11. οὐχ ἧττον δ' ὡς ἄχρηστα τὰ χρήματα εἰς θάλατταν καταποντισθήσεσθαί τις κελεύῃ. Paullo aliter *Isocr.* in Archid. p. 130. A. οἱ μὲν κεκτημένοι τὰς οὐσίας ᾑδιον ἂν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σφέτερ' αὐτῶν βάλοιεν, ἢ τοῖς δεομένοις ἐπαρκέσειαν. *Phoenicidis* apud *Stob.* p. 80. et *Gellii* N. A. IX, 2. loca non dissimilia inter se comparavit *Bern. Martin.* V. L. I. c. 8. recte explanans illud *Musonii*, ἄξιος οὖν ἐστιν ἀργυρίου, quod interpretum nemo fuit adsecutus. Talia vero *Lucianus* adscripsit Thrasycli, quae recentioribus philosophis prius conveniant, quam iis, qui Timonis aetate vixerunt. Hemst. II.

Ead. l. 12. Ἐπεμβὰς) J. ed. hic corrupte ἐπιβάς. Vulgatam firmant haec verba Dial. Enip. et Nept. ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη. Solan.

Ead. l. 13. Τῆς κυματώδους γῆς) Audio Mss. et *Tan. Fabrum.* Sed quid *Lucianus* amaverit, colligere etiam possumus ex fine Hermotimi, ubi sic scribit: Ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. Gron. Κυματώγης) Vide etiam nostram et *Graevii* notam ad Hermot. c. 84. ubi eadem vox occurrit, quae et illic in impressis in κυματώδη mutata est. Solan. Codice Regio sponsore κυματωγῆς restitui: frustra *Gronovius* obducit locum ex Hermotimo: addidisse poterat *Long.* Past. III. p. 95. καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου πλησίον τῆς κυματώδους γῆς ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. Quanquam e Codicibus nihil a *Jungermanno* sit notatum, *Mollius* tamen hic etiam κυματωγῆς debere legi suspicatus est. Rem pluribus alias exponemus. Hemst. II. Et in *Longo* p. 99. Schaef.) a *Schaefero*, et apud *Nostrum* in Hermot. a *Reitzio* recepta hodie legitur vox κυματωγή. Addere placet, quae *Hemsterhusius* in minori edit. adnotavit: „*Hesych.* Κυματωγή, ῥαχία, αἰγιαλοῦ ὑπαγωγή. *Herodot. Calliop.* κηρυκήϊον ἐπὶ τῆς κυματωγῆς κείμενον· et *Agath.* lib. III. quem *Suidas* citat: sumitur etiam pro ipsa fluctuum ad litus adlisione: *Noster* in Navig. καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγὴν καὶ τὸν ἦχον μέγαν· atque ita intellige in altero, quem adposuit *Suidas*, loco." De *Longi* loco quae adspergit *Hemst.* praeterire jam licet. Porro vero haec ejusdem adponam: „Ἀλλ' ὅσον crebro apud *Pausan.*

sed infinitivo modo junctum: ut lib. I. cap. 23. *Ἐάτε δὲ λίθος οὐ μέγας, ἀλλ' ὅσον καθίζεσθαι μικρὸν ἄνδρα.*" LEHM.

Pag. 113. l. 2. *Αὐτῷ*) *Καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτοῦ ἀνῇς· αὐτοῦ, αὐτόθι*, nempe *ἐν τῇ οἰκίᾳ*, sive *οἴκοι*. MARCIL. Perspicue legendum *σεαυτῷ*, vel *σαυτῷ*, vel *ἑαυτῷ*, cum hoc de omnibus personis dicatur. Id enim vult Thrasycles, ut Timon ne *obolum* quidem sibi retineat. Idque jam consideravit interpres, vertens: *Tu eas alio potiore modo, confestim ex aedibus ejicito*, (potius, *confestim eum foras effer*) *ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuscunque opus est. Marcilius* legit *αὐτοῦ, illic.* JENS. Sic etiam *Abreschius* vult Dilucc. Thuc. p. 483. cum *Thoma Magistro*, ut ait, errore, credo, aliquo seductus: nam apud hunc nihil ejus lectionis inveni, qui s. v. *Ἄ μὲν, ἃ δὲ*, nonnisi sequentia: *διδοὺς ἅπασι* etc. laudet. *Αὐτῷ ἀνῇς* est in *Hemst.* min. et *ἀνεῖς, διαδοὺς* in Aug. et Gorl. quae lectio cum ea convenit, quam exhibent J. et Marg. A. 1. W. Jam, ut de hoc loco, quem suspectum esse dixit *Hemsterhusius* in Varr. Lect. ad edit. maj., quid mihi videatur, aperiam, primum lectio *ἀνεῖς*, manifesto incommoda et falsa, ex *ἀνῇς* proxime orta est, librario sequens Participium *διαδιδοὺς* vel *διδοὺς* leviter respiciente, vel etiam forma vocis *ἀνῇς* decepto. Ipsum vero *ἀνῇς*, quid sibi h. l. velit, prorsus equidem non perspicio. Nam quae e Pisc. c. 1. a *Solano* conferri jubentur, *χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἀνῇς*, nihil ea faciunt ad h. l. illustrandum. Et quod *Jensius* vult *ἀνιέναι ἑαυτῷ ὀβολὸν esse retinere sibi obolum*, id contra hujus verbi naturam statuit, quae, si recte video, potius ad oppositam sententiam ducere debebat. Denique *αὐτοῦ ἀνῇς* vereor, ut omnino Graecum sit. Reliquum est, ut parvum mendum corrigatur, ex inscitia illud vel negligentia illapsum, si ita scribas: *καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ ἀφῇς, neque obolum quidem tibi relinque ipsi.* Sic *ἀφιέναι* notissima et frequentissima significatione, et *αὐτῷ* est *ipsi*, possessori domus vel divitiarum, relato ad sequentes *ἅπαντας τοὺς δεομένους*. Neque enim vel *αὐτῷ* vel *σεαυτῷ* legendum. Magna saepe ac multiplex huic Pronomini vel a Criticis vel a librariis facta injuria, etiam in *Luciano* nostro. Diall. Marr. XII, 2. quaesierat Doris: *Ἡ δὲ* (Danaë) *τί ἔπραττεν, ὁπότε καθίετο;* Cui Thetis: *Τπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα — — τὸ βρέφος δὲ* etc. i. e. De *ipsa* quidem (*se*) tacebat — — infantem vero etc. Omnes ibi libri, praeter unam Argent. ed., habent vel *ἑαυτῆς*, vel *αὐτῆς*. Ceterum *διαδιδοὺς* in nostro loco vera est lectio, neutiquam *διδοὺς Thomae M.* cujus parum pro ipsius consilio

interfuit, utrum διδοὺς legeretur, an διαδιδοὺς, neque Aoristus διαδοὺς, quem plane respuit loci natura. LEHM.

Ibid. Ἀνῇς) Proba scriptura, vide Pisc. c. 1. Ed. J. ἀνεὶς. SOLAN.

Ead. l. 8. Ὧι δὲ μνᾶν, ᾧ δ' ἡμιτ.) Variant hic libri. τάλαντον vulgatarum non agnoscit J. ed. nec reperitur apud *Thomam Mag.* qui hunc locum adducit v. Ἄ μὲν, ἃ δέ· neque in *Scholio*, quod vide in Rhet. Praec. Sed pro eo hi omnes habent ἡμιτάλαντον, quod adeo admisimus; quia ea ratione talentum sibi integrum, ut philosopho, quem duplo donari auctor est, conficit. Reliquarum ergo edd. *talentum* rejecimus. Sed in eo secuti auctoritatem ed. J. potissimum, in alio respuimus, quod μνᾶν non agnoscit, quod probum et in omnibus legitur. Sic enim gradatim melius ad summam, quam captat, adscenditur. SOLAN. Formulam ᾧ μὲν, ᾧ δὲ spuriam et alienam ab Atticae locutionis norma statuit ipse *Lucianus* in *Soloec.* Grammaticorum decretis scilicet obsequutus: utitur tamen et hic et alibi *Noster*, ut docuit erudite summus *Graevius*: *Polyb.* Hist. lib. I. οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δὲ ἀπέσφαξαν· sed purius idem paullo post: τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάξαντες τῶν πολιτῶν. *Soranus* in Hippocr. Vita: ἀφ' οὗ εἰκοστὸς, ἀφ' οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. *Menandrum* si majori habemus in pretio, quam *Phrynichus*, valebit haec formula: ejus hoc est: Οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δὲ ἀφαιρεῖται τύχη. Vide *Thomam*. HEMST. I.

Ead. l. 8. Δύο μεδ. χωρ. Alγ.) Medimnus Atticus circiter octoginta libras tritici continebat, Aegineticus plures. Auri vero plus quam, ut opinor, quinquagesies tritico gravioris tantum pondus complexa esset ejusmodi pera, ut viginti camelis opus fuisset ad eam bajulandam. Insaniam pseudophilosophi graphice describit *Lucianus*. CLER. V. *Leon Porcius* AG. IX, 1483. Drachma etiam Aeginetica dupla fere Atticae drachmae fuisse traditur. Attica VII solidorum sive denariorum Anglicorum, Aeginetica XII seu unius Schilling. SOLAN. *Modios* etiam *Faber*: *medimnos* transferre debuerat: vid. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VI. cap. 12. Eodem nomine *Strabonis* interpretem reprehendit *Hostus* de Mens. Gr. c. VI. Multis error communis: neque tamen non verum est, Graecos recentiores μόδιον et μέδιμνον nonnunquam confundere. Medimni, aliusve aridorum mensurae Aegineticae nusquam reperi mentionem factam: propterea negare nolim, ut ponderibus et pecuniae pretio Atticos Aeginetae praecesserunt, sic et mensurarum magnitudine. Sed fieri potest, ut, quod de ponderibus et nummis erat certum, ridicule *Lucianus* ad men-

suram traduxerit. Mox φιλοσοφοῦντα contra ed. *J.* auctoritatem servavi. *Noster* in Peregr. §. 30. *Χρυσῷ σαξάμενος πήρην* —. HEMST. II. *Diogenis* erat, *μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν*. HEMST. I.

Ead. l. 9. *Φιλόσοφον*) Ex edit. *J.* Reliquae *φιλοσοφοῦντα*. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ*) Recte quidem interpretes: sed malim *ἐπιμ. τὴν δικέλλην*, *caput tuum pugnis implebo, atque insuper ligonem admetiar.* Olim in mentem venerat: *τὴν κεφ. ἐμπ. κονδυλῶν* vel *κονδυλῶν*, *ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ*, *caput tuum implebo tumoribus ligone admensus:* sunt certe *κονδύλαι* vel *κονδυλαὶ*, *ἀνοιδήσεις* in *Hesychio*, *tubercula*, *tumores*, etiam tales, qui ex ictibus impactis oriuntur: *Schol. Aristoph.* ad Acharn. v. 1180. *ἀπὸ τῆς πληγῆς κονδύλην ἐποίησεν αὐτὸς ὁ Λάμαχος*. Verum insolentius videtur vocabulum, quam ut *Lucianum* deceat. HEMST. II. Elegans est *Tollii* nota ad *Longin.* p. 232. *κόνδυλον ἐντρίβειν μάλα στερεόν*· *Aelian.* V. H. XIII, 38. hoc summi dedecoris loco deputabatur. *Demosth.* adv. Midiam et *Laërt.* in Diog. *Hemst.* I. — Apud *Nostrum* in Prometh. s. Cauc. c. 10. itidem *κονδύλους ἐντρίβειν*. Admodum festive et eleganter Mercurius in Charon. c. 2. *ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόνδυλον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον*. Noluerim itaque tangi optimae notae vocem. *Ἐπιμετρεῖν*, *admetiri*, *metiendo addere*, *Nostro* usitatissimum cum magna variatione. Diall. Mortt. V, 1. Philops. c. 24. Navig. c. 18. et 19. Mensurae nomen per Dativum vel potius Ablativum additur, ut Diall. Mortt. XII, 2. *δακτυλίους μεδίμνοις ἀπομετρεῖν*. Neque tamen propter hunc locum etiam hic scribendum *ἀπομετρήσας τῇ δικέλλῃ*, neque id quod etiam minus equidem probaverim, cum *Hemst.* mutandum *ἐπιμετρήσας τὴν δίκελλαν* (nam sic scribi debebat, non *δικέλλην*). Qua admissa mutatione magna venustatis pars perierit. Recte enim interpretes *auctarium* verterunt, quod satis jocose prius Timon exsolvit ligone, quam donum ipsum, quod in peram erat medimnis metiendum. Scilicet *πρὸ τῆς πήρας* insigni brevitate dictum *prius*, *quam peram*, *caput implebo tuum*; plenius foret *πρὶν ἢ τὴν πήραν ἐμπλήσω*, *τὴν κεφαλήν σοι ἐμπλήσω*, sed multo jejunius *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 702. supplet *ἐμπλησθυμένης*, aut legi vult *πρὸ γοῦν τοῦ τὴν πήραν*. LEHM.

Ead. l. 14. *Ὦ δημοκρατία*) Vid. *Herald.* Obs. et Emend. c. 48. HEMST. II. *Aristoph.* Pl. v. 950.

Ὅτι καταλύει περιφανῶς εἰς ὢν μόνος
Τὴν δημοκρατίαν·

crimen hoc invidiosissimum iis objiciebant, qui insigni aliquo facinore populi libertatem solicitare videbantur: saepius in *Aristophane* et Oratione *Demosthenis* adv. Midiam, ad quam videas *Ulpianum*. HEMST. I.

Pag. 114. l. 6. *Πάλαι πεπονηκυῖαν*] Recte *Benedictus: jam dudum fatigatum.* Neque enim *πάλαι* solum vim habet ejus, quod *olim*, i. e. *longe abhinc tempore, fuit*, sed indicat etiam saepe id, quod *dudum*, i. e. *ex longo inde tempore, est.* Diall. Deor. VII, 4. Apollo se ipse dicit *τὸν πάλαι πυθαρίζειν ἀσκοῦντα.* Ibid. XX, 13. Venus ad Paridem: *ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα* etc. Pertinent huc etiam illi *οἱ πάλαι δορυφορήσαντες* Diall. Mort. VI, 3. *qui ex longo jam tempore Terpsionem observaverant*; non *olim*, quod nihili esset. Hinc quid jam sequatur ad conjecturam *Jacobsii*, in *Porson.* Adverss. *πολλὰ* pro *πάλαι* substituentis, dijudicandam, per se intelligi puto. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἐπιχαλαζῶ*) *Noster* in Gall. §. 22. *κατεχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους. Saxa grandine plura: Ovid.* Ib. v. 470. De telorum, lapidum etc. *nimbis, imbribus,* quae valde sunt Latinis usitata, *Franc. Juret.* ad *Paulin.* de Vit. Martin. III. v. 453. HEMST. II.

Ead. l. 9. *ΑΝΔΡΕΣ*) Sic ex conjectura scribere lubuit. In quibusdam enim nihil erat; in *Fr.* vero *P. S.* et *A. Bl.* quasi unus hoc clamaret Blepsias; cum una omnes exclamare territos et trepidantes, magis comicum sit, et simul verbis *ἄπιμεν* consonum. SOLAN. Vere haec dicta *lubido.* Nam etiam in Arg. et B. 2. haec tribuuntur *Blepsiae.* In A. 1. et 2. nulla personae notatio. Fere autem *Lucianus* uni e multitudine tribuit dicendum, quod ab omni turba profectum videri vult. Mortt. Diall. II, in. *Croesus* et suo et simul Sardanapali et Midae nomine exclamat: *Οὐ φέρομεν* etc. et sic etiam deinceps. Diall. Marinn. XIV. Triton cum quinquaginta Nereidibus colloquitur, ex quarum numero nunc Thetis, nunc Iphianassa, ceterarum nomine respondet. Diall. Deor. XX, 2. Juno *δεδίαμεν ἡμεῖς* dicit simul Minervae nomine. Sed pudet plura adjicere de re per se satis clara et explorata. Si tamen sit, cui haec non sufficiant, adeat is *Aristophan.* Pac. v. 446. ed. Dindorf. *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1368. *Schaefer.* ad *Sophocl.* Oed. Col. v. 1102. *Reisig.* in Conjectann. p. 237. *Elmslej.* ad *Aristoph.* Acharnn. v. 741. LEHM.

IN HALCYONEM.

Pag. 115. l. 1. *ΑΛΚΥΩΝ*) Halcyonem hunc *Luciano* adscriptum Leonis philosophi Academici esse, testantur *Athen.* II. et *Laërt.* in *Plat.* Nec Platoni hic dialogus elapsus est, sicut nonnulli putant, quos Socratis persona in errorem pellexit. Occasio Dialogi a cantu Alcedinis. Pulcherrimum est commentum, in quo splendide de immensa summi atque aeterni principis potestate disseritur, deque divinis rebus. Cogn. Non est *Luciani*, sed Leonis Academici, si *Antonio Mureto* sua stat fides Or. IV. *Luciani* quidem prorsus non esse, tum dictio lenta et oscitans, tum sententiarum levitas, et argumentorum frigus, et delirationes arguunt satis. Marcil. Halcyon quidem non est *Luciani* ex animi sententia loquentis, quippe Epicurei, et forte ex deterrimo Epicureorum genere, qui malos mores cum prava doctrina conjungebant: sed posset esse *Luciani* animi caussa Platonicum agentis. Profecto haec elegans est *Platonis* imitatio, sed in qua hoc unum merito arguas futilitatis, quod serio narretur putidissima fabula, eique aptetur, quicquid in re gravi et comperta de divina potentia dici potuisset. Sed si dictorum ineptam occasionem demseris, et sententias de divina potentia spectaveris seorsim, fatebere, vix quicquam de ea melius posse dici. Ceterum de Halcyonis fabula vide *Steph. Clerici* Academ. Quaest. V. Cler. *Halcyonem* dialogum fuerunt olim qui *Platoni* tribuerent; sed inter aperte nothos numerat *Diogenes Laërtius* Platone p. 84. C. Hunc autem ipsum Dialogum ex *Galaei* Collectaneis aliisque satis constat, eum esse, qui *Platoni* tribuebatur; cum ibi inter ejus opera, quamvis notatus, reperiatur. Leoni cuidam a Phavorino philosopho, teste eodem *Diogene*, tribuebatur; unde satis liquet; non posse *Lucianum* habere auctorem, qui *Laërtio* coaevus, *Phavorino* junior fuit. Eum Leonem Academicum vocat Nicias Nicaeensis apud *Athenaeum* XI. *Muretus* etiam Or. IV. et *Tan. Faber* in Notis ad *Phaedri* fab. pag. 173. C. Et sane etiamsi haec testimonia non suppeterent, vix credibile fit, *Lucianum* de Deorum vi et potentia tam

recte sensisse et tam magnifice locutum. Vide *Biblioth. Caesar.* VII. p. 3. *Platoni* autem minime tribuerim, tum quia veteres rejecerunt, tum ob ea praecipue, quae de duabus Socratis uxoribus in fine leguntur. SOLAN. De auctore hujus libelli et mea addere non licebit, sed oportebit, quum *Wielandius* ne minimam quidem caussam, ob quam is *Luciani* esse negetur, exstare contenderit. Paucis res, si eam perideo, profligabitur. Nec potest esse *Luciani*, nec vere est. Non potest *Lucianus* hujus dialogi auctor haberi. Nam non diversus est libellus ingenio et argumento ab aliis vere Lucianeis, sed ex diametro iis oppositus. Hic Socrates non solum alius est, atque ille, quem alibi apud *Nostrum* offendimus, e. g. in Piscatore, Vitarum auctione, Mortuorum Dialogis XX. et XXI. sed etiam ita alius, ut hujus sapientia cum illius vanitate, hujus modestia cum illius jactantia, hujus ingenua honestas ac pietas cum illius putida simulatione et animi humilitate conciliari non facile posse videatur. Deinde etiam quod ad rem propositam ipsam adtinet, nunquam *Luciano*, qualis aliunde nobis notus est, in mentem venire potuit, miracula mundi et inprimis prodigiosas naturarum conversiones ita tueri ac defendere, uti id in hoc dialogo factum est; ei videlicet *Luciano*, qui, quidquid sensum communem excedit, vel tantum excedere videtur, acerrime omnis generis telis impugnare ex professo studuit. De forma et stylo dialogi, utpote rei tractatae ipsi adcommodato, nihil dico: nam sunt etiam in *Lucianeis* dialogi, qui ab hac quidem parte cum Halcyone quodammodo comparari possint. Quemadmodum igitur *Volcmari Reinhardii* orationem aliquam sacram, vel *Immanuelis Kantii* commentationem aliquam philosophicam, etiamsi in ipsis *Wielandii* operibus reperiatur, nemo facile, qui sanis gaudeat naribus, pro ipsius *Wielandii* opere habuerit, ita neque hic dialogus, qui gravitatis cujusdam Academicae speciem prae se fert, minime pro Lucianei ingenii foetu ab eo saltem, cui illud familiare sit, haberi potest. Idque eo minus fieri potest, quum ad haec interna argumenta etiam externa accedant testimonia. Nam quum in Galaei Collectaneis hic idem dialogus inter *Platonis* opera, quamquam notatus, reperiatur: nihil probabilius, ne dicam certius, esse potest, quam hunc ipsum esse illum, quem *Diogenes* L. L. III. p. 84. Menag. teste *Phavorino* philosopho, et *Athenaeus* L. XI. p. 506. c. teste *Nicia Nicaeensi Leonis Academici* esse dixerunt. Quod autem *Hemsterhusius*, cujus auctoritati in talibus dijudicandis merito plurimum tribuit *Wielandius*, nihil omnino de auctore libelli adnotavit,

hinc falso colligere videtur *Wielandius*, summum illum virum de authentia libelli non dubitasse. Contra probabile est, eum in illis, quae ante ipsum a viris doctis observata erant, acquievisse ita, ut nihil sibi addendum putaret. Quod nisi ita esset, haud dubie pro more suo caussae *Luciani* sui non defuisset tacendo. Interim tamen lubens *Wielandio* adsentior, *Thomam Morum* (*Marcilium*) morositatis et cupiditatis incusanti, quod is huic dialogo dictionem lentam et oscitantem, tum sententiarum levitatem et argumentorum frigus et delirationes exprobraverit: quorum omnium neque ego quidquam ibi reperi. Imo potius Socraticorum veterum tum disciplinam, tum orationem, haud difficulter agnoscet, penes quem earum rerum judicium est et arbitrium. LEHM.

Ead. l. 15. *Ἄφωνα*) Caussam adfert *Aristoteles*, quod his neque pulmo sit, neque arteria, neque guttur. *Horat.* in Odis (IV, 3, 19. 20.):

O mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat, sonum.

Lucian. in Gallo: *πολὺ ἀφωνότερος ἔσομαι τῶν ἰχθύων*· adv. Indoct. *μᾶλλον τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος εἶ*. COGN.

Ead. l. 18. *Παλαιὸς ἀ. μεμύθευται λόγος*) Occasio disputationis fuit fabula de Ceyce et Halcyone. In hunc ferme modum habetur apud *Ovid.* Metam. lib. XI, 420. Ceyx Luciferi filius Trachiniae rex Halcyonem habuit uxorem; a qua cum prohibitus isset ad consulendum Apollinem Clarium de statu regni, naufragio periit: cujus corpus cum ad uxorem delatum fuisset in Trachinem, doloris impatiens illa in mare se praecipitavit. Postea miseratione Thetidis et Luciferi conversi sunt ambo in aves marinas, quae Graecis *ἀλκυόνες* dicuntur, Latinis Alcedones, ut ait *Varro* de L. L. lib. III. Hae, referente *Plinio* X. c. 32. ex *Aristotele*, paullo ampliores sunt passere, colore cyaneo, collo gracili ac procero. Foetificant bruma, qui dies Graecis *ἀλκυονίδες*, Latinis *Halcyonia* vocantur. Neque adparent, nisi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt: unde *Mantuanus*:

Producit Ceycis aves ubi frigida bruma.

Ili dies et nautis sunt noti: nam in his tempestatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilae figura paullum eminenti ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, ex spinis aculeatis compacti, tanta duritie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, ut spuma arida maris. De tranquillitate Halcyonidum dierum *Lucianus* hic: *τὰς ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει.*

Hinc ductum est adagium istud *Aristophanicum* in Avib. v. 1593. Ἀλκυονίδας τ' ἂν ἤγεθ' ἡμέρας ἀεί. id est, *Atque halcyonicos egeritis adsidue dies*: hoc est, *tranquillam atque otiosam vitam*. *Plautus* in Poenulo Act. I. Sc. II, 142.

— *nisi mihi illam tam tranquillam facis,*
Quam mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos.

Idem in Casin. Prol. v. 26. *Halcedonia sunt circa forum*; id est, tranquillitas et silentium. *Virgilius* inter prognostica futurae tempestatis hoc quoque refert Georg. I, 398.

Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt
Dilectae Thetidi halcyones. —

Meminit harum et *Theocritus* Eid. VII. *Homer.* Il. K. *Servius* ad *Virgil.* Georg. I. Ceryli maris halcyonum *Theocritus* in Bionis morte: qui, ubi consenuit, a conjuge alis impositus gestari dicitur: et talis conjugii amor est in his aviculis, ut, cum altera ex eis interiit, quae superstes est, longo tempore amissam sociam lugubri voce deploret. Alii *cerylum* ab *halcedone* discernunt, sed tamen de eodem genere esse statuunt. *Aristot.* de Histor. Anim. VIII. c. 3. etiam videtur discernere ab halcedonibus; attamen eundem locum et victum utrique tribuit. *Gaza carulum* vertit. Cogn. De Halcyone et Alcedoniis copiosissime *Ulyss. Aldrovand.* Ornith. XX. c. 60. Is p. 511. ubi de hoc scripto mentionem facit, cum ista chartae mandabat, (*Varinus ejusdem* [Halcyonis] *Pausaniam auctorem facere videtur: nam in* voce *Κήρυλος Pausaniam scribit condidisse Halcyones*) in errorem incidit non mediocrem: qui facile potest deprehendi, si quis meminerit, ex *Eustathio* ad Il. I. p. 776. esse depromta, quae *Phavorinus Camers* in Lexicon retulit in Ἀλκυονίδες ἡμέραι· nam ad vocem *Κήρυλος* nihil horum simile. Ansam autem labendi haec dederunt verba: Ἰστέον δὲ ὅτι κήρυλοι κατὰ Παυσανίαν ἐν ἀλκυόσιν ἄῤῥενες etc. *Pausanias* ille vocabularium dictionum Atticarum confecit, cujus etsi permulta, vellem tamen pro suis multo plura descripsisset verbosus *Homeri Commentator.* Hemst.

Ead. l. 19. *Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα*) *Augustinus Datus* cum *Benedicto*, *Aeoli Graeci filiam.* Scilicet ut plures ad verba adtendunt, non ad rem vel *Luciani* sententiam, qui volebat *ajunt mulierem quondam, Aeoli filiam, Hellenis neptem*, vel ex *Ovidii* libro XI. Metam. ubi Halcyone vocatur *Aeolis*, vel ex *Dicaearcho*, cujus verba sunt: ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη· quae locutio non minus notat, patrem Aeoli fuisse Hellena, quam filium. Contrario modo impingunt in Her-

motimo §. 39. verba Graeca *Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου* interpretantes *Evandrida, Elei filio*, cum patria, non pater describatur. Gron. Aeolum hunc, ut vides, filium Hellenis facit: uti et *Apollodorus* p. 11. l. 16. Vide etiam *Jambl.* n. 242. *Hygin.* F. CXXV. Alius vulgo Hippotae filius traditur, Hippotae ex filia nepos. Solan. Aeolum Hellenis filium omnes faciunt Scholiastae veteres *Theocr.* ad Eid. III, 45. *Pindar.* ad Pythion. IV, 190. *Apoll. Rhod.* ad I, 143. *Procl.* in *Hesiod.* p. 46. *Plin.* H. N. VII, 56. p. 480. Aeolus Hippotae filius ab hoc est diversus, ut liquet ex *Diodoro Sic.* IV. p. 188. ad quem *Rhodomannus* contexuit Aeolidarum seriem. *Dicaearchi*, quem *Gronovius* adtulit, locus est corruptus: *Salmas.* de L. Hell. p. 355. *Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος* reponendum sancit: *Palmer.* Gr. A. p. 8. *Gronovio* praeivit, intelligendumque statuit *Ἕλληνος πατρὸς τοῦ Αἰόλου*· verum, ut *Dicaearcho* secum conveniat, legendum est *ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Διός*· mox ipse: *Ἑλλὰς μὲν οὖν ἔστιν, ὥςπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν*· si literis grandioribus *ΑΙΟΛΟΥ* scribatur, origo vitii statim patet. Vid. *Clem.* Strom. VI. p. 679. A. Hemst.

Pag. 116. l. 1. *Κουρίδιον ἄνδρα*) Vid. *Reines.* ad Inscr. Cl. XIV. n. 3. *Ceyx Hesperi sive Luciferi et Philonidis filius: Hygin.* F. LXV. ubi vide *Munckerum. Clem.* Protr. p. 35. D. *Κῆϋξ μὲν Αἰόλου Ζεὺς ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικὸς, Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη*· cum ceteris in gratiam redibit *Clemens*, si modo unam vocem sedem mutare jusseris: *Κῆϋξ μὲν Ζεὺς ὑπὸ τῆς Αἰόλου Ἀλκυόνης* etc. *Schol. Homer.* ad. Il. I. 558. *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 251. Huic in transcursu foedissimam labem eximemus: *ἡ δὲ* (Halcyon) *ἄγαν περιπαθῶς ὠδύρετο τὸν τοῦ ἀνδρὸς θάνατον παρὰ τῷ Σίλλῳ*· imo vero *παρὰ τῷ αἰγιαλῷ*. *Noster* etiam in initio, *ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν*, et plerique alii halcyonem *ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς* quiritari tradunt. Hemst.

Ead. l. 2. *Κήϋκα*) Rex erat Trachine. Cum *Nostro* sentit *Hyginus* f. 125. *Clemens Alex.* Ceycem Aeoli filium facit, non Halcyonem, p. 22. A. de regibus verba faciens, qui sibi Deorum nomina adsumserunt. *Κῆϋξ μὲν*, inquit, *Αἰόλου ΖΕΥΣ ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός. Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ΗΡΑ προσαγορευομένη*. Sed et *Theocriti Scholiastes* cum *Luciano* facit p. 287. B. Solan.

Ead. l. 3. *Τοῦ ἀστέρος*) Sic legendum, ut edidimus, litera minuscula. V. *Hesiod.* Theog. 381. et *Schol. Homer.* ad Il. I. 558. Neque enim nomen proprium est, ut somniarunt illi. V. *Ovid.* Met. XI, 271. Aurorae is filius. Apud *Apol-*

Iodorum tamen *Ἑωσφόρος* dicitur *Ἀστραίου*. ejusque filius Ceyx dicitur p. 11. l. 20. SOLAN.

Ead. l. 12. *Περὶ θεῶν*) Forte legendum *παρά*. Ad hanc fabulam adlusit *Euripid.* Iph. in Taur. v. 1089. COGN. Turpissime hic mendo omnes ferme libri foedantur, cum *περὶ* pro *παρὰ* obtrudunt: cum tamen proclive sit ex similibus *Luciani* locis hunc etiam emendare. Vide finem hujus ipsius dialogi: *τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν*, in omnibus recte. Sic libr. II. Ver. Hist. c. 3. *ταύτην παρὰ τοῦ Ποσειδῶνος λαβοῦσα τὴν τιμὴν*, recte iterum in omnibus. At in eodem libro c. 33. errarunt iterum plerique: in *Fl.* tamen, uti et hic, et in *P.* recte est *ταύτης — ΠΑΡΑ τοῦ Τπνου λαχὼν τῆς τιμῆς*. Notandum autem, in Aldina saepius reperi *π*" (quod proprie est *περὶ*) positum pro *παρὰ*, ut in hoc postremo loco, et in Dial. Diog. et Herc. ubi *γεγάμηκε τὴν Ἥβην π*" *τοῖς θεοῖς*, ab aliis, excepta *Fr.* lectum aut emendatum est in *παρὰ τ. θ.* ut in fine ejusdem *παρὰ τοῖς νεκροῖς*. Cum haec scriberem, nondum Florentinam videram, quae recte hoc in loco legit *παρά*. SOLAN. *Παρὰ* pro *περὶ* certissimum est: in multis explorata linguae ratio contra quicquid est Codicum Mss. valet. Simillime *Plato* de cicadis in Phaedr. p. 1230. B. *ὃ γέρας ἔχουσι παρὰ θεῶν*· et mox, *γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν*· quae plus una vice *Aelianus* de Anim. est imitatus. *Euripid.* Hel. v. 15. *Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα*. Cum his egregius locus est *Plutarchi* comparandus de Sol. Anim. p. 982. F. *τίνος δὲ γενέσεις καὶ τόκους καὶ ὠδῖνας ὁ θεὸς οὕτως ἐτίμησεν*; mox, *τῇ δὲ ἀλκύονι τικτούσῃ περὶ τροπὰς πᾶσαν ἵστησι θάλασσαν ἀκύμονα καὶ ἀσάλευτον*· tum *φίλανδρος μὲν οὕτως ἐστὶν* etc. De Halcyoniis quid aliis indictum supersit, sunt sane non pauca, nunc operosius investigare non lubet: vide *Suid.* in *Ἀλκυονίδες ἡμέραι* et *Kuster.* *Varro* apud *Nonium* p. 145. *Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.* HEMST. Congesserunt nonnulla Vir Doctus in Observ. Miscell. Vol. IV. p. 445. et *Gierig.* ad *Ovid.* Met. XI, 733. LEHM.

Ibid. *Ἐπὶ γὰρ τῇ τ. νεοττείᾳ*) *H. Stephan.* Thes. L. G. T. II. p. 1040. B. profert, *ἐπὶ γὰρ δὴ τούτου νεοττείᾳ*· quod alicubi repererit, an ita scribendum judicarit, haud equidem scio. Particulae certe *γὰρ δὴ* mox §. 3. alibique a *Luciano* conjunctae, et ad hunc locum apte satis conveniunt. HEMST. Videmur tamen Articulo non bene carere posse. LEHM.

Ead. l. 13. *Ἀλκυονίδας*) *Ἀλκυονίδες, ἡμέραι τινὲς τὸν ἀριθμὸν ιδ'. γαληναί, ἐν αἷς νοσσεύει ἡ ἀλκυών. Hesych.* VORST.

Ibid. Κατὰ χειμῶνα μέσον διαφέρουσας ταῖς εὐδίαις) Certe non debuerunt haec intelligi et verti aut cum *Dato tranquillitatis differentis*, aut cum *Benedicto media hieme ab aliis serenitate differentes*, sed *eminentes*, *eximias*, quod putidum fere est monere, cum ut passim, tum in *Luciano* millies occurrit. GRON.

Ead. l. 14. *Παντὸς μᾶλλον*) *Plato* p. 53. A. Variant autem hic libri. P. L. et J. *πάντων* habent. Reliqui impressi *παντός*. Neutrum probo. SOLAN.

Ead. l. 15. *Γαλήνιον*) Adducit haec verba *Andr. Rivinus* de Ven. Sal. et Mal. §. 35. Modo *παντὸς μᾶλλον* an *πάντων* scribas, nihil interest: utrumque aeque commodum; formula quaedam solennis absolute sic ponitur, ut genus nominis, ad quod videtur referri, non curet: ita diceres, hic scribi debuisse *πάσης* vel *πασῶν*, scilicet *ἡμέρας* aut *ἡμερῶν*. In *Platone* et *Xenophonte* nihil est frequentius: mox, *παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται*. HEMST.

Pag. 117. l. 3. *Τῷ ποτε*) Ante *τί ποτε*. GUIET. Temere *Schmiederus πῶς πώποτε* scripsit, secutus cod. 2954., quae lectio manifesto ex interpretamento orta. *Τῷ* enim, quod proprie est Attici moris pro *τίνι*, elliptice h. l. positum pro *τῷ* (*τίνι*) *τρόπῳ*, uti plene legitur Diall. Deor. III. quamquam et ibi nonnulli, in his idem *Schmiederus* peccarunt, scribentes: *τῳ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη*; sine circumflexo. Cf. ibid. Diall. VII, 3. *Τῷ τοῦτο τεκμαίρεσθαι ἔχεις*; Demonstrativum *ᾧδε* (int. *τρόπῳ*) *hocce modo*, ad hanc ipsam scribendi normam pertinere, vel ex *L. Bos* de Ellips. s. *τρόπος* notum est. LEHM.

Ibid. Τοῖς ἐξ ἀρχῆς) *Benedictus: quomodo priscis hominibus habenda est fides?* a quibus scilicet haec fabula fuit propagata: neque diffiteor dici posse *τοὺς ἐξ ἀρχῆς* pro *τοῖς ἀρχαίοις*· sed melius ad sententiam congruit, quod dedi: atque ita fere *Solanus*, qui verterat, *quid est, quod iis fidem faciat, quae a te dicta sunt, o Socrates?* Idem vir doctissimus, quae paullo post sequuntur, *δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην* etc. hunc in modum fuit interpretatus: *Ex humana enim potentia ignotam, incredibilem et invisibilem aestimamus.* Multum dissentio; quippe cui placuerit is verborum sensus, quem jam ante priores interpretes *Datus* et *Benedictus* probarant. *Δοκιμάζειν κατὰ δ.* vereor, ut illa potestate satis sit Graecum: tum scribendum fuerat, *τὴν ἄγνωστον οὖσαν* etc. scilicet *θεῶν δύναμιν*, de qua tamen nullam adhuc mentionem fecit. *Ἄγνωστος, ἄπιστος, ἀόρατος* hujusque generis vocabula quam plurima utraque agendi et patiendi virtute gaudent. Vide *Thom. M.* in *Ἀθέατος. Ἀμεμπτος. Ἀνέραστος. Ἀπρονόητος.*

Ασύνετος. Ἄφθονος. Ἄποπτος. quaedam notavit *Jer. Hoelzlin.* ad *Apollon. Rh.* II, 956. plura *Aem. Portus* Lex. Ion. in *Ἄκριτος·* fit tamen nonnunquam, ut interpretes fallant: sic in *Phalarid.* Ep. 98. *τὸ ἀνεξέταστον πλῆθος, vulgus, quod nihil expendit, aut ex vero aestimat.* In utriusque autem loci versione non erat, cur vel minimum amplius haesitarem, postquam magnum in hanc partem momentum accedebat limatissimum *Petr. Wesselingii* judicium. Hemst.

Ead. l. 6. *Εοίκαμεν*) Hic *ἐοίκαμεν εἶναι* perinde est, ac *ἐσμὲν, sumus*: nam interdum *ἔοικε* non est dubitantis, sed affirmantis. Vid. *Aegid. Menag.* ad *Diog. Laërtii* lib. IX. S. 73. Cler. Ad similem *Isidori Pelusiotae* sententiam II. Ep. 117. haec notavit *Rittershusius*: ejus generis alia *Pricaeus* ad *Apul.* Miles. I. p. 8. Hemst. Insignis error, ac vetustus, neque hodienum insolens. Neque enim quod tantum ita videtur, neque quod vere ita est, significatur verbo *ἐοικέναι.* Ad illam vim notandam Graeci verbo *δοκεῖν*, ad hanc voce *εἶναι*, utuntur. *Ἐοικέναι* natura sua aliam habet vim, quae inter speciem et veritatem quasi medium tenet, vim *probabilitatis, verisimilitudinis;* quam eandem et cognatis illis *ὡς εἰκὸς, εἰκότως*, inesse constat. Per singula id persequi, quum longe pateat usus, non placet. Et facile haec res ab eo, qui et sapit et adtendit, intelligi potest. Quod in nostro loco Socrates dicere vult, hoc est: *Sumus nos, id quod par est* (siquidem naturae humanae rationes ac fines respiciamus) *eorum, quae fieri vel possunt, vel non possunt, omnino hebetes quidam censores.* Falso interpres: *Videmur esse*, quasi scriptum esset *δοκοῦμεν εἶναι.* Mox idem non minus falso verba: *τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος*, reddidit: *re enim vera infans videtur esse omnis homo*, quum deberet: *revera enim infantem esse consentaneum est unumquemque hominem.* Additur deinceps argumentum, quo nitatur hoc sane probabile judicium. Verum infinitus foret labor omnia hujusmodi erroris exempla enumerare et corrigere. Lehm.

Ead. l. 11. *Τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων*) Ineptissime *Benedictus, revera enim omnis homo infans est, maxime vero senex*; cum longe adcommodatius *Datus: Omnis namque homo infans utique videtur esse, vel ultima senectute provectus*, quae verissima *Luciani* mentis expressio. Gron. Expressit illud Aegyptiorum Soloni dictum apud *Platonem: Graecos semper pueros.* Suam autem sententiam validioribus longe quam illi argumentis firmat. Sic et *Seneca* apud *Lactantium* II, 4. *Non*, inquit, *bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper. Verum hoc interest, quod majora nos ludi-*

mus. Solan. Longe haec diversa. Rectius, ut solet, *Hemsterhusius* illud *Hipparchi* contulit: ὡς πρὸς τὸν ξύμπ. Nempe hoc vult Noster: *Vita nostra adeo brevis est, ut vel longissima vel maxime decrepiti senis aetas nil nisi infantia esse videatur, comparata quidem cum omni aeternitate.* Inde scilicet probat illam hominis νηπιότητα φρενῶν, comparatam illam cum mentis divinae virilitate, atque adeo commendat modestiam in judicando de rebus divinis. Praeceptum sapientissimo philosophorum sane dignissimum! Lehm.

Ead. l. 13. Νεογιλὸς) Vox *Polluci* improbata, qui hunc in modum est refingendus II, 8. τὸ δὲ νεογιλὲς ἢ νεογιλὸν, εἰ καὶ Ἰσαῖος εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Ἀριστάρχου, οὐ δόκιμον. Νεογιλαῖος per me licet exsulatum abeat e Graeca lingua: ibi protulit hunc locum *Jungermannus.* Sententia persimilis *Hipparchi* Pythag. apud *Stob.* p. 573. Ὡς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι βραχύτατον ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον. Hemst.

Pag. 118. l. 3. Ἤδη) Ex P. et L. hoc, in impressis enim καὶ δὴ legebatur. Solan. Καὶ δὴ minime mutandum. *Aristoph.* Pl. v. 227. Καὶ δὴ βαθίζω. Thesmoph. v. 221. Apud *Platonem* saepissime. Hemst.

Ead. l. 6. Ἀνυποστάτου) Ἀνυπόστατος χειμάῤῥους *Julian.* Or. I. p. 34. C. Agit de hac voce *Is. Casaub.* ad *Athen.* III. c. 20. Mox in illis εἰς ὄρνιθός τινος abesse potest εἰς. Hemst.

Ead. l. 9. Τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν) Vid. *Gataker.* ad *M. Antonin.* VII. §. 23. Hemst.

Ead. l. 11. Πολλὰς ἰδεῶν φύσεις) *Multas specierum naturas:* imo πολλῶν ἰδεῶν φύσεις, *multarum specierum naturas:* quanquam impropria hic est ea locutio. Cler.

Ead. l. 13. Τυχὸν) nullo modo ferendum esse videtur T. F. *Benedicto:* scribendum potius esse τύχοι, contra leges linguae. Nam praeterquam quod ἂν tum addendum erat, quid quaeso illud foret: τῷ δαιμονίῳ εὐχερῆ τύχοι ἂν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα; Imo vero τυχὸν h. l., ut saepissime, vim habet illam adverbialem, cujus forte immemor fuit *Benedictus*, qua est vel *forte*, vel *fortassis*; vid. *Viger.* p. 365. ibique *Hoogeveen.* et *Boissonad.* ad varia *Nicetae* loca, ut ad II, 355. Loquitur autem Socrates cum aliqua ironia. Lehm.

Pag. 119 l. 1. Πρὸς ἀλλήλους] Quum in cod. Par. 2954. legatur εἰς πρὸς ἀλλ., conjecit inde *Jacobsius* in *Porsoni* Adverss. scribendum esse ὡς πρὸς ἀλλ. Sic vero hic auctor non solitus scribere. Simpliciter utitur praepos. πρὸς ad comparationem significandam, non praemissa, quod apud *Lucianum* saepius fit, particula ὡς. Modo c. 4. πρὸς τὰς ἡμετέρας

δυνάμεις· superius c. 3. πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. Infra πρὸς τὰ νήπια παντελῶς βρέφη. et c. 6. πρὸς ἐκεῖνα et πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις. Et ortum εἰς non ex ὡς, sed ex interpretamento vocis πρός. LEHM.

Ead. l. 7. Τεχνῶν) Recte viderat *Benedictus*, uti et *Marcilius* et *Vorstius*, sic legendum, non τειχῶν, quod in plerisque legitur. Emendationem eorum firmant ed. J. et Codd. Mss. P. et L. SOLAN. Recepi, quod in *J. V.* 2. *S. A.* fuit expressum, itidemque in margine *A.* 1. *W.* reliquae τειχῶν. In Exc. P. haec notantur: διὰ τῶν τειχῶν] γρ. τυχῶν ἢ τεχνῶν. Aliud reperio in Exc. ex *Christoph. Longolii Luciano* cum Mss. collato: διὰ τῶν χειρῶν (festinantis, ut auguror, descriptoris errore pro τειχῶν, ut legitur in *A.* 1. anni MDIII. ad cujus oram adlita fuit haec vetusti Codicis collatio) τούτων] χειρῶν. τεχνῶν τῶν. Praeterea χειρῶν habebant C. teste *Solano:* eoque pacto jampridem, antequam haec vidissem, legendum esse statueram: neque me poenitet sententiae pristinae: licet enim τεχνῶν adspectu primo satis videatur adcommodatum, si tamen adtentius explores, nihil habet, quod ad praestantiam alterius lectionis comparari possit: nam primum αἱ κατὰ τὸν βίον πράξεις artes, quas homines exercent, jam simul complectebantur: deinde τούτων adpositum prorsus languet, ac vigorem orationis interturbat: denique ὅσα διὰ τῶν τεχνῶν τούτων οὕτω πολυμηχάνων ἐργάζονται, ut ad reliquum dictionis nitorem, qui hoc in scripto perlucet, admodum respondeat, valde vereor. Contra χειρῶν adoptaveris, mox istae difficultates non solum evanescent, sed omnia ita erunt opportuna, ut nihil magis. Τῶν χειρῶν τούτων, extollere manus et monstrare Socratem crede, tanquam testes rei, quam proferebat, luculentissimas: sunt autem revera manus, et vocantur πολυμήχανοι tum ab aliis, tum a *Galeno* de Usu partium corp. hum. lib. I. et II. quia, ut ait *Aristot.* de Anim. Gener. IV. p. 106. ἡ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά· ἔστι γὰρ ὥσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων· propterea quod manus habeat, idcirco hominem esse sapientissimum censebat Anaxagoras; quanquam melius, Galeno suffragante, rationem illam Aristoteles invertat, quia inter universum genus animalium sapientissimus est, ideo datum esse homini a natura, ut manibus sit praeditus. Hinc eadem opera patet, frustra fore, si quis objiciat, praeteriri potuisse facile manuum mentionem, cum mox sequatur διὰ τοῦ σώματος· ratio enim non est in obscuro, cur manus eximias habuerit, et dignas, quae prae ceteris corporis humani membris solae commemorarentur. HEMST. Et *Schmiederus* re-

cepit, et *Wielandius* reddidit χειρῶν. Neque ego quidquam melius habebam, quod substituerem; quamquam haud diffiteor, me aliquantulum etiamnum haerere in eo, quod primum manus, ac deinde corpus et anima, tanquam res natura diversae — dicit enim καὶ ὅσα, — καὶ ὅσα — non gradu tantum aut pretio differentes, satis incommode enumerentur. Nam quae *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 633. conjecit: διὰ τῶν τεχνιτῶν (per manus opifices *Arnob.* II. p. 55.) vel διὰ τῶν χειρῶν τούτων τῶν τεχνιτῶν, ea, licet ab ingenio et doctrina non contemnenda, tamen a librorum lectionibus nimium videntur recedere. LEHM.

Ead. l. 10. Ἀμέτρητον ὅσην) *H. Steph.* App. de D. A. p. 82. ubi de pleonasmo nominum ὅσος et ἡλίκος disputat. HEMST.

Ead. l. 11. Ἔχει) *B.* 2. Reliquae ἔχειν. SOLAN.

Pag. 120. l. 3. Τηλικαύτην — αὐτὸς) Ex ed. *J.* est. In reliquis enim aliter legebatur, nempe τηλικοῦτον — αὐτοῦ. SOLAN. Multum vereor, ne quod Junta suppeditat, prava sit *Ant. Francini*, qui huic editioni praefuit, correctio membranarum fide destituta: eo magis quia structura verborum, quam planissimam habet lectio vulgata, in hac prorsus laborat. Quid autem expeditius, quam, πιθανὸν οὖν δόξει, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς etc. τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀνάλογον διαφέρειν τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως. HEMST.

Ead. l. 4. Αὐτοῦ) Nempe mundi, quem Deum esse statuit *Plato* in Timaeo. CLER.

Ibid. Φρόνησιν) Platonici mundum animatum, sapientia et intelligentia praeditum credunt. VORST.

Ead. l. 8. Ἀναγνῶσαι) Legendi significationem locus postulat; Graeci sermonis usus ἀναγνῶναι. Contra peccatur in *Hesychio*: Ἀναγνῶναι, ἀναπεῖσαι· Ionum est, et *Herodoti*, apud quem saepius hac potestate ἀναγνῶσαι, nunquam ἀναγνῶναι. Γραμματικὸν τρόπον, nisi potius mox post γράψαι sit adjungendum, eo tamen referri debet. HEMST. Neutrum horum sine vi aliqua fiat: neque tamen ἀγράμματοι et γραμματικὸν τρόπον conjungi inter se possunt. Rectius itaque, opinor, omnino pro alienis ejicientur. Ἀναγνῶσαι vero confidenter in ἀναγνῶναι mutavi, praesertim quum spectatissimi judicis auctoritas accessisset, *Schaeferi* ad *Gregor. Cor.* p. 503. et 504., qui omnino de hoc verbo consulendus. LEHM.

Ead. l. 11. Παραβάλλουσα) An καταβάλλουσα, id est, *instituens*. GUIET. Sine librorum auctoritate mutavi παραλα-

βοῦσα· habent enim omnes παραβάλλουσα. Manifestior mutationis ratio est, quam ut promendo tempus teram. SOLAN. Eadem, quae doctiss. *Solano*, mihi quoque se jamdudum obtulit conjectura: neque tamen in contextum recipere consultum duxi, propterea quod non defore putem, quibus adridebit *Guieti* καταβάλλουσα. Imo defendi forte poterit παραβάλλουσα, in favo ex congesta temere materia velut projiciens animal informe. HEMST. Atque hoc ipsum velle videtur auctor, ut summa adpareat facilitas, qua natura tam formosum ac sapiens animal quasi temere projectum generet: cum qua quidem sententia et particula σχεδὸν optime conspirat. LEHM.

Ead. l. 13. *Μέλιτταν σοφὴν*) Eodem epitheto gaudet etiam apud *Philostr.* p. 889. SOLAN.

Ead. l. 14. Θείου μέλιτος) Hinc *Virg.* IV. Georg.

Protinus aërii mellis coelestia dona.

Varro de R. R. II. c. 5. *Denique ex hoc* (bove) *putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres.* COGN.

Ibid. Ἔκτε ὠῶν) De ovorum natura mirabili, et eorum variis generibus loquitur *Cael. Rhodigin.* Ant. Lect. XXVII. c. 17. *Aristotel.* de Gener. Anim. lib. V. COGN.

Pag. 121. l. 1. *Τινῶν*) An τισίν; GUIET. Legendum τισὶν cum interprete. Videtur hic esse adlusio ad locum veteris philosophi, forte Empedoclis, qui Physica versibus scripserat. CLER. *Τινῶν, τέχναις*) *Vorstii* strictura suadente, harum vocum ordinem in libris perturbatum sic restitui. SOLAN. Etsi transponas, incommode cadit. Deinde ὡς λόγος pertinet ad sequentem sententiam προσχρωμένη τέχναις ἱεραῖς, quem nexum subjecto τινῶν non convenit interrumpi: valet autem, quemadmodum apud *Platonem* saepe, *ut veteris sapientiae doctrina tradit*: ita λέγειν· *Democritus*: τάδε λέγω περὶ τῶν ξυμπάντων. Vix me retinui, quin redderem in *Luciano* τισὶν, orationis structura liquida: tum etiam recte τισὶν, quoniam artes quidem aetheris magni sacras, sed ignotas tamen, et humanae menti non pervias commemorat. HEMST. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 320. pro τινῶν reponendum αἰστισινοῦν, conferens Hermot. c. 28. εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ἐπὶ μίαν τῶν ὁδῶν ἡντιναοῦν. Talium commentorum et ego facile bonam copiam suppeditaverim. Sednihil hinc lucri. Aut τινῶν transponendum videtur; sed quo, non valeo dicere: nam ὡς λόγος haud dubie absolute ab auctore scriptum. Aut prorsus est ejiciendum, ut illud Somn. c. 17. in verbis: μὴ ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; Nam τισὶν illud *Guyeti*, licet *Hemster-*

husii patrocinio magnopere commendatum, tamen non omnino placebat. Scilicet non patet, quomodo τινῶν ex τισὶν oriri unquam potuerit. LEHM.

Ibid. Αἰθέρος μεγάλου) Summi Dei. *Lucret.* lib. I.

Postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether
In gremium matris terrai praecipitavit.

et *Virgil.* II. Georg.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether. COGN.

Ead. l. 2. Τὰς οὖν ἀθ. δ. μεγάλας οὔσας) Si locus est integer, nec quicquam desideratur, quae suspicio non immerito posset suboriri, nihil est reliquum, quam ut Accusativos absolute positos agnoscamus: quae structurae ratio satis alioquin apud Graecos obvia fefellit interpretes tum hoc in loco, tum saepius alibi: exempla dedit ex *Pausania Sylburgius* in Praef. p. 930. Vide praeterea *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. II, 13. ubi, quae pleraque notat *Perizonius*, sunt aliena, et diversi generis. *Strab.* I. p. 7. πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας pro πολλῶν δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμων ὄντων· *Menodotus* apud *Athen.* XV. p. 672. B. πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους. In *Diogen. L.* IX, 42. ita nunc legitur: φησὶ δὲ Ἀθηνόδωρος ἐν ᾗ Περιπάτων, ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν, κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα· *Suidas* in Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης aliud ostendit, ἐλθόντα Ἱπποκράτην πρὸς Δημόκριτον· quod quo minus in *Diogene* conspiciatur, librariorum imperitiae deberi non dubito: II, 48. τοῦτον ἐν στενωπῷ φασὶν ἀπαντήσαντα Σωκράτει, διατεῖναι τὴν βακτηρίαν· ibi recte *Kuhnius.* HEMST. Sunt sane Accutativi absoluti pro Genitivis; de qua nectendi libertate praeter *Sylburgium* ad *Pausan.* et *Kuhnium* ad *Aelian.* etiam *Dukerus* exposuit ad *Thucyd.* II, 52. Conclusio scilicet fit ex iis, quae hactenus a Socrate disputata erant. *Jam quum tantae sint,* inquit, *immortalium vires, nos, qui mortales simus ac tantilli, qui neque magna possimus perspicere, neque etiam parva; nos, qui plerumque etiam in iis, quae nobis ipsis accidunt, dubii haereamus, non sane possimus certo quidquam dicere, neque de Halcyonibus, neque de Lusciniis. Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 264. summa imis miscuit cum insigni protervitate, quum aut post ὄντες inseri voluit ἀγνοοῦντες, quod ferri aliquo modo posset, si fieret post οὔσας, aut totum locum sic transponendum censuit: Θνητοὶ οὖν καὶ σμ. παντ. ὄντες, καὶ οὔτε τὰ μεγ. δυν. καθ. οὔτ' οὖν τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀπ. — οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως τὰς τῶν ἀθ. δυν. μεγ. οὔσας, οὔτε περὶ Ἀλκυόνων οὔτ' Ἀηδ. — verba absque succo et sanguine aleae instar temere conjecta. Idem οὔτ' οὖν explicat *nedum, neque adeo, nec proinde,* quia scil. magna facilius in oculos incurrant, quam

parva. Sed meliorem lectionem suppeditat cod. 2954. *οὔτ' αὐτὰ σμικρὰ*, quae verba recte *Jacobsius* dividens fecit *αὖ τὰ σμ.*, nisi forte auctor voluit *αὐτὰ τὰ σμ.* Nam non id, quod *Abreschius* cogitavit, velle potuit Socrates, minora difficilius cognosci majoribus, sed contra faciliorem esse minorum rerum, e. g. artis scribendi, legendi, tibia canendi, quam majorum, scientiam ac peritiam: quod patet, nisi forte leviter percurreris, e totius loci natura et nexu. Postremum non licuerit mihi silentio praeterire eam verborum rationem, qua reperiuntur exhibita in B. 2. ita, ut, nullo interpunctionis signo post *προσχρωμένη* posito, una serie pergatur: *προσχρωμένη οὖν τὰς ἀθαν. δυν.* etc. usque ad *Ἀηδόνων*. Chaos confusum, cujus origo fortassis a typis repetenda. LEHM.

Ead. l. 6. *Ἀηδόνων*) Lusciniarum propter Philomelam meminit. SOLAN.

Ead. l. 7. *Κλέος δὲ μύθων*) Vertit interpres: *praeclaram hanc fabulam*, quasi vertendum ad verbum esset, *gloriam fabularum*: sed *κλέος* hic est, ut saepe apud *Homerum*, pro *fama* auditu accepta: Il. B. 486. Alia loca indicabit Index Eustathianus ed. Rom. ut et quae de hac voce habet *Eustathius*. Itaque Socrates hic inducitur dicens, traditurum se liberis, quae a parentibus de priscis fabulis acceperat. Dogma fuit Platonicum, non quasvis fabulas, sed eas, quae ad virtutem faciunt, pueris esse proponendas: qualis fabula Halcyonis, quae ad commendationem fidei conjugalis pertinet. Consulendus *Plato* lib. II. de Rep. ubi multis probat *περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν· dandam omnino esse operam, ut hae fabellae, quas primas audient, elegantissimae fictae ad virtutem sint.* CLER.

Ead. l. 8. *Θρήνων μελῳδὲ*) *Ὦ ὄρνι θρηνομέλῳδε* legendum est. BROD.

Ead. l. 10. *Γυναιξὶ τ' ἐμαῖς*) Duas fuisse Socrati simul uxores, non solus *Lucianus*, aut quisquis hujus opusculi auctor est, tradidit: sed ante et post eum multi; quos errare *Panaetius* firmissimis, *Plutarcho* judice, argumentis evicerat. De hac doctorum controversia plura qui volet, adeat *Bentleji* de *Phalaridis* Epistolis dissertationem. Nos de his feminis hoc modo lectorem monitum hic volumus: Xanthippen morositate notam, talemque, ut a Socrate ideo tantum ductam tradant, quo patientiam sibi summam tali monstro consuescens compararet. Myrto autem, quam ei superinducunt, Aristidis ex filia neptis. De qua, et ea quam supra dixi controversia, consule *Plutarch.* in Vita Aristidis sub finem. SOLAN

Ibid. Ξανθίππη τε καὶ *Μυρτοῖ*) Socrati *Hieronym.* in Jovinian. uxores fuisse duas scribit Xanthippen et Myrtonem, Aristidis neptem, quam alii dicunt filiam *Laërtii* etiam testimonio et *Plutarchi* in Arist. Cogn. Junguntur etiam in Epist. Socratic. 27. p. 57. Observanda, quae *Cyrillus* ex *Porphyrio* scribit contra Julian. VI. p. 186. D. *δύρ δὲ σχεῖν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολίτιν, καὶ κοινοτέραν πῶς, Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου· καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην περιπλακεῖσαν λαθεῖν, ἐξ ἧς ἑαυτῷ Λαμπροκλῆς ἐγένετο· τὴν δὲ Μυρτὼ γάμῳ, ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος.* Xanthippes solius, non itidem Myrtus meminerunt *Plato* et *Xenophon.* Vid. *Diogen. L.* II, 26. ibique *Casaub.* et *Menagium.* Hemst. *Plato* in Phaedonis initio p. 45.E. Xanthippen nominat *ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην·* non procul a fine pag. 86. A. cum jam tempus adpeteret educendi poculi cicuta mixti, *ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία, δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας, καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο·* et mox: *τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν·* tum p. 87. A. *ἐγὼ μέντοι,* inquit Socrates, *οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα.* Ex his clarum, utramque marito vixisse superstitem. Ille natu major filius et *μέγας* Xanthippes est Lamprocles, quem bene restituit in Epp. Socrat. pag. 57. *Leo Allatius*: sed monere simul debuerat, id nominis abiisse violatum librarii culpa in *ἅμα Τυροκλῆς·* nam illud *ἅμα* ex priore syllaba *ΛΑΜ* conflatum nullius usus est, et orationi nocet. Idem pejus *ex Myrto prima uxore sublatum esse* scribit: etenim apud *Xenophontem* Lamprocles Socratis *πρεσβύτατος υἱὸς* a patre commodo monitore castigatus, quod matri vehementius succenseret, cum respondet Memorabb. II. p. 432. v. 20. *οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα,* nonne Xanthippen, ejusque notos mores designat? De duabus Socratis uxoribus quibus argumentis *Panaetius* pugnaverit ad convellendam *Platonis* auctoritatem, equidem ignoro. Idem *in Addendis.*

Ead. l. 14. *Διπλασίαν τὴν παράκλησιν*) *Duplam exhortationem, et quod Halcyon pia in virum sit, et quod is in uxorem.* Haec notantur ad marginem *A.* 1. *W.* Hemst.

IN PROMETHEUM.

Pag. 123. l. 1. *ΠΡΟΜ.*) In hoc et seqq. Deorum tam coelestium quam marinorum dialogis duplex *Luciani* institutum esse videtur: primum ut fabulas elegantiores enarret; secundum, ut quae in his poëtarum figmentis a decoro aliena erant, viris cordatioribus deridenda propinaret: quod ab eo ea elegantia et ingenii laude praestitum est, quae ipsis propemodum Christianis vix quicquam reliqui fecit. Inest certe tantus lepos, urbanitasque cum vi critica conjuncta, ut ab homine non Christiano desiderari, nedum sperari amplius quid non possit. SOLAN.

Ead. l. 19. Ὁ μὲν Καύκασος) Quid legerit *Ottomarus Luscinius*, hujus dialogi interpres, non video: omnino aliud legisse statuendum est: sat monuisse. BOURD. Hujus montis descriptionem apud *Arrian.* in V. A. lib. III. reperies. Prometheum vero adfixum fuisse ad Caucasum tam multi adfirmant, ut vix negari possit. Hoc inprimis testatur *Cicero* lib. II. Tusc. Quaest. Hoc etiam *Apollon.* Arg. II. in fine adserit, quod ejus interpres adfirmat: illud ipsum *Pausanias*, *Servius* et alii multi. COGN. Simile prorsus initium dramatis *Aeschylei* Prom. Vinct. LEHM.

Pag. 124. l. 2. Ἐπαμύνειεν) In edd. vulgatis ἐπαμύνειν. Sola J. δύνωνται addidit. *Fl.* tamen non eget, quippe quae ἐπαμύνειεν exhibeat, quod verum et Lucianeum puto. SOLAN. Verissima *Fl.* ed. lectio: Juntinam interpolatam esse clamat illud ἐπαμύνειν δύνωνται. Putaveram olim insititium esse οἱ ἄνθρωποι, et, cum primum ad explicanda τὰ πλάσματα αὐτοῦ fuisset adscriptum, post in contextum venisse: nam commode procedunt, ὡς μὴ ἐπαμύνειν αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ. Nunc receptae lectioni lubens acquiesco. *Aeschylo*, cujus fabulam, antequam haec scriberet, a *Luciano* lectitatam fuisse, facile deprehendi potest, Prometheus λεωργός, ἀνθρωποποιὸς *Tatiano* Or. ad Graec. pag. 42. *auctor vulgi fictilis Phaedro* IV, 14. Ideo homines ab ipso ficti πλάσματα πηλοῦ *Aristoph.* Av. v. 687. πηλόπλαστον σπέρμα *Aeschyl.* apud *Procl.* ad *Hesiod.* p.

46. Retinuerunt Graecam vocem Christiani scriptores Latini: *Dracont.* Hex. v. 311.

Projicere nec plasma suum vult conditor aevi.

HEMST. Adtende, contrariam sententiam praebere ὡς μὴ ἐπαμύνειν, *ita, ut non possent auxiliari:* sic enim ὡς cum Infinitivo junctum modum, vel gradum rei indicat. Infra ὡς ἀκροποδητί που μόλις ἑστάναι. Diall. Deor. XXI, 1. ὁμοῦ δὲ τοσοῦτον ὑπερφέρειν (τὸν Δία), ὡς μὴ καταβαρήσειεν αὐτὸν etc. οὐκ ἂν πεισθείην. Ibid. V, 3. ἐγὼ δὲ μὴ οὕτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν etc. et sic semper. Sed h. l. requirebatur consilii notatio. Felicissime itaque e Fl. restitutus Optativus: *ne forte auxiliari possint.* LEHM.

Ead. l. 5. Ὑπὲρ τῆς φάραγγος) *Philostratus* in Apoll. Tyaneo (II. c. 3.) refert duo esse Caucasi cacumina stadio inter se disjuncta, quibus adcolae Promethei manus adfixas fuisse referunt. COGN. *Aeschyl.* Pr. Relig. v. 15. Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ. ubi *Stanlejus* ista *Luciani* non praeteriit. — *adspicite religatum asperis vinctumque saxis* — apud *Ciceron.* Tusc. Disp. II. c. 9. HEMST.

Ibid. Ἀνεσταυρώσθω) *Crucifigatur:* inde Caucasus dictus crux: monuit *Lips.* tract. de Cruce: σταυρὸς postea. BOURD. Infra saepe repetitur hoc verbum: quibus locis usus est *L. Bos* in Ep. ad Hebr. VI, 4. ut ostendat ἀναστανροῦν perinde atque ἀνασκολοπίζειν Graecis esse *in crucem agere, cruci suffigere,* secus quam scriptoris sacri interpretes existimarunt, vertentes *rursum crucifigere.* HEMST.

Ead. l. 6. Ἀπὸ τουτουΐ) Ab hac in contrariam partem. BROD.

Ead. l. 7. Ἀπότομοι) Ἀπόξυροι Angl. ut *exesi scopuli* apud *Senec.* Hercule fur. BOURD. Ἀπόξυροι praeter Angl. etiam P. et L. uti Rhet. Praec. cap. 7. In impressis autem omnibus ἀπότομοι. SOLAN. *Luciani* est ἀπόξυρος· praeter locum a *Solano* indicatum vid. Ver. Hist. II, 30. Navig. c. 8. Unde et ego cum *Schmiedero* lectionem trium Mss. praeferendam ducebam ei, cui glossematis nota manifesto inusta. LEHM.

Ead. l. 9. Ὡς ἀκρῶποδί που) Scribe, ὡς ἀκροποδιτί που μόλις ἑστάναι. BROD. Ὡς ἀκροποδητὶ μόλις ἑστάναι) Ἄττοντες· inde *attae,* qui inter ambulandum stare nesciunt. *Casaub.* ad *Suet.* Tiber. c. 1. tales sunt Medi, qui, ἐπὴν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες, μόλις βαθίζουσι. *Lucian.* Diall. Mort. XXVII. §. 3. In. Ms. legitur μόγις, quod idem est. BOURD. Ed. *Junt.* ἄκρῳ ποδί. Reliquae ἀκροποδιτὶ, quod non tam apte huic loco visum est convenire; ne dicam, jam alibi solere ἀκροποδητὶ legi, non ἀκροποδιτί·

Solan. Nullam video rationem, cur mutandum sit; nisi, quod alibi *Noster* solet, *ἀκροποδητὶ* malis: alia *Luciani* loca, ubi hoc ipsum vocabulum inveniatur, adnotavit *H. Steph.* Th. III. p. 515. tum porro sic scribit: *Quibus in locis quidam exponunt*, suspenso gradu: *cum id potius significet, quod vernacula lingua dicimus*, en pas de larron. *Suidas ἀκροποδιτὶ exponit ἄκροις ποσὶ*, summis pedibus: *alii*, summis *seu* extremis pedum digitis, *quod Luciani locis non convenit.* Quam ob caussam non convenire putet *Stephanus*, plane non perspicio: hic certe nihil aeque sententiae respondet: *sic ut summis pedum digitis insistere vix liceat.* Praeterea malo *στενὴν ταύτῃ ὁ κρ. ἔχει τὴν ἐπίβασιν*, propter illud *πον, ἀκροποδητί που.* Hemst. Sunt haec ad ipsam *Luciani* consuetudinem familiarissimam dicta, ut minime videantur mutanda. Cogita sic scripsisse auctorem: *Στενή ἐστι τῷ ποδὶ αὕτη ἡ ἐπίβασις, ἣν ἔχει ὁ κρημνός.* Sed in arctum haec ab auctore contracta, ut una modo efficeretur enuntiatio. Exempla paene in singulis paginis obvia. Deinde *ἀκροποδητὶ* forma rectior restituenda videbatur, ut constaret sibi scriptor, qui et alibi sic scripsit. Vitiosam formam e lectione *ἄκρῳ ποδὶ* ortam credo. In sequentibus denique verba *καὶ ὅλως* ab adnexis sejunxi commate, quod idem et alibi haud raro a me factum profiteor. Neque enim *καὶ ὅλως* est *et omnino*, eo sensu, ut cogites: *omni ex parte*, quod esset *παντελῶς, πανταχόθεν* etc. sed semper apud *Nostrum* significat: *denique, ut paucis dicam.* Diall. Deor. XII, 1. *καὶ ὅλως, Θόρυβος καὶ μανία ἐν τῇ Ἰδῃ ἅπαντα.* Ibid. XVIII, 1. *καὶ ὅλως, παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς, ἢ σοὶ τῷ πατρί.* Unde ibid. §. 2. verba *καὶ ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου*, uti vulgo dantur, dudum correxi. Et Timon. c. 55. *καὶ ὅλως, πάνσοφον τὸ χρῆμα* scripsi pro vulgatis uno tenore pronuntiandis. Lehm.

Ead. l. 15. *Τοῦτ' ἔφης*) Sunt vitrea fracta, et conati sunt evitare interpretes. Sed adnotavit pater, *τὸ κατελεήσαντας ἀντὶ σοῦ ἀνασκολοπισθῆναι*, ut Mercurius Charonti in Contempl. *τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι.* Gron.

Ibid. Τὸ κατελεήσατε) Ingeniose *J. Fr. Gronovius.* Melius tamen, ut arbitror, locus habebit resectis, tanquam inutili adsumento, *τὸ κατελεήσατε.* Unde natum sit, proclive est animadvertere: adscripserat aliquis ad *τοῦτ' ἔφης, τὸ κατελεήσατε*, commonefaciens, hoc nimirum ex superioribus verbis esse intelligendum: deleveris, jam nihil amplius ad integram orationem requires, dummodo vice *τοῦ* scribatur *σοῦ.* Dial. Deor. I. *ταῦτα φῂς, ἐκπεσεῖσθαί μετῆς ἀρχῆς.* Hemst. Rectis-

sime *Hemsterhusius*. Lectio *ἀντὶ τοῦ ἀνασκ.* absurdam prope efficit sententiam. Verba *τὸ κατελεήσατε* etiam *Schmiederus* uncinis notavit. LEHM.

Pag. 125. l. 1. *Καὶ ἄλλους δύο*) *Nos ambos.* BROD.

Ead. l. 4. *Τὴν ἑτέραν*) *Χεῖρα* subaudio. BROD.

Ibid. Κατειλήφθω) Vide eruditiss. *Dukerum* ad *Thucydid.* VIII, 63. HEMST. Pag. ed. Bip. 261. sq. Vol. V. Mox pro αὐτὴ, monente *Jensio* Lectt. Lucian. p. 13., restituebam *αὖτη*. LEHM.

Ead. l. 6. *Πάντα*) Legerim *ταῦτα*, *ut haec habeas*: nam *πάντα* nihil significat. CLER. Significat *omnes poenae partes*: nam nondum satis erat adfixum Prometheum esse: addenda etiam erat jecinoris devoratio, per aquilam exsequenda. *Ἔχειν* autem exquisite dictum de eo, qui sua accepit. Diall. Deor. XXV, 2. *ἐκεῖνος ἤδη ἔχει τὴν δίκην*. Non minus eleganter in sacris libris *ἀπέχειν* usurpatum, ut in illo Servatoris nostri *Matth.* VI, 2. *ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν*. Cf. *Luc.* Evang. VI, 24. *Kuinoel.* ad *Matthaei* locum. LEHM.

Ead. l. 7. *Πλαστικῆς*) *Quod homines e luto finxeris.* BROD.

Ead. l. 13. *Ὅστᾶ καλύψας ἀργέτι δημῷ*) Idem de Merc. cond. habet autem adcusationem omnem hanc ab *Hesiod.* I. Oper. et Dier. BOURD. Theog. 540.

Τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
Εὐθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ.

Monendus autem lector, *Pausaniam* IX. putasse hoc opus *Hesiodeum* non esse. V. *Kennet.* SOLAN.

Ead. l. 14. *Ἀργέτι δημῷ*) *Alba pinguedine.* Vide *Hyginum* in Sagitta. BROD.

Ead. l. 15. *Ἡσιόδου*) *Hesiod.* in Theog. 541.

— *κατέθηκε καλύψας ἀργέτι δημῷ*. BROD.

Pag. 126. l. 2. *Ἔκλεψας*) Omnes libri habent *κλέψας*, quod cum ferri non posset, nisi *καὶ* sequens deleatur, sic mutavimus; neque litem credo nobis ea de re quenquam moturum, qui non sit harum elegantiarum prorsus expers. Vide Diall. Deor. I. SOLAN. Religio mihi fuit sine Codicibus in lectione proba quicquam tentare. *Benedictus* etiam vertit, quasi voluisset *ἔκλεψας· furatus es, et hominibus dedisti*: debuerat, *ignem furatus, illum etiam hominibus dedisti.* §. 6. *Artemidor.* III, 17. *καὶ γὰρ τὸν Προμηθέα λέγουσι ἐπὶ τῷ πλάττειν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ πῦρ κλέψαι κακῶς ἀπολέσθαι.* HEMST.

Ead. l. 3. *Δεδέσθαι*) *Vinculis constringi.* BROD.

Ead. l. 5. *Ἀναίτιον αἰτ.*) *Homerus* Iliad. N. 775. BROD. Ut Dial. Mort. ex *Homero*. BOURD.

Ead. l. 6. *Τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτ.*) Athenis in Prytaneo

publice alebantur bene meriti de republica. Brod. A *Platone* in Apolog. Socrat. *εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι τῆς ἐν τῷ Πρυτανείῳ σιτήσεως.* Tangit alibi. legend. *Dionys. Halic.* L. V. Bourd. Statua donari aurea, et in Prytaneo publice ali, Athenis honores, qui in viros conferebantur virtute aut meritis in patriam praestantissimos. Vide *Demosth.* 327. et *Etymol. M.* Imitatur autem hic Socratem, qui damnatus jam, cum de poena ageretur, *ξνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως.* *Diog. Laërt.* 48. D. V. *Plat.* Apol. Socrat. Solan. A Socratis aestimatione suae litis sumtum esse monet *Menag.* ad *Diog. L.* II, 42. *Suid.* in *Σωκράτης· ἐν τῷ τιμήματι δὲ αὐτὸν τῆς ἐν τῷ Πρυτανείῳ σιτήσεως ἐτιμήσατο.* Hac de re plura congessit *Leo Allat.* ad Epp. Socrat. p. 192. Hemst. *Plat.* Eutyphr. p. 36. D. *οὐκ ἐσθ' ὅ, τι μᾶλλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν Πρυτανείῳ σιτεῖσθαι*, notante *van Heusde* in Spec. Crit. in Plat. p. 12. Lectionem Coll. P. *ἐμαυτῷ* inprimis ob c. 10., ubi eadem structura, recipiendam duxi. Accedit etiam *Schaeferi* auctoritas ad *L. Bos* de Ellipss. p. 111. De orationis, quae h. l. est, forma conferas simillimum locum Diall. Deor. XVI, 2. *ἐκεῖνος θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν* etc. Per se tamen non sprevissem *Vorstii* et *Constantini* lectionem *τιμησαίμην*. Lehm.

Ibid. *Ἐτιμ. ἄν ἐμ.*) *Hac me poena dignum censuissem.* Brod. *Vorstius* et *Constantinus* (in v.) *τιμησαίμην*. Solan.

Ead. l. 11. *Πλησίον τῶν Κασπίων πυλῶν*) Profert hunc locum, et de Caucaso, cui Prometheum adfixum fuisse veteres fingunt, pluribus agit *Stanl.* ad Argum. *Aeschyleae* tragoediae. Ab eodem Tragico profectum, quod Prometheum *Lucianus* dicat *οἴκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις·* vid. v. 417. *Varro* apud *Nonium* in *Vastitas* p. 417. *Mortalis nemo exaudit, sed late incolens Sattharum inhospitalis campis vastitas. Scytharum Junius* probante *Mercero:* dubito, an propius ad priscam scripturam *Sacarum.* Fabulae vetustae fama tantum valuit, ut rem vere gestam crediderint adcolae, et vestigia miserandi casus ostentarint: *Diodor. Sic.* XVII. p. 606. A. *Strab.* XV. p. 1009. A. *Arrian.* A. A. V. p. 199. P. P. E. p. 7. Refert *Philostr.* de V. A. T. II. c. 3. *τοὺς τῷ Καυκάσῳ προσοικοῦντας* odisse vehementer aquilas, earumque nidos telis ignitis succendere: *θήρατρά τε ἐπ' αὐτοὺς ἵστανται τιμωρεῖν τῷ Προμηθεῖ φάσκοντες· ὧδε γὰρ τοῦ μύθου ἥττηνται· tantopere sunt fabulae dediti veram credentes:* haec posteriorum mens, quam inter-

pres non percepit. Adde *Scholiast. Apoll. Rh.* ad II, 1252. HEMST.

Ibid. Κασπίων) Caspiis populis Scythici generis vicinae sunt Tauri montis angustiae, ad 8000 passuum in longitudinem extensae, latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint perviae, quas idcirco Caspias portas scriptores adpellant, quod per eas ex Babylonia et Perside ad mare Caspium pateat transitus. COGN. Ὄρη δέ εἰσιν αἱ Κάσπιαι πύλαι, μᾶλλον δὲ πέτραι ἀπερρωγυῖαι καὶ κοῖλαι, ὡς ἐν τάξει πυλῶν, ἀπὸ τῶν Κασπίων ἀνδρῶν, ἢ τῆς Κασπίας θαλάσσης οὕτω καλούμεναι, ἃς καὶ κλεῖδας Ἀσίαδος γῆς καλεῖ ὁ Διονύσιος. *Eustath.* ad *Dionys.* Per. v. 1039. VORST.

Ead. l. 13. Ἀγωνικῇ) Lego ἀγωνιῇ. BROD.

Ead. l. 14. Ἐς οὐδὲν δέον) *Frustra ac temere.* BROD.

Ead. l. 15. Ἐπιμελησόμενος) Malim ἐπιμασησόμενος, *quae mandet*: ab ἐπιμασάομαι, mando. CLER. Videtur *Lucianus* scripsisse ἐπιμελισόμενος. Vide notas ad Dialog. Aj. et Ag. qui XXIX. et ultima dialogi hujus verba. SOLAN. Cave, quicquam mutandum putes: obscuraveris omnem loci venustatem. Aquilam mox esse devolaturam, quae jecoris ejus curam sit susceptura, facete Mercurius ait: interea dum Jovis ales ad curam istam adgrediatur, nihil obesse, quo minus tantulum temporis intervallum abutantur ad acroasin sophisticam. Bellum enimvero curatorem jecinoris Promethei, et per sane quam jucundum! HEMST.

Pag. 127. 1. Σοφιστικὴν, οἷος etc.) Non recte dictum putabunt, qui grammaticorum regulis religiose insistentes, ab iis ne tantillum quidem discedi fas putant. SOLAN. Ideo σοφιστὴν vocat Prometheum §. 20. ut et *Aeschyl.* P. V. v. 62. ubi haec utraque *Luciani* loca *Stanlejum* non fugerunt. HEMSTERH.

Ead. l. 3. Καὶ ὅπως) Ὅρα subaudio. BROD.

Ead. l. 4. Καθυφῇς) Interpr. *Nec jus tui patris prodas.* Malim propriam significationem sequi: *nec quicquam praetermittas eorum, quae ad jura patris tui pertineant.* Brevius Gallice: *n'omettez aucun des droits de votre père.* CLER. Vide, quae notavi ad Jud. Voc. §. 3. Illa ὅπως μου ὡς δειν. κατηγορήσῃς adtulit *L. Bos* in Ellipsi verbi σκοπεῖν. HEMST.

Ibid. Τοῦ πατρὸς) Mercurius Jovis est filius. BROD.

Ead. l. 15. Τῶν τοιούτων μεμέληται) Haec scriptura ex ed. *J.* est, quam firmat P. Codex ab ea tantum diversus, quod μεμέλεται habet. L. autem μεμελετηκ. τῶν τ. SOLAN. Μεμελέτηται) Eo minus haec movenda, quod rhetorum sit proprium μελετᾶν, etiam tum, quando secum meditantur, quae in au-

ditorio sint pronuntiaturi. *J.* lectionem nunquam admisero, nisi prius Graece dici, *τούτων μοι μεμέληται*, fuerit probatum. Hemst.

Pag. 128. l. 2. *Τοιοῦτον*) An *τοιοῦτος*; nimirum *ὁμότεχνος· ὑφίστασθαι* saepe casu destitutum per se significat *rem adgredi et sustinere, provinciam subire*: vel certe *τὸ τοιοῦτον*, ut in fine §. seq. Ex Prometheo Liberato *Varronis* profert *Nonius* in *Quaest.* p. 492. *Aemulum illius artis, atque obstrigillatorem, qui per aliquot annos quaesti nihil fecerit*: videtur horum alteruter Prometheus aut Mercurius indicari. Hemst. Incuria absorptum *τὸ* ante *τοιοῦτον* restituendum videbatur. *Ὑφίστασθαι* absolute positum h. l. aliquid duri habuerit; et nisi fallor, tum scribendum erat *τοιοῦτος ὤν*. Lehm.

Ead. l. 5. *Οὐχὶ δὲ ἀπόχρη μόνα* etc.) *H. Steph.* in App. de D. A. p. 105. ubi de pleonasmo adverbii μόνον agit, post *ἀρκεῖ* et *ἀπέχρησε*· quanquam nimis subtilem illam *Stephani* disputationem non probo. Ceterum Mercurius pro sua solertia non nimis exacte hunc aditum adcusationis instituit, videturque partium inter se connexio paullo inconcinnior minus ad sententiam respondere: levi mutatione huic difficultati existimo subveniri posse: *πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν ἔδει λόγων* etc. *νυνὶ δὲ ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τ. ἐ. δ.* ut in Tim. §. 38. *ἐχρῆν μέντοι ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν*· sane *οὐχὶ δὲ* quid faciat, nullus video. Hemst. Clariss. *Gesnerus* non opus esse arbitratur emendatione, modo meminerimus, ironicum esse totum exordium, cujus haec sit vis: *Quasi vero opus esset longa oratione — nec satis foret sola capita exponere* etc. Idem *in Addendis.* — Recte. Pendet scilicet sensus a sono, quo haec verba a Mercurio pronuntiata fingas. Quae Prometheus modo dixerat: *καιρὸς ἤδη περαίνειν τὴν κατηγορίαν*, significabatur his longae adcusationis exspectatio. Quo intellecto Mercurius cum adfectata aliqua ironia excipit: *Sic igitur admodum longa opus est oratione, et magno quodam adparatu adversus facinora tua verba facturo; neque vero sufficit, capita tantum delictorum tuorum proferre, quod scilicet* etc. hoc jam est idem, quod *Gesnerus* substituit: *Quasi vero* etc. Audienti statim ab initio necesse erat patere ironiam, legenti certe sequentia magis magisque patere faciunt. Cf. initium Diall. Marr. I. Mire *Schmiederus* post *πεπραγμένα* exclamationis, post *ἀδικημάτων* interrogationis, signum posuit, magnopere ita corrumpens loci venustatem. In sqq. vellem *Lucianus* scripsisset: *ὅτι ἐπιτραπεὶς μοιράσαι τ. κρ.* etc. Dativus ad *σαυτῷ* relatus paullo liberiorem, ne dicam negligentiorem, stylum prodit, quem tamen nefas foret corrigere. Neque

diversa tempora conjunota ἐφύλαττες et ἐξηπάτησας mutari debebunt. Vid. ad Diall. Deor. II, 2. LEHM.

Ead. l. 8. *Τὸν βασιλέα*) *Τὸν Δία.* BROD.

Ead. l. 9. *Οὐδὲν δέον*) Hanc formulam explanat, et simul haec *Luciani* verba, *H. Stephan.* App. de D. A. p. 160. HEMST.

Ead. l. 13. *Ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν*) Sumtum a *Platone* de Rep. X. p. 755. E. *καὶ μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείναντας ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς*· in Protag. p. 250. C. *περὶ οὗ ἐγώ τε καὶ σὺ μακρὸν λόγον ἑκάτερος ἀπετείναμεν.* HEMST.

Pag. 129. l. 9. *Τὸ τῆς ὀργῆς κεφάλαιον ἡλίκον ἐστὶν*) Ita Mss. Codd. P. et L. pro, *αὐτὸ τῆς ὀ. τὸ κ. ὅ ἐστιν*, quod in impressis est. SOLAN.

Ead. l. 10. *Ὡς μειρακίου*) Sic in Tim. et Toxare. BOURDELOT.

Ead. l. 11. *Τὸ μεῖζον*) *Majorem partem.* BROD.

Ibid. Λήψεται) In Graecis verbis naevus quidam est. Ait, *μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται.* Sine ullo dubio *λήψηται* legendum; nec aliter videtur accepisse interpres. JENS. Dictum supra ad Tim. c. 19. de hujusmodi exemplis sat est. Frustra hanc lectionem solicitat vir doctus. SOLAN. *H. Steph.* App. de D. A. p. 145. observat, *futurum nonnullis etiam locis adhibitum inveniri, ubi in praesens itidem, aut praeteritum perfectum resolvi posse videtur*; cujus usus exemplum hoc profert: tum: *videtur enim εἰ μὴ λήψεται esse pro εἰ μὴ λαμβάνει, vel λαμβάνοι in praes. opt. aut etiam pro εἰ μὴ εἴληφε· non enim loquitur de eo, quod eventurum erat, sed de eo, quod jam evenerat*: et alia plura perquam subtiliter, ut parum absit, quin nodum in scirpo quaerere videatur. Modo reliqui vulgatam lectionem, quamvis aliquanto magis placeat *ἡλίκον ἐστί*· nam *αὐτὸ* nolim mutatum in *αὖ τό*· sed videtur adhuc locus ille meliorum Codicum auxilio indigere. HEMST. Nihil equidem desidero in sanissimo, uti videtur, loco. *Αὐτὸ* primum refertur ad *τὴν συμμαχίαν*, modo dictam, utpote rem a proposita caussa alieniorem, neque adeo divisis vocibus legendum *αὖ τό*. Intellige *ipsam* irae caussam primariam. *Ὅ ἐστιν* vero est, *quae vere est*, opposita iis, quae simulantur vel praetexuntur. Sic *ἃ ἦν* Nigrin. c. 13. quae tamen et ipsa non intacta reliquit *Hemsterhusii* subtilius judicium. Sensum constituo hunc: *Jupiter neque memor est auxilii olim ipsi a me lati, neque adeo ipsam irae suae caussam, quae* (i. e. qualis ea) *revera sit, considerat. Abreschium* video Dilucc. Thuc. p. 775. sic explicanti et judicanti mihi amice occurrere, atque adeo succurrere. Nam

ἡλίκον ἐστι profecto et mihi non ineptum videtur vulgatae lectionis interpretamentum esse. De auxilio autem, a Prometheo Jovi lato, ipse exponit Titan noster *Aeschyl.* Prom. V. v. 199. sq. LEHM.

Ead. l. 12. Συμποτικὰς) Hinc veteres illud usurpabant, μισῶ μνάμονα συμπόταν. de quo vide Conviv. s. Lapith. c. 3. SOLAN.

Ibid. Ἀπομνημονεύειν) Μισῶ μνάμονα συμπόταν. Id. in Conviv. s. Lapith. BOURD.

Ead. l. 16. Ἕωλόν τινα μν.) *H. Steph.* Thes. T. III. p. 1239. in Ταμιεύω hunc locum proferens scribit ἔγχολόν τινα μνήμην, vitio memoriae, an quod ita reponendum putarit. Sed nihil est, cur receptam lectionem loco moveamus: ἔγχολος, quanquam forma non discrepet ab ἔγκοτος, auctoritate, quantum memini, caret. Saepius autem *H. Stephano* contigit in eo Lexico, quod collata plurium opera congestum fuit, ut veterum scriptorum loca longe aliter adferat, quam in edd. legantur, nulla tamen variae lectionis vel mentione facta, vel reddita ratione. HEMST.

Pag. 130. l. 3. Διασιλλαίνειν) Sic P. et ed. *J.* In reliquis σιλλαίνειν. Reperitur iterum haec vox in Lexiph. c. 24. et ibi quidem in omnibus libris composita, ut hic in *J.* et P. legitur. Enarrat autem *Aelianus* Var. H. III, 40. dum Σιληνοὺς vult dictos ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν. SOLAN. Σιλλαίνειν verbum ποιητικώτερον est *Polluci* IX, 148. ubi vide, quae diximus: σιλλοῦν et διασιλλοῦν adjungit *Pollux*: posterius in *Dione Cass.* p. 875. B. ὅτι καὶ ἄκων διασιλῶσαί τι αὐτὸν σκωπτόλης ὢν προήχθη· habet *Hesych.* in v. et διασιλλαίνειν in Διολουφεῖν. Κατασιλλαίνειν *Hippocr.* in Παραγγ. p. 27. v. 41. Adparet autem nihil referre, utrum σιλλαίνειν legas, an διασιλλαίνειν. HEMST.

Ead. l. 5. Ὥςτε ἐγὼ οὐδὲ μν.) Interp. *Ideoque Jovem facti postridie non recordaturum putabam, nec tantum ob rem tantillam stomachaturum.* Non expressit vim locutionis οὐχ ὅπως, atque adeo totius periodi sensum infirmavit. debuisset enim hoc modo: *Itaque putabam, ne recordaturum quidem Jovem ejus facti postridie, nedum adeo graviter ob id indignaturum.* οὐχ ὅπως est *nedum.* VITRING. Char. c. 9. LEHM.

Ibid. Οὐδὲ μνημονεύω) Castiga οὐδὲ μνημονεύειν. BROD. Imo μνημονεύσειν, ut in marg. A. 1. W. LEHM.

Ead. l. 6. Οὐχ ὅπως etc.) Verte, *nedum ut propterea usque adeo irasceretur:* quod non expressit interpres. CLER.

Ead. l. 7. Τηλικαῦτα) Id est, τηλικούτως. GUIET.

Ead. l. 10. *Τὸ χαλεπ.*) *Quod longe quidem gravius esset.* Brod.

Ead. l. 12. *Τὸ τοῦ λόγου*) *Quod proverbio jactatur.* Brod. Modo *τί οὖν*; est absoluta interrogatio, ut Diall. Marr. X, 1. *Τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν;* Char. c. 8. *τί οὖν; οἰηθῶμεν* etc. et sexcenties. Unde discedere placebat a vulgata nectendi ratione: *τί οὖν διὰ τοῦτο ἐχρῆν*, etc. satis quidem illa aspera. Et alibi a librariis similiter peccatum, ut Diall. Deor. VII, 2. ubi Apollinis verba vulgo incommode sic exhibentur: *Τί οὖν πάντα ἔχεις τὰ ἐργαλεῖα;* Debebant: *Τί οὖν; πάντα ἔχεις τὰ ἐργ.* Lehm.

Ibid. *Τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμ.*) Hic locus *Erasmum* non fugit in *Mare coelo miscere.* Hemst.

Pag. 131. l. 1. *Εὐτέλειαν καὶ ἀγέννειαν*) *Εὐτέλ.* ex L. et ed. *J.* est. In reliquis impressis pro eo *μικροψυχίαν* legitur. De *ἀγέννειαν* leve est quod moniturus sum, in omnibus mendose scribi *ἀγένειαν*, nisi quod sola *Fl. ἀγέννοιαν* mendose habet. Sed ista tenuia, nisi editores cautius animadvertant, tot foedas Graecorum librorum editiones in aeternum propagabunt. Solan. *Μικροψυχίαν*) Quoniam haec vox multo melius ex Graecorum usu huc convenit, quam *εὐτέλεια*, non committendum videbatur, ut eam deteriore mutarem. *Ἀγεννὴς* et *ἀγεννὴς*, quaeque inde ducuntur, *ἀγένεια* et *ἀγέννεια* promiscue fere solent usurpari, sic ut, si Codices hodiernos et rationem in nostris edd. scribendi consulamus, dignosci non possit, an pro diversis olim fuerint habita, necne: quanquam, si originem atque analogiae leges spectes, prius ad genus ejusque sordes, alterum ad animum proprie pertineant. Hemst. De hoc discrimine adeundus *Dorvill.* ad *Charit.* p. 388. qui id etiam ex *Luciano* probavit. H. l. non minus mihi videtur certa esse Exc. P. et Fl. et codicis 2954. lectio *ἀγέννειαν*, quam in Char. c. 10. *οὐδὲν ἀγεννὲς*, sic sine variatione librorum scriptum. Scilicet respicit hac voce Prometheus ad illud modo dictum *θεοῖς πρέπον* et *βασιλικὸν*, negatque Jovi inesse illam *nobilitatem animi*, quae apud *Sallust.* B. Cat. c. 49. in Equitibus Romanis laudatur. Sed *εὐτέλειαν*, quae vox etiam in A. 2. pro *μικροψυχίαν* legitur, ut integerrimae lectionis manifestum glossema, et ego respuendum censebam. Lehm.

Ead. l. 4. *Τοιαῦτα ἐργάζεται*) Angl. *τηλικαῦτα ὀργίζεται.* Bourd. Omnino ex Codice cum Angl. tum alio, cujus excerpta penes me sunt, legendum, *εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα τηλικαῦτα ὀργίζεται, si parvae carnis caussa tantopere indignatur.* Et statim cur non, ut jusserat *Bourdelotius*, et ipsi canones

τῶν γραμματικῶν παιδῶν jubent, rescripserunt sequentes editores, praesertim Mss. volentibus, περιελιχμήσατο; est enim a περιλιχμάζω. GRAEV. Genuina lectio est τηλικαῦτα ὀργίζ. quam exhibent L. Angl. et Ms. Gr. quam iterum habet Noster Abdic. cap. 8. quanquam ferri etiam aliquo modo posset vulgata τοιαῦτα ἐργάζεται. Supra jam dixerat τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν, c. 5. SOLAN. Videri potest vulgata lectio commendationem aliquam habere supra eam, quam Codd. suggerunt, quippe quae simul complectitur et iram Jovis, et quae postea, Prometheo perquam sane gravia, sunt consecuta: praesertim si adtendas ad ea, quae mox ab hominum comparatione ducta succedunt. Attamen, quoniam orationem non minus ornat τηλικαῦτα ὀργίζεται, illud dedi judicio *J. G. Graevii* et *Solani*, ut in *Lucianum* redire sim passus: innumera sunt exempla, ubi ἐργάζεσθαι et ὀργίζεσθαι fuerint confusa. HEMST. Paullo ante praestantissima lectio a recentioribus editoribus neglecta jacuit. A. 1. et 2. habent ἢ τί ἂν ἐποίησεν etc. Plene in cod. 2954. ἢ τί γὰρ ἄν ἐπ. *Schmiederus* γὰρ quidem recepit, ἢ vero cur omiserit, caussam nullam conjicere possum. LEHM.

Ead. l. 7. Μαγείρῳ) Hor. Serm. I, 3.

Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus
Semesos pisces, tepidumque ligurierit jus,
In cruce suffigat; Labeone insanior inter
Sanos dicatur. SOLAN.

Ead. l. 8. Περιελικμήσατο) Scribe περιελιχμήσατο, ut in Anglic. Cod. et ita rescripseram. tangit coquos catillones, quorum supplicium flagella, crux, candens lamina. dixerunt interp. *Martial.* et *Hor.* BOURD. *F.* Περιελιχμήσαιτο. GUIET. Recte eruditi correxerunt περιελιχμήσατο. Ipse quoque *Noster* infra in Deor. Dialog. XII. περιλιχμησάμενοι. Mox scribendum omnino ὀπτωμένων ab ὀπτάω. *Nemo coquum cruce multarit, quod carnes elixans, immissum jusculo digitum visus sit circumlambere, aut nonnihil tostarum carnium avulsum deglutierit.* Idem mendum irrepsit in *Nostri* opusculum, *Fugitivi* inscriptum, ubi ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων, non ὀπτομένων, legendum. Melius scriptura haec observata in Ep. Saturn. καὶ τὸν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτωμένων etc. In Necyom.: Ὀλμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων. Similis spurcities foedavit *Antoninum Liberalem* c. 35. Λύκοι δὲ συναντόμενοι καὶ σήναντες, ὑφηγήσαντο τῆς ὁδοῦ. Corrige συναντώμενοι est enim ab συναντάομαι. *Lupi autem obviam facti, et adulantes, ductores se viae praebuerunt.* Mirum, id fugisse diligentiam duorum, qui novissime scriptorem illum ediderunt, quorum

alter etiam secundas huic scriptori impendit curas. Jens. Recte in ed. J. erat. Aliae omnes mendosae. Recte etiam in Cod. L. Solan. Utrumque, et *περιελιχμήσατο* et *ὀπτωμένων*, reperitur in A. 2. Lehm.

Ead. l. 11. *Κονδύλους ἐνέτριψαν*) Hoc admodum ignominiosum et servis etiam vix ferendum, qua de re egregia notat *J. Tollius* ad *Longin.* p. 232. Quomodo differant *κονδύλους ἐντρίβειν* (*κόνδυλον ἐντρίβειν μάλα στερεὸν* apud *Aelianum* est V. H. XIII, 38.) et *κατὰ κόρρης πατάττειν*, nemo ignorat paullo peritior. Haec Atticorum usu teruntur: ad quem censum vix referri licet *κονδυλίζειν* et *ῥαπίζειν*. *Ἐπὶ κόρρης πατάξας*, itidemque *ἀλλήλους ἐπιῤῥαπίζοντες Alciphron* habet III. p. 368. *κἂν ἐπὶ κόρρης σε πατάξῃ τις Liban.* T. I. p. 238. D. Vide *Harpocrat.* in *Ἐπὶ κόρρης*. Hemst. De locutione *κονδύλους ἐντρίβειν* ad Timon. c. 57. *κατὰ κόρρης πατάξαι* Diall. Mortt. XX, 2. Lehm.

Pag. 132. l. 3. *Τοῦτο — ἔχον*) Judicent alii, ego *τούτου — ἔχοντος* scriptum fuisse arbitror. Solan. *Τοῦτο — ἔχον* omnino retinendum: haec absolutae structurae forma, qua Nominativus Genitivi locum tenet, oppido familiaris est Graecis: saepe tamen factum, ut in illum usum, tanquam scopulum, eruditi viri impegerint. Apud *Suidam* in *Εὐρύβατος* male solicitat *Kusterus*, itidemque in *Ῥαστώνευσις*, tametsi ceteroquin eum haec loquendi consuetudo non fugeret, ut satis constat ex iis, quae monuit ad v. *Σολοικισμός*, et ad *Aristoph.* Plut. v. 277. Revocandam censeo lectionem Mss. in *Strabone* VI. p. 397. D. *εὐνομηθέντες* pro *εὐνομηθέντας*. Hac de re jamdudum praecepit *J. Scaliger* Castig. in *Hippocr.* de Vulner. p. 32. Vide *Davis.* ad *Clem.* Ep. I. c. 11. et quae notavi ad *Halcyon.* §. 8. *Καθ' ὁπότερον* manifeste firmatur ex sequentibus. Hemst.

Ead. l. 4. *Ὁπότερον*) Pro hac voce, quae in P. et ed. J. legitur, reliquae habent *ὃ πρότερον*, quod minus probum visum. Solan. Etiam in A. 2. *καθ' ὁπότερον*. Lehm.

Ead. l. 6. *Αὐτοὺς γῆν ἄλλως ὄντας ἂν.*) Commode interpres. Adscripsit tamen pater, *αὐτοῖς γῆς ἄλλως οὖσαν ἀνέργαστον*. Gron. Condonandum est aliis, si forte minus acute videant, ubi vir perspicacissimus *J. Fr. Gronovius* haesitavit. Equidem nullum hic a libris subsidium desidero: si homines non finxisset Prometheus, utique mansisset illa materia, ex qua sunt formati, *γῆ ἄλλως ἀνέργαστος*, ipsique adeo homines sine motu temere jacerent, nihil aliud quam lutum rude omnique formae decore nudatum: §. 13. *ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα, καὶ τὸ πάνυ ἀκίνητον εἰς κίνησιν ἤγαγον*· hoc est illud *ἀτρεμεῖν, πηλὸν*

εἶναι ἀκίνητον. Quam ob rem *Luciani* verba talem habent sensum: *utrum plane nullos homines oportuisse creari, sed melius fuisse, si motus expertes, ut erant, conquiescerent, terra nimirum prorsus informis atque arte nulla elaborata.* Error interpretum in eo versatus fuit, quod γῆν non materiam creandorum hominum, sed vel terrarum orbem, vel terram quamcunque rudem intellexerint. *Propert.* III, 3. v. 29.

o prima infelix fingenti terra Prometheo.

Quod si haec referenda forent ad ipsum terrarum orbem, ut sane voluisse videtur *Gronovius*, scribendum omnino fuerat, ἀτρεμεῖν ἂν τὴν γῆν ἄλλως οὖσαν ἀνέργαστον. HEMST.

Ead. l. 7. Ὄντας) Mallem ἐώντας. ut simile sit ei, quod in Hermot. adhibet, c. 35. sed in libris nihil hic subsidii. SOLAN.

Ead. l. 10. Καὶ τῶν ἀνθρ.) Καὶ abundat. BROD.

Ead. l. 12. Ἀπάνθρωπον) Ab *Aeschylo* sumsit in P. V. v. 20. ut recte *Stanlejo* est observatum. HEMST.

Ead. l. 13. Ἦν τοίνυν πάλαι) Ὡς ἦν τοίνυν πάλαι· patet ex §. 9. MARCIL. Hac interpungendi ratione, quam et ed. *J.* praefert, omnia sana, neque *Marcilii* medela opus est. Nos tantum parenthesin, quae antea non notabatur, post πάλαι addidimus. SOLAN.

Ead. l. 17. Ἡ νεώς· πόθεν δὲ ἄγαλμα etc.] Sic antea legebatur admodum inconcinne. Versio recte praeivit: *nec templum* (*qui poterat enim?*) *nec* etc. Sed tum scribendum erat, ut edidimus, *Kistemakero* quoque duce ad Thuc. p. 134. ἢ νεὼς (πόθεν δέ;) ἢ ἄγαλμα. Πόθεν δὲ vero aequa ac πόθεν γάρ; potestate, de qua ad Tim. c. 8., qui locus omnino huic nostro qui comparetur, dignissimus est. Quod autem δὲ in parenthesi idem ferme sit, quod γὰρ, de ea re expositum supra ad Somn. c. 11. Mox apertum vitium librorum ἤ τί ἄλλο τοιοῦτο emendavi secundum B. 2. ubi recte ἤ τι ἄλλο τ. LEHM.

Pag. 133. l. 3. Ἀεὶ γάρ τι) Parenthesis in voce καὶ κάλλος terminatur. BROD.

Ibid. Προβουλεύω) Adludit Prometheus ad nomen suum: nam προμηθεῖν et προβουλεύειν sunt idem. CLER.

Ead. l. 7. Ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα) Ea fuit Epicuri sententia, θεοὺς ἀνθρωπομόρφους εἶναι sentientis, quod in eam tantum formam ratio caderet. BROD. Epicurus statuerat Deos ἀνθρωπομόρφους· Prometheus fingit homines θεομόρφους. Est autem in his verbis oratio non legitime connexa, quod ἀνακόλουθον Grammatici vocant: istum ordinem conceperat *Lucianus*: τὰς μορφὰς μὲν ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα, θνητὰ δὲ

μέντοι αὐτὰ εἶναι, καὶ εὐμηχανώτατα ἄλλως etc. verum interveniens sententia seriem hanc abrumpit, mutandaeque verborum structurae occasionem praebet. HEMST.

Ead. l. 10. *Αὐτὸ εἶναι*) Ἔστι scribendum videtur pro εἶναι. GUIET.

Ead. l. 12. *Κατὰ τὸν πρωτικὸν λ.*) *Γαῖαν ὕδει φύρειν. Hesiod.* Opp. et Dieb. v. 61. BROD. *Hesiodus* Oper. et Dieb. v. 61. quanquam ibi de Pandora sermo est. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρ.*) Homines se e luto finxisse non negat Prometheus; quem sermonem ex *Aeschyli* Prometheo decerpsit *Lucianus*. COGN.

Ead. l. 14. *Συνεπιβαλέσθαι*) Castigo συνεπιλαβέσθαι. BROD. Ex P. et L. haec scriptura; uti etiam *B.* 1. editor et *Vorstius* conjecerant. In reliquis συνεπιβαλέσθαι. SOLAN. In vindicanda lectione restituta cum P. et L. ratio linguae Graecae conspirat: neque aliter *H. Stephanus* Th. T. II. p. 570. *Συνεπιλαμβάνομαι ponitur pro Adjuvo, opitulor. Lucianus, τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέσας συνεπιλαβέσθαι μοὶ τοῦ ἔργου. q. d. esse mihi adjutricem operis, pro, Adjuvare me in opere.* Cum nullam vitii faciat mentionem, verisimile est, eum ad manum habuisse ed. *B.* 1. quo magis mirum, quod idem scribit T. I. p. 687. *At συνεπιβάλλομαι, una adgredior, cum gen. rei, et dat. personae. Luc. συνεπιβάλλεσθαι μοὶ τοῦ ἔργου, una mecum opus adgredi*; cujus quidem potestatis aliud praeter hoc nullum adfert exemplum. Ego vix dubito, quin ξυνεπιβαλέσθαι τινὶ τοῦ ἔργου e numero locutionum Graecarum sit expungendum: contra frequentissimum optimis est scriptoribus συνεπιλαβέσθαι. Suam locutionem tuetur *Lucian.* Imag. §. 8. συνεπιλήψεται τοῦ ἔργου αὐτῷ καὶ ὁ Θηβαῖος ποιητής. *Maxim. Tyr.* Dissertt. I. p. 3. *φέρε παρακαλῶμεν τὴν τέχνην ταύτην ξυνεπιλαβέσθαι ἡμῖν τοῦ παρόντος λόγου.* frustra fuit *D. Heinsius*, cum scribi volebat *ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγου.* Dissertt. XXVI. p. 267. *τούτοις καὶ τὸ θεῖον θέλει ξυνίστασθαί τε καὶ συνεπιλαμβάνειν τοῦ βίου·* p. 278. *τοῖς χρηστοῖς συνεπιλαμβάνειν.* Nihil opportunius, quam quod apud *Pausan.* est II. p. 159. *Ἀθηνᾶν δὲ οἱ* (Perseo Medusam interemturo) *συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν τοῦ ἔργου.* Parco plura describere, ne taedio sit exemplorum copia. Ex his porro facile licet arbitrari, quemadmodum emendandus sit *Aelian.* Ep. XIX. *ἐὰν μή τι καὶ αὐτὴ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τε καὶ τῇ Θράττῃ συναπολαμβάνῃ.* Idem est συλλαμβάνεσθαι· quod in *Theophylacti* Ep. 59. nunc legitur καὶ τῶν πόνων συναντιλαμβάνου, Codex Pal. exhibebat συλλαμβάνου· hoc certe restituendum est *Aristaeneto* I. Ep. 10. p. 46. *παρθένος οὖσα*

θεὸς, Ἀκόντιε, συνελάβετο σοὶ τοῦ γάμου· *Mercero* nulla fuit vitii in vulgato συνεβάλετο suspicio. *Herodot.* V. c. 44. Κροτωνιῆται δὲ οὐδένα σφίσι φασὶ ξεῖνον προσεπιλαβέσθαι τοῦ πρὸς Συβαρίτας πολέμου. Mox a *Luciano* sic fuisse credo: ταῦτ ἐστὶ τὰ μεγάλα, ἃ ἐγὼ τοὺς θ. Hemst. De συνεπιλαμβάνεσθαι cf. etiam Diall. Mortt. XXII, 2. ubi pro vulg. ἐπελαβόμην *Schmiederus* et *Matthiae* e duobus codd. Pariss. recte receperunt συνεπελαβόμην. Quod autem ad sequentia adtinet, quae mutanda putavit *Hemsterhusius*, non adeo insolens est ea ratio, qua Adjectivum Pronomini relativo postponitur, ubi id antecedere debere cogites. Incidit forte memoria in locum Diall. Mortt. XIV, 4. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅσα ἄλλα ἔπραξας, *mitto enim alia, quae patrasti*, sive, uti Latini quoque bene loquuntur, *mitto enim, quae alia patrasti.* Alia exempla, qui adtenderit, facile addet plurima. Diall. Deor. II, 1. Τί δέ σε μέγα ἠδίκηκα, e duobus mss. Pariss. recte *Schmiederus* restituit pro vulg.: Τί δὲ ἠδίκησα; Lehm.

Pag. 134. l. 3. Οὕτω γὰρ καὶ) Me judice melius erit, si legas, τοῦτο γὰρ καὶ ἀγαναχτεῖ etc. Hemst. At non Objectum indignationis, sed rationem ejus ac modum, significari vult Prometheus, et οὕτω cum ὥςπερ cohaeret hac ratione: *quippe ita indignatur, ac si diminuta jam sit Deorum dignitas*; ejusmodi nempe est Jovis indignatio, ut hinc crederes jam deteriore esse Deos conditione. Sic nihil censeo mutandum, praesertim non suffragantibus libris. Lehm.

Ead. l. 6. Ἐπ' αὐτῶν) Ἀπ' αὐτοῦ. Marcil. Ἐπ' αὐτὸν) Cur veterem hanc et probam lectionem *Bourdelotio*, paucissima mutanti, libuerit rejicere, ac pro ea ἐπ' αὐτῶν reponere, non satis adsequor: nisi forte ἀπ' αὐτῶν voluerit. certe ἀπ' αὐτοῦ magis placuit *Marcilio* et *Vorstio*. Sed nihil mutandum: aut certe si quid emendandum esse visum fuit, monitum lectorem oportuit. Mendum itaque typographicum putarem, nisi etiam in *H.* et *A.* cernerem. Solan.

Ead. l. 13. Γεωργίαις) Intellige non agriculturas cum interpretibus, sed agros cultos: nisi potius sit, quod malo, literam mutare, γεωργίοις. *Theagen.* apud *Schol. Pindar.* ad Nemea III, 21. τὴν ἐκ τούτων ὀρυττομένην γῆν ἐπὶ τὰ γεώργια ἀναφέρειν. Vox *Philoni Judaeo* familiaris. Hemst. *Aristid.* T. II. p. 394. τὰ κατὰ τὴν χῶραν γεωργίαις κοσμοῦσα (ὁμόνοια), quem locum apte citat *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 466. ad firmandam lectionem vulgatam. Lehm.

Ead. l. 16. Μεσταὶ δὲ Δ. π.) Ex *Arati* prooemio. Brod. *Lucianus* ex *Arato* sumsit, quae *Virgilius* hoc versu reddidit Ecl. III.

Ab Jove principium, Musae: Jovis omnia plena. Cogn.

Pag. 135. l. 5. Προμηθέως δὲ οὐδαμ.) Reperta tamen a *Meursio*, idque Athenis et in Academia ipsa, *Promethei ara.* V. A. G. IV, 1011. et quidem auctore *Pausania* in Att. p. 30, 1. ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός. καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ — πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. Quod a *Scholiaste Sophoclis* confirmatur in Oed. Col. notante eodem *Meursio*. Vide etiam fragmentum *Menandri* huc facieus, Amor. c. 43. Sed nulla ei sacrificia fiebant. Sola Lampadedromia colebatur. Vide ibi datas *Anonymi* notas sub ficto nomine latentis. Solan. *J. Brodaeus* Misc. I. c. 18. Prometheum a poëtis Deum haberi docet, ostenditque aram Athenis ei sacratam ex *Pausania* et *Schol. Sophocl.* ad Oedip. Col. *Falso igitur*, inquit, *conqueritur apud Lucianum in cognomine dialogo, nullam sibi aram dicatam esse, nullum exstructum templum:* et postea, *negatur vero Prometheus, aut, si mavis, Lucianus.* Haec ille satis acriter, ac propemodum iracunde. Negari quidem non potest, aliquos a veteribus honores fuisse habitos Prometheo; nam et ludos Athenienses celebrarunt Προμήθεια, de quibus *Meurs.* Gr. Fer. in V. et Λαμπάς, quos sine sacrificiis omnino peragi potuisse, non videtur credibile, et ἱερὸν ejus juxta ac Neptuni Equestris in Colono Hippeo commemorat scriptor argumenti tragoediae Sophocleae; nam *Schol.* ad v. 56. aliquantulum dissentiens συντιμᾶσθαι dicit ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ cum Vulcano, ipsique esse παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸν ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ· et Commentator antiquus ad Theogon. *Hesiod.* v. 614. modo ne fides ejus, usque dum alius adsit auctor magis idoneus, vacillet, scribit: Ἀκακήσιον ὄρος Ἀρκαδίας, ἔνθα ἐτιμᾶτο ὁ Προμηθεύς· ne de *Pausania* dicam, qui X. p. 806. Panopensibus esse testatur πλίνθου ὠμῆς οἴκημα οὐ μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ λίθου τοῦ Πεντέλησιν ἄγαλμα, ὃν Ἀσκλήπιον, οἱ δὲ Προμηθέα εἶναί φασιν, eique rei testimonia proferri quosdam lapides, reliquias istius luti, unde genus humanum finxerit Prometheus. Sed hi honores, qualescunque fuerunt, tamen admodum rari, ac vetustate fere obsoleti; praesertim si ad Jovem, Apollinem et Mercurium comparentur, quorum aedibus et sacris non urbes solum, verum etiam pagi vicique paene omnes abundabant: neque facile erit ex antiquitate tota quicquam amplius de Promethei cultu in medium adferre praeter ea, quae a me sunt indicata. Quocirca causam non video, cur tam acerbe reprehendi meruerit *Lucianus*, quando Prometheum oratoria libertate, eoque magis excusanda, pro nihilo ducere facit, quod tantillum est, ut aliorum

comparatione penitus evanescat. Hemst. Cum his conveniunt ea, quae *Wielandius* in nota ad h. l. versionem profert ad *Brodaeum* calumniae crimine adcusandum. *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 222. non omnino quidem injuria reprehendit interpretationem *nullibi*, vel *nusquam*, tanquam scriptum esset οὐδαμοῦ. Quod autem hac ratione putat *Lucianum* ab omni culpa liberari, valde errat. Sive enim *nusquam* vertas, sive *neutiquam*, *nullo modo*, per se caussa scriptoris eadem manet, nec potest, nisi ea ratione, defendi, quam proposuit *Hemsterhusius*. Lehm.

Ead. l. 6. *Τίθει δὲ*) In P. ἐπὶ ἔτι δέ. In L. ἔτι δὲ, rectius, sed tum aliter interpungendum. Solan. *Τίθει δὲ*, ut commode ponebatur §. 9. sic minus ad hunc locum respondet: quare anteferendum sine dubio, ἔτι δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε ἐννόησον, εἴτι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον, οἷον κτῆμα ἢ ποίημα etc. *οἷον* enim aeque, si non magis, placet, quam ἤ. Quod autem in P. ἐπὶ ἔτι δὲ exstiterit, librarii culpa factum fuisse conjecto, qui, cum pravam voculam ἐπὶ scripsisset, inducta macula paginam foedare noluit: quod quam frequenter usu veniat, ignorare non possunt illi, qui veteres membranas tractarunt. De ἔτι δὲ, quando a priore argumento ad aliud oratio traducitur, diximus ad Prom. in Verb. §. 5. Non repugnem, si quis pag. seq. lin. 9. malit, ἔτι καὶ τοῦτο ἴσως φαίης ἄν. quod sane notatum quoque video in margine *A.* 1. *W.* Hemst. Plura etiam in hoc neglectissimo loco erant emendanda. Primum ἀμάρτυρον ejiciendum: abest enim a P. et L., turbat sensum et ordinem verborum, abundat per se, et vel ex interpretamento verborum ὃ μηδεὶς ὄψεται, vel ex remotioribus ἀμάρτυρον συνέβαινε τὰ κάλλος, huc concessit. Deinde verba πρὸς δή τί, *ad quid jam?* s. *quorsum jam?* in omnibus libris vitiose leguntur scripta: πρός δή τι, quod foret: *ad aliquid jam.* Denique inter ἀμάρτυρον et συνέβαινε exciderat ἄν, quod omittere non licebat. Sic enim capienda sunt haec verba, ac si scripsisset auctor: εἰ μὴ ἐγίγνοντο οἱ ἄνθρωποι, ἀμάρτυρον ἂν συνέβ. ut Tim. c. 51. ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. Diall. Deor. XVI, 2. οὐδὲ τὰς τεκούσας ἂν ἐμαιοῦτο, παρθένος γε καὶ αὐτὴ οὖσα, ubi ἂν dudum a me, *Schaefero* monente Melet. p. 57. et praeeunte *Matthiaeio* restitutum. Demosth. Encom. c. 47. ἐπείσθην ἂν τούτοις Ἀρχίας ὤν. Infra c. 16. τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν, οὐκ ἔχοντες, ὧν προνοοῦμεν; et c. 17. πῶς ἂν θεοῖς ἔθυσαν — οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι; Neque vero probo, quod pro γιγνομένων *Schmiederus* e cod. 2954. γενομένων recepit. Est enim: *si non fierent* s. *nascerentur, homi-*

nes. De re autem conferri potest similis locus Nigrin. c. 23. LEHM.

Ead. l. 7. *Ἀμάρτυρον ἢ κτ.*) Pro his P. et L. *οἷον.* SOLAN.

Ead. l. 9. *Τῷ ἔχοντι*) Hic aliquid desiderari videtur, quod interpres supplevit. GUIET. Quod quid sit, equidem non conjicio. LEHM.

Ibid. Πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην ὅτι, μὴ γιγν.) Anima haec verba interrogatione: *πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην; ὅτι μὴ γιγν.* etc. *Quorsum haec dixi? Quia nisi essent homines, universi pulchritudo testibus careret.* GRAEV.

Pag. 136. l. 1. *Τῶν ἡμετέρων*) *Ἀγαθῶν.* BROD.

Ead. l. 3. *Τιμᾷν*) *Multis me honoribus prosequi.* BROD.

Ibid. Πολιτεύματι) Proprie quidem *πολίτευμα* sapiens aliquod viri prudentis consilium ad rempublicam constituendam, aut commoda civitatis augenda: sed tum quoque callidum quodvis inventum, atque ingeniose excogitatum, quod cuivis singularem aliquam utilitatem pariat. Hinc *δοφόν τι πολίτευμα, καλῷ πολιτεύματι περιγενέσθαι τῶν κινδύνων, συμφερόντως ὑπὲρ τινὸς πολιτεύεσθαι* apud veteres usitata. HEMST.

Ead. l. 5. *Κακοῦργοι*) *Ἄνθρωποι.* BROD. Prometheus ubi satis acute per varia argumenta Mercurio demonstrasset, se, quod homines fabricatus esset, rem fecisse non modo culpa aliqua non dignam, sed omnibus Deis utilissimam, maximeque necessariam, per *πρόληψιν* sibi ultro objicit id, quod a Mercurio sibi objectum iri probe intelligebat; idque continuo diluit. *Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες*, inquit, *φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς* (*ἀνθρώποις*). Nimirum in eo, quod adulteria, bella, incestas nuptias, parricidia, committant, non magis culpandos esse ait homines, quam ipsos Deos, apud quos haec quoque flagitia sint frequentia. Hanc de veterum Deis, eorumque plusquam humanis culpis, opinionem poëtis deberi, *Hesiodo* potissimum et *Homero*, sicut verosimillimum est, ita quoque ab ipsis antiquis saepe testatum. Passim *Lucianus* noster, ubi ridiculum quid, vel flagitiosum de priscorum Deis memorat, id ex iis tam praeclarae religionis *μυσταγωγοῖς* identidem solet repetere. Unus locus sit instar innumerorum. In Necyomantia c. 8. ait Menippus: *Ἐγὼ γὰρ ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολέμους καὶ στάσεις διηγουμένων, οὐ μόνον τῶν ἡμιθέων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγάς, καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλὰ* etc. *Etenim ego adhuc puer cum essem, et audirem Homerum atque Hesiodum narrantes bella et seditiones, non semideorum modo, sed ipsorum etiam Deorum; praeterea eorun-*

dem adulteria, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, fratrum et sororum nuptias; haec omnia praeclara ducebam etc. *Xenophanes* apud *Sextum Empiricum*, istiusmodi crimina, quorum reos non minus Deos, quam homines facit *Lucianeus* Prometheus, Deis et ipse ab *Homero* et *Hesiodo* ait esse adficta:

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκεν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶ,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.
Omnia Deis adsignavit Homerus et Hesiodus,
Quae apud homines turpia sunt et infamia,
Furari, moechari, aliosque ab aliis decipi.

Ceterum in hoc *Luciani* loco foedissima labes, quae omnes editiones insidet, emaculanda est. Quae enim, quaeso, haec oratio? Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς, καὶ μοιχεύουσι etc. Sed scripsit *Lucianus* εἰσὶν, non εἶναι· quod cuivis Graecae linguae gnaro facile me probaturum confido. Primo enim si per Hellenismi rationem liceret ita loqui, κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι, ostendant satis superque sequentia, in praecedentibus requiri εἰσί. Ita namque haec Graeca Latine sunt vertenda: *At enim flagitiosi sunt inter illos, inquis, quidam; et moechantur, et bella gerunt, et sorores suas ducunt, et patribus insidiantur.* Sic, inquam, ipsa verborum textura suadet εἰσὶ legendum. Sed et manifeste in aliis codicibus legi εἰσί, testatur *Brodaeus* IX. Miscell. c. 8. in quem, postquam haec nostra absolveram, opportune incidi. Est autem loquendi ratio, interposito verbo φημὶ, qualis passim obvia est, et statim: Ἀλλ' ἐχρῆν ἴσως φήσεις ἀναπεπλάσθαι τοὺς ἀνθρώπους. plane ut Latini *inquit* interponunt. Quin etiam non Graece, mea sententia, dicitur κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι. Jens. Recte hic Nominativum a *Jensio* improbari, *Hemsterh.* etiam bene monet. Licet aliter senserit cl. *Gesner.* in dissert. ad Philopatr. c. 4. anno 1715. edita, jam aliquantum ab ipso immutata; ubi alia de Nominativo illo pro Accusativo vide. Reitz.

Ibid. φῂς εἶναι) Alii Codices εἰσίν. Brod. Quos Codices, in quibus εἰσὶν reperiatur, *Brodaeus* memoret, ignoro: hoc certum est, consistere non posse illud εἶναι, ut bene docuit *J. Jensius.* Mihi placet, φῂς vel φήσεις ἴσως, quod occupandae objectioni inservit; idque probabilius erit, si cogites compendium illud scribendi, quo in vetustis libris ἴσως exprimitur: mox ἔτι καὶ τοῦτο φαίης ἄν, et §. 17. ἴσως φήσεις. Hemst. Quodsi *Brodaeo* fides haberi potest, lectio eorum Codd., quos ipse significat, εἰσὶν sine haesitatione praeferri

debet et *Hemsterhusii* conjecturae, quamquam per se optimae, et *Abreschii* Dilucc. Thuc. p. 447. emendationi, et ipsi non contemnendae, φῂς, vel φήσεις, οἶμαι. Quod autem hic dicit p. 448. explicari etiam Infinitivum εἶναι sic quodammodo posse: ἀλλὰ κακοῦργοί τινες (εἰσὶν, ὡς) φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς, id satis contorte fiat. Neque magis fateor placere eum, quem *T. Fr. Benedictus* vult, verbi εἶναι Pleonasmum Atticum, quem vellem certe illustrasset vir doctus. Denique *Abreschius* mox ἐπεὶ tuetur contra *Hemsterhusium* emendantem ἔτι, idque armis admodum infirmis. Nam ἐπεὶ dicit esse *deinde*, ἔπειτα, et ad *Vigerum*, tanquam ad praesidium, provocat, cujus tamen praeceptum jam ab *Hoogeveeno* p. 400. et *Hermanno* p. 763. merito est explosum. Praeterea omnium Deorum parentibus, τῷ Οὐρανῷ et τῇ Γῇ, quos h. l. omnes libri minoribus literis initialibus ediderunt, majores deberi videbantur. LEHM.

Ead. l. 6. *Μοιχεύουσι*) Hoc quoque vitio immunes non sunt Jupiter, Mars, Neptunus. BROD.

Ibid. Πολεμοῦσι) At insigne est Deorum apud *Homer.* Il. *T.* proelium. BROD.

Ibid. Ἀδελφὰς γαμοῦσι) Annon Jupiter Junonem in uxorem duxit? BROD.

Ead. l. 7. *Πατρ. ἐπιβ.*) Nonne et ipse Saturno Jupiter? BROD.

Ead. l. 8. *Παρ' ἡμῖν*) *Apud nos Deos.* BROD.

Ead. l. 13. *Καὶ εἰ τούτῳ γε*) *Καίτοι τούτῳ γε.* MARCIL.

Ead. l. 14. *Οὐκ ἀτερπὴς*) Leve mendum occurrit in omnibus editis, quod tamen interpretes Latinos fefellit, et ut locum male verterent, effecit. Dixit Prometheus, curam hominum Diis non magis gravem esse posse, quam pastori curam gregis, καὶ εἰ τούτῳ γε ἐργώδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως, καὶ ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπὴς ἔχουσά τινα διατριβήν. *Ottomarus Luscinius* vertit: *quando operosum istud sibi videbitur; cum alioqui cura illa propter conjunctam exercitationem non admodum adpareat esse injucunda.* Salmuriensis autem interpolator: *Cui si sit hoc operosum, est etiam jucundum, et haec non insuavis solicitudo quandam habet exercitationem*, sed legendum, οὐκ ἀτερπῆ ἔχουσά τινα διατριβήν. Verte: *et si ei hoc sit laboriosum, jucundum tamen etiam est, et ista solicitudo suavem habet exercitationem*, sive, *conjuncta est cum suavi labore.* GRAEV. A *Graevio* non dissentio: atque ita plane legendum fuit, ne a se *Noster* ipse dissentiret: in Somn. §. 3. ἀλλά μοι καὶ παιδιάν τινα οὐκ ἀτερπῆ ἐδόκει ἔχειν (τὸ πρᾶγμα). Ver. hist. I. §. 3. Jambulus γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συν-

θεὶς τὴν ὑπόθεσιν. Anach. §. 6. ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα. Διατριβὴ non tam exercitationem vel exercitium hoc in loco notat, quam commodam et minime laboriosam occupationem, quae delectet, ac tempori fallendo sit: sic ποιεῖσθαί τι διατριβὴν *Philostr.* de V. S. I. p. 490. Ceterum si verba *Luciani* sunt integra, tali distinctione juvandus est sensus: καὶ εἰ τούτῳ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως καὶ ἡ φροντὶς, οὐκ ἀτ. etc. *jam licet isti pastori operosum illud sit, tamen suavis alioqui etiam haec ipsa cura, quippe conjuncta cum occupatione quadam jucundissima.* Veruntamen valde vereor, ne quid deficiat: etenim argumenti, quod Prometheus urget, si complexionem totam consideres, tali fere modo procedere debuisse, vix est, quin tibi persuadeas: jam licet concedamus pastori laboriosum esse, si pro grege continuo excubet; at nobis certe tanto excellentiore naturâ praeditis illa rerum humanarum cura non molesta nec gravis, sed potius facilis ac jucunda ludicram quandam et voluptatis non expertem habet delectationem: quid enim fecissemus nullos habentes, quorum cura nobis erat gerenda? Haec igitur, τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν, postulare videntur ejusmodi sententiam, qualem dedimus. Quod si conjectura nostra non est inanis, auxilium erit exspectandum fideliorum membranarum, quae lacunam istam expleant. Facile autem deprehendi potest, ea disputari a Prometheo, quae partim ab Epicuro, partim contra eum dicebantur: tu confer *Cicer.* de Nat. Deor. c. 20, 37. Hemst. Libri scilicet primi. *Schmiedero* non satisfecerunt *Graevius* et *Hemsterhusius*. Ita is voluit locum scribi atque instrui: καὶ, εἰ τοῦτό γε ἐργῶδες, τοῦτο καὶ ἡδύ· ἄλλως καὶ ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπὴς, ἔχουσά τινα διατριβήν. vere autem sic vulgavit, ut τούτῳ retineret, atque adeo jam verba in hunc modum redderet: *Et si illi quidem laboriosa est cura gregis, illa tamen jucundi quoque quid habet. Alloqui etiam non injucundum est, si quis habeat cui curam impendat. Nam quid ageremus non habentes, quibus prospiciamus?* At sic nulla ex parte, opinor, quidquam fuerimus lucrati. Nam verba primum ἔχουσά τινα διατριβὴν sic nude posita vix feras, quoniam in eo ipso vis argumentationis est, *qualis* sit illa διατριβή. Et hactenus certissimam esse *Graevii* emendationem ἀτερπῆ, adparet. Deinde si, ut *Schmiederus* vult, verba legerimus: καὶ εἰ τοῦτό γε ἐργῶδες, τοῦτο καὶ ἡδύ, pronuntiata haec ingratissima ratione aures pungant necesse est; ac praestare mihi posse videor, tam ingratam orationem minime a *Luciano* profectam fuisse, nisi forte, id quod tamen *Schmiedero* non venit in mentem, utrumque τοῦτο ita cogites sibi invicem respondere, ut absolute posita videantur

pro τοῦτο μὲν (*ex hac quidem parte*) ἐργῶδες, τοῦτο δὲ καὶ ἡδύ. At vero sic desideraretur Subjectum sententiae, et male per sequentem vocem ἄλλως procederet oratio. His omnibus impeditioris loci difficultatibus jam sic putabam optime occurri, si eo, quem *Hemsterhusius* constituit, verborum ordine ac nexu recepto, pro τούτῳ male et sonante et cohaerente reponas ταύτῃ, hunc in modum: καὶ εἰ ταύτῃ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως ἡ φροντὶς, οὐκ ἀτερπῆ ἔχουσά τινα διατριβήν, et hoc sensu: *Etsi ab hac quidem parte* (quod cura scilicet aliqua gerenda est) *operosum illud sit, ab alia tamen etiam suave quid est illa cura, non injucundam quandam habens occupationem. Nam quid ageremus nos* etc. Sic non solum optime sibi respondent ταύτῃ et ἄλλως, sed etiam facilis est sententiarum nexus, et clara Promethei argumentatio, ut nec opus sit cum *Hemsterhusio* statuere lacunam aliquam vel saltum in demonstrando. Καὶ εἰ vero nil est, nisi *etsi*, et male egit *Schmiederus*, quod has voces segregavit. Vid. ad Timon. c. 40. LEHM.

Pag. 137. l. 1. Ἡργοῦμεν) Sic in Timone. Hanc vocem interpretor alibi. Reliqua hujus Dialogi apud *Homerum* et dial. seq. cujus tamen finis alius videtur a fine hujus dialogi. BOURD.

Ead. l. 6. Ἄρτι μὲν ταῦροι) Jupiter in taurum mutatus Europam rapuit; in Satyrum transformatus Antiopen vitiavit; in olorem, Ledam vel Nemesim. BROD.

Ead. l. 7. Ἐξ αὐτῶν) *Ex ipsis mulieribus procreatos.* BROD. A sensu horum percipiendo longe abfuerunt interpretes. Ut παῖδας ποιεῖσθαι ἐκ γυναικὸς creberrimum est, sic Prometheus hic perquam facete, mutata nonnihil locutione θεοὺς ποιεῖσθαι dixit: illos enim ipsos Deos, qui se tam graviter ob formatos homines adcusent, tanto in mortales feminas libidinis ardore ferri, ut nullam non formam quantumvis indecoram induentes perlibenter cum iis consuescant; liberos etiam Deos ex iis procreare ac suscipere haud dedignentur. HEMST.

Ead. l. 15. Μετ' ἀμ. Αἰθιοπῆας) Adludit ad locum *Homeri* Il. A. 423. *Eustathius* ad eum locum recte animadvertit, respici superioris Aegypti incolas, qui Thebis seu Diospoli duodecim dies festos Jovi celebrabant. Similiter *Lucianus* ita Prometheum de nidore sacrificii loquentem inducit §. 19. ὁρῶ δὲ ὑμᾶς etc. Ille nidor erat cibus Deorum; fumus vero θυμιαμάτων thure aliisque aromatibus constantium potus, qui dicebatur Νέκταρ. Vid. ad *Hesiodi* Theog. v. 640. CLER.

Pag. 138. l. 1. Κλόπειν) Lege κλοπήν. BROD.

Ead. l. 2. *Ἐσθ' ὅτι*) Rescribendum est, *ἔσθ' ὅτε ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν ἐξ ὅτου καὶ παρ' ἀνθρώποις ἐστίν; unquamne accidit, quod ignis jacturam fecerimus, ex quo ille apud homines est?* Sic Atticos loqui *ἔσθ' ὅτε*, non *ἔσθ' ὅτι*, norunt, qui vel primis labris Atticos scriptores degustarunt. In Somnio §. 17. itidem *ὅτε* pro *ὅτι* scribendum: *χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτε μήκισταί εἰσιν αἱ νύκτες· hibernum somnium, cum noctes sunt longissimae:* inepte interpres, *quoniam noctes sunt longissimae,* quia legebatur *ὅτι.* Graev. *J. G. Graevius* pro *ἐσθ' ὅτι* legit *ἐσθ' ὅτε, unquamne?* Sed mihi non dubium est, quin *ὅτι* perperam, ut plus decies in hoc scriptore, conjunctum, dividendum sit *ἐσθ' ὅ, τι ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν* etc. *Quidquamne est, quod ex igne amisimus, ex quo ille etiam apud homines est?* Jens. Recte monuit doctiss. *Jensius:* neque aliter interpretes, quibus difficile fuisset errare in sententia tam perspicua. Accedit *Petr. Horreus* ad *Aeschin.* Dial. p. 84. neque enim *ἔσθ' ὅτι*, vel potius *τὶ ἔσθ' ὅτι*, cujus idem meminit, locum hic ullo modo habet. Hemst.

Ead. l. 9. *Δωτ. ἐάων*) *Homer.* Od. VIII, 325. Brod.

Ibid. *Ἔξω φθόνου*) Huc spectat proverb. *φθόνος ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται. Plutarch.* II. p. 679. D. Kuster. Sic usurpat vocem *ἔξω Xenoph.* Cyrop. VIII. in extrema Cyri ad filios amicosque oratione p. ed. St. 140. *ἃ (ἔργα) ἦν μὲν καθαρὰ καὶ ἔξω τῶν ἀδίκων φαίνηται, δυνατοὺς ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀναδείξει.* et *Celsus* apud Orig. VIII. p. 392. *ὁ θεὸς ἀγαθός τε καὶ ἀπροσδεὴς καὶ ἔξω φθόνου.* Solan. Fluxit a *Platone*, cujus est in Phaedr. p. 1222. B. *φθόνος γὰρ ἔξω χοροῦ θείου ἵσταται. Philo Jud.* p. 867. A. *ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸν λιγυρώτατον Πλάτωνα, φθόνος ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται·* idem saepius usurpat, nec minus *Plutarchus.* Similiter autem solet poni, ac si proverbii vulgaris formam induisset, quod tot veterum poëtarum, *Platonis* etiam et *Xenophontis*, sententiis accidit: vide *Clem. Alex.* Strom. V. p. 560. D. *Maxim. Tyr.* Dissertt. XXV. p. 253. ibique *D. Heinsium.* Jam itidem adparet, quid spectaverit *Eunap.* in Aedes. p. 54. *ψεῦδος γὰρ οὐ μόνον ἔξω θείου χοροῦ, ἀλλὰ καὶ λόγου ἵσταται.* Hemst.

Pag. 139. l. 1. *Κνισσᾷν ἀγυιὰς*) *Euripid.* fine Alcest. —*βωμούς.* Formula haec non poëtis tantum nota et familiaris, sed et pedestri sermoni. Vide *Demosth.* Solan. Scribendumne sit *ἀγυιὰς*, an *ἀγυιᾶς*, ipsi veteres in diversum abierunt: utriusque sententiae meminit ad *Demosth.* Midian. p. 611. C. *Ulpian.* p. 653. A. pro posteriore stant *Harpocr.* in *Ἀγυιᾶς*, et *Schol. Aristoph.* ad Equ. v. 1317. ubi vide *Kuster.* Priorem ego amplector, ad quam constabiliendam

pluribus opus foret, quam quae capiat lex notarum praescripta: *Lucianum* in eadem fuisse opinione, ex multis ejus locis plane colligi potest. Vid. *Demosth.* in Macart. p. 1038. C. D. *Poll.* I, 28. HEMST.

Ead. l. 5. Ἑλ. περὶ καπνῷ) *Homer.* Il. A. 317. BROD.

Ead. l. 6. Ἡμετέρᾳ) An ὑμετέρᾳ; placet magis, ut ad Deos adcusantes Prometheum referatur. GUIET. Τμετέρᾳ) In omnibus libris legitur ἡμετέρᾳ. absurde: probabunt, credo, belli homines nostram emendationem. Postquam haec scripsissem, in B. 2. ita recte emendatum esse vidi. SOLAN.

Ead. l. 9. Ἡμῶν) Τμῶν scribendum videtur. GUIET. Minime. Cf. c. 18. ἔσθ' ὅ, τι ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν; LEHM.

Ead. l. 13. Ὄνησο) *Gaudeas.* BROD. Adduxit *Th. Mag.* in Ὠνήσομαι, monens Atticum esse ὠνήμην et concinnius, quam ὠνάμην. Idem praeceperat *Phrynich.* p. 8. Ὄνησο ubi repererit *Brodaeus*, ignoro, nisi quod similiter videtur legisse *Scholiastes.* HEMST. Ὠνάμην tamen Diall. Mortt. XII, 2. Char. c. 24. ἀπωνάμην Amor. c. 52. et apud alios scriptores passim. Vid. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 12. sqq. LEHM.

Ead. l. 14. Ἓξ καὶ δέκα) Sic Dial. seq. XVI. vultures. SOLAN.

Ead. l. 17. Μάντις ὤν) Non vates tantum, qualem se probat Dial. seq. sed omnis fere vaticinandi artis monstrator; quod ipse de se praedicat in *Aeschyli* Prom. V. v. 488. Exta dicitur inspexisse Caucasi pastoris dissecti apud *Plutarch.* de Flum. in Phaside, sed loco tam corrupto, ut operam in eo abutantur et *Maussacus*, et *Maussaco* longe major *Thom. Reinesius* V. L. I. c. 1. p. 4. Ego, si licet reparare, quae mihi videntur intercidisse, sanum praestabo: καὶ εἰς Κροκόδειλον (ὁ Κρόνος) μεταμορφωθεὶς ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναταμὼν, καὶ κατανοήσας αὐτοῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν (an potius εἶδεν) οὐ μακρὰν εἶναι τοὺς πολεμίους. Haec si quis improbet, is nobis expediat rationem eorum, quae paullo post consequuntur. Simul hinc alia quaedam constat caussa, cur Prometheus ad Caucasum fuerit adfixus: quae si forte vera, jam oleum et opera plane perierit in hoc libello veteratori callidissimo. Sed in fabula Promethei, quemadmodum in plerisque aliis, ea veterum est dissensio, quae in concordiam omnino redigi non possit; quam rem latius pertractare nostrarum non est partium. HEMST.

Pag. 148. l. 2. Τις) Hercules, a quo etiam solutum eum quidam tradidere. Vide *Hesiod.* Theogon. 526. SOLAN.

Ibid. Ἀφίξεται) Hercules: hoc proxime sequens dialogus aperiet. Brod.

Ead. l. 3. Κατατοξεύσων) *Diodor. Sic.* IV. p. 155. D. τὸν μὲν ἀετὸν κατετόξευσε, τὸν δὲ Δία πείσας λῆξαι τῆς ὀργῆς ἔσωσε τὸν κοινὸν εὐεργέτην. Vid. *Pherecyd.* apud *Schol. Apoll. Rhod.* ad IV. 1396. Hemst.

Ead. l. 10. Τὴν Θέτιν) Cum Jupiter Thetidis amore captus uxorem eam ducere vellet, Prometheus futurorum praescius a nuptiis ejusmodi magnopere eum deterruit, quod in fatis esse diceret, quicunque ex Thetide nasceretur, patre suo majorem fore. Memor itaque Jupiter ejus exempli, quod ipse in patrem suum ediderat, veritusque, ne similiter a filio de coeli possessione depelleretur, a Thetidis nuptiis abstinuit; memorque beneficii, quod in se Prometheus contulerat, Herculem ad Caucasum mittit, qui, interfecta aquila, Prometheum vinculis liberavit. Vide plura apud *Servium* ad illud *Virgilii* Ecl. VI.

Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei:

et in seq. Dial. ubi liberationem Promethei ad Vulcanum refert. Fabula exstat apud *Pindar.* Isthm. Hymn. VIII. *Apollon. Rhod.* carminis Argonautici libro IV. et *Ovid.* Metam. IX. Cogn. Quod prudenter hic reticet Prometheus, id sequens aperiet Dialogus. Solan. Obscure idem significat ipse Prometheus apud *Aeschyl.* Prom. V. v. 525. sq. Lehm.

TANAQUILLI FABRI

NOTAE ET ANIMADVERSIONES IN TIMONEM LUCIANI.

CAPUT I.

Timon quo tempore vixit. quo anno haec acciderint, quae a LUCIANO *finguntur.* Κολυττός. Ἀλαὶ *duplices.* HELIODORUS *eodem in loco bis emendatus.* ῥυθμός. *de arca Deucalionis et Noachi. Lycoreus mons quis. Liacura in Graecia barbara quid, et unde.* σωτὴρ, *et de illa voce judicium* CICERONIS. ἐσχατιά. *de* EPIMENIDIS *aevo.* LUCIANUS *emendatus.* Οἴνης *pro* Αἴτνης. *de Jovis sepulcro ex historia sacra* EVEMERI. SCHOLIASTES CALLIMACHI *emendatus. In* LUCIANO *tentata emendatio. Hecatomba. de* ἄστυ *contra ea, quae apud* DIODORUM *leguntur.* LUCIANUS *emendatus.*

Pag. 66. *TIMΩN*) Quandoquidem libelli hujus πρωταγωνιστὴς erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca visum est dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponnesiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, *Lucianus* Demeam rhetora sic loquentem inducit: καὶ ἠρίστευσε δὲ (de Timone loquitur) ὑπὲρ τῆς πατρίδος πέρυσι πρὸς τοὺς Ἀχαρνέας, (quem locum infra examinabimus) *et strenue se fortiterque gessit pro republica anno superiore, cum Peloponnesii Acharnenses obsiderent.* Acharnae autem δῆμος Ἀττικῆς anno primo belli Peloponnesiaci obsessae sunt, ut ex *Thucydide* locupletissimo teste constat. Quamobrem ea, quae hic a *Luciano* narrantur, in annum CCCXXII. urbis Romanae conjici

debent, qui est ante Christum natum ccccxxix. Erat autem Timon ex eo Atticae populo seu oppido, cui *Κολυττὸς* nomen. Indidem oriundus *Plato* philosophus. *Κολυττὸς* autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere est, quod a *Luciano* scribitur, *τίς οὗτός ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὃ πεπραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς παρὰ τὸν Τμηττὸν, ἐν τῇ ὑπωρείᾳ;* Patrem habuit Echecratidem nulla alia re insignem, quam quod Timonem genuit. De hominis moribus nil adtinet dicere, cum eam rem *Plutarchus διὰ παρεκβάσεως* in vita M. Antonii absolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuisse, et moribus adeo factis ad humanitatem, nihil ut ipso *χρηστότερον*, nihil benignius exstiterit. Nam quod illum *μισάνθρωπον* cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, et alias id genus nugas Deos esse olim negabant, non recte *ἄθεοι* vocarentur, (neque enim Sylvanus Mercuriusque Dii sunt) sic Timon non recte *μισάνθρωπος* adpellabitur. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, sed feras oderat, quibus aetas illa scatebat. Certe qui *Aristophanis* fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magistri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his *Platonis* testimonium, qui ita scripsit in epistola xxiv. inter illas, quae non ita pridem a *Leone Allatio* vulgatae sunt. Quo enim loco ait se in fundum Hephestiadeum migrasse, (*Ἡφαιστιάδων* debuit scribere *Leo* ex *Diogene Laërtio* et *Hermolao ἐν ἐθνικοῖς*, non autem *Ἐφεστιάδων*) ut ubi *ἄποθεν τοῦ ἄστεως* vivat, addit: *συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους, οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. Cognovi ego, Timonem non fuisse μισάνθρωπον· sed cum homines nancisci in urbe non posset, belluas amare haud poterat.* Exstat ejus Epitaphium olim a *Callimacho* scriptum; et item alterum, quod homo providus sibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio est:

Ἐνθάδ' ἀποῤῥίξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·
Τοὔνομα δ' οὐ πεύσοισθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait *Plutarchus*, sepultum eum fuisse *Ἀλῆσι*· sed cum duae sint *Ἀλαὶ*, locum illum *Plutarchi* de Araphenidibus intelligas, non de Aexonidibus: nam priores *Ἀλαὶ* ad tribum Aegeida pertinebant, alterae non item. Ceterum hunc libellum ita venustum, ita elegantem judico, eum ut inter politissimos *Luciani* non dubitem referre. Ita ingeniose et facile compositus est, ut ei nulla comoedia possit comparari. Tum porro, si usquam alibi, pura in eo oratio est, atque ita castigata, ut nihil supra. Habet quidem initium vehementius paullo

et tragicum spirans, sed ita hominis fortunis et moribus conveniens, ut nihil ἠθικώτερον fingi queat. Ceterum, ita habeto, Lector, nunquam post renatas meliores literas puriorem editum fuisse libellum hunc. Idque ita verum est, ut satis mirari non possim hominis illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est, editionem illam Parisiensem in forma maxima ex Mss. Codd. regiae bibliothecae expressam esse.

Νᾶφε καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Nil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Ead. l. 18. *Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε*) Haec Jovis cognomina, et plura item alia, diligentissime sunt et ingeniosissime a *Dione Chrysostomo* explicata Oratione I. de regno, pag. 8. editionis Morellianae. Ceterum, quod in interpretatione illa omnia Graece, uti se habebant, reliqui, id non temere factum est: et qui κριτικοὶ sunt, facile caussam videbunt.

Ead. l. 22. *Τπερείδεις*) [*Επερείδεις* erat in ed. *Graev.* harum nott.] Hujusmodi carminum fulcra Latini tibicines vocabant; eaque voce olim usus est *Virgilius*, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam *Heliodori* loco judicium aperiam; mihi enim vehemens suspicio fit, corruptum eum esse. Is ita ubique legitur: *Μηρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὸν ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐφεδράζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρέψασα* etc. Est ibi elegantissima moerentis Charicliae descriptio. lego *τὴν παρειὰν ἐπερείσασα*, doctis fortasse non dissentientibus, sed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus est. Quis enim unquam audivit dici, *ἀγκὼν χειρός?* Scio quidem, et monent veteres magistri, *ἀγκὼν* quandoque esse *ἐπικαμπὲς τῆς χειρός*· sed hic ex descriptionis serie non potest. Itaque sic mihi persuadeo legendum esse, *ἀγκῶνα θατέρου βραχίονος*. Totam illam descriptionem legito, si te, si me, amas. Ad illud autem *ἐπερείσασα* ut revertar, non omittendum illud, quod in Milite glorioso *Plauti* est, *os columnatum;* sed *κωμικώτερον*.

Pag. 67. l. 1. *Ρυθμοῦ*) *Ρυθμὸς* et *μέτρον* non sunt eadem: itaque recte distinxit *Lucianus;* proprie enim *ῥυθμὸς* ad incessum pertinet, ut mihi ex *Platone* demonstrare facile fit lib. III. de Republica, et lib. II. de Legibus; ex *Scholiaste* quoque *Aeschyli* in Septem contr. Theb. qui ait, *βλίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, τὰ δὲ μέτρα οὐ βαίνεται.* pag. 74. edit. Steph. Ex *Luciano* praeterea ipso in de Saltat., cum ait de iis, qui inepte et perperam saltant, *ἕτερα μὲν γὰρ ὁ ποὺς, ἕτερα δ' ὁ*

ῥυθμὸς λέγει. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis esset semel recitantes audire, eorumque choros spectare. Quam multa hodie teneremus, quae nos aeternum latebunt circa μέτρον et ῥυθμόν! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiasten *Aristophanis* legas, ἀρχαῖα ἡ τῶν μέτρων καὶ ῥυθμῶν διδασκαλία.

Ead. l. 16. Ὑπὸ μανδραγόρᾳ) Illius enim vis ὑπνοποιὸς est, seu somnifica, ut loquitur *Plinius*. *Xenophon* in Symposio: τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἅρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει. Est et tale aliquid in sexto *Platonis* de polit., ubi ναύκληρος dicitur μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ συμποδισθείς.

Pag. 68. l. 9. Κοσκινηδὸν) Παίζει χαριέστατος scriptor περὶ τὸ ὁμοιοκατάληκτον, in adverbiis scilicet similiter exeuntibus, πετρηδὸν, σωρηδὸν, κοσκινηδόν. Ceterum cum ait σεισμοὺς fieri κοσκινηδὸν, intellige ita frequentes, ita crebros, ita sibi invicem instantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quae fit, cum grana incernuntur.

Ead. l. 11. Ῥαγδαῖοι) Notandum hoc *Luciani* judicium, qui ὑετὸς ῥαγδαῖος dici φορτικῶς in prosa scilicet oratione existimat. At *Suidas* proprie dici credidit. Nam hominem ῥαγδαῖον, quomodo Alexandrum vocavit *Plutarchus*, ait dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ὄμβρων. Haec et alia hujusmodi sedulo observanda judico, ut ad proprietatem Graeci sermonis perveniri possit. Ceterum non ὑετοί τε legendum est, sed ὑετοὶ tantum. Quod autem vocem hanc ῥαγδαῖοι in versione Latina reliqui, id fieri debuit.

Ead. l. 14. Κιβώτιον) Locus adprime notandus; convenit enim cum historia sacra, nisi quod, ut ait Comicus, *male divisa sunt haec temporibus*. Quae enim de Noacho scripta a principe historicorum Mose fuerant, ad Deucalionem suum transtulerunt Graeci. Ceterum quod κιβώτιον *Luciano* in hac historia dicitur, aliis λάρναξ est, vox ejusdem significationis. Usus ea quondam fuerat *Nicolaus Damascenus*, cum de primo diluvio ageret. locus est apud *Josephum*. Eadem quoque occurrit apud *Plutarchum*, in eruditissimo libro de solertia animalium, quo loco, mirum, et columbae meminit; sed eam tamen ad fabulatores remittit. οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι, ait, τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθαι χειμῶνος μὲν εἴσω πάλιν εἰσδυομένην, εὐδίας δὲ ἀποπτᾶσαν. id est, *Fabulatores quidem produnt, columbam ex arca omissam indicium tempestatis Deucalioni fuisse, cum se rursus in eam conferret, serenitatis vero, cum prorsus avolasset.* pag. 968. edit. Paris.

Ibid. *Λυκωρεῖ*) Parnassus est, aut certe illius pars, (nam ad Parnassum adpulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis constat. hinc itaque quod hodieque a Graecis incolis Parnassus Liacura dicitur.

Pag. 69. l. 13. *Ὦ θαυμάσιε*) Honesta adpellatio: nihil apud Graecos scriptores frequentius. ita *ὦ γεννάδα*, *ὦ δαιμόνιε*, et alia sexcenta.

Ead. l. 15. *Δευκαλίωνες*) Etsi constet, plures fuisse Deucaliones, eo tamen confugere nihil necesse est; sed locus tantum explicandus. Intellige igitur poenas et calamitates *θηλάτους*, quibus humanum genus sub Deucalione paene periit, leviores esse, quam ut etc.

Pag. 70. l. 9. *Μηδὲ ἀναγνόντες*) Verti, *ne legentes quidem*; nam metaphora est ducta *ἀπὸ τῶν στηλῶν ἀνατετραμμένων*.

Ead. l. 11. *Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην*) Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant *σωτὴρ καὶ θεός*. *Plutarch.* in vita Dionis. Ceterum miror, quod dixit *Cicero*, *σωτὴρ Latino uno verbo exprimi non potest:* nam *servator* idem facit Latine, quod Graece *σωτήρ*. *Terentius*: *servatrix mea.* In Graeco haud dubie erat *σώτειρα*, quid enim aliud?

Ead. l. 12. *Ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν*) Cave sis idem cum illo sentias, qui vertit, *ad extrema redactus consilia.* nihil nequius dici aut fingi potest, Dii boni! Saltem meminisset *Homerici* illius:

Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιήν. ὅθι δώματα, etc.

Odyss. IV. item:

Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ
Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ᾧ μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι.

Odyss. V. *ἐσχατιὰ* hoc quidem loco nihil aliud quicquam est, quam solitudo, secessus, pars ruris remotior. *Hesych.* et *Harpocration. Lucianus* infra vocabit simpliciter *ἀγρόν*.

Pag. 71. l. 4. *Νήδυμον*) Reliqui vocem Graecam in versione; est enim respectus ad *Homeri* locum.

Ead. l. 5. *Ἐπιμενίδην*) Somnus Epimenidis notissimus est ex *Diog. Laërtio*, *Suida*, et quo non? Sed inprimis observandum est, quod jam dicam. Auctor est *Diogenes*, eum Olympiade XLVII. Athenas venisse, urbem lustrasse, ac pestilentiam sedasse. Sed id qui fieri potuit, cum dicat, Niciam illum Nicerati filium, clade Sicula nobilem, in Cretam ad eum missum fuisse? Quod evenire non potuit, nisi an-

nis post plus minus CLXX. *Plato* autem lib. I. de Legibus ait advectum eum Athenas πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι: id erit circa Olympiadem septuagesimam. Id vero qui pote, cum omnes uno ore adserant, fuisse ipsum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe ἀμφοῖν θάτερον· nam aut necesse est, in unum Epimenidem collatum fuisse, quod de pluribus dictum fuerat; (id quod saepe usu venisse constat in multis) aut verum illud erit, quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC vixisse. Esset hic latissimus campus scripturienti. Ceterum miror, diligentissimum *Casaubonum* haec ad *Diogenem* praeteriisse.

Ead. l. 6. Οἴτης) Error manifestus. legendum enim Αἴτνης· fulmina Jovis ex Aetna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait *Lucianus*. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus est: fateor. quid tum? Ex eone tempore mons arsit? Ne dixeris.

Ibid. Ἐνανσάμενος) Libentius legerim ἀνανσάμενος. maxime cum *Erasmus* verterit, *redaccenso* etc. quamobrem in suo codice legit non ἐνανσάμενος, sed ἀνανσάμενος.

Ead. l. 8. Σῆς ταφῆς) Locum *Callimachi* respicit, hymno in Jovem, quem profert quoque *Origenes* adversus Celsum Epicureum, is ita se habet: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ ἀεί. *Semper mendaces sunt Cretes. etenim sepulcrum tuum, o rex Jupiter, construxerunt; tu vero non es mortuus; semper enim es.* Ad quem locum doctissimus *Scholiastes* haec habet, si minus vera, at certe ingeniosa: Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε περιλειφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *Sepulcro Minois inscriptum fuerat*, MINOIS JOVIS [F.] SEPULCRUM. *lapsu autem temporis illud*, MINOIS, *deletum est, ita ut relictum sit tantum*, JOVIS SEPULCRUM. *hinc est, quod ferunt Cretes, esse apud se Jovis sepulcrum.* Ceterum in loco *Scholiastae* legendum est non τὸ τοῦ Μίνωος, sed τὸ, Μίνωος, ut sit positum ὑλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod vero dixi supra, ea mihi videri si non vera, at certe ingeniosa, non temere dixi. Nam ex *Evemeri* sacra Historia, quam olim Latinam fecerat *Ennius*, suspicio est, totum illud negotium sese aliter habuisse. Locus est apud *Lactantium*: *Jupiter aetate pessum acta in Creta vitam commutavit, et ad Deos abiit; eumque Curetes filii sui curaverunt*, (intellige τὴν περὶ τὸν νεκρὸν θεράπειαν) *decoraverunt*que: *et sepulcrum ejus est in Creta, in oppido Gnoso; et dicitur Vesta hanc urbem*

creavisse, (ita loqui amat *Ennius*; isthuc autem *creare* Graecum est κτίζειν, quod et condere significat) *inque sepulcro ejus es inscriptum antiquis literis Graecis*, Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ Ceterum in Cod. Reg. legitur καὶ τῆς ἐκεῖ ταφῆς. unde fortasse legendum τῆς σῆς ἐκεῖ ταφῆς. verum non est tanti.

Ead. l. 11. Παρὰ τὸν Τιμηττὸν) Ibi enim erat Κολυττὸς δῆμος, ex quo oriundus Timon. quod supra monui.

Ead. l. 16. Καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας) Nota. alii enim dicerent τελείων ἱερῶν, non καθ' ἱερῶν.

Pag. 72. l. 1. Ἑκατόμβας) De quibusvis pecudibus dicitur, contra quam plerisque videtur: nam apud *Diodorum* meminime legere ἑκατόμβην παρήλων; apud *Hom.* autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Schol. Graecis ὄνων ἑκατόμβας, quod et apud veterem scriptorem legisse me scio. Ceterum duplex hecatomba: altera centum pecudibus constabat; altera quinque et viginti, ex *Schol. Hom.* in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quasi ἑκατὸν βάσεις vocabant: per pedes enim, seu βάσεις numerabant.

Ead. l. 2. Διάσια) Jovis sacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Jovi proprius erat. Emenda *Schol. Aristoph.* ad Nubes; ubi enim scriptum est διάσια dicta fuisse ἀπὸ τοῦ φυγεῖν τὰς ἅτας, legendum est ἄσας, id est λύπας. unde apud *Hesychium* hodieque legitur ἀσάζειν pro λυπεῖσθαι, et ἀσηθεὶς pro λυπηθεὶς, et apud *Herodotum* in Thalia, ἐδίζετο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ ἀπὸ κειμηλίων.

Ead. l. 7. Οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν etc. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ) Locus adprime faciens ad proprietatem Graeci sermonis. Vix millesimus quisque haec observat: dicam tamen, quod sentio, οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco est, *si quis minus exacte loqui velit* etc. quod in versione mea expressi. Itaque οὕτωσὶ εἰπεῖν et ἀληθεῖ λόγῳ, quodam modo opponuntur.

Ead. l. 9. Ἀκριτία περὶ τοὺς φίλους) In Mss. Reg. legitur περὶ τῶν φίλων. non placet; neque adeo injuria.

Pag. 73. l. 3. Ἄστυ) Admonet me haec vocula loci cujusdam, qui apud *Diodorum* legitur, lib. I. pag. 24. edit. Rhod. Ibi enim sunt, qui probare conantur, Atheniences Saitarum (in Aegypto sunt Saitae) colonos esse; hancque adferunt rationem, quod παρ' Ἀθηναίοις μόνοις τῶν Ἑλλήνων, πόλις ἄστυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, adpellatione ab urbe seu pago Aegypti, cui nomen Asty (meminit *Hermolaus* ἐν Ἐθνικοῖς.) Rem ipsam in medio relinquam; sed argumentum illud dico telum esse plane plumbeum, qui sciam, passim apud *Homerum*, *Herodotum*, et antiquissimos quosque scriptores, repo-

riri ἄστυ pro πόλις· quaecunque illa sit urbs. Quin recentiores quoque Graeci ita usurpant. nam apud *Plutarchum* est Φωκέων ἄστυ, in vita Themistoclis. *Terentii* autem locus, *An in astu venit*, nihilo magis probat. scena enim Athenis esse fingitur. hic quoque *Luciani* nostri, qui nobis in manibus est, tantundem efficit. nam scena hujus δράματος in Attica est. Sique Alexandriae res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in astu venit*, pro, *an in urbem venit*, seu illa Epidaurus foret, seu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud *Diodorum* est, non est quod tantopere moveamur.

Ead. l. 8. Ἡγανάκτει) Lego ἀγαναντοῖ, et ποιήσοιμεν.

CAPUT II.

LUCIANUS *sex septem locis emendatus. in* XENOPH. *conjectura. Proserpina et Ceres* θεσμοφόροι. DIOGENES LAERTIUS *emendatus in V. Bionis.* τελεῖν ἐπὶ τέρμα, *recte dici.* LUCIANUS *emend. ut et* HESYCHIUS *in* Ἑρμῆς. LUCIANUS *emend.* δὴ *pro* δεῖ. DIONIS CHRYSOSTOMI *locus in* Ὀλυμπικῷ *emendatur διὰ παρεκβάσεως. de hac voce* ἡβηδὸν, *contra* BUDAEUM *et* VALLAM. ὀρχηδὸν, *et alia quaedam.*

Pag. 73. l. 10. Τοιαῦτα πιότατα ταύρων) Ajunt esse Atticismum, πιότατα αἰγῶν; at ego ajo, solos barbaros Graece dicere τοιαῦτα πιότατα. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Graecae consuetudinis non est. Haec ad oram libri adnotaveram, cum ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum esse: nam in iis planissime legitur, τοσαῦτα μηρία ταύρων etc. *tot femora taurorum* etc. notum enim, femora in sacris praecipue absumta. Testes qui petat, non *Homerum*, non *Aristophanem*, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque supersedebo adferendis testimoniis.

Pag. 74. l. 4. Λήρους μεγάλη) Puto scripsisse *Lucianum* λήρους μεγάλους μεγάλῃ τῇ etc. *Terent. magno conatu magnas nugas.* alioqui istud λήρους nullo adjecto nomine non satis efficax videtur. — Cave sequaris. Λήρους simpliciter *Lucianus* dicit *meras nugas*, numquam majoris efficaciae, quam *Faber* finxit, caussa addit aliquod nomen. Alia enim sunt λῆρος οὐκ ὀλίγος Diall. Mortt. X, 8. et λῆρος πολὺς ibid. XX, 2. LEHM.

Ead. l. 5. *Συνέβη πρὸς ἡμᾶς*) Etiamsi nullum in Mss. Codd. subsidium esset, nemini tamen, ut opinor, difficile foret persuadere, legendum *πρὸς ἡμῶν*. Video sane, plerosque omnes in hac esse opinione, *Luciani* textum, uti vocant, esse perquam emendatissimum; sed qui ita censent, nae illi haud satis adtendunt, quid legant. Nam hoc loco *πρὸς ἡμᾶς* soloecismus est; et tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. o hominum expromptam diligentiam!

Ead. l. 15 *Πρώην — Ἀναξαγόραν*) Hinc facile cognoscas, quo tempore vixerit Timon. Legendus *Plutarchus* in Pericle, *Diogenes* in Anaxagora.

Pag. 75. l. 3. *Συνετρίβη παρὰ τὴν πέτραν*) Locus corruptus, etsi primo secus videatur: cum enim scripsisset *Lucianus*, *συνετρίβη περὶ τῇ πέτρᾳ*, nescio qui male conciliati tam bonam lectionem *παραδιώρθωσαν*, feceruntque *παρὰ τὴν πέτραν*· sed longe alius est sensus, si *παρὰ τὴν πέτραν* legas, alius, si *περὶ τῇ πέτρᾳ*. Illud enim *juxta petram* significat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*; hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Ms. Codicis auctoritas confirmat.

Pag. 76. l. 2. *Καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις ἐξεώθει με τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ τῶν χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες*) Locus corruptus. Qui pote, inquies. Quaeso nonne *ἀνακόλουθον* sit, si quis dicat, *fere me furca extrudebat, velut qui ignem ex manibus excutiunt?* Videlicet tota labes ex unius voculae defectu, quae propter similitudinem literarum facile excidit, *καὶ* scilicet, *καὶ καθάπερ οἱ* etc. quae una efficiet, ut omnia constent, sic, *me veluti fuscina extrudebat, et ut ii facere solent, qui excussa manu carbones ardentes amoliuntur.* Dices, non erat tanti; sane quidem, si sententiae tam exigua res non obfuisset; sed, ut opinor, non est quod me, atque adeo quemquam literaturae politioris studiosum, hujus diligentiae pudeat.

Ead. l. 17. *Ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἠγανάκτεις*) Respicit locum, qui in Pluto *Aristophanis* est: quem huc transferre non vacat, ut nec alia *μυρία ὅσα*. nam ex *Aristophanis* Pluto haec magnam bonamque partem educta sunt.

Pag. 78. l. 9. *Πάλαι μέν σου αἰτιᾶσθαι*) Non potest stare hic locus, nisi legas *σε* pro *σου*. Sensus est: *numquid ab omni ratione alienum est, te olim haec queri, nunc autem plane contraria Pluto objicere?* alioqui *αἰτιᾶσθαί σου ταῦτα* significabit, *te in his adcusare*, vel, *te rerum harum adcusare*, quod nihil ad rem, nunc quidem, facit.

Ead. l. 12. *Τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ ἀνειμένον*) Melius scribi judico, *τοῦτο γὰρ Τίμωνος τὸ ἀνειμένον.*

Pag. 79. l. 1. *Εὐνοϊκὸν ὡς ἐμὲ*) Legerim *εὐνοϊκὸν εἰς ἐμὲ*, etsi aliter verterim. Si quis autem existimat, *εἰς ἐμὲ* in lingua communi, et *ὡς ἐμὲ* in lingua Attica, idem esse, fallitur: nam *ὡς ἐμὲ* Atticum, semper *ad me*, vel *in domum meam* significat, non *erga me.*

Ead. l. 2. *Κατάκλειστον ἐν θύραις*) Suspicor legendum *θήκαις, in arca.* forte etiam pro *θύραις* scriptum fuerit *θύλαξι*, quae vox aliquando cistulam significat, aliquando sacculum. Deinde si hac voce *θύραις* uti voluisset, haud dubie dixisset *ὑπὸ θύραις*, non *ἐν θύραις*, quemadmodum scripsisset supra, *κατακεκλεῖσθαι ὑπὸ μοχλοῖς καὶ κλεισί.*

Ead. l. 7. *Ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας*) Ita *Xenophon* de avaris: *οἱ μὲν ἐπειδὰν τῶν ἀρκούντων περιττὰ κτήσονται, τὰ μὲν αὑτῶν κατορύττουσι, τὰ δὲ κατασήπουσιν.* mox sequitur locus mihi suspectus: *τὰ δὲ ἀριθμοῦντες, καὶ μετροῦντες, καὶ ἱστάντες, καὶ διαψύχοντες.* libenter legerim *διαψήχοντες*, eos ut designet, qui pecuniam suam fricant, ut aeruginem avertant. Locus est lib. VIII. Cyropaed. pag. 211. ed. postremae Leunclavianae.

Ead. l. 10. *Μέτρον*) Respicit proverbium notissimum, *μέτρον ἄριστον.*

Ead. l. 12. *Ὦ Ζεῦ, πρὸς τοῦ Διὸς*) Hujusmodi facetia apud *Aristophanem* est.

Pag. 80. l. 1. *Ἀπάγοι μοιχευθησομένην*) Cum sequatur mox *ἀνοίγων τὰς θύρας*, non possum concoquere istud *ἀπάγοι*: qua voce significatur, puellam a marito foras permolendam duci, quod contra *Lucianus*, qui *μεγάλα μυστήρια* domi fieri innuit. Itaque lego non *ἀπάγοι*, sed *προάγοι*, unde *προαγωγεύς*, verum talis mariti nomen. Deinde in codice Erasmi ita legebatur; quod ex ipsius versione facile intelligitur. Sic enim habet, *Vel producat ultro.*

Ead. l. 5. *Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων*) Tragicum est. Ita in illo maxime inclito oraculo, quod olim Laio datum fuit:

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
Heus, liberorum ne sulcum seras Diis
Invitis. ———

Ead. l. 13. *Τῇ Θεσμοφόρῳ*) *Virg. Legiferae Cereri.* Caussam explicat *Diodor.* lib. V. nec ipsa tantum Ceres dicta fuit *Θεσμοφόρος*, sed et Proserpina. Unde apud *Plutarchum* in vita Dionis legas *Θεσμοφόρων τέμενος*, *Cereris et Proserpinae* etc.

Ibid. Ταῦτα) Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat *Lucianus* non *haec*, sed *eadem*.

Ead. l. 15. Στιγματίας) *Notis compunctus*, *Cic.* A *Luciano* autem alibi hujusmodi servus καταγράφος dicitur. a *Plauto* autem *literatus*. Inde amarus ille *Aristoph.* in Samios jocus, Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος. Apud *Plutarchum* in vita Periclis, quem adito.

Pag. 81. l. 2. Καλὴν τὴν δίκην) Ut Galli dicunt in sermone, *une bonne amende*. Ubi *bona* nihil aliud est, quam *magna*; ut apud *Horat.*

At bona pars hominum etc.

quae tamen hominum pars minime bona est: nam avaros describit, homines nec sibi nec aliis bonos. Ita *Lucian.* in Pseudomanti dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morsum bonum*, pro vehementi et acri.

Ead. l. 10. Δαναΐδων) *Diog. Laërt.* mihi in vita Bionis emendandus est; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vasis pertusis ferebant, loquitur, sic scribit: ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι ἐν ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετριμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν. At pro τετριμμένοις legendum est τετρημένοις, vel, quod eodem recidit, τετρυπημένοις. Nam illud τετριμμένοις, hoc loco nulli rei est.

Ead. l. 12. Πρὶν εἰρρυῆναι σχεδὸν ἐκχυθησομένου) Facile sane; prius paene effundetur, quam infusum fuerit. Tale aliquid apud *Aristophanem* est, in Nubib. de servo oblivioso,

Ὅστις σκαλάθυρμά τι ἄττα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν. ———

Ead. l. 16. Καὶ εἰς ἅπαξ) Forte aliter disponenda verba sunt, ad hunc modum: οὐκοῦν εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφράξηται τὸ πεχηνὸς etc.

Pag. 82. l. 9. Ἀμφοτέροις) Σκέλεσι videlicet.

Ibid. Ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα) Istud τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud scriptores. mere Graecos. hinc itaque est, quod in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἐλθεῖν· sed eam lectionem cave admittas, quae ab ignoratione exscriptoris profecta sit. Optime enim dicitur τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo *Luciani* libello de conscribend. hist. legitur: θᾶττον ἂν καὶ εὐμερέστερον τελέσειεν ἄχρι καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν, *facilius ad usque scopum pervenerit*. Idque *Thucyd.* imitatione, qui pag. 305. edit. 2. Stephanianae, de Brasida loquens, dixit: ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσεν. Quamobrem hoc qui-

dem loco Ms. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis se facilitate commendet.

Ead. l. 11. Ὀρνέων ὠκύτερον) *Horat.* de Fortuna — *si celeres quatit Pennas.* sed quod in Ms. Cod. legitur, impensius placet, ἐνείρων scilicet, quae et alata finguntur.

Ead. l. 12. Ἔπεσε δὲ ὕσπληγξ) Bene ἔπεσε. nam cum parati omnes essent, qui ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis et curribus objectum erat, dejiciebatur. *Lucian.* in libello de non temere credend. calumniae, sic habet: κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης etc.

Ead. l. 15. Ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς) Ms. Cod. ἐγὼ δέ τοι.

Ead. l. 16. Οὐδ' ὀβολὸν ὥστε πρίασθαι βρόχον) *Aes laqueo pretium*, ait ille.

Pag. 83. l. 6. Πλούτων) Nunc de pecunia legataria seu testamentaria acturus est, quae cum nemini nisi morte alterius obvenire possit, illam a Plutone Manium Deo dari fingit *Lucianus.*

Ead. l. 10. Φορηδὸν) Verti, *per bajulos domo efferunt*; etsi scio, vocem hanc Latine reddi, servata proprietate, satis commode non posse.

Ead. l. 12. Πρόκειται) Signanter dixit. Nam de mortuis proprie dicitur; unde alicubi memini legere προκείμενος pro θανών.

Ead. l. 13. Ἐπελπίσαντες) Non temere in hoc significatu vocem hanc reperias. Sane nusquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπελπίζειν *in spem inducere* est: hic autem de iis dicitur, qui ea sperant, quibus alii praeter spem fruuntur.

Ead. l. 16. Λῖνον) Quo utebantur veteres, ut nos hodie serico, ad vinciendas epistolas, testamenta etc.

Pag. 84. l. 6. Πυῤῥίον, Δρόμωνος) Servorum nomina. Πυῤῥίας Latinorum Comicorum Byrria est, eadem mutatione, qua olim apud veteres Latii poëtas scribebatur Bryges pro Phryges, apud *Livium* Andronicum, et Pacuvium scilicet. Tibius servile quoque nomen est; unde in libello de saltation. junxit Davos et Tibios. οἷα Δάων καὶ Τιβίων etc. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: sed Megabysus Asianum est.

Ead. l. 10. Ὁ θύννος) *Horat.* in hacce materia:

Plures annabunt thynni, et cetaria crescent.

Ead. l. 12. Παχύδερμος) Tardus, hebes, stolidus; ex physiognomonia petitum. qui enim cute sunt crassiore, eos fere plerumque tardiores esse videmus. Neque vero obscura

caussa est. Potest et aliorsum referri hoc loco; si cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Ead. l. 13. *Καὶ εἴ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις*) Error: legendum enim *ἄλλως*, id est *forte, temere, aliud agendo.*

Pag. 85. l. 4. *Ἱπποτροφίας*) *Ἥπερ νόσος*, ut ait Comicus, *δεινὴ φαγεῖν* (id est *δαπανηρὰ*) *ἐστίν.*

Ead. l. 5. *Εὐγενέστερον Κόδρου*) Vide *Suidam* in *Εὐγενέστερος Κόδρου.* Hujus proverbii meminit et *Themistius ἐν βασανιστικῷ.*

Ead. l. 16. *Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ*) Eorum meminit saepe *Plutarchus*, *Herodotus* etiam alicubi, haud dubie Atheniensium ditissimi fuere.

Pag. 86. l. 3. *Ἑρμῆν προσκυνῶν*) Lucrum enim insperatum a Mercurio objici credebant. Ceterum etsi quod dicturus sum, a *Luciano* nostro alienum est, dicam tamen, hac voce admonente, ut locum *Hesychii*, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Ubi enim est, *Ἑρμῆν ἐπὶ πτώσεως ἰδέας ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονος, καὶ Διὸς σωτῆρος*, ibi emendandum est, *Ἑρμῆν ἐπὶ πόσεως ἰδέας* etc. nihil certius. Ultimum enim poculum Mercurii erat. Caussam apud *Homer.* habes:

Ὦ πομάτω σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτου.

His addas licet *Jul. Pollucis* testimonium. *Ἑρμῆς*, inquit, *τελευταία πόσις.* Apud *Athenaeum* legas quoque *Ἑρμῆς εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι.* Itaque certa emendatio est.

Ead. l. 9. *Ἀνεύρετον — ἐκλελοιπὸς*) Hujus *διανοίας* veluti *σπέρμα* in Pluto *Aristophanis. Terentius* autem mirabiliter in his versibus sane quam moratis:

Nae illius modi jam magna nobis civium
Penuria est etc.

item:

Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! Vah, vivere etiamnum lubet.

His addi et illud potest, quod apud *Diogenem Laërtium* est, *λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους.*

Pag. 87. l. 8. *Βαθυκήτεα πόντου*) In Ms. Cod. *βαθυκύτεα.* Videlicet *βαθυκύτης* nihil aliud erit, quam qui *βαθὺ κύτος* habet, id est, *altas cavitates.* Quod etsi verum esse potest, mihi tamen nulla potest ratione probari, qui sciam, prioris syllabae modum in *κύτος* brevem esse; sciam praeterea, adlusisse *Lucianum* ad locum illum *Theognidis*, qui omnibus in ore est:

Ἦν (*πενίαν* scilicet) *δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον*

Ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἡλιβάτων.

Videmus, secundum versum paene integrum a *Luciano* sumtum esse. Legendumne igitur censes, inquis, μεγαλήτεα pro βαθυκήτεα? Non ausim sane adfirmare. Quid ita? Quia apud *Stobaeum* et alios varietatem lectionis reperi: memini praeterea, ita a *Plutarcho* scriptum esse, ut a *Luciano* lectum est, βαθυκήτεα scilicet. locus est in libello de pugnantib. inter se Stoicor. dictis.

Pag. 88. l. 11. Τί οὖν καὶ ἐν αὐτῷ ἤδη) Ms. Τί οὖν ὅτι καὶ ἐν etc. Quod si non melius est, at certe venustius aliquanto.

Ead. l. 14. Οὐ γὰρ δεῖ) Mendum est. Nam pro δεῖ legendum δή, idque ante videram, quam Ms. Cod. lectiones consuluissem. Alioqui quo tandem pacto stare possit haec oratio, οὐ γὰρ δεῖ εἰκός; etc. ridiculum, si quicquam aliud.

Pag. 89. l. 16. Δυσκάθεκτος) Ms. Cod. δυσκάτοχος. sed eodem recidit.

Pag. 90. l. 1. Ὥσπερ ἐγχέλεις) Ms. Cod. ὥσπερ οἱ ἐγχέλεις.

Ead. l. 3. Ἐκπεφυκότα; Ms. ἐμπεφυκότα hoc loco male.

Ead. l. 5. Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαροῖν τὰς ἡμᾶς) Disponenda verba sunt, ut et ratio et libri scripti monent: ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα ἤδη etc.

Ead. l. 10. Καταλείπων) Ms. καταλείπων ἀεὶ, ut sibi morem esse hunc perpetuum significet.

Pag. 91. l. 2. Ὑπερβόλῳ καὶ Κλέωνι) Homines sunt sua μοχθηρία nobiles. *Plutarch. Aristoph.* et scripta in eum Scholia.

Ead. l. 7. Καὶ ἡ ἀνδρία) Dabunt, uti spero, hanc mihi veniam elegantiores homines, si a *Luciano* tantisper abeam, dum *D. Chrysostomi* locum in Olymp. emendem. pretium operae erit. sic habet p. 197. οὐ γὰρ λαμβάνω μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι οὐδένα ἔχοιμι διδάσκειν· ἅτε οὐδὲν αὐτὸς ἐπιστάμενος, ὥστε ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν ὑπισχνούμενος, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀνδρίαν. Emenda meo praesidio, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀναίδειαν. Videlicet homo modestissimus Dion fatetur ingenue, non esse in se sitam illam vim, alios ut erudire possit, quippe qui indoctus ipse sit; vanis autem promissis homines lactare, id esse a moribus suis alienissimum; se enim eo impudentiae non processisse. locum ipsum legito, et a me haud diversus abibis. Idque clarissimum et diligentissimum virum *Isaac. Casaubon.* non vidisse miror.

Pag. 92. l. 5. Ἐγχειρήσας) Legendum hoc loco ἐγχειρίσας. Ita passim alibi circa hanc vocem erratum est.

Ead. l. 7. Ῥάκος) Notanda metaphora; quasi qui vestem

recentem et integram alteri commodarit, post certum tempus detritam recipiat.

Ead. l. 11. *Ἀπολείψει*) Leg. vel *ἀποκλείπῃ*, vel *ἀπολείψῃ*.

Pag. 93. l. 1. *Ἡμεῖς δὲ προσίωμεν*) Ms. *ἡμεῖς δὲ καὶ προσίωμεν*.

Pag. 94. l. 3. *Ἀθηναίων τὰ πρῶτα*) Ita *Lucret. Prima virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra *πρῶτα τῶν κολάκων*.

Ead. l. 10. *Τόνδε Διΐ*) Versus *Hom.*

Pag. 95. l. 5. *Τῶν πολλῶν ἐκείνων*) Duobus locis *vulgaria* vertit *Erasmus.* fallitur, *οἱ πολλοὶ* quidem, ut nemini ignotum est, *vulgus* significat; at *τὰ πολλὰ ἐκεῖνα* non significat *vulgaria illa*, neque id patitur Graeci sermonis consuetudo. — Sunt eadem illa, quae modo c. 88. *τὰ δὲ περιττὰ καὶ πολλὰ ταῦτα* dicta, quae tamen et ipsa *Faber* in versione non recte reddidit. LEHM.

Ead. l. 15. *Πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν*) Certe hic unus locus per se satis probarit, non semper sumi *ἡβηδὸν*, ut sumi debere contendunt viri doctissimi. Quamvis enim ab *Eustathio* vertatur *καθ' ἡβῶντας*, constat tamen, eam significationem perquam plurimis locis non posse convenire. Ita apud *Herodot.* lib. VI. ubi scribit, Milesios, cum Sybaris a Crotoniatis esset capta, dolorem suum publico luctu esse testatos: *Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο.* Quid? puberes tantum caput raserint, ceteri minime? Cave credas; nam *Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν*, nihil aliud est, quam *Μιλήσιοι ἁπαξάπαντες, omnes omnino Milesii.* Scio *Budaeum*, scio *Vallam*, viros undique doctos, aliter censuisse; id tamen scio, neque in hoc *Luciani* loco, neque porro in illo *Herodoti*, verti debere *ἡβηδὸν* per *καθ' ἡβῶντας*, aut *κατὰ νεότητα*, sed *ἀθρόον*, vel *πάσας καθ' ἡλικίας*, ut *Suidas* ex veteribus glossis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico *Herodoteo*, quod ex Cod. Ms. Goldasti evulgatum est, *ἡβηδὸν* conversum per *ὀρχηδόν*· at illud *ὀρχηδὸν* legitur apud *Herodotum* in VII. ubi nil aliud significare potest, quam quod Latini dicunt *viritim*, vel, quod propius ad vocis originem accedit, *una serie*, *uno et perpetuo ordine.* Historia sic se habet. Cum grandis pecunia e reditu metallorum, quae ad Laurium Atticae erant, in aerario esset, cives autem Athenienses viritim ex ea decem drachmas essent accepturi, auctor iis fuit Themistocles, ut ducentarum navium classem ex ea pecunia construerent. Graece sic: *τῶν ἀπὸ Λαυρείου μετάλλων ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δραχμὰς* etc. Sed ibi iterum

Valla ad puberes suos rediit; quia fortasse apud *Hesychium* legerat vocem illam ὀρχηδὸν per ἡβηδὸν conversam fuisse. Ceterum in hac voce corruptus *Suidas*; at illum, monitus, facile emendes.

Pag. 96. l. 3. *Οὗτοι ἀπόβλητα*) Ex *Homeri* versu:

Οὗτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα.

Ead. l. 13. *Προεδρίας*) De hoc honore lege, quae ab *Isaac. Casaub.* adnotata sunt ad *Theophrasti* Character. p. 161.

Pag. 97. l. 1. *Ὑπέβαλλες*) Ut qui libidini alienae subjiciunt puelli aut puellae teneritudinem.

Ead. l. 2. *Ἐπιβουλεύουσί μοι*) Legendum arbitror σοι.

Ead. l. 5. *Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς*) Latine, *capite protrusus foras. Phaedr.*

Ead. l. 8. *Μήθ' ἥκειν*) Ms. μηκέθ' ἥκειν.

CAPUT III.

LUCIANUS *emendatus. Parodia ex* PINDARO. *lectio in* LUCIANO *confirmata.* *Ἐλέου βωμός.* LUCIANUS *emendatur.* LUCIANUS *iterum emendatur in ἐκείνων τῶν ἄλλων.* POLLUX *et* PHILOSTRATUS *emendati; ut et* LUCIANUS. *Ἔρανος. νεοδίδακτοι διθύραμβοι quomodo intelligendum. διδάσκειν, διδάσκαλος. discipuli apud* TERENTIUM. *ἅσῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ quomodo intelligendum.* *Ἐπιπηδᾷν.* LUCIANUS *emendatur.* JOSEPHUS *emendatur duobus locis.* CALLIMACHI *locus apud* SCHOL. PINDARI *emendatus.* *ὄθμα quid.* LUCIANUS *duobus locis correctus.* *καρύκη.* PLUTARCHI *locus contra Amiotum explicatur in* ALEX. *Glossema ex* LUCIANO *ejectum.* PLAUTI *locus adversus* PALMERIUM *confirmatus.*

Pag. 98. l. 8. *Εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν*) Ita *Virgil. remigio alarum.* Ita γονιμώτατος poëta *Lucret.* de avibus dixit:

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Ead. l. 9. *Σέ φημι*) Ita dicere solebant, cum urgebant, vocabant, aut revocabant, cessatores inclamitabant. *Aristophanes* saepe. Latini dicunt, *Heus, heus, tibi dico. Terentius* et ante ipsum *Plautus.* Qui aliter intelligunt, ad has res sapiunt minus.

Ead. l. 12. *Ὑμῖν ὑποστήσομαι*) Legendum ἐγὼ δὲ νῦν ἀποστήσομαι· *Nunc vero abibo.* nam jam antea abituriebat. dein-

de istud ὑμῖν non potest stare. nemo enim ibi praeter unum Timonem erat.

Pag. 99. l. 2. Ἄνθρακας εὕρω) Notum proverbium, ἄνθρακες ὁ θησαυρός.

Ead. l. 5. Ὦ χρυσὲ) Versus *Euripideus:* quae autem sequuntur, αἰθόμενον γὰρ etc. ea ex *Pindaro* sunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates, χρυσὸν διαπρέπειν ὡς τὸ πῦρ νυκτὶ, facetus scriptor sensum invertit, quasi dixerit *Pindarus* aurum noctu lucere; (quod aliter est, scripsit enim, *aurum fulgere inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit *Lucianus*, aurum non νύκτωρ tantum, sed etiam μεθ' ἡμέραν διαπρέπειν, facetia et ingenii elegantia Syro nostro dignissima.

Ead. l. 10. Τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα) Singillatim *Pausanias.* Quaedam etiam *Herodotus.*

Ead. l. 13. Πανὶ τούτῳ) Recte τούτῳ· quippe cujus imago ibi, in ἰσχατιᾷ scilicet. Nam ἐσχατιὰ est χωρίον νομὰς ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim Deus Pan. adde, quod διφθερίας pingebatur. *Justinus* lib. XLIII. *In hujus radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum adpellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα est) *amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re est, quod διφθέραν suam Pani dedicat. Haec igitur nostra est de hoc loco sententia. Clariss. autem *Menagius*, praeclararum artium πανήγυρις, et elegantiorum, quantum est, hominum amor, aliter censet, legique, ut audio, postulat, Πλούτῳ τούτῳ, pro Πανὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum existimat Πενίᾳ ταύτῃ, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuisse dicere ταύτῃ. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille, qui ita scripsit, uti audio, is sit, qui personas, διανοίας, judicia denique, atque adeo omnia in *Luciano* ἄνω κάτω vertat, si rogites, cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quam quod apud Comicum est, *Mihi sic verum esse lubet.* ἰὼ, παπαὶ βόμβαξ.

Pag. 100. l. 2. Ὑπεροψία) Editi quidam habent ὑποψία, sed eodem errore, quo apud *Philostrat.* in vita Apollon. lib. III. cap. 9. primulo statim initio, τῆς τε ὑποψίας ἐπελάθετο. lege fidenter ὑπεροψίας.

Ead. l. 8. Ἐλέου βωμὸς) Hujus arae meminit quoque alibi *Lucian.* in Demonacte, ἐν δίκαστηρίοις· *Philostrat.* in vita Pollucis Sophistae, et *Pausan.* in Atticis. Ceterum huic Deo Ἐλέῳ primi omnium aram sacrarunt Athenienses, ut ex illa luculentissima Nicolai oratione apud *Diodorum* liquet.

Ead. l. 4. *Ἐπικουρῆσαι*) In Cod. Erasmi legebatur *ἐπαρκῆσαι*, vertit enim *suppeditare.*

Ead. l. 6. *Ἐθῶν*) Ms. *ἠθῶν.*

Ibid. Μονήρης δίαιτα) Hanc vitam qui vivebant, ii *μονήρεις* et *ἰδιασταὶ* dicebantur. *Diogen. Laërt.* in Thalete.

Ead. l. 16. *Εὐωχείτω*) Legendum *εὐωχείσθω.* anam *εὐωχέω* significat *aliquem convivio accipere*, *εὐωχεῖσθαι* autem *epulari.* error turpissimus.

Pag. 101. l. 1. *Ἐκσείων τῶν ἄλλων*) Hic vero locus est, qui me, si quisquam alius, torsit; neque, ut opinor, injuria. Non enim Graece dici potest *ἐκσείειν τινὸς*, sed *τινά*· itaque pro *ἐκσείων τῶν ἄλλων*, mihi vehemens suspicio est legendum *ἐκὰς ὢν τῶν ἄλλων*, *longe ab aliis*, vel *ab aliis remotus.* Non poëtae tantum, sed et *Thucydides*, et *Herodotus*, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector, doce, et favebo.

Ead l. 3. *Στέφανον*) Mortui enim in Graecia olim coronati. testimonia passim. Neque tantum mortuos, sed et sepulcra et cippos coronare mos fuit.

Ead. l. 4. *Δυσκολία*) Emenda *Pollucem* lib. I. cap. 2. *περὶ τυράννου.* Ubi enim legitur, *τύραννος ἀνόσιος, εὔπολος*, palam est legi debere *δύσκολος.* Et miror, postremum editorem non vidisse. Emendes quoque licet *Philostrat.* L. III. Apollon. c. 8. Nam ubi legitur *φειδώμεθα τῶν ἀνοήτων τε καὶ εὐκόλων*, haud dubie legendum *ἀνοήτων τε καὶ δυσκόλων.*

Ead l. 7. *Πίττῃ καὶ ἐλαίῳ*) Quo majus incendium fiat scilicet.

Ead l. 9. *Βαπτίζοντα*) Male in libris scriptis *πίπτοντα.*

Ead. l. 11. *Τίμων Ἐχεκρατίδης*) Mendum est. lege *Τίμων Ἐχεκρατίδου*, *Timon Echecratidae filius.* quod et supra visum est, et infra occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum et editorum non miretur?

Pag. 102. l. 9. *Γναθωνίδης*) Apud *Terentium* Gnathonici ex *Menandro.*

Ead l. 10. *Ἔρανον αἰτήσαντι*) Qui *coenam* vertunt, ii mihi dormire videntur. Longe enim aliud *ἔρανος*, aliud *δεῖπνον*· neque hic quicquam commune habent. Sed cum ea vox diligentissime fuerit a viro undiquaque doctissimo explicata in eruditis illis in *Theophrast.* commentariis p. 272. addam tantum ita esse exponendum *Philostrat.* p. 95. et 527. postremae editionis; ita etiam intelligendum esse locum *Dionis Chrysostomi* p. 116. Locos ipsos adferre piget. Ceterum vocem Graecam in interpretatione retinui, idque *Plinii* junioris judicium secutus, et inopia linguae Latinae coactus.

Pag. 108. l. 4. *Νεοδιδάκτων διθυράμβων*) *Qui nuper evul-*

gati sunt. διδάσκειν enim ad ἐπιδείξεις theatricas pertinet: inde illa frequenter legas, κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, διθυραμβοδιδάσκαλος. quin etiam aliquando διδάσκαλος simpliciter pro eo, qui drama aliquod edit; ut apud *Aristoph.* in Pluto: Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ. Inde apud *Terentium discipuli* pro actoribus. *Num immemores discipuli?* id est, num actores tui animo sunt ita omisso, ut etc. Quo loco qui legunt, *Num immemor es discipuli, ποῦ τὰς φρένας ἔχουσι;* inde est etiam, quod in comoedia Italica Doctor saepe prodit. Inde etiam διδάσκειν per se solum pro *comoediam* vel *tragoediam* docere, (Latini enim usurpant quoque.) apud *Diodor.* lib. XIV. Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διθύραμβοι νεοδίδακτοι. Qui aliter explicant, quasi diceret Gnathonides, se modo illa carmina didicisse, male explicant.

Ead. l. 6. Ἐλεγεῖα ἅσῃ) Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde est, quod et apud *Hesych.* ἐλεγεῖα dicuntur ἐπιτάφια ποιήματα.

Ibid. Ἄισῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ) Ridicule qui vertunt, *ab hoc doctus ligone;* nihil enim in *Luciano* tale. Sed quod Latine dicitur *canere*, vel *saltare ad tibiam, ad citharam*, id Graece est ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τοῖς αὐλοῖς, ὑπὸ τῇ κιθάρᾳ· et hinc tota loci hujus venustas pendet. *Lucian.* lib. de saltat. sic loquitur: διδάσκουσα πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις. Aliter quoque dixisse puto, nimirum ἐν αὐλῷ· ibidem, παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector, quam exigua res venustissimum sensum perdat.

Pag. 104. l. 6. Καὶ προσῆλθον) Erasmi codex habebat, καὶ γὰρ etc. scilicet διὰ παρενθέσεως.

Ead. l. 11. Ξυνέφηβοι) Vocem Graecam retinui, veteres secutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda *Pollucem* lib. I. cap. 7. ἐπιδιετὴς δὲ, ἡβάσκων ἢ ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, certissime legendum est unica voce, ἐξεφηβῶν δύο ἔτη, id est, qui ex ephebis excessit a duobus annis.

Ead. l. 12. Ἐπιπηδᾷν) Non significat insultare, sed avidius, cupidius, immodestiusque aliquid adpetere. Ita *Themistius* oratione prima: ἀλλ' ἐμὲ ἐπιπηδᾷν ὑπολήψονται καὶ ἐπιβατεύειν, καὶ ἐφαρπάζειν μὴ ἐθελόντων διδόναι.

Pag. 105. l. 8. Ἔσται ταῦτα) Ita dicebant pro, ταῦτα ἀσφαλῆ καὶ βέβαια τυγχάνει. Latini, *sic erit*, pro, haud dubie. at alias aliud.

Ead. l. 16. Ἐρεχθηΐδι) Mendum est. legendum enim Αἰγηΐδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Aegeidis, teste *Harpo-*

erat. δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδας φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore *Suidae* nondum hic locus *Luciani* corruptus erat. Nam ubi ait, Colyttum tribus Aegeidis fuisse, Timonem *Luciani* laudat. Miror, elapsum hoc fuisse diligentiae clarissimi viri *Joannis Meursii* in libello de populis Atticae, in quem infinitas correctiones congessit, quae ad horum locorum adpellationes pertinent.

Pag. 106. l. 1. Θεωρικὸν) De aere theorico diligentissime *Harpocration*, ex quo verbum de verbo transtulit *Suidas*, quae de hac voce habet. Legendi quoque *Demosthenis* interpretes.

Ead. l. 3. Ὄφελος) *Josephum* bis emendo hujus verbi occasione, Antt. Jud. lib. III. cap. 2. Ubi enim in Basiliensi editione, postrema etiam, omnium, quotquot fuerunt, inquinatissima, legitur, καὶ τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότου μὴ παρόντος, ῥᾴδέν. Locus est ita corruptus, ut nisi addatur haec vox ὄφελος, a nemine sanae mentis verti possit. Initio quoque pro καὶ, legendum ὡς, et totus locus ita concipiendus: ὡς τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότου μὴ παρόντος, ὄφελος οὐδὲν ὄν. diligens lector *Josephum* adibit. Istud autem ὄφελος οὐδὲν ὄν, verti ea ratione debet, qua δέον εἰπεῖν, et δόξαν τῇ βουλῇ, id est, κατὰ τὸ δόξαν τῇ βουλῇ. Atque utinam praestantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere; symbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. Plura facere esset sane perfacile, sed doctioribus, et qui Lutetiae vitam agerent, et codicibus Regiae bibliothecae frui possent; *Nobis non licet esse tam beatis.*

Ead. l. 4. Ἕρεισμα τῶν Ἀθηναίων) Magnifice sane. Ita *Pindarus* olim Athenas vocaverat ἕρεισμα τῆς Ἑλλάδος, cujus loci meminit *Plutarchus* et *Schol. Aristoph.* Ceterum non possum praeterire *Josephi* locum, in quo gravissimum mendum est; quia verbum ἐρείδω, unde natum ἕρεισμα est, corruptum fuit. ita habet: ὅτι μὲν νέος ὢν ἥμαρτε καὶ μήπω τὸ φρονεῖν ἐνηρισμένος, nullo aut ridiculo sensu. Nam istud ἐνηρισμένος nihil ad rem. Itaque mihi certius certo est legendum, μήπω τὸ φρονεῖν ἐρηρεισμένος, id est, κατὰ τὸ φρονεῖν, vel κατὰ φρόνησιν, *Qui prudentia satis firmus nondum est.*

Ead. l. 5. Βουλαὶ ἀμφότεραι) Scilicet ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω. Locus est apud *Heliodorum*, ubi Cnemon casus suos commemorat. est aliquid etiam apud *Liban.* argumento Orat. contr. Androt. eum adito, si vacat.

Ead. l. 11. Τελείῳ ἅρματι) Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ vero, cum octies tantum. *Scholiastes Pindari* edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι δώδεκα δρό-

μους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα· τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. Tum vero adfert *Callimachi* locum, cui ἥπια φάρμακα πάσσειν decretum est. sic habet:

Δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐσήγαγεν ὄθματα δίφρου.

Sed quid hoc, quaeso, εἰσήγαγεν ὄθματα δίφρου περὶ δίφρον; Davus profecto sum, inquies, non Oedipus. Igitur sic existimato, illud δίφρον nulli rei esse; scripserat enim *Callimachus* ὥσσαν, (ita metam vocabant;) in illis autem verbis ὄθματα δίφρου nil corruptum, sed vox tantum explicanda, quae nullibi, quod sciam, reperitur, ὄθμα scilicet. est quidem apud *Hesychium* ὄθματα, ὄμματα νεολεῖς, (emenda et scribe, ὡς Αἰολεῖς· nam ὄθματα Aeolice ὄμματα sunt;) sed in hoc *Callimachi* loco ὄθμα nihil aliud, quam *motus*, vel *agilitas*, *celeritas*, *rapiditas*. Nata autem haec vox est, (quam nos primi eruimus) ex ὄθεσθαι, quod κινεῖσθαι aliquando significat, ut ex *Eustathio* discere est. Quemadmodum autem *Horatius* alicubi dixit, *flaminum celeres lapsus*, ἀντὶ τοῦ flamina celeriter labentia, ita *Callimachus* dixit ὄθμα δίφρου (δίφρου est ἅρματος) ἀντὶ τοῦ, κινήτου ἅρμα. Itaque *Callimachi* versum Latine sic vertas licet:

Duodecies circa metam egit celerem currum.

In eodem versu lego, ἐσήλασεν pro ἐσήγαγεν· quod improbaturum scio neminem, qui quidem ad has reculas sapiat.

Ead. l. 16. Πρὸς Ἀχαρνέας) Ἀχαρναὶ, ut auctor *Thucydides* ἐν πρώτῃ, erat, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων. distabat ab urbe sexaginta stadiis. sed non est, quod quis existimet atrocem ibi pugnam pugnatam fuisse. Nam equites tantum certavere ἐν Φρυγίοις, (locus est Atticae) et quidem ἱππομαχίᾳ βραχείᾳ. itaque hinc facile cuivis adparet, quam rhetorice loquatur Demea, mendaciolo rem, ex praescripto artis, pingens, cum ibi ingentem stragem editam fuisse significat. Ceterum ἀριστεύειν πρὸς Ἀχαρνέας ὑπὲρ τῆς πόλεως, non est, ut puto, quod vulgo volunt; debet enim istuc significare, *fortiter pro patria*, seu *urbe*, *pugnare adversus Acharnenses*, ut πολεμεῖν πρὸς τινάς. Idque si verum est, error hic erit, isque manifestissimus. Acharnenses enim Attici erant, Timon autem Atheniensis; qui tamen laudatur, quod adversus Acharnenses strenue pugnavit. Itaque legendum mihi videtur, περὶ Ἀχαρνάς, quomodo in hac ipsa re loquitur *Thucydides*; περὶ Ἀχαρνάς, inquam, cum Peloponnesios, qui *circa Acharnas* erant, convellere conati sunt Attici, ut oppidum obsidione solverent.

Ead. l. 17. Δύο μόρας) Mille armatos. Nam τὴν μοῖραν

ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ceterum μοίρας dicas, vel μόρας, perinde est, et Mss. Codd. variant.

Pag. 107. l. 7. Ἡλιαίᾳ) Nullum olim Athenis forum majus fuit. *Harpocration. Pausanias.* Nota autem differre βουλὴν, ἐκκλησίαν, (quod per δῆμος intelligo) et ἡλιαίαν· quod diligenter monuit *Hesychius.*

Ead. l. 13. Συγγενὴς ἀγχιστεὺς) Recte. differentiam enim agnoscunt grammatici inter has voces; *Hesychius* minime.

Ead. l. 16. Ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σὲ) Error manifestus. Quid enim hoc sit, σοι παρὰ σέ; legendum ἐγὼ δέ τοι καὶ τὸν υἱὸν etc.

Pag. 108. l. 16. Ὀπισθόδομον) Ubi aerarium. *Aristophanes* in extremo Pluti.

Pag. 109. l. 13. Αὐτοβορέας) Facete, ficta vox, *ipsissimus Boreas*, qualia a Zeuxide pictus est.

Pag. 110. l. 6. Καρύκης) Erat Λύδιον ἔδεσμα ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, *Hesychius.* sed omnium optime *Erotianus*: Καρύκη, εἶδός ἐστιν ὑποτρίμματος ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον· καρυκεύειν δὲ, τὸ ταράττειν, ἣν καρύκην φασὶν αἱματώδη τὴν χροὰν ἔχουσαν. ἔνιοι δὲ τὴν παρ' ἡμῖν καλουμένην αἱματείαν, καρύκην ὠνόμασαν, οὐκ ὀρθῶς. ὅτι δὲ τρίμματός ἐστιν εἶδος ἐξ ἀρτυμάτων, μαρτυρεῖ καὶ Φιλοκράτης ὁ Σάμιος, καὶ ἄλλοι. Quod autem ait *Erotianus*, αἱματείαν non recte vocari καρύκην, bene sane: nam αἱματεία, vel, ut apud *Pollucem* est, αἱματία, est quod vulgo dicimus, *soupe brouillée*, ex sanguine anserino, aut leporino, aromatis praeterea, et injecto aceto, quod jus est nigrum aut certe fuscum.

Ead. l. 14. Ἐπὶ τῇ κύλικι) Unde διαλέξεις et λόγοι ἐπικυλικεῖοι· unde etiam λέγειν et ᾄδειν ἐπὶ τῇ κύλικι apud *Platonem* pag. 382. edit. Laemarianae. Admonet me hic locus, ut *Amioti* errorem in vita Alexandri aperiam. Neque vero id facerem, nisi *Plutarcho* interpretis sui error obesset: etsi enim *Amioto* faveo ut qui maxime, plus tamen *Plutarcho* favere aequum est. Locus praeterea, quo de agitur, illustris est, et non indiligenter legendus. Rem ipsam, uti se habet, paucis dabo. Harpalus Alexandrum cum fugeret, Athenas se recepit. Populus hominem ex urbe quatere volebat: pro illo stetit Demosthenes pretio corruptus (calice aureo, et talentis viginti scilicet.) Rhetor Atticus, quem muneribus expugnatum fuisse populus olfecerat, sese purgare cum studeret, nemo audire, imo obstrepere omnes, praeter, nescio

quem, hominem sane elegantis ingenii, qui e consessu cum surrexisset, Quid autem, ait, viri Athenienses, cum, qui calicem habeat, non audistis? (est autem mira quaedam in eo dicto gratia atque facetia) Graece sic pag. 857. *οὐκ ἀκούσεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ τὴν κύλικα ἔχοντος;* Si quis veterum morem teneat, quo nonnunquam *σκόλια* sua canebant, is venustatem hujus dicti facile agnoscet. Talis autem ille mos: sumto in manum calice, canebant illa cantica, de quibus passim scriptores: quae plerumque erant *βωμολοχῆς*, quandoque etiam amatoria. Calicem qui tenebat, is ab aliis audiebatur, neque interpellabatur a quoquam. Ceterum hic mos ad oram quorundam codicum notatus fuerat his verbis: *ἐν γὰρ τοῖς συμποσίοις τὴν κύλικα ἔχοντες ᾖδον τὰ λεγόμενα σκόλια.* Haec etsi vera sunt, tamen *Amiotus* interpretum *Plutarchi*, quotquot unquam fuerunt, longe doctissimus, ibi se turpiter dedit; sic enim vertit: *Comment, Seigneurs, refusez vous à ouir un personnage qui a le langage si bien doré?* Quae autem ad oram libri addita sunt, (ab eo, necne, haud sane scio,) nihilo certe meliora sunt: *Il y a une allusion à ce mot κηλεῖν, qui signifie rejouir par un doux chant, et comme enchanter*; nihilo, inquam, meliora isthaec sunt: nam inter *κηλεῖν* et *κύλιξ* nihil quicquam commune est, non certe magis, quam inter *λόγος* et *φιλία*, aut voces quantumvis significatione dissitas; sed tota loci illius venustas ex iis, quae sunt a me superius commemorata, pendet. Vertendum autem verbum de verbo fuerat, *Hé quoi, Messieurs, ne voulez vous pas écouter celui qui tient la coupe en main?* Tum vero Graecorum more adlato, tota res erat explicanda. Sed quorsum isthaec? inquies. Non temere, ut opinor, id a me animadversum fuit, et elucidatum. Atque utinam hinc prudentiores fierent nostri homines. Nam cum omnium, qui unquam Graecos scriptores interpretandos Gallice sunt adgressi, doctissimus, in re adeo nota erraverit, quid ab iis, qui hodie vivunt, exspectes? quorum plerique (nam quosdam novi quam doctissimos) nec Graece sciunt, nec Latine quidem. Ex iis certe aliquis scriptorem quendam Gallice, ut audio, convertit, cujus scriptoris si vel pagellam tantum intelligat, *μωρίαν ὀφλισκάνω ἀσμενέστατα.* idque ita verum est, ut, si mentiar, nil mihi vel humani quicquam, vel divini credi velim. Abhinc autem sex septem annis memini me rogatu amici cujusdam doctissimi viri, conferre versionem nescio cujus ex *Ciceronis* orationibus; Dii boni! Nunquam vidi literas magis illiteratas. Nuper autem, nuper, doctissimum poëtam (et quos non? nam nihil istis ardelionibus sacrum est) adeo deformatum

adeo perditum vidi, eum ut agnoscere, quantumvis mihi familiarem, nequiverim. Nihil pudere? acre vero hominis judicium! mulieroulis et salgamariorum, ac pharmacopolarum pueris, talem scriptorem committere? Videlicet de Dei providentia dubitare, nihil est; quod nunc discent propolae tali interprete. Quidni *Virgilium* denique post tot alios, quidni *Aristophanem*, et *Plautum* corruptum eunt? Nam *Homerum* quidem ipsum, sat scio, non adtingent. Nuper enim νέος quidam φασηφόρος exortus est, qui pronuntiavit, paedagogici ingenii esse, versus Homericos, cum aliquando a veteribus producuntur, Gallice convertere. Ad ea quid dicas, Lector, nisi, δὸς, ὦ πῶ, δὸς ἐμὶ λεκάνην, ἐμεσείω γάρ;

Pag. 111. l. 7. Πάνσοφον τὸ χρῆμα) Legendum πάνσοφόν τι χρῆμα.

Eod. l. 12. Ὥςπερ οἱ τὸν πλοῦτον) Delendum ὥςπερ, et scribendum οἱ, jungendumque cum συνδεδρομήκασι.

Pag. 112. l. 2. Μάζα) Nihil aliud, quam ἄλφιτα ἐλαίῳ πεφυρμένα. Ceterum dignitate pani cedebat: nam ex Solonis instituto μάζα pro festis diebus in Prytaneo dabatur, panis autem, festis. docet *Athenaeus*. Σόλων δὲ τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτουμένοις μάζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς παρατιθέναι.

Eod. l. 4. Ἐννεάκρουνος) Fons ita dictus Athenis, qui deinde Καλλιρόη vocatus est, ut scribit *Harpocration*, et ex eo *Suidas*. *Hesychius* autem in hac voce mutilus est. legendum enim apud eum est, Καλλιρόη κρήνη ἐν Ἀθήναις.

Eod. l. 13. Κυματώδους γῆς) Glossema; vera autem lectio in Ms. Cod. Reg. reperitur, κυματώγης scilicet; quae vox ab *Eustathio* in Odyss. exponitur ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυται. monetque, eam vocem apud *Herodotum* reperiri; et vere monet, nam sexies septies apud nobilissimum illum scriptorem occurrit. Itaque indiligentiam *Suidae* mirari subit, qui nihil ad manum habuit, cum in hanc vocem scriberet, praeter *Agathiae* locum. Sed antiquum obtinet *Suid.* solet etenim, neglectis vetribus, ad recentiores decurrere.

Pag. 113. l. 2. Αὐτῷ) Lege σεαυτῷ.

Eod. l. 4. Τάλαντον) Ms. ἡμιτάλαντον.

Eod. l. 8. Αἰγινητικοὺς) Ad ridiculum. nam mensura Aeginetica ceteris mensuris erat amplior, certe Attica.

Ead. l. 12. *Κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων*) Locus est apud *Plautum* in Aulularia, — *Postquam implevisti fustibus istorum caput,* quem frustra solicitavit ingeniosissimus *Palmerius* legens, *impluisti in caput.* frustra, inquam; id enim Graecorum imitatione dicebat *Plautus;* qui non in Aulularia tantum, sed in Casina quoque ea loquendi ratione usus est. — *Ego te implebo flagris.* Et certe tale aliquid videor apud *Aristophanem* legisse.

Pag. 114. l. 1. *Μῶν*) In Ms. est Πμων. sed dividuum facito, *τί; μῶν* etc. *quid? num te* etc.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 5. l. 12. παρεδεδόμην defendit tanquam ἀνακόλουθον *Georg. Ludov. Walck.* in Emendatt. Liv. p. 187. ingeniose quidem, neque tamen ita, ut satisfecerit.

Pag. 20. l. 13. legi vult ἄξιος ἄν μοι δοκοίην (pro δοκῶ) etc. *Brunck.* ad *Aristoph.* Avv. v. 355. referente *Jo. Seagero* in Classical Journal N. XI. a. 1812. p. 126. qui quidem fasciculus sero mihi contigit, ut inspiceretur.

Ead. l. 15. γοῦν pro οὖν vult *Jo. Seager.* l. c.

Pag. 22. l. 12. leg. τί οὖν; οὐχὶ καὶ etc. *Jo. Seager.* l. c. quod et Interpres Latinus sensisse videtur.

Pag. 24. l. 4. ἐγκαταμίξας firmatur Codd. Pariss. a *Boissonadio* consultis, ut *ipse* refert ad *Philostr.* p. 471.

Pag. 30. l. 11. conj. *J. Seager.* l. l. καταφθονεῖν αὐτῶν, quod ab *Abreschio* praereptum.

Pag. 33. l. 12. conj. *Seager.* ὡς δι' ὀλίγου τε ἡμῖν etc.

Pag. 41. l. 1. conj. *idem* ibid. τῶν δὲ φίλων τούτου τὸν μὲν ἐχθρὸν, τὸν δὲ etc. audacius.

Pag. 42. l. 6. conj. *idem* οἱ προσιόντες αὐτοῖς.

Pag. 43. l. 4. conj. *idem* αὐτοῖς ἐκείνοις, ut in V. 2. et A. 2.

Pag. 47. l. 2. repetiit *Jacobsius* conjecturam suam τότε μὲν — ἄλλοτε δὲ in Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 556.

Pag. 51. l. 4. ὑπερβαίνειν mallet *Seager.*, quod nunc receptum.

Pag. 54. l. 3. οὕτω δὴ *idem*, ut jam editum.

Pag. 55. l. 4. τοῦτο ἄρα, τὸ Τηλέφου etc. *idem.*

Pag. 59. l. 10. ἐνέα *idem* (*mutas*). Sic etiam A. 2. ἐννέα.

Pag. 69. l. 5. ἀποφανοῦσι *idem.*

Pag. 70. l. 6. εἴ (pro ἦν) που — ἐντύχοιμι *Jacobs.* Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 900.

Pag. 72. l. 12. distinguit *Seagerus*: — καὶ ἑταίρους ᾤετο, ὑπ' εὐνοίας πρὸς αὐτὸν χαίροντας τῇ βοῇ· et ironice haec ultima dicta putat.

Pag. 84. l. 2. ὑπεξυρημένος ἤδη (pro ἔτι) *idem.*

Pag. 92. l. 13. πρὸς οὐρανὸν (pro αὐτὸν) ἀποβλέπων conj. *Boissonad.* ad *Marinum* p. 108.

Pag 95. l. 7. ὁ πλοῦτος ὁ ἔτυμος (pro ὁ ἐμὸς) *Seager.*

Pag. 98. l. 12. ἐπιστήσομαι, *adero, juxta stabo, idem.*

Pag. 99. l. 16. τὸ αὐτὸ (πυργίον) καὶ τάφον. *idem.*

Pag. 101. l. 2. ἐπὰν δὲ δέῃ ἀποθανεῖν, ἑαυτῷ στέφανον ἐπ'. *idem.*

Pag. 104. l. 5. ὠδικώτερον de meo scripsi pro ὠδικότερον.

Pag. 116. l. 6. οἷα τ' ἦν rescripsi pro vulg. οἷά τ' ἦν, monente amiciss. *Stallbaumio.*

Ead. l. 14. διαφερούσας nunc exaratum, *eodem* auctore: olim διαφέρουσας erat.

Pag. 117. l. 3. *Seager.* conj. οὕτω ποτὲ χρὴ etc.

Pag. 123. l. 21. *idem:* εἴ που τις (pro τῆς) χιόνος etc.

Pag. 137. l. 10, *idem:* ἄμεινον ἂν προεστησάμην.

Pag. 147. in *Schol.* ad p. 60. l. 8. *Ausimachos*] adde Notam: „Vid. *Fischer.* ad *Weller.* T. I. p. 201."

Pag. 171. l. 36. lege 118. pro 116.

Pag. 449. quae ibi de verbi ἐκσείειν usu a me dicta sunt, majus his pondus accedit ab auctoritate *Courierii* ad Asin. p. 309.